Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 7
Tabla
Número 306

Z-36

Dig. 2
1-75

R/72 36

# ÆL. ANTONII NEBRISSENSIS INTRODVCTIONES

in latinam Grammaticen per eundem recognitę atq; exactiſſime correctæ gloſſematis cum antiquo exemplari collatis.

## CVM IMPERIALI PRIVILEGIO.

Liber primus de primis Grammaticę rudimentis.
Liber ſecundus de genere/& declinatione/& p̄teritis/& ſupinis.
Liber tertius de Erotematis partium orationis.
Liber quartus de Conſtructione octo partium orationis.
Liber quintus de Quantitate ſyllabarum; metris; & accentu.
Barbariſmus Donati cum eiuſdem Antonij expoſitione.
Differentiarum epitome ex elegantijs Laurentij Vallæ.
Nomina numeralia/diuidua/ordinalia; & aduerbia numerandi;
De punctis; quibus orationis clauſulæ diſtinguntur.
De ordine partium orationis quam vocant conſtructionem.
Repetitio de accentu latino; aut latinitate donato.
Quædam partes grammaticæ magis explicatæ; hoc eſt.
De litteris & declinatione græca; quibus opus eſt latinis.
Quædam quoq; regulæ de litterarum prolatione.
De litteris Hebraicis, & accentu quoq; Hebraico opuſcula duo.
Lexicon dictionum; quæ per totum opus ſparguntur.

APVD INCLYTAM GARNATAM.

ANNO M. D. XL.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

A. F. Riaño

# AVTOR AD ARTEM

O Mihi. Alloquitur artem ſuã Antonius quaſi filiã quãdam ex ſe genitam, quæ cum ſit multo iam tpe domi caſte integreq; ab illo educata: iubet ipſam valere: atq; ex latebris domeſticis in lucẽ emittit. Quod tamen virgo eſt, ætaſq; ludibrio expoſita: addit illi gloſſemata quaſi comites ſtipatoreſq;, quæ illã deducant: atq; ab inuidorũ iniuria defendant: aſſerantq;. Dat illi præterea mãdata, vt ſuo noie ſalutet diſcipulos quoſcũq; aut vbicunq; nacta ſit. Imperat quoq; illi, ut in primis Regiã domũ reuerenter adeat: vbi nõ omnino erit hoſpes, qppe q̃ illic inuẽtura ſorores fratreſq; ad quos diuertat. Deinde præcipit ut ſuis uerbis pauca reginæ ipſi dicat. ¶ O (inquit ars mea quã genui. Trãslatio freqnẽs eſt: nã eo modo poetæ opera ſua dicũtur gignere atq; amare: quo parẽtes filios, autor eſt Ariſtoteles in libro Ethicorũ. i. Tẽpus in omne. i. in æternũ: ſic Ouidius. Effice me meritis tẽpus in omne tuum. & Vergilius. Salue mihi maxime Pala æternumq; uale. Tẽpus in omne. Iucunda repetio Sappho poetiſſæ freqũtiſſima. Tuus genitor, ideſt autor, perſtatq; in allegoria. Habet qđ poſſit addere aut demere: nã in recte factis, vt ait Ariſtoteles ſecũdo Ethicorũ, nec addi, nec detrahi quicq̃ põt. Et te iã grandem. ac ſi dicat nubilẽ ac viro maturã. Exire latebras, ubi antehac latuiſti, & viuere in media luce. i. verſari in oculis hoim ac frequẽtia. Sed ne ſola, quod in uirgine periculoſũ eſt. Gloſſemata. i. gloſſulas. ſic enim græci appellant, quæ autorum lectioni enarratores de ſuo addũt uiua (ut aiunt) uoce. Quæ te circunſtẽt. i. ſatellitio ſtipẽt. eodẽ namq; modo gloſſulæ apponũtur lectioni, quo ſtipatores cingunt latus atq; circunſtant eũ, quẽ comitãtur. Quolibet. i. in quãcumq; partẽ. Comitata his, ſcilicet gloſſematis. Vulgus. i. multitudinẽ imperitã. Verba maligna. ab inuidia detractorũ naſcẽtia. Qui. ſcilicet homines imperiti & detractores. Cum nõ agnoſcãt te. i. intelligãt quid cõtineas. Mera ſomnia. i. pura & quæ nihil ſignificent: nã ſunt etiã aliquid ſignificãtia, illa quæ ſunt uidelicet pituita purgatiſſima. Martialis Sẽper mane mihi de me mera ſomnia narras. Vergil. in buccol. An qui amãt ipſi ſibi ſomnia fingunt. Verſus nihili. i. occiſos & nulliꝰ momẽti. Suppoſuere meis. i. quaſi ſuppoſiticios inſeruerũt. Ito bonis auibꝰ. i. auſpicijs fœlicibus. Antiqui enim ſine augurio nihil incipiebãt. Impartire ſalute multa. i. ſaluta meis uerbis diſcipulos meos. ſic Teren. in Eunu. plurima ſalute Parmenonẽ ſummũ ſuũ impartit Gnato. Vtroq; enim modo declinatur impartior & impartio. Vtroſq;, ſcilicet diſcipulos & diſcipulorũ meorũ. At ſi forte. Quia pmittit autor artẽ ſuã libere uagari: ſuadet illi ut domũ regiã in primis adeat. Auguſtæ limina. i. reginæ. Nam uxores Cæſarũ auguſtæ appellãtur. Verg. i. Aneidos. Perge modo atq; hinc te reginæ ad limina perfert.

¶ Artem ſuam Autor alloquitur.

O Mihi per multos caſte nutrita labores
Ars mea, quã genui, tẽpus in omne vale.
Tẽpus in omne vale: neq; enim tuus addere qcq̃,
Sed neq; quod genitor demere poſſit, habet.
Quem ſua nunc ætas opera ad maiora remittit,
Quæq; ſibi fuerint inuidioſa minus.
Et te iam grande latebras exire paterni
Liminis: & media viuere luce decet.
Sed ne ſola domo vadas: gloſſemata iunxi:
Quæ te circunſtent quolibet ire velis.
His comitata (metu poſito) contemnere vulgus:
Et detractorum verba maligna potes.
Qui non agnoſcant cum te; mera ſomnia fingunt.
Qui nihili verſus ſuppoſuere meis.
Ito bonis auibus: tamen impartire ſalute
Multa diſcipuli ſint vbicunq; mei.
Siue ego quos docui; vel ſi quis doctus ab illis.
Nam licet & fas eſt, dicere vtroſq; meos.
At ſi forte roges, quo primũ vertere curſus,
Quamq; tibi iubeam protinus ire viam:
Te prius ad noſtræ hinc auguſtæ limina perfer.
Nuſq̃ tota tibi eſt ianua aperta magis.
Inuenies illic ab eadem ſtirpe ſorores:
Quæ te ſubcollant, excipiantq; ſinu.
Altera, qua noſtro mutatur ſermo latinus:
Altera, quæ Hiſpane nectere verba docet.
Præterea fratres; alia ſed matre; gemellos
Inuenies: quos tu non aliena petes.
Alter enim Latio ſermonem reddit Iberum:
Alter ab Hiſpanis verba latina refert.
Si Regina tuos repetet voluetq; libellos:
Vtq; ſolet, vultus forte ſerenus erit.
Pauca tui referes memor hæc mandata parentis.
Temporibus veſtris nonnihil iſte dedit.
Quod ſi tu nobis fœlicia tempora donas,
Et meus illuſtrat ſæcula veſtra parens.

Nuſq̃. i. nullo loco. Tota ianua. ſic Martialis. Nulli tota magis ianua poſte patet. Sorores. duas artes grammatices, alteram quam ipſius reginæ imperio e regione verſuum Hiſpanienſem fecimus. Alteram, in qua ſermonem hiſpanum ſub regulas atq; artis præcepta contraximus: opus eiuſdem reginæ auſpicijs æditum. Quæ te ſubcollant: humero & collo ferant. Varro in. iij. de re ruſtica de apibus: regem (inquit) ſuum ſequuntur & feſſum ſubleuant. & ſi nequit volare, ſubcollant. Sueto. in Othone. Donec commiſſa meta ſubcollatus. Præterea fratres. i. duo vocabularia. Alia ſed matre. ideſt diuerſa vocabulorum materia. Nam alterum ex ſermone latino in hiſpanum. Alterum ex hiſpano in latinas conuerſum dictiones. Forma vero eſt quam ars inducit: nomina & verba aliaſq; partes orationis quadrans ad ſermonis ſtructuram. vnde ſignanter dixit alia matre, alludens ad materiam vocabulorum. Gemellos. Quia ſimul geniti atq; æditi ſunt. Latio. ideſt latino ſermoni. Iberum. ideſt hiſpanum. Si regina. quid ipſi reginæ dicat oſtendit. Non nihil. ideſt aliquid, & modeſte de ſe loquitur; atq; ex Martiale ſumptum eſt. Quod ſi dicis o regina te dare nobis tempora fœlicia: & meus parens ſua doctrina facit ſecula veſtra illuſtriora.

¶ Aelius Antonius Nebriſſenſis Iſabelæ Principi ſuæ. S. D.

CVM introductiones meas prǽclariſſimo tuo noie recognitas atq; interp̃tatas ędere cœpiſſem, multi a me petierũt: vt illũ ipſum prologum: quo ſum celſitudinem tuã pręfatus; enarrarẽ: tum ꝙ ꝓpter eas antiquitates q̃ in eo perſtringũtur, ſub obſcurus atq; difficilis cognitu videretur: tum etiam ꝙ rei literariæ profeſſores a prooemio librorũ ſemper auſpicari conſueuerunt. Et quamq̃ multa erãt quæ me ad id facere prohiberent: tum ꝙ cõmentarios cõmentarijs inculcãdo; nimio apparatu tempus inſumebatur: tum ꝙ officium interpretis eſt multa in cõmẽdationem autoris illi⁹ dicere, quem exponit, tũ deniq; ꝙ nullo exemplo aut perq̃ raro fieret: vt quiſq; autor ſuũ opus interpretetur: geſſi tamẽ illis morẽ: quibus nihil denegare potui. Expoſitionem igitur pręfationis aggrediamur. Ad optimã eandemq; maximam. In titulo ſiue indice ſiue inſcriptione cuiuſq; operis duo præcipue annotamẽta ſunt, nomẽ autoris & ſubiecta libri materia. Quidã addũt & perſonã; cuius nomine opus illud inſcribitur: q̃ ſi expreſſa non fuerit: nihilominus tamẽ intelligimus librũ publicę lectorũ vtilitati dedicatũ. Autor igitur eſt Aelius Antonius Nebriſſenſis grãmaticus, Materia eſt recognitio cum cõmẽtarijs introductionũ ſuarum; quas de ſermõe latino iã bis ædiderat. Perſona cui opus dedicatur eſt optima eademq; maxima Auguſta Iſabela. Titulus; non vt quidã furore perciti diuinãt; a Titane; hoc eſt a ſole dicit̃; quia illuſtrat, qua de re in illo opere diſputatur: ſed autore Feſto Titulus a tutando venit: quia tuetur & prohibet; ne plagiarius quiſpiã librum alieno labore partum pro ſuo ædat. Index vero dicitur ab eo quod & autoris nomen ſimul & materiam indicat: & quaſi digito demonſtrat. Inſcriptio quoq; appellatur: quia prima ſtatim frõte atq; libri initio inſcribitur. Sed quãq̃ ordo naturæ deſiderat: vt nomen autoris p̃poni debeat: deinde materia ſubiungi: tum demum perſona cuius nomine opus æditur: eos inani quadã ambitiõe perſuaſi, oia inuertimus: poſtponimuſq; quod fuerat præponendũ. Pari ſunt in errore: q̃ in hunc modum loquuntur. Rex & ego venimus. Nam (ſi verum eſt quod grãmatici dicunt) verbum digniori reſpondere debere; eadẽ ratione dicendum fuit: Rex & tu & ego venit. Quod nõ minus abſurdum rediculumq; eſt dicere: q̃m in orationis ſerie nõ tã rerum dignitas: quã perſonarũ ordo deſideratur. Quare in titulo dicẽdum fuit potius: Aelij Antonij Nebriſſeñ. Grãmatici p̃fatio in recognitionem cõmentarioſq; introductionum ſuarum ad optimã eãdemq; maximam Auguſtã. Sed, quoniã autor eſt Ariſtoteles, multitudinis arbitrio loqui oportere: ſentiẽdum vero eſſe cũ paucis: in titulo qui multitudini legẽdus p̃ponitur. Auguſtã noſtrã antepoſuimus. Ad optimã eandẽq; maximã. Ego nõ alio potiſſimum dignitatis epitheto dignatus ſum Hiſpaniarũ Reginam: q̃ quod antiquitas dedit ſuo Ioui: quem Gręcia in arce diuinitatis cũ poſuiſſet: optimũ maximũq; appellauit. Optimũ videlicet ꝓpter bñficentiã. Maximum vero: quia ſupremum gradum in vniuerſitate rerum optinere putabat. Idẽ ꝓpe valeret, ſi dixiſſem. Ad altiſſimã eandemq; clariſſimã Auguſtã. Nã Altiſſimum eſt, qđ in ſummo rerum faſtigio collocatum eſt. Clariſſimum vero: quod virtutis ſplẽdore conſpicuum atq; illuſtre reddit̃: vnde gloria illa reſultat; quam Cicero dicit eſſe cõſenſum bonorum atq; incorruptã vocẽ bene indicãtium de excellenti quadam virtute: tametſi in epiſtolis ad Lucillum Seneca: Gloriã a Claritudine diſtare putet; vt gloria ſit conſenſus multorum, claritudo vero tantum bonorum. Quod nõnulli reges ſereniſſimos appellant: id neq; vſitate neq; latine dicitur. Nam ſi vultus ſerenitas: q̃ animi tranquilitatẽ ꝓmittit, virt⁹ eſt: ſi iuſticia; fortitudo; ſeueritas grauitas, magnitudo animi; largitas; bñficẽtia, liberalitas; virtutes regię ſunt: vt Cicero pro rege Deiotaro ſcribit: nõ minus tamen ad ſubditos pertinẽt. Regum igitur ꝓpria eſt celſitudo claritaſq;: & ſi ambitioſe nimiũ Vulpianus in libris digeſtorum de ſenatoribus dicat ſenatores quoq; poſſe claros appellari. Auguſtã. Quemadmodum vxores regum reginæ: ſic imperatorum nõ (vt vulgus loquit̃) imperatrices; ſed auguſtę appellant̃. Auguſtam igitur diximus ſiue ab Auguſto augurio, qđ huius auſpicijs res omnis Hiſpana reſtituta eſt: ſiue ab augẽdo: quia ipſa uires ſubminiſtrante: ductu atq; imperio dulciſſimi cõiugis res publica Hiſpana aucta propagataq; ſit. Iſabelã. Hiſpanus ſermo nomẽ hoc à diui Ioannis baptiſtę matre Eliſabeth vt Hebræi; ſiue Eliſabet per. t. exile in fine detorſiſſe videt̃. atq; vt græci vtrobiq; penultima acuta: non Heliſabet per t, atq; accẽtu acuto in fine vt corrupte in omnibus libris legebat̃. proferebaturq; corruptius; Sed quia declinatiõis latinę ratio exigebat; ut ab Eliſabet Eliſabeta diceremus: idq; durum tum pleriſq;: tum eidem ipſi Reginę viſum eſt: ab Iſabel voce Hiſpana nouo nomine Iſabelam potius q̃ ex Heliſabet voce Hebraica aut Eliſabetã fecimus. Huius nominis tertiam. Prima nãq; huius nois regina fuit Ludouici illius filia: q̃ primus in Gallia hoc nomine regnauit; quã duxit vxorẽ Alphonſus ille; qui Hiſpaniarũ Imperator eſt

cõſalutatus.Secunda fuit huius noſtrę ex Ioãne ſecũdo mater fœliciſſima.Hiſpaniæ,Hęc Gręcis
ab Ibero amne ſiue ab Iberibus:q illã incoluerũt:Iberia dicta ẽ.A latinis vero Heſperia minor
eadẽ ratione:qua Heſperia maior Italia eſt a Gręcis appellata.A iuniorib⁹ deinde ab Hiſpali Hiſ-
pania,vt noiaretur,obtinuit. Ac inſularũ nr̃i maris. Quod vulgus Mediterraneũ vocat:latini
noſtrũ ſiue Herculeũ mare appellant:cum mediterranea potius dicãtur loca a mari remota:vt ſi
dixeris Toletum eſt vrbs mediterranea.Inſularũ vero.Ambitioſe dixit cum non oĩm ſit regina
ſed tantum Pityuſarum;Balearium;Sardinię;Corſicę.Sicilię cum reliquis illi adiecẽtibus inſulis.
Reginam. non qua ratione vxores atq̧ filię regum a latinis reginę dicuntur,ſed quia regnum
Hiſpaniarum illi dotale fuit.Aeli Antonij Nebriſſeñ.grãmatici.vt Aelius ſit prenomen;Anto-
nius nomẽ,Nebriſſenſis cognomẽ. Grãmaticus vero agnomen,ex pfeſſione ſumptũ.Solẽt mul
ti a me quęrere cur Aelij prenomen mihi adoptauerim,cum prenomina gentilicia eſſe debeant:
hoc eſt familię cuiuſq̧ propria. Quibus ego reſpondendũ eſſe opinor hoc in loco ſimul oĩbus
qđ ſum ſingulatim reſpondere ſolitus : illam videlicet fuiſſe mihi cauſam prenomen hoc aſſu-
mẽdi,qđ Nebriſſæ atq̧ in agro Nebriſſenſi cõplura ſunt antiquitatis monumẽta:in quib⁹ Aelio
rum atq̧ Aelianorum familia marmoribus inciſa leguntur.Licuit ergo mihi tanq̃ maioribus
meis hæreditario quodã iure prenomẽ hoc adoptare:cum preſertim in tota Bætica Aeliorum
familia fuerit clariſſima:ex qua ſunt Ael.Traianus.Ael.Hadrianus Cæſarũ preſtantiſſimi;qui
mihi fuerũt ppe dixerim cõterranei.Dicet vero q̃ſpiã. Aelij atq̧ Aeliani;quos tu dicis Nebriſ-
ſam tuam coluiſſe:quoſq̧ falſa maiores tuos fuiſſe iactitas,qđ ipſa nomina preſeferũt.Romanos
fuiſſe conſtat,qui poſt annos circiter ſeptingẽtos a Gotthis Vandaliſq̧ Nebriſſa pulſi ſunt,atq̧
rurſus Gotthi Roderico rege a Pœnis Mauritaniſq̧.quos tandẽ poſt annos circiter quingẽtos
Ferdinãd⁹ terti⁹.omniũ gentis Gotthicę regum clariſſimus atq̧ pinde ſanctiſſimus,tam diutur-
na poſſeſſione deiecit.Quo igitur iure quaue iniuria tibi inde hereditariũ nomẽ vſurpas,cui⁹
ſtẽma toties interruptum eſt:His ergo poſſum illud adhuc reſpondere.Et ſi fortuna illius oppi
di:quẽadmodum & aliarum rerum:ſepe mutata eſt:licuiſſe tamẽ a Romanis;patrię quondam
meæ colonis quorumq̧ virtutis ſum admirator:ſi non p naturã ſaltẽ p adoptionẽ,aut p Pytha
goræ palingeneſiam;aut p Anaxagoræ potius homeomeriam.i.omnium partium atq̧ mẽbro
rum inter ſe ſimillitudinẽ:quam Maro quarto æneidos libro ſignificare viſus eſt,cum Eliſam
his verbis imprecantẽ inducit.Exoriare aliquis nr̃is ex oſſibus vltor:qui face Dardanios ferroq̧
ſequare colonos.Nam quẽadmodum Dido optat atq̧ precatur : vt ex cineribus ſuis aliquando
oriat̃,q iniuriæ ſibi ab Aenea illatę ſit vltor,qđ Hãnibal poſtea feciſſe putat̃:eadẽ quoq̧ rõne
poſſum ego dicere me vnum ex poſteritate Romanoꝝ eſſe:ex quoꝝ cineribus non minus
ego ſum ortus:q̃ Hannibal fuit ex oſſibus Eliſę.Antonius nomẽ eſt, gẽti meæ freq̃ntiſſimum:
quo noie fuit mihi au⁹ atauuſq̧ materni:viuitq̧ adhuc ſoror Antonia:quę nomine quoq̧ ipo
proauiã refert.Nebriſſenſis.De antiquitate illius oppidi quoniam multa in alijs quoq̧ locis car
mine & proſa orone cõſcripſimus;illud tantum in hoc loco nõ diſſimulandũ.Nebriſſam quę
alio nomine Veneria eſt appellata.Turdetanorum eſſe oppidũ perq̧ vetuſtum in Bætica po
ſitũ a Libero patre;quo tpe victor Hiſpaniam luſtrabat : inter ęſtuaria Bætis : quẽadmodum
autores ſunt Strabo Plinius & Ptolemęus;appellatamq̧ Nebriſſam a nebridibus dãmarum
pellibus:quarũ erat vſus in ſacris,quę Bacchus illo in loco inſtituerat:dicẽte Sillio Italico puni
corũ libro tertio. At Nebriſſa Dionyſęis conſcia Thyrſis. Quã ſatyri coluere leues redimitaq̧
ſacra nebride.& hortano menas nocturna Lyęo.Nam tẽporibus ſecundi belli punici iã floruiſ-
ſe Nebriſſam atq̧ ſinglarẽ in eo bello operam Hannibali nauaſſe;idẽ Silius teſtat̃.Grãmaticus,
nomẽ eſt pfeſſionis:neq̧ enim dedignati ſumus nos a profeſſione cẽſeri;quę nobis tantũ hono-
ris peperit:quantũ etiam me tacente obtrectatores mei fatẽtur.Prefatio.Sic latinę đr: qui græce
prologus ſiue procœmiũ appellatur.In recognitionẽ cõmentarioſq̧.Et cur vtrumq̧ fecerit:cau-
ſas in ipſa prefatione narrabit.Introductionũ.iam ab ipo ſtatim operis initio profitemur nos nõ
artẽ grammatices abſolutam:& cui nihil addi poſſit:ſed introductiones tantum latinas ſcribere:
ne quiſq̃ poſſit calumnari nos aliquid omiſiſſe eorum; quę ad grãmaticẽ ptinere exiſtimantur:
qđ aſſequi:erat infiniti cuiuſdam opis:& qđ magis obeſſe q̃ prodeſſe poterat:ijs maxime:quib⁹
introductiones noſtræ ſcribuntur. Bis ediderat. Priores ad perq̃ Reuerendũ partẽ illuſtriſſimũ
dñm Petrũ Mẽdozam.S.R.E.Cardinalẽ Hiſpanũ. Quæ quia hominibus carminu Alexandri
no aſſuetis nõ multum placebant,ſecundam adiecimus ad nobiliſſimum adoleſcentẽ Guterriũ
a Toleto.in quo illa tantum verſibus cõplexi ſumus:quę cum ſint varia atq̧ de rebus minutiſſi
mis differentia:in prõptu pueris habẽda erant:qđ videtur poſſe facilius carmen de ſe preſtare.

Ad optimam eandemq; maximam Auguſtam Eliſaben huius nominis tertiam Hiſpaniæ: inſularumq; maris noſtri Reginã clariſſimã: Aelij Antonij Nebriſſenſis grãmatici in recognitionẽ commentarioſq; introductionũ ſuarũ; quas de ſermone latino bis ædiderat, Præfacio incipitur.

THales ille Mileſius, q̃ fuit vn⁹ ideq; prim⁹ illorũ ſeptẽ quos Græcia iactat ſapientię ſtudioſos, interrogatus aliqñ quiſnã eſſet ſapiẽs; tẽpus inquit, ſubiecitq; eueſtigio cauſam: qđ oia inueniat. Præclara me hercule vox: & tali viro digna ſentẽtia: q̃ declarat nullã eſſe artẽ ex ijs q̃ ſunt humano ingenio adinuentę; quã non tẽporis lõginquitas abſoluat. Hinc & Ariſtoteles tempus, inquit, rerum repertor eſt; ad iutorq; ꝓbus. Vnde & artiũ facta ſunt additamẽta. Quod cũ a Thalete primũ, deinde ab Ariſtotele poſt annos circiter tercentũ dictũ ſit; Cleobulus

*THales ille Mileſius. Hæc præfacio in tres partes diſtribuitur. Prima enumerat cauſas cur autor introductiones ſuas iam bis æditas recognouerit. Secunda cur in illos commentarios adiecerit. Tertia cur Eliſabæ Hiſpaniarum Reginæ potiſſimum dedicauerit. In prima præfationis parte artificioſa quadam inſinuatione vtitur. Nam cum inconſtantiæ ac leuitatis nec minus ignorantiæ ſignum uideri poſſet toties idem opus ædere: excuſat ſe autoritate Mileſij Thaletis: qui cũ aliquando interrogaretur quis eſſet ſapiens; reſpondit tempus qđ oia inuenit. Hoc igitur autor dicit, quædã operi adieciſſe, quædam rurſus detraxiſſe. Deinde ſubdit aliam adhuc cauſam opus illud emẽdandi, ꝗ inſcitia quorundam atq; ignorantia impreſſorum librariorumq; multa fuerãt ex exẽplari deprauata: quæ tamen ſuis locis reddenda ſunt. Dicit igitur ꝓponẽs. Thales Mileſius (quẽadmodũ Diogen. Laertius ſcribit) Thales patriã habuit Phœniciam: poſtea vero ciuis Mileti aſcriptus, quæ fuit urbs in Ionia clariſſima, obtinuit ut Mileſius potiuſq̃ Phœnix cognominaretur. Ilie. hoc in loco emphaſim quandam habet autore Valla. Qui fuit unus, ex numero ſeptem ſapiẽtum. Idemq; primus, in ordine ſcilicet illorum ſeptem. Nam cum adoleſcẽtes Ionij iactum retis a piſcatoribus emiſſent eſſetq; inter illos de tripode aureo cũ piſcibus educto exorta contentio: ex Appollinis oraculo quod iubebat: ut tripus ille ſapientiſſimo traderetur: utriuſq; partis conſenſu Thaleti datus eſt. Hinc igitur primũ ſophiæ ideſt ſapiẽtiæ nomen exoritur: quemadmodũ philoſophiæ a Pythagora. Illorum ſeptem. Hi prope omnium cõſenſu fuerũt Thales Mileſius. Solon Salaminus. Chilo Lacedæmonius. Pittacus Mitilenæus. Bias Prinæus. Cleobulus Lindius. Periander Corinthius. quamq̃ Plato in Protagora huius loco Miſonem Chenæum numerauit. Sapientiæ ſtudioſos, i. ſapiẽtes, nõ illi quidẽ ſimpliciter ſapientes, illa ſcilicet ſapientia. quam adhuc mortalis nemo conſecutus: ſed vt vulgus uitaq; communis loquitur: quæ appellat ſapientes uiros ingenio doctrinaq; præſtantes. Interrogatus aliquãdo. Interrogandi cauſa illa fuiſſe uidetur. quod cũ ſapientiæ nomen, ut paulo ante diximus, nuper eſſet inuentum, atq; illi ſeptem qui ſapientes eſſe putabãtur, profeſſionẽ tanti nominis recuſarent, interrogatus Thales quis igitur eſſet ſapiens, tempus reſpondit. & ſubdidit cauſam. quia omnia inueniat. Eueſtigio. i. continuo & ſtatim, dictum ab eo ꝙ in eodem veſtigio inſiſtentis ſit. Deinde præpoſitam ſententiam commendat ſimul & exponit dicens. Præclara me Hercule uox. Hercule aduerbium eſt iurandi, quod tametſi uidetur ſignificare per Herculem, uel ita me Hercules amet. apud nos tamen aduerbium eſt dei obteſtatione aliquid affirmãtis. Nam ꝙ diuus Hieronymus prohibet nos huiuſmodi ſermonibus, vti ſcribẽs in illud euãgelij de filio ꝓdigo & frugi, abſit (inqt) ab ore Chriſtiano Iuppiter omnipotẽs & me Hercule, me Caſtor, loquendi modus ille ſua ætate fuerit forte periculoſus, cum adhuc Romæ complures ex gẽtilitate ſupereſſent. noſtro vero ſæculo quis adeo infirmus eſt ut offendatur, ſiue vt græci dicũt, ſcandalizetur, cum audit, me Hercule, me Caſtor, & quod poeta noſter dixit. Aquel con quiẽ Iupiter tuuo tal zelo. Tali viro. Emphaſim habet. quaſi velit dicere illo, qui ſit ab omnibus ſapientiſſimus iudicatus. Humano ingenio. Nam quæ diuinitus reuelatur, tẽporis momento poſſunt infundi, quæq̃ & ille temporum diuturnitate, quibus non ſunt reuelatæ, acquirantur. Abſoluat. hoc per accidẽs fit. nam Ariſtotele autore lib. phyſicorũ quarto. tempus corruptionis per ſe cauſa eſt, generationis uero per accidens. Vnde eodem teſte prouerbium fuit apud græcos. omnia tempore ſeneſcere atq; corrumpi. Hinc & Ariſtoteles. Superiori Thaletis ſententiæ aſtipulari dicit Ariſtotelem, qui primo de moribus libro ſcripſit, tempus eſſe quod res inuenit adiuuatq;. Tempus inuẽtor adiutorq;. Nam teſte Priſciano maſculina & fœminina uel duorum communia in or. inueniũtur etiam neutris cõiuncta. vt Verg. x. eñ. Italiam petijt fatis autoribus eſto. Illud quoq; figurate dicitur tempus res inuenire, cum intelligendum ſit ab hominibus in tempore inueniri. Vnde. i. a quo tempore. ſic Verg. Genus unde latinum. i. a quo latino. Artiũ, ſiue illæ ſint praticæ ſiue theoricæ. Facta ſunt additamẽta. nam ſic artes abſoluuntur, ſi noſtris atq; aliorum inuentis cotidie aliquid addamus. Sed quẽadmodũ diximus, hoc p accidẽs fit, nã p ſe tẽpus cauſa eſt obliuionis atq; artiũ interitus. Quod cũ a Thalete primũ. Quod Thales primũ deinde Ariſt. in gñe dixerũt tẽpus oĩa inuenire. Cleobulus proprie ad eas artes cõtraxit, quas ſermocinales appellãt. Nã oẽs artes ſiue ſcientiæ aut ſunt de rebus, aut de ſermonibus. De rebus aut ſunt praticæ, quarũ finis eſt actio ſiue opus, aut theoricæ, quarum finis eſt contemplatio, quo in genere ſunt phyſica. mathematica. theologia. Circa ſermones quoq; tres verſantur. grammatica, dialectica. rhethorica. Poſt annos trecentos. nam floruiſſe Thaletem circa olimpiada quinquageſimam. quo tempore iudæorum captiuitas fuit Babiloniæ, autores Laertius Diogenes atq; Euſebius Pamphili. Ariſtotelẽ vero circa olympiada centeſimã vigeſimã omnes confitentur. Cleobulus, hic (quemadmodum ſuperius eſt memoratum) vnus fuit ex numero ſeptem ſapientũ Euagoræ filius, natus Lindi, quæ fuit vrbs nobiliſſima inſulæ*

Lindius,qui fuit prope Thaleti cōtēporaneus:ad eas artes contraxit:quę ſunt circa ſermones:qualis eſt grammatice,quam nos profitemur. Cuius ea de re verba nos indiſtinchon ſic redegimus.

Copia verborum rerumq; inſcitia verſat
Mortales:tempus perficit,atq; ſapit.

Et profecto ita res ſe habet. Nam quemadmodū in frumēti ſatione primo luxuries illa ſegetū procreatur:quam in herba tenera depaſcēdā eſſe Maro pręcepit:tūc calami ad certa quędā internodia: tum ſpicę quarum gratia nugas illas natura ludēs produxerat:quaſq; ab agricolatū ſpe Marc⁹ Varro dictas eſſe putauit,tū vero ariſtis folliculis neglectis grana ipſa deglubuntur: ſic in ętatis flore; in qua homines rerū prope omnium ignoratione tenētur;magis abundāt verbis:audatius loquuntur:temere aſſeuerant [?] recte Quintilianus nr̄ dixiſſe videatur:quo quiſq; ingenio minus valet: eo ſe magis attollere ac dilatare cōatur,quēadmodū ſtatura breues in digitos erigūtur.Cū vero incipiūt aliquid ſapere;minus minuſq; verba effundūt; nihil ſine tēperamēto illo forte affirmant:vt iā nullum ſit maius ſapientię ſignū quā taciturnitas: quemadmodum ediuerſo nullū magis ignorātię quam laquacitas.Hęc idcirco ſunt a me clariſſima princeps tā multis repetita;vt nemo miretur:ſi introductionum latinarum ęditioni ſecūdę:cui nihil iam addi poſſe videbatur:quędam adiecimus;quę nobis interim tēpus rerum omniū inuentor ſuggeſſit; quędam rurſus detraximus, quę videlicet ętatis iam ingraueſcentis ratio elimare ſuadebat.

*Rhodi.Sunt qui dicant hunc non Lindium,ſed ex Caria fuiſſe,quæ regio contra Rhodum in Aſiæ continenti ſita eſt Thaleti comtemporaneus. Nam ſeptē illi quos diximus omniū prope conſenſu fuiſſe ſapiētes,ſynchroni,hoc eſt contēporanei fuerunt,quandoquidem circa olympiada quinquageſimā floruiſſe,omnes fatētur. Ad eas artes cōtraxit.i.reſtrinxit,& ex genere ad eſpeciē reduxit. Quæ circa ſermones.i.quas græci logicas,latini ſermocinales appellāt.Qualis eſt grāmatice.i. quo in genere eſt habenda,quoniam circa ſermonis congruitatē verſatur,quemadmodum R hetorica circa ornatū. Dialectica circa veri falſiq; diſſertionē.Cuius.hoc eſt Cleobuli uerba,quæ ille ſoluta oratione dixit,nos addita metri neceſſitate redegimus in diſtinchon,ideſt in duos verſus hoc modo.Copia verborū rerumq; inſcitia uerſat.&c. quaſi velit dicere,homines in adoleſcentia duabus rebus inuoluuntur,hoc eſt rerum ignoratione & verborum abundantia,ſed poſtea ætate perficiuntur & ſapiunt.*

*Quam ſententiam ſimilitudine quadam deinde exponit dicens,quod quemadmodum in frumento ſato multa procreantur,quæ nihil ad rem pertinent,quibus neglectis tantum ſemina leguntur,ſic homines cum rerum inſcitia tenentur:abundant verbis quaſi herbis floribuſq; quibuſdam,cum vero incipiunt ſapientiæ grana legere,verborum illam redundantiam contēnunt. In frumenti ſatione,ideſt in frumento iam ſato. Luxuries illa ſegetū,quæ ex nimia terræ atq; anni fertilitate p uenit. In herba tenera depaſcendam, id debere fieri Plin. libro ſecūdo naturalis hiſto. his uerbis præcipit. Luxuries ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat,& depaſtæ quidem vel ſæpius nullam in ſpica iniuriam ſentiunt. Maro præcipit.Vergilij verba ſunt ex ,i.Georgicorū libro.Quid qui ne grauidis procūbant culmus ariſtis Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Tunc calami, ideſt poſt frumenti brebam calami procreātur. Ad certa, puta quaterna vel quina internodia. Internodiū appellatur illud qđ duab⁹ calami nodis, hoc eſt geniculis cōtinetur.Tū ſpicæ,ideſt poſt calamos pcreātur ſpicæ. Quarum gratia,ideſt cauſa vel fine. Natura ludens.ac ſi dicat ocioſa qui modus loquendi frequens eſt. vt apud Plinium lib.x.cum de conchis ſcribit,in quibus ait,eſt magna ludentis naturæ varietas. Et in ſacris litteris prouerbiorum.cap.viij. Ludens coram eo omni tempore,ludens in orbe terrarum, & illud pſalmographi. Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei.i.cum quo quaſi per actum luderet. Quaſq;.i.ab agricolarum ſpe.Mar.Varronis uerba ſunt in primo libro de re ruſtica.ſpica autem a ſpe nominata videtur: eā enim quod ſperant fore ſerūt. Tum vero ariſtis.eodem autore ſpica tria habet. granum. glumam & ariſtam.granum a gerendo dictum:quia vt id ſpica gerat, frumētum ſeritur.gluma,a glubēdo:qđ eo folliculo detracto deglubatur.hoc eſt detrahatur granū.Nā gluma proprie folliculus eſt eius fici quē edimus:& per translationē frumenti ſiliqua vel vagina. Ariſta uero dicta q2 prima areſcit. In ætatis flore.i.in adoleſcentia,vt Iuuenalis flos Aſiæ ante ipſum precio maiore paratus.Ignoratione,propter rerum inexperiētiā abundant verbis:quod vitium ſimul ætatis & ignorātiæ eſt. Temere aſſeuerant.ideſt ſine cauſa aſſeuerate affirmāt. Quintilian⁹ noſter.Vel quia Hiſpanus ex Calagurræ citerioris Hiſpaniæ oppido:aut noſter quia latinus,aut qa hūc autorē in hoc potiſſimū ope ſecuti ſumus.uerba Quintiliani oratoriarū inſtitutionū libro ſecūdo ſunt. Prima eſt eloquētiæ uirtus perſpicuitas: & quo quis ingenio minus ualet,hoc ſe magis attollere ac dilatare conatur, ut ſtatura breues in digitos erigūtur,& plura infirmi minantur. Cū uero incipiunt,econtrario dicit oīa ſenes facere. Minus minuſq; contra id qđ dixit magis abundant uerbis. Nihil ſine tēperamento illo forte.cōtra id quod dixit,Temere aſſeuerant. Forte aduerbiū tēperamentū eſt philoſophorū,Academicorū maxime,qui nihil affirmare audēt. Taciturnitas.unde Iuuenalis de ſimulatis philo.dixit.Rarus ſermo illis,& magna libido tacendi. Loquacitas,a qua ſermo Hiſpanus eleganter,q. ēadmodū & multa alia,furioſos & inſanos appellat locos,quaſi locutuleios & loquaces. Hæc idcirco,ex ſuperioribus colligit autor ſe tēpore admonitū, quædā introductionibus ſuis adiciſſe,quædā rurſus detraxiſſe,atq; licuiſſe ſibi in opere ſuo, quod licuit alijs in alieno atq; etiā in proprio opere facere. Princeps nō princiſſa,aut principiſſa quēadmodū neq; duciſſa aut comitiſſa,ut indocti quidā dixerunt:cū princeps,dux,comes,duorū generū cōmunia ſint. Tam multis.ſubaudi uerba repetita,quaſi a longe petita. Quædam adiecimus. per pauca illa quidem & quæ ſuis locis reddēda ſunt.Quæ tēpus ſuggeſſit.i.quæ in*

ter legendū poſtea occurrerūt tpe illa ſuggerēte atq; ſubminiſtrāte. Quædā detraximus, ſed hæc pauciora & quæ etatis ingraueſcentis ratio.i.ſenecta quæ plæriſq; grauis & moleſta videtur.vt Cice. in Catone maiori oſtendit. Elimare, ideſt lima veluti quædam deterere. An mihi non liceat. ſuperiorem concluſionē a præiudicio arguens adhuc confirmat. In oprere præſertim meo.ac ſi dicat licet hoc in opere alieno facere, ergo multomagis hoc in proprio opere licebit. Sacrarū. quibus Chriſtiana religio cōtinetur. Secularium.i. pfanarū. nā quia profanum a noſtris in malā partem accipitur: pro eo quod nō eſt ſacrum ſeculare dicunt: cū omnis res aut ſacra ſit aut profana.ſeculare vero ſit quod ad ſeculum pertinet, vt ludi ſeculares, carmen ſeculare, quod virumq; ſacrum eſt.

An mihi⁊ non liceat in opere præſertim meo facere; quod licuit multis ſacrarum atq; ſecularium literarū ſcriptoribus; qui non modo in aliorū libris quoſdā locos infamiæ nota inuſerunt; verū etiā in propria opera libros retractationū edidere; Quod licuit nobis in eos qui ante nos artis grāmaticę pręcepta tradiderūt. Quod deniq; poſteris meq; etiā viuo & ſentiente præſentibus licebit; vt quid velint operi meo addere; nōnihil etiā detrahere; quædam rurſus in aliū ordinē cōmutare. Itaq; ego grecorum prudētiam (quēadmodū ceteris in rebus) in hac quoq; parte vehementer admiror; qui ſtatuis & imaginibus non ſcribāt (vt mos artificū eſt) Lyſippus fecit aut Polycletus. ſed titulo impendeti Lyſippus aut Polycletus faciebat; vt contra iudiciorū varietates ſupereſſet artifici regreſſ⁹ ad veniā; velut emēdaturo quicquid deſideraretur ſi non eſſet interceptus. Quid qđ & illa quæ fuerunt ab Impreſſoribus & Librarijs detorta; cum prototypo meo; vnde oēs codices emanarūt contuli; atq; ad lineā veritatis, qđ aberrauerat, q̄ diligētiſſime reduxi. Hos vero cōmentarios ædēdi cauſa illa in primis fuit, q̄ cum multis in locis a vulgata præcipiendi via diſceſſerim; reddenda fuit a nobis ratio, tū amicis, tum etiā alienoribus; cur antiquorū iuniorūq; autoritate neglecta; præceptiones quaſdā auſus ſum in aliam formā cōmutare; qđ cū poſſem⁹ plurib⁹ adhuc alijs in locis magno huius doctrinæ cōpendio facere; fecimus id quidem modice; vel intra modū potius; ne alicuius nouitatis eſſemus autores, niſi vbi plurimum intererat hoc vel illo modo præceptiones quaſdā tradi.

In famiæ nota. oſtendendo libros illos hæreſim, aut falſitatē aliquā continere. Inuſſerunt quaſi igneatq; cauterio ſignū impreſſerunt, quod ſeruis erronibus, aut fugitiuis fieri conſueuit. Libros retractationū. quemadmodum Aurelius Auguſtinus qui in opera iam ædita libros retractationum fecit. In eos qui ante nos.i.a quorū preceptis atq; doctrina nōnunq̄ diſceſſim⁹. Poſteris.i.futuris. Meq; viuo & ſentiente. ex Martiale ſumptū eſt, qui libro epigrammatū primo ſcribit. Cui lector ſtudioſe quod dediſti viuenti decus atq; ſentienti. Itaq; ego, ſuperioris adhuc concluſionis rationē exēplo græcorum confirmat, quæ in operibus ab aliqua arte profectis præterito imperfecto tēpore ſubſcriptiones apponebant illud ſignificare volentes, nullum eſſe mortale opus, cui non aliquid deſit quod tēpore ſuppleri poſſit. In hac quoq; parte. de qua ſum ſtatim dicturus. Statuis & imaginibus. ſtatuæ ex materia ſolida ſunt veluti auro, argento, ære, ligno, marmore. Imagines vero ſunt etiam ex colorib⁹. Vt mos artificum eſt, qui in baſibus ſtatuarū tabularūq; calcibus nomina ſua ſubſcribere conſueuerūt. dummodo opera illa non eſſent publicis impenſis facta. nam fuit lex, quæ adhuc hodie extat in codice Iuſtiniano, ne quid operi publico liceat inſcribere. Et Cicer. lib. Thuſculanarum quæſtionum primo. quid enim Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Mineruæ, cum inſcribere nō licet? Lyſippus fecit aut Polycletus. tota hæc clauſula pene ad verbum ex Plinij præfatione in libro naturalis hiſtoriæ tranſlata eſt. Ex illis inquit nos velim intelligi pinguiq; conditoribus, quorum in libellis his inuenies abſoluta opera, & illa quoq; quæ mirando nō ſatiamur, pendenti titulo inſcripſiſſe, vt Appelles faciebat aut Polycletus, tanq̄ inchoata ſemper arte & imperfecta, vt cōtra iudiciorū varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniā velut emendaturo quicquid deſideraretur, ſi non eſſet interceptus. Lyſippus & Polycletus, ſtatuarij fuerūt, quorū opera idē autor illuſtrauit libro trigeſimo quarto. Fecit tempore præterito perfecto, ne ſignificarent opera ſua fuiſſe ab illis abſoluta, quodq; nihil illis addi poſſet, quod ipſum magnæ inuidiæ haberetur, vt idem Plinius eſt autor, ſed titulo impendenti, quaſi tempore imperfecto. faciebat: aut pingebat quod faciebant: vt ſupereſſet artifici regreſſus ac veniam, ideſt ex eo quod populus de ſuis operibus iudicaret, ipſi opus emēdarēt, artifici inquam: velut emēdaturo quicquid deſideraretur. ideſt deſieret, nam & hoc quoq; ſignificat deſidero. Si non eſſet interceptus, ideſt morte raptus, vt Lucanus in primo, abſtulit ad manes parcarū Iulia ſæua intercepta manu. Quid quod & illa. aliam quoq; fuiſſe cauſam recognoſcendi ſecundam æditionem dicit. quia fuerunt nonnuli: qui aut ignorantia, aut auſu quodam temerario plæraq; loca inuerterunt. Impreſſoribus. ideſt qui libros torculis imprimunt quos quidem chalcographos appellant, hoc eſt æreis litteris cartas imprimendo ſcribentes. Librarijs, qui libros calamo vel penna ſcribunt, nam qui vendunt bibliopolæ dicuntur. Detorta, ideſt a vero exēplo deprauata. Cum portotypo meo. ideſt primo illo meo atq; archetypo exemplari. Contuli, ideſt comparaui. Et quod aberrauerat, ideſt ad viā recta deprauatum fuerat. Ad lineam veritatis, ideſt ad regulam reduxit. Hos vero commentarios. hoc eſt ſecunda prologi pars, in qua duas affert cauſas, cur in introductiones ſuas Autor hos commentarios ædiderit, quarum prima eſt q̄ reddenda fuit ratio, cur ab antiquis grammaticis aliquando diſceſſerit. Amicis. qui putabant a me fuiſſe ſcriptum quod nec ſuſpicatus quidē ſum, aut cogitaui. Alienioribus, ideſt non amicis, qui ſuam ignorantiam ſimul & maleuolentiam in meos libros tranſtulerunt. Multis in locis, & qui illi ſunt, in ipſo commentariorum diſcurſu patebit. Antiquorum. puta Diomedis, Phocæ:

# PROLOGVS

*Seruij. Priſciani. Donati. Iuniorum, puta Alexandri. Ebrardi. Catholici. & ex ijs qui ſuper ſunt. Peroti verulani Nigri. Mancinelli. Sed cum poſſemus, ſed id perparce dicit feciſſe: cum poſſet adhuc alijs in locis idem facere. Cõpendio. i. breuiori via, ſicut diſpendium eſt viæ ambages. Modice. i. cũ modo: Intra modum. i. adhuc arctius quam in modo. Plurimum interrat, magnum compendium atq; emolumẽtũ: vt ſic dicã huius doctrinæ lucrum faceret. Deinde q, cum, hæc eſt ſecũda cauſa cur cõmentarios hos ædiderit, quia introductiones illæ fuerũt ſimplices, quippe quæ puerorũ eruditioni ſcriptæ ſunt nunc vero in hoc opere cũ adultis, vel potius cũ ipſis præceptoribus ſermo habendus eſt. Ingenio tumultũ faceret. Horatianum eſt, ſtomachoq; tumultum lenta feret pituita, vides vt pallidus omnis cœna deſurgat dubia. Cum vero iam: quaſi dicat, cum erãt pueri ac rudes in ſtudio litterarũ, danda fuit illis doctrina ſimplex & quaſi lac paruulis, vt apoſtolus ait, ſed prouectis & in ætate ꝓgreſſis porrigẽdus eſt doctrinæ ſolidior quidã cibus. i. durior & numeroſior. i. magis varius. Vt lac pulpamẽtũq;, adhuc in trãslatiõe cibi ad doctrinã perſtat. vt lac pulpamentumq; ſit doctrina, ſimplex & facilis: nã pulpamẽtũ eſt corpꝰ ſine oſſibus quod facile mãdi conficiq; dẽtibus poteſt, oſſa vero & nerui ſunt difficultates doctrinæ ſecretioris, q̃ nõ niſi à grãdiuſculis penetrari percipiq; poſſũt. Quare nõ tã. ex ſuperioribus infert cur lectori hos cõmẽtarios ſcripſerimꝰ. Tuæ vero celſitudini, hæc eſt tertia ps præfatiõis, in qua ponũtur rationes cur hoc opus celſitudini regiæ dedicatũ ſit. Extremũ laborẽ, quia nobis in aĩo eſt poſteaq̃ antiqtates Hiſpaniẽſes abſoluerimꝰ, omne reliquũ vitæ noſtræ tẽpus in ſacris litteris cõſumere. Quantæ ſit tibi curæ, hæc eſt ratio cur frõtem perfricuit autor, vt rem tenuem atq; ieiunã tantæ maieſtati dedicarit quod multis argumẽtis intellexit: quãta illi cura ſit, ne rei Hiſpanæ hoc vnũ ſermõis latini ornamẽtũ deſit: tũ quod in eo liberos erudiẽdos curet, tum q, omnes putant ſe rem iucundiſſimam illi facere, q, dent operã litteris precipuã. quodq; iã à fœminis expectatur: quod viri antehac uix optare audebãt. In hac diſciplina, hoc eſt grãmaticæ, de qua nunc ſcribimus. Adoleſcentes, exoletos & purpuratos regios intelligit. Omniũ ætatum, quia etiam adulti iam hoc aggrediuntur. Alter ſexus ſcilicet à virili, hoc eſt muliebris. Nam quid ego, aliud quoq, ſignũ affert: cur huic maximæ curæ regina intendit, quod ad autorẽ dederit litteras humaniſſime ſcriptas, quibus illum admonebat. vt introductiões latinas e regione verſuũ Hiſpanienſes faceret ad eum modum, quem Præſul Illiberritanus illis præfiniſſet. Quas litteras, quaſi dicat quàm comiter atq; clementer ſcriptas. Archiepiſcopus. Ferdinandus Atalabrica regius ſenator atq; illa tempeſtate præſul Abilenſis. Illiberritanus. Illiberris vrbs eſt quæ noſtro ſæculo Garnata dicitur quæq; annis ſuperioribus in deditionem Chriſtianorum venit, cum annos circiter octigentos ſub ditiõe Pœnorum Mauritanorumq; fuerit. E regione. ideſt ex oppoſito, hoc eſt vt ſermo Hiſpanienſis ſit poſitus cõtra latinum. Hiſpanienſes vero dixit non Hiſpanas: quia introductiones ille in Hiſpanum ſermonem non vſq; ad eo migrare potuerunt, vt non maximam latinitatis partem retinuerint. nam Hiſpanum eſt quod in Hiſpania eſt. Hiſpanienſe vero quod non penitus Hiſpanum, ſed aut in Hiſpania ab extremis genitur, vt bellum Hiſpanienſe quod à Romanis in Hiſpania, aut extra Hiſpaniam ab Hiſpanis: vt Collegium Hiſpanienſe, quod eſt Bononiæ ab immortalis memoriæ viro Egidio Albornozio. S. R. E. Cardinali Hiſpano fundatum. Quam differentiam videtur obſeruare Martialis cum in Epiſtola duodecima libri epigrammaton ſcripſit, ſe mittere Romam librum iam non Hiſpanienſem ſed Hiſpanum. Nam cum ſuperiores libri magna ex parte fuiſſent Romæ conſcripti, quia ab homine Hiſpano Hiſpanienſes poterant appellari. at vero duodecimus, quia in Hiſpania & ab homine Hiſpano recte Hiſpanꝰ dici debuit. Nemo igitur me. Ex ſupioribꝰ autor cõcludit ſe nõ ambitioſe feciſſe, qđ opus de rebus leuiſſimis qualis*

deinde quod cum introductiones noſtræ puerorum eruditioni ſcriptę ſint: habenda fuit ratio vt eſſent quam ſimpliciſſimæ: ne quaſi ciborum redũdantia ſtomacho: ſic ꝓceptorum varietas illorũ ingenio tumultum faceret. Cum vero iam in lr̃is aliquãtulum progreſſi ſunt: quaſi ſolidior quidam numeroſiorque cibus eſt illis porrigendus: vt non modo lac pulpamentumq; deguſtent: verumetiã oſſa neruoſq; poſſint obrodere. Quare non tam cum rudibus nouicijſq; rei litterariæ profeſſoribus: quam cum prouectis vel potius cum magiſtris ipſis ſermo mihi in his commentarijs habendus eſt. Tuę vero celſitudini extremum hunc artis grammaticę laborẽ meum dedicandi illa ratio maxime fuit: quod nemo eſt qui non intelligat quantę ſit tibi curę rem publicam hanc Hiſpanam cum cæteris rebus: tum vel præcipue in re litteraria q̃ florentiſſimam efficere. Quanta diligentia dulciſſimos liberos tuos in hac diſciplina erudiendos curaueris. Quam tibi ſit iucundum quod non modo adoleſcentes nobiliſſimi: qui ſunt tuo miniſterio dedicati; verumetiam reliqui omnes omniũ ætatum atq; ordinum homines dent operam vel præcipuam literis: quas antehac quaſi nimis delicatas atq; animorum eneruatrices oderant. Quodq; alter ſexus de ſe iam prẹſtat: quod viri ante hac votis omnibus vix audebant exoptare. Nam quid ego referam quas ad me litteras ab hinc ſeptenniũ celſitudo tua dedit? Quas præterea mihi Archiepiſcopus Illiberritanus ex tuis verbis atq; ſententia reddendas curauit: vt inductiones meas quas de ſermone latino ædideram: e regione verſuum Hiſpanienſes faceremus? Nemo igitur me æquus iudex ambitioſe atq; petulanter feciſſe iudicabit, q leuiſſimis de rebus ſcribens vigilias meas auſus ſum maieſtati regiæ dedicare: cũ pręſertim quicqđ

eſt grammatice, tantæ principici dedicauerit: cum præſertim ab ipſa per litteras fuerit admonitus, vt iiſdem de rebus ſcriberet. Neq; petulanter. cum grammatice non debeat res parua iudicari, quod multis rationibus confirmat. Ambitioſe. hoc eſt, quod nos inſinuauerimus: regiæ familiaritati, ut honores aut aliquam bonam gratiam aucuparemur: a qua ſuſpitione ſe purgat cum dicit ſe iuſſum iiſdem de rebus ſcripſiſſe. Petulanter. i. impudenter & procaciter. quod videlicet illepidũ fuerit donum, quod eſt de rebus leuiſſimis & parui precij: quod tamen excuſatur oſtendendo rei litterariæ dignitatem.

illud eſt: quod elaboramus: tuis auſpicijs tuoq; imperio ſimus aggreſſi: neq; vt ille inquit: exiſtimari parua debeant: ſine quibus magna conſtare non poſſunt. An vero eſt qui paruam audeat artem illam appellare: qui ſermo latinus continetur: in quo religionis noſtræ imprimis ſacramenta quaſi depoſitum quoddã fideliſſime ſeruantur? Quę cum reliquis omnibus diſciplinis iſta eſt coagmentata: vt nec ab alijs facile ſecerni: illæ vero ab hac quemadmodum diſiungant: nec intelligi vllo modo poſſit. Nam oro te atq; per deum immortalẽ obteſtor; quotam ſibi vitæ noſtrę partem reliquæ omnes diſciplinę vendicant? Quoties in eum ſermonem incidimus; vt de numeris magnitudinibuſq;? quoties vt de vocum aſtrorumq; ratione? quoties vt de moribus; rerumq; natura? quoties vt de medicina deq; ciuilis & pontificij iuris ſcientia? quoties vt de religione atq; de re diuina diſputemus? At vero grammatice omni in loco omniq; tempore ita præſto eſt: vt ſi quid legas: ſi quid ſcribas: ſi cum alio loquaris: ſi denique tecum ipſe qd cogites; ſine illa efficere nullo modo poſſis.

Atq; vt de illa Fabius veriſſime ſcripſit: neceſſaria eſt pueris: iucunda ſenibus: dulcis ſecretorum comes: & cuius amor: vt idem autor ſcribit: non ſcholarum temporibus: ſed vita terminatur. Et quiſq̃ eſt adeo ſtupidus & a communi ſenſu alienus; qui audeat hãc artem tenuem atq; ieiunam appellare: & indignam: cuius libri Auguſtę noſtrę debuerint dicari, cum videamus non modo viros ſummo ingenio ſingulariq; doctrina præditos, huius diſciplinæ opera maximis principibus dedicaſſe: verũ etiã duces ipſos imperatoreſq; in media totius orbis terrarũ adminiſtratione occupatos: volumina iiſdem de rebus ſcripta reliquiſſe? Sed ego demẽs qui, de re iam pridem Celſitudini tuę cõpertiſſima pluribus diſputem? Illud modo tantum hic dicã: quod alio in loco magna ſcholaſticorum frequentia teſtatus ſum: tuũ atq; dulciſſimi cõiugis tui pręſidium implorans. Vos, inquam, clariſſimi atq; inuictiſſimi principes: quorũ ductu aſpicijſq; totius Hiſpaniæ membra diſſipata in vnum prope corpus rediere: curate obſecro ne fœlicitati; quam noſtro ſæculo dediſtis; hoc vnum latini ſermonis ornamentum deſit ampliſſimum.

Ille inquit. Quintilianus eſt: qui oratoriarũ inſtitutionum libro i. hoc ſcribit. An vero eſt qui. neceſſitatem ſimul & dignitatem huius artis oſtendit. Sermo continetur. nam hoc præſtat ars, vt ſermoni vitium aliqd irrepere nõ poſſit. Sacramenta. & myſteria & ſacra ſecreta. Quaſi depoſitum. hoc ex Quintiliano quoq; deductum eſt, qui de litteris ſcribens ait. hic eſt vſus litterarũ, vt cuſtodiãt voces, & velut depoſitũ reddãt legẽtib9: nã depoſitũ pfecte ſeruãdũ: & cũ repoſcitur ſũma fide reddẽdũ eſt. Coagmẽtata. cõiuncta & cõglutinata. Nec ab alijs. nã in hoc eius dignitas oſtẽditur, qđ ab alijs omnib9 eſt abſoluta, cũ reliquæ ſine illa cõſiſtere nõ poſſint. Nam oro te. neceſſitatem huius artis demonſtrat. q; nulla vitæ pars illius officio vacare poteſt: cum reliquæ omnes raro in vſum veniant. Quotam. interrogatiue, quaſi dicat minimaq;: quia raro de illis fit ſermo cum ſine hac nec momẽto, vt ſic dixerim. temporis eſſe poſſimus. De numeris. quod eſt arithmeticæ opus. De magnitudinibus. quod eſt geometriæ. De vocum ratione. de quibus eſt muſica. Aſtrorum. de quibus eſt aſtrologia. De moribus. qđ ad ethicen pertinet. De rerum natura. quod ad phiſicen pertinet. De re diuina, quæ dicitur græce theologia. Ita preſto eſt. ideſt preſens. Vt ſi quid legas. hic locus ex proœmio Ciceronis in libro de officijs tranſlatus eſt. Nulla inquit vitæ pars, neq; publicis, neq; priuatis, neq; forenſibus, neq; domeſticis in rebus, neq; ſi tecum agas quid, neq; ſi cum altero contrahas: vacare officio poteſt. Fabius. M. Fabius Quintilianus, qui oratorum inſtitutionum libro hoc ſcribit. Iucunda ſenibus. quia etiam citra neceſſitatem, altiſſimam quoq; eruditionem exercere poteſt. Dulcis ſecretorũ comes: quia per illam dulces curas, cogitationeſq; noſtras litteris mandamus. Cuius amor. ideſt voluptas quæ ex illa percipitur, non terminatur dũ in ſcholis verſamur ſed morte ſola. Et quiſq̃ eſt. ad præfationis epilogum accedit. A communi ſenſu. non quemadmodum phyſici qui potentiã illam ſuperiorem, quinq; ſenſibus cõmunem, ſenſum appellant. Sed vt Cicero, p eo in quo pleriq; omnes ſapientes conueniũt. Sic Quintilianus in primo, ſenſum ipſum qui communis dicitur, vbi diſcet. cum ſe a congreſſu ſegregarit. Seneca in Epiſtolis: hoc philoſophia promittit ſenſum communem & humanitatẽ. Horatius. communi plane ſenſu caret. Tenuem atq; ieiunam. ideſt aridam & ſterilem. Maximis principibus. vt Iulius pollux ad Commodũ Cæſarem de vocabulis atq; arte grammatica. Duces imperatoreſq;. vt Cæſar qui de analogia libros ſcripſit. Compertiſſima, ideſt certa & explorata. Alio in loco in repetitione ſecũda, in qua de litteris diſputauimus.

## SVPPOSITVM DE AVTORIBVS GRAMMAticæ latinæ. In quo doctiſſimus quiſq; conſentit.

SED QVI A NOSTRIS SAECVLI SCRIPTORIBVS eatenus fides adhibenda eſt: quatenus ea q̃ nobis afferunt ratione probauerint. nemoq; eſt adeo imperitus: qui iam non intelligat antiquis autoribꝰ ideo aſſentiendum eſſe: quia ſic locuti ſunt. Iunioribus vero quia quod nobis perſuadere volunt, illorum autoritate freti probare contendunt: neceſſariũ eſſe duxi hoc in loco demonſtrare quantum fidei ſcriptorum cuiq; ſit habẽdũ. Neq; enim omnibus illis paſſim atq; indifferenter credere debemus: ſed illis duntaxat; qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antoninum Pium. hoc eſt ante Chriſtianum natalem annis cẽtum ad centeſſimum quinquageſimum: ex quo ſalutem Chriſtianam numeramus. Nam & latinus ſermo; quemadmodum & cætera mortalia; aliquando incœpit: habuitq; ſuam infantiam, in qua vir quicq; effari potuit. Sic locuti ſunt Aborigines primum cum Faunis Vatibuſq;. Sic deinceps Latini & Albani. Sic poſtea Romani ad annum quartumdecimum ſupra quingenteſimũ ab vrbe condita: quo Liuius Liuij ſalinatoris libertus fabulam primus latinis verſibus ædidit. Hũc ſecuti ſunt ex poetis Ennius. Neuius. Plautus. Cecilius. Terentius. Pacuuius. Lucilius. Actius. Turpilius. Affranius. Tintinnius. Lucius. Laberius. Põponius. Ex Oratoribus. Cæthegus. Cato. Sex. Aelius. Gallus. Scipiones. Naſica & duo Aphricani. Gracchi pater & duo filij. Lælius aliiq; cõplures; quos Cicero in libro de claris oratoribus ad ſua vſq; tẽpora cõmemorat. Ex iure cõſultis. Papyrius. Appij duo. Coruncanus. Attilius. Manilius. Brutus. Rutilius. Virginius. Antipater. L. Craſſus. Q. Mutius. Lucillius. Iuuẽtius. Fuerit atq; hæc latini ſermõis pueritia: in qua multa qdem emẽdate atq; diligẽter: plæraq; tamẽ nimis antique duriterq; dicta ſunt. At vero illius iuuẽta: in qua & lacertos mouere & vires ſuas oſtẽtare cœpit: cũ Cicerone orta eſt; cœpitq; cũ Cæſare Hadriano cõſeneſcere. Hac ætate fuerũt autores illi q latinam linguam locupletarũt: quoſq; imitãdos eſſe dicimus. Ex poetis Catullus. Varro. Lucretius. Vergilius. Horatius. Manilius. Tibullus. Propertius. Ouidius. Germanicus. Auienus. Macer. Perſius. Seneca. Lucanꝰ. Valeriꝰ Flacus. Silius Italicus. Martialis. Iuuenalis. Papinius. Ex Oratoribus variarũ rerũ ſcriptoribꝰ. Cicero. Cæſar. Brutus. Seruius Sulpitius. Pollio. M. Varro. Nigidius. Cato Vticẽſis. Celius. Victruuius. Columela. Celſus. Iginius. Pedianus. Feſtus Marcellus. Mela. Apicius. vterq; Seneca. vterq; Plinius. Quintilianus. Ex Hiſtoricis vero. Salluſtius. Nepos. Liuius. Valerius Maximus. Feneſtella. Solinus. Iuſtinus. Tranquillus. Tacitus. Curtius. Florus. Aemilius. Ex iurecõſultis. Alphenꝰ. Offiliꝰ. Aufidius. Namuſa. Flauius. Proculus. Antiſtius. Gellius. Trebatius. Caſſellius. Tubero. Capito. Caſſius. Sabini duo. Labeones tres. Nerua pater & filius. Pegaſus. Iaboleus. Celſus. Neratius. Alburnus. Iulianus. Poſt Hadrianũ cœpit in dies latinus ſermo lãguere & quodã quaſi ſenio contabeſcere qđ nimis factũ eſt ſub aduentũ Gotthorũ in Italiã regnũq; Longobardorũ ad fatalem illã totius humani gñis peſtẽ Mahumeteã: q̃ cũ oĩbus ingenuis & bonis artibus ſermonẽ quoq; latinũ intercepit. Hanc igit̃ recte dixerimus latinæ linguæ ſenectutẽ: q̃ cũ annos ꝓpe quadringẽtos quinquaginta ægre ſpm̃ duxiſſet: tãdẽ cũ imperio ppli Romani extincta eſt. Hoc temporum interuallo pauci admodum repiunt̃ autores tollerabiles illi qdem: ſed q nullo modo cum ſuperioribus debeãt cõparari. Ex Poetis & Grãmaticis aliarumq; rerum ſcriptoribus. Auſonius. Claudianus. Serenus. Diomedes. Phocas. Gellius. Macrobius. Acron. Porphyrion. Victorinus. Donatus. Sergius. Seruius. Priſcianus. Apuleius Socraticus. Apuleius grammaticus. Vegetius. Frontinus. Ex Hiſtoricis. Spartianus. Capitolinus. Trebelius. Lãpridius. Volcatius. Vopiſcus. Eutropius. Damaſus. Oroſius. Ex iurecõſultis. Arrianus. Aphricanꝰ. Arcadius. Caius Caliſtratꝰ. Florentinus. Largus. Hermogeneſis. Martianus. Modeſtinus. Marcellus. Mela. Papinianus. Paulus. Sceuola. Tryphonius. Venuleius. Vulpianus. Ex iis q ꝓ religiõe nr̃a ſcripſerunt. Tertullianus. Iuuencus. Cyprianus. Lactãtius. Ambroſius. Hieronymus. Auguſtinus. Ruffinꝰ. Seduliꝰ. Licinius. Prudẽtius. Sidonius. Boetius. Caſſiodorus. Gregorius. Iſidorus. Proſper. Qui ſequunt̃ qđ ad latini ſermõis rationẽ attinet: nec digni qdẽ ſunt: quorũ meminiſſe debeamus. Qui autores cũ ſint in triplici tꝑorũ diuerſitate poſiti. illorũ tñ autoritate nitemur; q fuerunt medij.

¶ Prima nominis declinatio.

Nominatiuo hæc muſa.
Genitiuo muſæ.
Datiuo muſæ.
Accuſatiuo muſam.
Vocatiuo o muſa.
Ablatiuo a muſa.
Plurali Nominatiuo muſæ.
Genitiuo muſarum.
Datiuo muſis.
Accuſatiuo muſas.
Vocatiuo o muſæ.
Ablatiuo a muſis.

¶ Secunda declinatio.

Nominatiuo hic dominus.
Genitiuo domini.
Datiuo domino.
Accuſatiuo dominum.
Vocatiuo o domine.
Ablatiuo a domino.
Plurali Nominatiuo domini
Genitiuo dominorum.
Datiuo dominis.
Accuſatiuo dominos.
Vocatiuo o domini.
Ablatiuo a dominis.
Nominatiuo hoc templum.
Genitiuo templi.
Datiuo templo.
Accuſatiuo templum.
Vocatiuo o templum.
Ablatiuo a templo.
Plurali Nominatiuo templa
Genitiuo templorum.
Datiuo templis.
Accuſatiuo templa.
Vocatiuo o templa.
Ablatiuo a templis.

¶ Tertia declinatio.

Nominatiuo hic ſermo.
Genitiuo ſermonis.
Datiuo ſermoni
Accuſatiuo ſermonem.
Vocatiuo o ſermo.
Ablatiuo a ſermone.
Plurali Nominatiuo ſermões
Genitiuo ſermonum.
Datiuo ſermonibus.
Accuſatiuo ſermones.
Vocatiuo o ſermones.
Ablatiuo a ſermonibus.
Nominatiuo hoc tempus.
Genitiuo temporis
Datiuo tempori.
Accuſatiuo tempus
Vocatiuo o tempus
Ablatiuo a tempore.
Plurali Nominatiuo tempora
Genitiuo temporum.
Datiuo temporibus.
Accuſatiuo tempora.
Vocatiuo o tempora.
Ablatiuo a temporibus.

¶ Quarta declinatio.

Nominatiuo hic ſenſus.
Genitiuo ſenſus.
Datiuo ſenſui.
Accuſatiuo ſenſum.
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſu.
Plurali Nominatiuo ſenſus.
Genitiuo ſenſuum.
Datiuo ſenſibus.
Accuſatiuo ſenſus.
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſibus.
Nominatiuo hoc veru.
Genitiuo veru.
Datiuo veru.
Accuſatiuo veru.
Vocatiuo o veru.
Ablatiuo a veru.
Plurali Nominatiuo verua.
Genitiuo veruum.
Datiuo verubus.
Accuſatiuo verua.
Vocatiuo o verua.
Ablatiuo a verubus.

¶ Quinta declinatio.

Nominatiuo hic dies.
Genitiuo diei.
Datiuo diei.
Accuſatiuo diem.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a die.
Plurali Nominatiuo dies.
Genitiuo dierum.
Datiuo diebus.
Accuſatiuo dies.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a diebus.

¶ Adiectiua primæ & ſecundæ.

Nominatiuo bonus bona bonum.
Genitiuo boni bonæ boni.
Datiuo bono bonæ bono.
Accuſatiuo bonum bonam bonum.
Vocatiuo o bone bona bonum.
Ablatiuo a bono bona bono.
Plurali Nominatiuo boni bonæ bona
Genitiuo bonorum bonarum bonorum.
Datiuo bonis.
Accuſatiuo bonos bonas bona.
Vocatiuo o boni bonæ bona.
Ablatiuo a bonis.

¶ Adiectiua tertiæ.

Nominatiuo hic & hæc & hoc prudens.
Genitiuo prudentis.

Datiuo prudenti.
Accuſatiuo prudens, et prudentum
Vocatiuo o prudens,
Ablatiuo a prudente vel prudenti.
Plurali Ntõ prudentes & prudẽtia.
Genitiuo prudentium vel prudentum.
Datiuo prudentibus.
Accuſatiuo prudentes vel prudentia,
Vocatiuo o prudentes vel prudentia.
Ablatiuo a prudentibus.
Nominatiuo hic & hæc breuis & hoc breue.
Genitiuo breuis.
Datiuo breui.
Accuſatiuo breuem & breue.
Vocatiuo o breuis & breue.
Ablatiuo a breui.
Plurali nominatiuo breues & breuia.
Genitiuo breuium.
Datiuo breuibus.
Accuſatiuo breues & breuia.
Vocatiuo o breues & breuia.
Ablatiuo a breuibus.
Nominatiuo hic & hęc breuior & hoc breuius.
Genitiuo breuioris.
Datiuo breuiori.
Accuſatiuo breuiorem & breuius.
Vocatiuo o breuior & breuius.
Ablatiuo a breuiore vel breuiori.
Plurali Nominatiuo breuiores & breuiora.
Genitiuo breuiorum.
Datiuo breuioribus.
Accuſatiuo breuiores & breuiora.
Vocatiuo o breuiores & breuiora.
Ablatiuo a breuioribus.
Nominatiuo hic acer, hęc acris, hoc acre.
Genitiuo acris.
Datiuo acri.
Accuſatiuo acrem & acre.
Vocatiuo o acer, acris, & acre.
Ablatiuo ab acri.
Plurali nominatiuo acres & acria.
Genitiuo acrium.
Datiuo acribus.
Accuſatiuo acres & acria.
Vocatiuo o acres & acria.
Ablatiuo ab acribus.

¶ Irregularia.

Nominatiuo hęc domus.
Genitiuo domi vel domus.
Datiuo domui. (alias) domo
Accuſatiuo domum.
Vocatiuo o domus.
Ablatiuo a domo.
Plurali Nominatiuo domus.
Genitiuo domorum vel domuum.
Datiuo domibus.
Accuſatiuo domos vel domus.
Vocatiuo ô domus.
Ablatiuo a domibus.

Plurali Nominatiuo duo duę duo.
Genitiuo duorum duarum duorum.
Datiuo duobus duabus duobus.
Accuſatiuo duos vel duo duas duo.
Vocatiuo o duo duę duo.
Ablatiuo a duobus duabus duobus.
Plurali Nominatiuo ambo ambæ ambo.
Genitiuo amborum ambarum amborum.
Datiuo ambobus ambabus ambobus.
Accuſatiuo ambos vel ambo ambas ambo.
Vocatiuo o ambo ambæ ambo.
Ablatiuo ab ambobus ambabus ambobus.
Nominatiuo hoc plus.
Genitiuo pluris.
Datiuo pluri.
Accuſatiuo plus.
Vocatiuo o plus.
Ablatiuo a pluri.
Plurali Noĩatiuo plures & plura
Genitiuo plurium.
Datiuo pluribus.
Accuſatiuo plures & plura.
Vocatiuo o plures & plura.
Ablatiuo a pluribus.

¶ Pronoĩs prima declinatio.

Nominatiuo ego.
Genitiuo mei:
Datiuo mihi vel mi.
Accuſatiuo me.
Ablatiuo a me.
Plurali nominatiuo nos.
Genitiuo noſtrum vel noſtri.
Datiuo nobis.
Accuſatiuo nos.
Ablatiuo a nobis.
Nominatiuo tu.
Genitiuo tui.
Datiuo tibi.
Accuſatiuo te.
Vocatiuo o tu.
Ablatiuo a te.
Plurali Nominatiuo vos.
Genitiuo veſtrum vel veſtri.
Datiuo vobis.
Accuſatiuo vos.
Vocatiuo o vos.
Ablatiuo a vobis.
Genitiuo ſui.
Datiuo ſibi.
Accuſatiuo ſe.
Ablatiuo a ſe.
Plurali genitiuo ſui.
Datiuo ſibi.
Accuſatiuo ſe.
Ablatiuo a ſe.

¶ Secunda pronominis declinatio.

Nominatiuo hic hæc hoc.
Genitiuo huius.

Datiuo huic.
Accuſatiuo hunc hanc hoc.
Ablatiuo ab hoc hac hoc.
Plurali Nominatiuo hi hæ hæc.
Genitiuo horum harum horum.
Datiuo his.
Accuſatiuo hos has hæc.
Ablatiuo ab his.
Nominatiuo iſte iſta iſtud.
Genitiuo iſtius.
Datiuo iſti.
Accuſatiuo iſtum iſtam iſtud.
Ablatiuo ab iſto iſta iſto.
Plurali Nominatiuo iſti iſtę iſta.
Genitiuo iſtorum iſtarum iſtorum.
Datiuo iſtis.
Accuſatiuo iſtos iſtas iſta.
Ablatiuo ab iſtis.
Nominatiuo ille illa illud.
Genitiuo illius.
Datiuo illi.
Accuſatiuo illum illam illud.
Ablatiuo ab illo illa illo.
Plurali Nominatiuo illi illæ illa.
Genitiuo illorum illarum illorum.
Datiuo illis.
Accuſatiuo illos illas illa.
Ablatiuo ab illis.
Nominatiuo ipſe ipſa ipſum.
Genitiuo ipſius.
Datiuo ipſi.
Accuſatiuo ipſum ipſam ipſum.
Ablatiuo ab ipſo ipſa ipſo.
Plurali Nominatiuo ipſi ipſæ ipſa.
Genitiuo ipſorum ipſarum ipſorum.
Datiuo ipſis.
Accuſatiuo ipſos ipſas ipſa.
Ablatiuo ab ipſis.
Nominatiuo is ea id.
Genitiuo eius.
Datiuo ei.
Accuſatiuo eum eam id.
Ablatiuo ab eo ea eo.
Plurali Nominatiuo ei vel ij eæ ea.
Genitiuo eorum earum eorum.
Datiuo eis vel ijs.
Accuſatiuo eos eas ea.
Ablatiuo ab eis vel ijs.

¶ Tertia pronominis declinatio.

Nominatiuo meus mea meum.
Genitiuo mei meæ mei.
Datiuo meo meæ meo.
Accuſatiuo meum meam meum.
Vocatiuo o mi mea meum.
Ablatiuo a meo mea meo.
Plurali Nominatiuo mei meæ mea.
Genitiuo meorum mearum meorum.
Datiuo meis.
Accuſatiuo meos meas mea.
Vocatiuo o mei meæ mea.
Ablatiuo a meis.
Nominatiuo tuus tua tuum.
Vocatiuo caret.
Nominatiuo ſuus ſua ſuum.
Vocatiuo caret.
Nominatiuo noſter noſtra noſtrum.
Vocatiuo o noſter noſtra noſtrum.
Nominatiuo veſter veſtra veſtrum.
Vocatiuo caret.

¶ Quarta pronominis declinatio.

Nominatiuo hic & hæc & hoc noſtras.
Genitiuo noſtratis.
Datiuo noſtrati.
Accuſatiuo noſtratē & nr̄as
Vocatiuo o noſtras
Ablatiuo a noſtrati
Plurali Ntō nr̄ates & nr̄atia.
Genitiuo noſtratium.
Datiuo noſtratibus.
Accuſatiuo nr̄ates & nr̄atia
Ablatiuo o nr̄ates & nr̄atia
Ablatiuo a noſtratibus.
Ntō hic hęc & hoc veſtras.
Vocatiuo caret.

¶ Nomina per ſecundam declinationē pronōis declinata.

Ntō vnus vna vnū, vnius vni.
Ntō nullus nullus nulla nullū. nullius nulli.
Ntō ſolus ſola ſolū, ſolius ſoli.
Ntō totus tota totū, totiꝰ toti.
Ntō alius alia aliud, alius ali.
Ntō alter altera alterum alterius alteri.
Ntō vter vtra vtrū, vtrius vtri.
Ntō neuter neutra neutrum. neutrius neutri.
Ntō vterq; vtraq; vtrumq;. vtriuſq; vtriq;.
¶ Ntō quis vel qui quæ qđ, vel quid.
Genitiuo cuius.
Datiuo cui.
Actō quē quā qđ vel quid.
Ablatiuo a quo qua quo vel qui.
Plurali Ntō qui quę quę.
Gtō quorū quarū quorū.
Datiuo quis vel quibus.
Accuſatiuo quos quas quæ.
Ablatiuo a quis vel quibus.

¶ Compoſita a quis vel qui.

Quiſq; quæq; quodq; vel quidq;,cuiuſq;.
Quiſquis quidquid in nominatiuo & accuſatiuo tantum.
Quiſnam quænam quodnam vel quidnam,cuiuſnam.
Quiſpiam quæpiam quodpiam,vel quidpiam,cuiuſpiam.
Quiſquam quæquam quodquam vel quidquam,cuiuſquam.
Quiſputas quæputas quodputas vel quidputas,cuiuſputas.
Quicunq; qu[illegible]cunq; quodcunq; vel quidcunq;.cuiuſcunq;.
Quidam quædam quoddam vel quiddam, cuiuſdam.
Quilibet quælibet quodlibet vel quidlibet,cuiuſlibet.
Quiuis quæuis quoduis vel quiduis,cuiuſuis.
Aliquis aliqua aliquod vel aliquid.alicuius.
Ecquis ecqua ecquod vel ecquid,eccuius.
Nequis nequa nequod vel nequid.necuius.
Nunquis,nunqua nunquod vel nunquid nuncuius.
Siquis ſiqua ſiquod vel ſiquid.ſicuius.
Vnuſquiſq; vnaquæq; vnumquodq; vel vnumquidq;.

## CONIVGATIO.

*IN coniugatione verborũ explicanda viſum eſt quædam tempora adijcere.ducliq; ſumus ad id faciẽdum,tum antiquorum autoritate,tum rationem:tum etiam neceſſitate. Adiecimus inquã in indicatiuo alterum futurum in voce ſimile futuri ſubiunctiui. Imperatiuo in vtroq; tempore adiecimus voces alteras ſimiles futuro optatiui: alteras ſimiles præterito aut futuro ſubiunctiui. Optatiuo præterea adiecimus duo tẽpora. Infinitiuo futurum proprium vltra duo illa circũloquia quæ vulgo habentur. Quod ſi quis dixerit fruſtra hæc tempora fuiſſe adiecta,cum ad aliorum modorum tempora reduci poſſint: fruſtra igitur futurum optatiui ponimus,quia ſimilis eſt in voce præſenti ſubiunctiui. Fruſtra quaſdam imperatiui perſonas,cum ſimile ſint eiuſdem ſubiunctiui paribus perſonis .Non igitur per voces diſtinguntur tempora atq; modi uerborum, ſed ratione ſignificationis; quemadmodum in dictionibus per caſus declinatis:caſus & numeri non vocibus,ſed ſignificationibus diſtinguntur: alioqui nominatiuus & vocatiuus idem eſſent caſus:quia plerũq; ſimiliter deſinũt,ablatiuꝰ & ſeptimus caſus vtriuſq; nũeri,datiuus quoq; & ablatiuus plurales,quia ſemper eodem modo terminantur. Quod ſi multo cõmodius eſt verborũ qualitates cũ ſuis temporibus diſtincte poni:etiam ſi aliquod interim addiſcentibus idſpendium fuerit,quã omnia miſcere atq; inculcare; id quod Ioannes Paſtrana fecit confundendo modos cum temporibus:conſulamus boni:atq; patiamur hanc tantulã morã, quæ ſit nobis poſtea magnã allatura vtilitatem. Adiecimus inquam in indicatiuo tẽpus futurũ quod perfectum dicimus;quoniam alterum quod in vſu frequentiori imperfectum dici oportet. Nam qui dicit ego amabo vxorem:nihil aliud deſignat,quam futurum eſſe tempus in quo vxorem amare inchoabit,quemadmodũ qui dicit amo & amabã. Qui vero dicit amauero,non minus impoſiturum eſſe finem uxoris amãdæ ſignificat:quam is qui dicit ego amaui & ego amauerã. Et ne ꝓ libidine noſtra hoc dixiſſe uideamur:attulimus.M.Varronis uerba ex ſecũdo de analogia libro:quædã,inquit,ſunt tẽpora imperfecta, ut à diſco,diſcebã,diſcam,quædam vero perfecta.ut didici.didiceram,didicero. Vides inter tempora uoceſq; indicatiui modi a Varrone poſitũ didicero in futuro perfecto:quod eſt ſimile futuro ſubiunctiui modi. Quare ſi quis dixerit cũ didicero bucolica.Verg.ceſſabo a labore,ſubiunctiuus eſt Quod ſi dixerit,intra decem dies dedicero bucolica Verg.indicatiuus eſt. Et quemadmodũ alibi diximus pluſquã perfectum indicatiui modi poni pro præterito perfecto,ſi non ad aliud præteritũ referatur:id nunc dicimus de futuro perfecto:ut eius manifeſta ſignificatio apparet;indigere altero futuro ad quod referatur. Vt Cicero in ep̃lis ad Appium. & ſi cũ tu in ꝓuinciã veneris ego annuũ munus cõfecero.ideſt a me confectum erit. Imperatiui quoq; modi ſecundis perſonis præſentis tẽporis vtriuſq; numeri uoces futuri optatiui earundem perſonarũ ſimiles adiecimus,vt ama vel ames amate vel ametis.Terentius in heauton.ſolicitudinem iſtam quæ te excruciat:omittas,quod tantũ ſignificat quantum omitte. Horatius.iij.carmi. Per meos fines & aprica rura lenis incedas. abeaſq; in paruis æquus alũnis.qđ valet incede:& abi. Iam cũ negatione prohibendo frequens eſt hic dicẽdi modus,vt ne neges.ne facias, ne dicas.pro ne nega, ne fac,ne dic. Nam prohibitiuus modus ad imperatiuũ refertur:quod ꝓhibere quodãmodo eſt imperare. Sed & alias ſignificationes hic modus habet. Eſt enim & præcatiuus.Vergilius. Parce pio generi, & propius res aſpice noſtras. Eſt & exhortatiuus.ut o iuuenes tectis ſuccedite noſtris. Eſt & conceſſiuus,vt I ſequere italiã ventis,pete regna ꝑ vndas. Et eſt execratiuus,vt Iuuenalis:ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra. In futuro vero imꝑatiui cur omnes voces præteriti perfecti ſiue futuri ſubiunctiui præterquã primæ perſonæ ſingularis addiderimus:res ipſa nos admonuit.nã voces illæ ꝑ modum imperandi frequenter reperiuntur. Cicero in ſecundo de oratore,tu quẽadmodũ his ſatiſfacias,videris. Iuue.græculus eſuriens in cœlũ iuſſeris ibit. Per.dixeris hæc inter varicoſos centuriones. Et illud eiuſdem. verterit hunc dominus: momento turbinis exit Marcus dama.nec eſt neceſſe ſuppleri coniugationem,vt ad modum ſubiunctiuũ huiuſmodi conſtructiones referantur. Iam vero illa ex euangelio:tu videris & vos videritis,ſatis liquet ad huiuſmodi tempus pertinere:quãquam apud græcos loca illa futuri ſunt indicatiui. Cum particula negatiua frequentius hæc conſtructio reperitur. Vergilius in tertio Aenei. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tãti.Horatius in epiſtolis. Mancipijs locuplex eget æris Cappa*

*docũ rex. ne fueris hic tu. Plaut⁹ in Epidico. Vbi voles pater eſſe, ibi eſto, vbi nolis, ne fueris pater. Quæ voces nõ magis ſubiũctiui ſũt quã ille, quas futuro pfecto indicatiui tribuim⁹: cũ nõ voces ſed ſignificationũ diuerſitas faciat diſtinctos modos. Optatiui modi præteritũ pfectũ extricauim⁹ a preſenti. ꝑterea qđ in ſermõe Hiſpano vtrumq; tẽps ſub eadẽ voce diuerſos habet ſenſus. Tempus præteritum perfectũ ſubiunctiui præterito adiecimus ſimile, á ucti tum Diomedis autoritate, tũ etiam ratione ſignificationis, quæ in vſu frequẽter reperitur, Vergilius ſexto Aenidos. Hac Troia na tenus fuerit fortuna ſecuta. & Lucanus in ſecundo. Sed cõditor arcis finxerit iſta Tages. Cicero in libello de fato. Poſidonius pace magiſtri dixerim, quædam commiſci videtur. quanquam hic dicendi modus magis videatur futuri temporis huiuſmodi, quam præteriti. Eſt quoq; figura loquendi cũ officium pretermiſſum fuiſſe a nobis, aut ab alijs conquerimur, quæ locutio ad hunc modũ referri poteſt, qualis eſt illa apud Terentium in andria, hem prædiceres. Idem in H eauton. fortaſſe iniquior erat, pateretur. Idem in Phormione, ſumeret vel fœnore. Vergilius quarto Aeneidos Faces in caſtra tuliſſem, impleſſemq; foros flammis natũq; patremq; cum genere extinxem, memet ſuper ipſa dediſſem. Idem in eodem. eadem me ad fata vocaſſes. Idem ambas ferro dolor atq; eadem hora tuliſſet. Subiunctiuus cũ ab eo dicatur, quod aliud verbũ ſibi adiungi deſid eret, idq; niſi per coniunctionem fieri non poſſit, non omnes coniugationes om[n]ibus temporibus conueniunt, ſed queda m quibuſdam. Sed ideo hæc coniunctio cũ in verbo ſubiunctiuo præponitur, quia pleriſq; huiuſmodi temporibus aptari poteſt. Illud tamen aduertẽdũ ſubiunctiui tẽpora non eſſe ſatis explicita. nam & præſens magis ſignificat futurũ aut inſtan s, quã tẽpus præſens. vt ſi dixeris venio vt legam. lego vt intelligam. Preteritum quoq; imperfectum nonnunquam in tempore preſenti rem fieri ſignificat. ut Vergilius ſexto Aeneidos. Si nunc foret illa iuuenta. Idem in buccolicis. Ne c tuus hic Meris, nec viueret ipſe Menalcas. Futurũ quoq; tempus aliquando ſignificat. vt Vergili⁹. Tyrias olim quæ euerteret arces. Idem, qui mare qui terras omni ditione tenerẽt. Præteritũ quoq; perfectũ plerũq; ſenſum habet futuri. vt Terẽtius in Andria. Si inde te eximerim, ego pro te molam. Idem in eodem. Certe ſi reſciuerim, atq; in vſu frequenti eſt. vt ſic dixerim, cũ aliquid improprie, aut barbare loquimur. Quare non ſine cauſa Gellius in ambiguo reliquit an eiuſmodi voces præteriti an futuri ſubiunctiui eſſent. Eſt & alia ſubiũctiui ſignificatio per modũ concedendi, quæ quidem verbi qualitas ab alijs modis diſtinguenda fuit: vt eſſent modi ſex. Cicero in Academicis. ſed fuerint illa vetera, ſi vultis illa cognita. Idem in ſecũdo de finib⁹. ſed eſto fecerit, ſi ita vis. Vergilus quarto Aeneidos. Verũ anceps pugnæ fuerat fortuna, fuiſſet. In futuro quoq; reperitur hic modus. vt Cicero in Academicis. Age reſtitero Peripateticis, ſuſtin uero epicureos. & per alterũ futurũ ſimile præterito. Vergilius ſecundo Georgicorũ. Haud alios prima naſcentis origine mũdi illuxiſſe dies, aliumue habuiſſe tenorem crediderim. Idem in eodem. Non ego te menſis & dijs accepta ſecũdis tranſierim Rhodia.*

## ¶ Coniugatio huius vebi r ſum.

SVm. Es. Fui. Eſſe. Ens. Futurus.

¶ Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Sum. es. eſt. Sumus. eſtis. ſunt.
Præterito imperfecto. Eram. eras. erat. Eramus. eratis. erant.
Præterito perfecto. Fui. fuiſti. fuit. Fuimus. fuiſtis. fuerunt vel fuere.
Præterito pluſq̃ perfecto. Fueram fueras. fuerat. Fueramus. fueratis. fuerant.
Futuro imperfecto. Ero. eris. erit. Erimus. eritis. erunt.
Futuro perfecto. Fuero. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Es vel ſis. ſit. Simus. eſte vel ſitis. ſint.
Futuro. Eſto vel fueris. eſto vel fuerit. Fuerimus. eſtote vel fueritis. ſunto vel fuerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti. vtinam Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito imperfecto. vtinam Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito perfecto. vtinam Fuerim. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.
Præterito pluſq̃ perfecto. vtinam Fuiſſem. fuiſſes. fuiſſet. Fuiſſemus. fuiſſetis. fuiſſent.
Futuro. vtinam Sim. ſis. ſit. Simus. ſitis. ſint.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. Cum Sim. ſis. ſit. Simus. ſitis. ſint.
Præterito imperfecto. Cum Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito perfecto. Cum Fuerim. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.
Præterito pluſq̃ perfecto. Cum Fuiſſem. fuiſſes. fuiſſet. Fuiſſemus. fuiſſetis. fuiſſent.
Futuro. Cum Fuero. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti. Eſſe. Præterito. Fuiſſe. Futuro. Fore vel futurum.

*SVm,es,fui.Hoc verbũideo præpoſuim⁹ alijs verbis regularibus,quia neceſſariũ fuit ad circũloquia verborũ paſſiuorũ ſunt paſſiuã vocẽ habẽtiũ declinanda. In imperatiuo,es. vel ſis poſuimus,quanquã alias diximus,ſis,nõ eſſe hmõdi vocẽ ſed,es,tantũ.Nã ſi hẽt,ſit,& ,ſimus,& ſite,& ſint,cur nõ hẽt & ſis?Et cũ Verg.dixit primo æneidos. Sis bon⁹ o fœlixq; tuis:cur magis ſit optaui,ſis,ꝗ deprecatiui,hoc eſt,imperatiui modi? Sed quod de ſite,dixi: apud antiquiores tantũ fuit,vt apud Plautũ in Curgulione:ſite mihi volẽtes propiciæ. & in eodẽ.ſite cauſa mea Lydi barbari. Suſtulimus vero quod alij ꝑperã poſuerunt.eſſendi.eſſendo.eſſendũ:quæ gerũdia nuſquã apudlatinos reperiri veriſſime ſcripſit Valla.Ens vero & ſi latine dici nõ poſſe Seneca in quadã epiſtola aſſeuerat:poſſimus tamẽ illũ ꝗa Priſcianus ait apud antiquos fuiſſe, & ab eo cõpoſita abſens & preſens adhuc extãt: & philoſophi neceſſitate coacti vtuntur eo ad exprimendũ qđ ex græco interpretat̃ on,vſa,on ꝗ hic ens,hæc ens,hoc ens.Futurorũ quoq; ab alio verbo ſumptũ eſt qđ in vſu nõ extat,hoc eſt fuo fuis,a quo etiã mutuati ſumus præteritũ & tẽpora quæ ab eo formãt.Fore quoq; ab eo qđ eſt forẽ ſumptũ eſt,pro eo qđ futurũ eſt.circũloquiũ videlicet futuri infinitiui modi.Cõpoſita vero ab hoc verbo rationẽ ſimplicis ſequũtur:niſi quod poſſum a pos & ſum,aliquando recipit.t.mediã vt potes.poteſt.poteſtis.poterã.In imperatiuo poteſt.poteſtote. In præterito & tẽporibus ab eo formatis.ſ.mutatur in,t.ut potui.In futuro quoq; indicatiui.t.interponitur : vt potero.Et in participio præſentis tẽporis,vt potens quod magis nomẽ eſſe videtur.Inuenimus quoq; poſſetur pro poſſet.Quadrigarius apud Marcellũ cũ non poſſetur diſcerni vtrius putaretur victiora.Poteratur pro poterat. Cælius apud eudẽ. ſine periculo bellũ geri poteratur.Verg.quoq; libro octauo,liquido ve poteſtur electro dixit.Proſum quoq; a pro cõpoſitũ ſequenti vocali.d. recipit.Cũ.præpoſitionibus frequẽter cõponit̃ his.ſ.ad.ab.in.de.inter.ob.pro.pre. ſuper.vt abſum. auſum.deſum,inſum.interſum.obſum.proſum, præſum.ſuperſum.Sed quemadmodum poſſum,accepit.t. pro. ſ.ita proſum euphoniæ deſeruiens accepit.d.quando ſequitur vocalis,vt proderam.prodero.prodeſſum.*

¶Prima coniugatio.

AMo,amas,amaui,amare. Amandi.amando.amamdum.Amatum.amatu.Amans.amaturus.Amor.amaris.Amatus.amandus.

¶Actiua voce, Indicatiuo modo.

Tempore pręſenti.Amo.amas.amat.Amamus.amatis.amant.
Pręterito imperfecto.Amabam.amabas.amabat.Amabamus.amabatis.amabant.
Prætetito perfecto.Amaui.amauiſti.amauit.Amauimus.amauiſtis.amauerunt vel amauere.
Pręterito pluſꝗ perfecto.Amauerã.amaueras.amauerat.Amaueramus.amaueratis.amauerãt.
Futuro imperfecto.Amabo.amabis.abit.Amabimus.amabitis.amabunt.
Futuro perfecto.Amauero.amaueris.amauerit.Amauerimus.amaueritis.amauerint.

¶Imperatiuo modo.

Tempore pręſenti.Ama vel ames.amet.Amemus.amate vel ametis.ament.
Futuro.Amato vel amaueris.amato vel amauerit.Amemus vel amauerimus.amantote vel amaueritis.Amanto vel amauerint.

¶Optatiuo modo.

Tempore pręſenti.vtinam Amarem.amares.amaret.Amaremus.amaretis.amarent.
Præterito imperfecto.vtinam Amarem.amares.amaret.Amaremus.amaretis.amarent.
Pręterito ꝑfecto.vtinã Amauerim.amaueris.amauerit.Amauerimus.amaueritis.amauerint.
Pręterito pluſꝗ ꝑfect;vtinã Amauiſſem.iſſes.iſſet.Amauiſſemus.amauiſſetis.amauiſſent.
Futuro;vtinam Amem.ames.amet.Amemus.ametis.ament.

¶Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti.Cum Amen.ames.amet.Amemus.am s.ament.
Præterito imperfecto.Cum Amarem.amares.amaret.Amaremus.amaretis.amarent.
Præterito perfecto:Cũ Amauerim.amaueris.amauerit.Amauerimus.amaueritis.amauerint.
Præterito pluſꝗ ꝑfecto.Cum Amauiſſem.iſſes.iſſet.Aamauiſſem⁹.amauiſſetis.amauiſſent.
Futuro.Cum Amauero.amaueris.amauerit.Amauerimus.amaueritis.amauerint.

¶Infinitiuo modo.

Tempore præſenti.Amare.Præterito.Amauiſſe.
Futuro.Amatum;vel amaturum eſſe vel amatum ire.
Gerundia ſubſtantiua.Amandi.amando.amandum.
Supina verba.Amatum.amatu.
Participia vocis actiuæ.Amans.amaturus.

¶Verbo imperſonali. Indicatiuo modo.

Tempore preſenti.Amatur.
Præterito imperfecto.Amabatur.
Præterito perfecto.Amatum eſt vel fuit.
Præterito pluſꝗ perfecto.Amatum erat vel fuerat.

Futuro imperfecto. Amabitur.
Futuro perfecto. Amatum erit.
¶ Imperatiuo modo.
Tempore præſenti. Ametur, Futuro, Amator vel amatum ſit.
¶ Optatiuo modo.
Tpe pſenti, vtinã Amaret. Preterito imperfecto, vtinã Amaretur.
Præterito perfecto, vtinam Amatum ſit vel fuerit.
Præterito pluſq̃ perfecto, vtinam Amatum eſſet vel fuiſſet. Futuro vtinam Ametur.
¶ Subiunctiuo modo.
Tempore præſenti, cum Ametur. Præterito imperfecto, cum Amaretur.
Præterito perfecto, cum Amatum ſit vel fuerit. Præterito pluſq̃ perfecto, cum Amatum eſſet vel fuiſſet.
Futuro cum Amatum erit vel fuerit.
¶ Infinitiuo modo.
Tempore præſenti. Amari. Preterito. Amatum eſſe vel fuiſſe.
Futuro. Amandũ vel Amandũ eſſe, vel Amatũ iri. ¶ Paſſiua voce, Indicatiuo modo.
Tempore præſenti Amor, amaris vel amare, amatur. Amamur, amamini, amantur.
Præterito imperfecto. Amabar amabaris vel amabare, amabatur. Amabamur, amabamini, amabantur.
Preterito pfecto, Amatus. a. ũ. ſum vel fui. Præterito pluſq̃ pfecto, Amatus. a. ũ. eram vel fueram.
Futuro imperfecto. Amabor, amaberis vł amabere. amabitur. Amabimur, amabimini, amabuntur.
Futuro perfecto. Amatus, amata, amatum ero.
¶ Imperatiuo modo.
Tpe pſenti. Amare vel ameris, ametur. Amemur, amamini vel amemini, amentur.
Futuro, Amator vel amatus ſis, Amator vł amatus ſit. Amemur vel amati ſimus, amaminor vł amati ſitis, amantor vel amati ſint.
¶ Optatiuo modo.
Tempore præſenti, vtinam Amarer. amareris. vel. ere. amaretur. Amaremur, amaremini, amarentur.
Præterito imperfecto, vtinam Amarer, amareris vel. ere. amaretur. Amaremur, amaremini, amarentur.
Præterito pf. vtinã. Amatus. a. ũ. ſim vel fuerim. Præterito pluſq̃ pfecto vtinã Amatꝰ. a. ũ. eſſem vel fuiſſem.
Futuro, vtinam Amer, ameris vel. ere. ametur. Amemur, amemini, amentur.
¶ Subiunctiuo modo.
Tẽpore pſenti, cũ Amer, amareris vel amere, ametur. Amemur, amemini amentur.
Præterito imperfecto, cum Amarer, ameris vel. ere, amaretur. Amaremur, amaremini, amarentur.
Præterito pfe. cũ Amatus. a. ũ. ſim vel fuerim, Præterito pluſq̃ pfecto, cum Amatus. a. um. eſſem vel fuiſſem.
Futuro, cũ Amatus, a. ũ. ero vel fuero. ¶ Infinitiuo modo.
Tpe præſenti. Amari. Præterito. Amatus, amata. amatũ eſſe vel fuiſſe.
Futuro, Amandum vel amandum eſſe, vel amatum iri. ¶ Participia vocis paſſiuę.
Præteriti, Amatus, amata, amatum. Futuri. Amandus, amanda, amandum.

¶ Secunda coniugatio.

Doceo: doces, docui, docere. Docendi, docendo, docendum, Doctum, doctu, Docens, docturus.
Doceor, doceris, Doctus, docẽdus.
¶ Actiua voce. Indicatiuo modo.
Tempore præſenti. Doceo, doces, docet. Docemus, docetis, docent.
Præterito imperfecto. Docebam, docebas, docebat. Docebamus, docebatis, docebãt.
Preterito pfecto. Docui, docuiſti, docuit. Docuimus docuiſtis, docuerunt vel docuere.
Preterito pluſq̃ pf. Docuerã, docueras, docuerat. Docueramus, docueratis. docuerant.
Futuro imperfecto, Docebo, docebis, docebit. Docebimus, docebitis. docebunt.
Futuro perfecto. Docuero, docueris, docuerit. Docuerimus. docueritis, docuerint.
¶ Imperatiuo modo.
Tempore pſenti Doce vel doceas, doceat. Doceamus, docete vel doceatis, doceant.
Futuro doceto vł docueris, doceto vel docuerit. Doceamꝰ vł docuerimꝰ, docetote vł docueritis, doceto vel docuerint.
¶ Optatiuo modo.
Tempore pſenti, vtinam Docerem, doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.
Præterito imperfecto, vtinam Docerem, doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.
Præterito perfecto, vtinam Docuerim, docueris, docuerit. Docuerimus, docueritis, docuerint.
Præterito pluſq̃ pfecto vtinam Docuiſſem, docuiſſes, docuiſſet. Docuiſſemus, docuiſſetis. docuiſſent.
Futuro, vtinam Doceam, doceas. doceat. Doceamus, doceatis, doceant.
¶ Subiunctiuo modo.
Tempore præſenti. cum Doceam, doceas, doceat. Doceamus, doceatis, doceant.
Præterito impfecto, cum Docerem, doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.



UNIVERSITARIA DE GRANADA

Præterito perfecto, cum Docuerim, docueris, docuerit. Docuerimus, docueritis, docuerint.
Præterito plusq̄ pfecto, cum Docuiſſem, docuiſſes, docuiſſet. Docuiſſemus, docuiſſetis, docuiſſent.
Futuro, cum Docuero, docueris, docuerit. Docuerimus, docueritis, docuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti, Docere, Præterito, docuiſſe. Futuro, docturum vel docturum eſſe vel doctum ire.
¶ Gerundia ſubſtantiua. Docendi. docendo, docendum.
Supina verba. Doctum, doctu.
Participia præſentis. Docens. Futuri. Docturus.

¶ Verbo imperſonali, Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Docetur. Præterito imperfecto, Docebatur. Præterito perfecto, Doctum eſt vel fuit.
Præterito pluſq̄ perfecto, Doctum erat vel fuerat. Futuro imperfecto docebitur. Futuro, perfecto, doctum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti, Doceatur. Futuro, Docetor vel Doctum ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Doceretur, Præterito impfecto vtinā Doceretur.
Præterito pfecto vtinā Doctū ſit vel fuerit. Præterito pluſq̄ perf. vtinā Doctū eſſet vel fuiſſet, Futuro vtinā doceat.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore pſenti, cū doceat, Preterito impfecto cū doceretur. Preterito perfecto, cum doctum ſit vel fuerit.
Præterito pluſq̄ perfecto, cum Doctum eſſet vel fuiſſet. Futuro, cum Doctum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti, Doceri. Præterito. Doctum eſſe vel fuiſſe. Futuro, Docendum vel docendū eſſe vel doctum iri.

¶ Paſſiua voce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Doceor, doceris vel docere, docet. Docemur, docemini, docentur.
Præterito imperfecto, Docebar, docebaris vel. are. docebatur. Docebamur, docebamini, docebantur.
Præterito perfecto, Doctus. a. um. ſum vel fui. Præterito pluſq̄ perfecto, doctus. a. um. eram vel fueram.
Futuro imperfecto. Docebor, doceberis vel. ere. docebitur. Docebimur, docebimini docebuntur.
Futuro perfecto. Doctus. a. um. ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti, Docere vel docearis, doceatur. Doceamur, docemini vel doceamini doceantur.
Futuro docetor vł doct⁹ ſis, docetor vł doct⁹ ſit, doceamur vł docti ſim⁹, docemiɴor vł docti ſitis, docentor vł docti ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Docerer, docereris vel. ere. doceretur. Doceremur, doceremini, docerentur.
Præterito imperfecto, vtinā Docerer, docereris vel. ere, doceretur. Doceremur, doceremini, docerentur.
Præterito perfecto, vtinam Doctus, a. um. ſim vel fuerim. Præterito pluſq̄ perfecto, Vtinam Doctus, docta doctū eſſem vel fuiſſem.
Futuro, vtinam Docear docearis vel doceare, doceatur. Doceamur, doceamini, doceantur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti, cum Docear, docearis vel doceare, doceatur. Doceamur, doceamini doceantur,
Præterito imperfecto cum Docerer, docereris vel. ere, doceretur. Doceremur, doceremini, docerentur.
Præterito perfecto, cū doctus. a. um. ſim vel fuerim. Præterito pluſq̄ pfecto, cū doctus. a. um. eſſem vel fuiſſem
Futuro, cum Doctus. a. um. ero vel fuero.

¶ Infinitiuo modo.

Tp̄e pſenti, Doceri. Præterito. Doctus. a. um. eſſe vel fuiſſe, Futuro, Docendū vel docendū eſſe vel doctum iri.
Participia vocis paſſiuæ, Præteriti. Doctus. a. um. Futuri Docendus. a. um.

¶ Tertia coniugatio.

LEgo, legis, legi, legere, Legēdi, legēdo, legēdū. Lectū, lectu. Legēs, lectur⁹, Legor, legeris, lectus, legendus.

¶ Actiua voce, Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Lego, legis, legit. Legimus, legitis, legunt.
Præterito imperfecto, Legebam, legebas, legebat. Legebamus, legebatis, legebant.
Præterito perfecto. Legi, legiſti, legit. Legimus, legiſtis, legerunt vel legere.
Præterito pluſq̄ perfecto. Legeram, legeras, legerat. Legeramus, legeratis, legerant.
Futuro imperfecto. Legam, leges, leget. Legemus, legetis, legent.
Futuro perfecto. Legero, legeris, legerit. Legerimus, legeritis, legerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Lege vel legas, legat. Legamus, legite vel legatis, legant.
Futuro Legito vel legeris, legito vel legerit. Legam⁹ vel legerim⁹, legitote vel legeritis, legunto vel legerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Legerem, legeres, legeret. Legeremus, legeretis, legerent.
Præterito imperfecto, vtinam Legerem, legeres, legeret, Legeremus. legeretis, legerent.

Præterito perfecto. Legerim,legeris,legerit. Legerimus,legeritis,legerint.
Præterito pluſq̃ pfecto vtinam Legiſſem,legiſſes,legiſſet. Legiſſemus,legiſſetis,legiſſent.
Futuro,vtinam Legam,legas,legat. Legamus,legatis,legant.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti.cum Legam,legas,legat.Legamus,legatis,legant.
Præterito impfecto,cum Legerem,legeres,legeret. Legeremus,legeretis,legerent.
Præterito perfecto,cum Legerim,legeris,legerit.Legerimus,legeritis,legerint.
Præterito pluſq̃ pfecto,cum Legiſſem,legiſſes,legiſſet. Legiſſemus,legiſſetis,legiſſent.
Futuro,cum Legero,legeris,legerit. Legerimus,legeritis,legerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti,legere,Præterito,legiſſe. Futuro,lecturum vel lecturum eſſe vel lectum ire.
Gerundia ſubſtantiua.Legendi,legendo.legendum.
Supina verba.Lectum,lectu.
Participia præſentis.Legens,Futuri. Lecturus.

¶ Verbo imperſonali.Indicatiuo modo.

Tempore præſenti.Legitur,Præterito imperfecto legebatur,Præterito perfecto,lectum eſt vel fuit.
Præterito pluſq̃ perfecto,lectum erat vel fuerat.Futuro imperfecto legetur.Futuro,perfecto,lectum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti,legatur.Futuro, legitor vel lectu. ñ. ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti,vtinam legeretur, Præterito impfecto vtinã legeret.Præterito pfecto vtinã lectũ ſit vel fuerit.
Præterito pluſq̃ perfecto, vtinam Lectum eſſet vel fuiſſet.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti,cũ legat.Preterito impfecto cũ legeret.Preterito perfecto,cum lectum ſit vel fuerit.
Præterito pluſq̃ perfecto,cum Lectum eſſet vel fuiſſet. Futuro,cum lectum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti,Legi.Præterito. Lectum eſſe vel fuiſſe.Futuro,legendum vel legendũ eſſe vel lectum iri.

¶ Paſſiua voce.Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Legor,legeris vel legere,legitur. Legimur,legimini,leguntur.
Præterito imperfecto.Legebar.legebaris.vel.are, legebatur.Legebamur,legebamini.bantur.
Præterito pfecto,lectus.a.ũ.ſum vel fui.Præterito pluſq̃ pfecto lectus.a.ũ.eram vel fueram.Futuro imperfecto. legar,legeris,vel.ere.legetur. Legemur,legemini,legentur.Futuro perfecto,Lectus,lecta,lectum ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti.Legere vel legaris,legatur.Legamur,legimini vel legamini,legantur.
Futuro,legitor vel lectusſis,legitor vel lect⁹ ſit. Legamur vel lecti ſimus,legiminor vel lecti ſitis,legũtor vel lecti ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti,vtinam Legerer.eris.vel.legerere legeretur. Legeremur,legeremini,legerentur.
Præterito imperfecto,vtinam legerer,legereris vel.ere,legeretur. Legeremur,legeremini.legerentur.
Præterito perfecto vtinam.Lectus.a.ũ.ſim vel fuerim.Præterito pluſq̃ pfecto vtinã Lect9.a.ũ.eſſem vel fuiſſem.
Futuro,vtinam Legar,legaris vel legare, legatur, legamur,legamini,legantur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore pſenti,cũ Legar,legaris vel legare,legatur. Legamur,legamini legantur.
Præterito imperfecto,cum legerer,legereris vel legerere,legeretur. Legeremur,legeremini,legerentur.
Præterito pfecto cum Lectus.a.ũ.ſim vel fuerim,Præterito pluſq̃ pfecto,cum Lectus.a.um.eſſem vel fuiſſem.
Futuro,cũ lectus,a.ũ.ero vel fuero.

¶ Infinitiuo modo.

Tpe præſenti.Legi.Præterito.Lectus,a.ũ.eſſe vel fuiſſe. Futuro,legendum vel legendum eſſe,vel lectum iri.

¶ Participia vocis paſſiuæ.

Præteriti,Lectus,lecta,lectum. Futuri.Legendus:legenda,legendum.

¶ Quarta coniugatio.

AVdio:audis,audiui,audire,audiendi, audiendo,audiendum,auditum,auditu,audiens,auditurus. Audior,audiris,auditus,audiẽdus.

¶ Actiua voce.Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Audio audis audit. Audimus,auditis,audiunt.
Præterito imperfecto. Audiebam,audiebas,audiebat.Audiebamus,audiebatis, audiebãt.
Preterito pfecto. Audiui,audiuiſti,audiuit. Audiuimus.audiuiſtis,audiuerunt vel audiuere.
Preterito pluſq̃ pf. Audiuerã,audiueras,audiuerat. Audiueramus,audiueratis,audiuerant.
Futuro imperfecto, Audiam,audies,audiet. Audiemus,audietis.audient

# QVARTA CONIVGATIO.

Futuro perfecto, Audiuero,audiueris,audiuerit. Audiuerimus,audiueritis,audiuerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Audi vel audias,audiat. Audiamus,audite vel audiatis,audiant.
Futuro. Audito vł audiueris,audito vł audiuerit. Audiamus vel audiuerimus, auditote vel audiueritis, audiunto vel audiuerint.

¶ Optatiuo modo.

Tp̄e p̄nti,vtinā Audirē,audires,audiret. Audiremꝰ,audiretis,audirēt
Præterito imp̄fecto,vtinā Audirē,audires,audiret. Audiremus,audiretis,audirent.
Pręterito p̄fe,vtinā Audiuerim, audiueris,audiuerit. Audiuerimꝰ,audiueritis,audiuerint.
Præterito pluſq̃ perfecto,vtinā Audiuiſſem,audiuiſſes,audiuiſſet. Audiuiſſemus,audiuiſſetis,audiuiſſent.
Futuro,vtinā Audiā,audias,audiat. Audiamus, audiatis,audiant.

¶ Subiunctiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti,cū Audiā,audias,audiat. Audiamus,audiatis,audiant.
Præterito imperfecto cum Audirem,audires,audiret. Audiremus,audiretis,audirent.
Pręterito p̄fecto,cū Audiuerim,audiueris,audiuerit. Audiuerimus,audiueritis,audiuerint.
Pręterito pluſq̃ p̄f.cū Audiuiſſē,audiuiſſes,audiuiſſet. Audiuiſſemꝰ,audiuiſſetis audiuiſſēt.
Futuro,cum Audiuero,audiueris,audiuerit. Audiuerimus,audiueritis,audiuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti, Audire, Pręterito,audiuiſſe. Futuro,auditurū vel auditurū eſſe vel auditum ire.
Gerundia ſubſtātiua. Audiēdi,audiēdo,audiēdū. ¶ Supina verba. Auditū,auditu.
Participia præſentis. Audiens. Futuri. Auditurus.

¶ Verbo impersonali, Indicatiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti. Auditur, Pręterito imp̄fecto. Audiebat. Pręterito p̄fecto, Auditum eſt vel fuit.
Pręterito pluſq̃ p̄fecto. Auditū erat vł fuerat, Futuro,imp̄f. Audiet, Futuro p̄fe. Auditū erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore p̄ſenti. Audiat, Futuro,auditor vel auditū ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti,vtinam Audiretur. Præterito imperfecto,vtinam audiretur.
Pręterito p̄f.vtinā Auditū ſit vel fuerit, Pręterito pluſq̃ p̄fecto,vtinā auditū eſſet vel fuiſſet.
Futuro,vtinam audiatur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti,cū Audiat, Pręterito imp̄f.cū audiret, Pręterito p̄fecto,cū auditum ſit vel fuerit.
Pręterito pluſq̃ p̄fecto,cū Auditū eſſet vel fuiſſet. Futuro,cum Auditum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tp̄e p̄nti Audiri. Pręterito auditū eſſe vł fuiſſe. Futuro audiēdū vel audiendum eſſe vel auditum iri.

¶ Paſſiua voce, Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Audior,audiris vel audire,auditur. Audimur,audimini audiuntur.
Præterito imperfecto. Audiebar.audiebaris vel.are. audiebatur. Audiebamur,audiebamini,audiebantur.
Pręterito p̄fecto. Auditꝰ.a.ū.ſum vel fui. Pręterito pluſq̃ p̄fecto,auditꝰ.a.ū.erā vel fueram.
Futuro imperfecto. Audiar,audieris vel.ere.audietur. Audiemur,audiemini,audientur.
Futuro perfecto,auditus,audita,auditum ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti. Audire vel audiaris,audiat. Audiamur,audimini vel audiamini,audiantur.
Futuro auditor vel auditus ſis,auditor vel auditus ſit,audiamur vel auditi ſimus,audiminor vel auditi ſitis. Audiuntor vel auditi ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti,vtinā Audirer,audireris,vł.ere.audiretur. Audiremur,audiremini,audirentur.
Præterito imp̄fe.vtinā Audirer,audireris vł.ere. audiret. Audiremur,audiremini, audirēt.
Præterito perfecto, vtinam auditus, audita, auditum ſim,vel fuerim.
Præterito pluſq̃ perfecto, vtinam auditus,audita,auditum eſſem vel fuiſſem.
Futuro vtinā audiar,audiaris vel audiare audiat, Audiamur,audiamini,audiātur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tp̄e p̄ſenti,cū audiar,audiaris vel audiare,audiat, Audiamur,audiamini,audiantur.
Pręterito imperfecto,cum audirer,audireris vel.ere.audiretur, Audiremur,audiremini,audirentur.
Pręterito p̄fecto.cū auditus.a.ū.ſim vel fuerim. Pręterito pluſq̃ perfecto,cū auditus.a.um.eſſem. vel fuiſſem.
Futuro,cum auditus.a.um.ero vel fuero. ¶ Infinitiuo modo.
Tp̄e p̄ſenti,audiri. Præterito,auditus.a.um.eſſe vel fuiſſe. Futuro audiendū vel audiendū eſſe,vel auditum iri.
Participia vocis paſſiuę. Pręteriti,auditus.a.um. Futuri,audiendus.a.um.

DE formatiõe. Analo[gi]a quã ꝓportionẽ Quintilianꝰ interpretatur: in nulla grãmatices ꝑte magis deſeruit nobis q̃ in verborũ cõiugatiõe, vt vel ſola ꝓpemodũ poſſit in hac una parte ſufficere: præterq̃ in præteritis & ſupinis q̃ à ꝓportiõe plerũq; diceſſerũt. Nã ſi amo. as. fecit ĩ preterito impfecto ĩdicatiui amabã: & ĩ futuro amabo: poſſis nullo præcepto ſed ſola analogia duce ab eo q̃ ẽ porto. as. & ab eo qđ ãbulo. as. facere portabã ambulabã, portabo ambulabo. Quia tñ video græcos & latinos circa tẽporũ formationẽ atq; ẽt ꝑſonarũ q̃ a pria verbi poſitiõe defluxerũt laboraſſe: nõ oĩno & nos ocioſum eſſe putauimꝰ hac de re præcepta tradere.

¶ De formatione verborũ regulariũ. Cap. vi.

AMo; doceo; lego; audio; nõ formãt aliũde, quin potius alia tẽpora formãtur ab eis. Amabam, docebam; formantur a ſecunda perſona ſingulari præſentis indicatiui modi ablata. s. & addita. bam.

Legebã, audiebã; formãtur a prima ꝑſona ſingulari pñtis indicatiui modi. o. mutata in. e. & [ad]dita. bã. ꝑter. eo. is. qđ mitit. ibam. & queo [q]uis quibam.

Amaui: docui: legi: audiui: non fo[r]ma[nt]u[r] aliunde: quin potius reliqua tempora; q[u]e [c]u[m] loquimur in voce paſſiua, formantur ab eis.

¶ Amo. doceo. lego, audio. Cũ verborũ cõiugatiões q̃tuor ſint, quarũ diuerſitas colligitur præcipue ex ſecunda ꝑſona pñtis indicatiui modi & pñtis infinitiui. ꝓponit quatuor verba: q̃ explicita ꝑ oẽs voces, mod[os], nũeros & ꝑſonas exhibẽt nobis imaginẽ totiꝰ cõiugatiõis, et qbꝰ in locis illius ꝑtes inter ſe cõueniãt. Dicit igitur in primis q̃ pria verbi poſitio, hoc eſt, q̃ prima ꝑſona pñtis indicatiui nõ formatur aliũde: quin potius ipſa gignit ex ſe reliqua alia tẽpora. Eſt. n. hæc in verbo, qđ ĩ noĩe rectus. Et queadmodũ gignẽdi caſus in noĩe oñdit nobis quotæ declinatiõis eſt nomẽ, eodẽ modo ſcđa ꝑſona pñtis indicatiui, q̃ primũ diſceſſit a verbi poſitiõe: oñdit quotæ cõiugatiõis eſt verbũ. nã q̃ mittũt in. as. ſũt priæ: quæ in. es. ſunt ſcđæ: q̃ in. is. breuẽ ſũt tertiæ, q̃ in. is. productã quartæ, quã qdã nõ qua[rtam] ſed tertiã ꝓductã dixerũt. Sed queadmodũ prima verbi poſitio ſemꝑ terminatur in. o. vel in. or. præterq̃ ĩ uerbis defectiuis [&] regularibꝰ: ita ſcđa cõiugatio habet ꝓpriã terminationẽ ĩ. eo. & quarta ſemꝑ in. io. præter eo & queo cũ cõpoſitis: q̃ cũ ſint quartæ, tñ terminãtur ĩ eo. Sũt preterea pauca verba priæ cõiugatiõis q̃ terminãtur ĩ. eo vt meo. as. creo. as. nauſeo. as. & aliqñ plura tertiæ q̃ terminãtur in. io, vt facio facis. fodio fodis, fugio. is. Priæ itaq; cõiugationis poſitio mittit ſcđam ꝑſonã. o mutata in. as, ut amo amas, porto. as. Scđæ vero, o. mutata ĩ. s. vt doceo doces. ſtudeo. es, eſtq; minor vna ſyllaba. Tertiæ uero cũ in. io. deſinit. o. mutata in. s. eſtq; minor æq̃ vna ſyllaba, ut facio facis, fugio. is. Alia tñ eiuſdẽ cõiugatiõis quacũq; littera ꝑcedẽte. o. mutata in. is. ut ſcribo. is. dico. is. ſcãdo. is. lego. is. Quartæ cõiugatiõis. io. vl'. eo. mutatis in. is. vt audio. is. polio. is. eo. is, queo. qs. Tertia ꝑſona fit. s. finali ſcđæ ꝑſonæ mutata ĩ. t. ut amas amat. doces. et. legis legit. audis. dit. Prima ꝑſona pl'alis fit. mu. interpoſita inter. s. finalẽ ſcđæ ꝑſonæ & præcedẽtẽ uocalẽ. ut amas amamꝰ. Scđa ꝑſona pluralis fit. ti. interpoſita, vt amas. atis. Tertia ꝑſona pluralis in pria qdẽ & ſcđa cõiugatiõe fit a tertia ꝑſona ſingl'aris. n. interpoſita inter. i. finalẽ & vocalẽ ꝑcedẽtẽ, ut amat, amãt, docet docẽt. In tertia uero & quarta fit priæ poſitiõis. o. finali mutata in. unt. ut lego, legũt. facio. unt. audio. unt. eo, eũt. ¶ Amabãt, docebãt. Præteritũ ipfectũ priæ cõiugatiõis atq; ſecũdæ fit a ſcđa ꝑſona ſingl'aris pñtis ĩdicatiui ablata. s. & addita. bã, vt amas amabã. doces. docebã. Legebã & audiebã, hoc ẽ verba tertiæ & quartæ cõiugatiõis fiũt priæ verborũ poſitiões. o. finali. mutata. in. e. & addita bã. vt lego. gebã. facio faciebã. audio. diebã. Eo tñ & queo ſequũtur rõnẽ uerborũ & priæ & ſcđæ cõiugatiõis, q̃ formãt præteritũ ipfectũ: vt diximꝰ, a ſcđ'a ꝑſona pñtis ĩdicatiui ablata. s. & addita bã, ut queo, qs, qbã. eo, is. ibã. Ad quorũ ſilitudinẽ antiqores poetæ præſertim hoc tẽpꝰ formabãt in oĩbꝰ verbis quartæ cõiugatiõis. vt Verg. viij. æñ. Tũc mihi pri[ma] genas veſtibat flore iuueta. Idẽ in eodẽ. Certatis ſquãmis ſerpẽtũ auroq; polibãt: ꝑ veſtiebãt: & poliebãt. Scđ'a ꝑſona ſingl'a[ri]s fit. m. mutata in. s. vt amabã. amabas. Tertia ꝑſona ſingl'aris fit. m. mutata in. t. vt amabã amabat. Pria ꝑſona pl'alis fit addita. us. amabã amabamꝰ. Scđ'a ꝑſona pl'alis. fit. m. mutata. in. tis. vt amabã, amabatis. Tertia ꝑſona eiuſdẽ nũeri fit. m. mutata in. nt. ut amabã, amabãt. Amaui. docui. legi. audiui. Oĩs præteriti ꝑfecti indicatiui modi pria ꝑſona ſingl'ari deſinit in. i. q̃ tñ nullã certã ꝓportionẽ uerborũ ſequitur a qbꝰ deſcẽdit: niſi q̃ verba primæ & quartæ cõiugatiõis plerũq; formãtur a ſcđ'a ꝑſona pñtis indicatiui. s. ablata & addita. ui. ut amas. amaui, porto. as. aui. audio. is. iui. polio. is. iui. Sed de vltimis & penl'timis ſyllabis præteritorũ in tertio cap. li. ſcđ'i explicabimꝰ. Scđ'a ꝑſona ſingularis fit ſupra primã. ſti. aſſumpta, vt amaui amauiſti. Tertia ꝑſona eiuſdẽ nũeri fit. t. aſſũpta, ut amaui amauit. Prima perſona pl'alis fit aſſumpta. mus. ut amaui amauimus. Scđ'a eiuſ[dẽ] nũeri fit. ſtis. aſſũpta ut amaui amauiſtis. Tertia eiuſdẽ nũeri fit. i. finali mutata in. e. & aſſũpta. rũt. vl' re, ut amaui am[auerũt] vl' amauere. Hoc tẽpus crebras recipit abſciſſiões. neq; id tãtũ in carmine, uerũetiã in ꝓſa oratiõe: maxĩe in uerbis priæ cõiugatiõis, q̃ mittũt præteritũ ĩ. aui. præter q̃ laui, qđ ipſũ videtur abſciſſum ab eo qđ eſt lauaui. neq; n. poſſemꝰ dicere laſti ꝓ lauaſti. et ĩ verbis tertiæ & quartæ q̃ mittũt præteritũ in. iui. ſed ĩ verbis priæ recipit tãtũ abſciſſionẽ ĩ ſcđa ꝑſona ſingl'aris nũeri: & ĩ ſcđa et tertia pl'alis. vt amaſti ꝓ amauiſti. amaſtis ꝓ amauiſtis. amarũt ꝓ amauerũt. In verbis tertiæ & quartæ oẽs ꝑſonæ poſſũt recipe abſciſionẽ. vt ſapij ſapijſti ſapijt. ꝓ ſapiui ſapiuiſti ſapiuit. & ĩ plurali ſapijmꝰ. ſapijſtis. ſapierũt vl' ſapiere ꝓ ſapiuimꝰ ſapiuiſtis ſapiuerũt vel ſapiuere. audij audijſti, audijt. ꝓ audiui audiuiſti, audiuit, audijmus audijſtis audierũt vl' audiere, ꝓ audiuimus audiuiſtis. audiuerũt vl' audiuere. Et in oĩbꝰ cõpoſitis ab eo. is. iui. ſemꝑ fit abſciſio. ut præterq̃ potiꝰ q̃ pręteriui. redij. adij. inij, ꝑdij. potius q̃ rediui. adiui. iniui. ꝑdiui. & eodẽ mõdo de reliquis. Illud etiã eſt aduertẽdũ in ſcđ'is ꝑſonis vtriuſq; nũeri duplex. i. abſciſo vũ poſſe ꝑ ſyneræſin coire in vnũ. i. lõgũ. vt ſapiſti ꝓ ſapijſti. Martia nubere vis priſco. nõ miror Paula ſapiſti. eodẽ mõ dicimus poliſti poliſtis. ꝓ polijſti polijſtis. audiſti audiſtis, ꝓ audijſti audijſtis: facimꝰ etiã ſyncopã in hoc uerbo noui, ut noſti ꝓ nouiſti noſtis ꝓ nouiſtis. Ab eo quoq; qđ eſt admoueo. Verg. dixit in. iiij. Hyrcanæq; admorũt vbera tigres. & prio æñ. ab eo q̃ eſt accedo acceſſi. Idẽ quoq; dixit. Acceſtis ſcopulos vos & cyclopeia ſaxa. & ab eo qđ eſt dirigo direxi. dixit in. vj. dardana q̃ paridis direxi tela manuſq;. Hor. quoq; ab eo qđ eſt euado euaſi dixit in. ij. ſermonũ. euaſti credo metuẽt doctuſq; cauebis.

*Et Catullus ad Ortallū. & tu nõ orbū luxti deſerta cubile. ꝓ luxiſti. Oui. xi. meta. & quæ pars admonet abſtit ꝓ abſtitit dixit & Propertius, quoties raro duxti ſuſpiria motu. pro duxiſti.* ¶ *Amauerā. docuerā. legerā. audiuerā. hoc eſt primū ex circũloquijs vocis paſſiuæ q̄ formātur a præterito perfecto indicatiui. i. finali mutata in. e. & addita rā. vt amaui. amauerā. docui. docuerā. legi. legerā. audiui. audiuerā. Secũda perſona fit. m. finali mutata in. s. vt amauerā. ras. docuerā. ras. legerā. ras. audiuerā. ras. Tertia eiuſdē numeri fit. m. mutata in. t. vt amauerat. docuerat. legerat. audiuerat. Prima pluralis fit addita. us. vt amauerā. amaueram9. Secũda eiuſdē numeri fit. m. mutata in. tis. vt amaueram amaueratis. Tertia eiuſdē nūeri fit. m. mutata ī. nt. vt amauerā amauerāt. Recipit tñ hoc tp̄s abſciſionē in verbis fere iiſdē quibꝰ preteritū perfectū recipiebat. & hoc in oib9 pſonis. vt amarā. ras. rat. ram9. ratis. rāt. norā. ras. rat. noramus ratis. rāt. cupierā. ras. rat. ramꝰ. ratis. rāt. audierā. ras. rat. ramꝰ. ratis. rāt. Ab eo quoq; qđ eſt remoueo dixit Hora. in. ij. ſer. verū vbi ſe a vulgo & ſcæna in ſecreta remorāt. ſed hoc fortaſſe tātū ī carmīe. q̄ ꝓſa oratio nō admitteret. & ab eo qđ eſt ſurripio dixit idē Hora. iiij. car. q̄ me ſurpuerat mihi. ꝓ ſurripuerat. Idē. ij. ſer. vnū me ſurpite morti. ꝓ ſurripite.* ¶ *Amabo. docebo. hoc ē qđ futurū indicatiui mōi priæ & ſcđæ cõiugatiõis. formāt a ſcđa pſona p̄ntis ĩdicatiui mōi ablata. s. & addita bo. vt amas. amabo. doces. docebo. Scđa pſona eiuſdē nūeri. fit. o. finali mutata ī. is. vt amabo. amabis. Tertia quoq; fit. o. mutata in. it. vt amabo. amabit. Prima pſona plalis fit. o. mutata in im9. vt ambo. bim9. Secũda pſona eiuſdē nūeri fit. o. mutata in. tis. vt amabo. bitis. Tertia pſona eiuſdē nūeri fit. o. mutata ī. unt. vt amabo. amabūt.* ¶ *Legā. audiā. hoc eſt q futurū ĩdicatiui tertiæ & q̄rtæ cõiugationis fit a prima verbi poſitiõe. o. mutata ī. am. vt lego. legā. antiqores ī. em. terminabāt. Quin. li. i. Quid nō Cato Cēſoriꝰ dicā & faciam dicē & faciē ſcripſit: eūdē q; ī cæteris q̄ ſilr cadūt; modū tenuit. qđ ex veterib9 eiꝰ libris manifeſtū eſt, & a Meſſala in li. de. s. littera poſitū. Secũda perſona eiuſdē numeri fit. am. mutata in. es. vt legā: leges. Tertia eiuſdē nūeri fit. am. muta in. et. vt legā leget. Prima perſona pluralis fit. am. mutata in. emus. ut legā legem9. Secūda eiuſdē nūeri fit. am. mutata in etis. vt legā legetis. Tertia eiuſdē nūeri fit. am. mutata in. nt. vt legā legēt. Duo tñ verba eo. is. queo. quis miſerūt hoc tp̄s ibo. quibo. retinētq; alterū. i. per vtrūq; numerū & oēs perſonas, vt. ibo. ibis. ibit. ibimꝰ. itis. ibūt, qbo. quibis quibit bim9. bitis. quibūt. Antiquiores quoq; ad horū ſilitudinē declinabāt ī futuro verba quartæ cõiugatiõis. vt audibo. ibis. audibit. audibim9. bitis. audibūt. Ceciliꝰ audibis male. ſi male dicis mihi. Enni9 in Telamone. Vbi molarū ſtrepitū audibis. Propertiꝰ, lenibūt tacito vulnera noſtra ſono. Plautꝰ in Aulularia, teſtudinū iſtū gradibo gradū.* ¶ *Amauero. docuero. legero. audiuero. hoc eſt futurū perfectū indicatiui modi. qđ eſt vnū ex circunloquijs vocis paſſiue. formatur a præterito pfecto eiuſdē indicatiui. in prima pſona. i. finali mutata in. e. & addita. ro. vt amaui. uero. docui, cuero. legi. gero. audiui. uero. Secũda perſona eiuſdē numeri fit a prima perſona. ro. mutata in. ris. Tertia eiuſdē numeri. ro. mutata in. rit. Prima pluralis fit. ro. mutata in. rimus. Secunda eiuſdē numeri. ro. mutata in. ritis. Tertia eiuſdem numeri. ro. mutata in. rint. Recipitq; hoc tēpus abſciſionem in verbis fere iidem. quibus præteritum recipiebat. Qua tamen ratione & autoritate hoc futurum cum alijs quibuſdam temporibus adiecerimus, ſuperius diſputauimus.*

Amauerā. docuerā. legerā. audiuerā. formātur a prima perſona ſingulari preteriti perfecti indicatiui modi. i. mutata in. e. & addita. ram.

Amabo. docebo, formātur a ſecũda pſona ſingulari p̄ntis indicatiui mōi ablata. s. & addita. bo.

Legā. audiā. formantur a prima perſona ſingulari preſentis indicatiui modi. o. mutata in am, præterq̄ Eo. is. ibo. Queo. quis. quibo.

Amauero docuero. legero. audiuero. formantur a prima perſona præteriti perfecti indicatiui modi. i. mutata in. e. & addita. ro.

¶ De formatione imperatiui.

AMa. doce. audi. formātur a ſecunda perſona ſingulari preſentis indicatiui. ablata. s.

Lege formatur a ſecũda pſona præſentis indicatiui mōi. is. mutata in. e. Dicimus tñ dic. duc. fac ꝓ dice, duce. face. & eodē mō ď cõpoſitis ab illis.

Amet. doceat. legat. audiat. ſimilia ſūt tertię perſonæ ſingulari futuri optatiui modi.

Amemus. doceamus. legamus. audiamus. ſimilia ſunt primę pſonę plurali futuri optatiui modi.

Amate. docete. legite. audite. formātur a tertia pſona ſingulari preſentis indicatiui modi addita. e.

Ametis. doceatis. legatis. audiatis. ſimilia ſūt ſecūdæ perſonæ plurali futuri optatiui modi.

Ament. doceāt. legant. audiant. ſimilia ſunt tertiæ perſonæ plurali futuri optatiui modi.

Amato. doceto. legito. audito. formantur a tertia perſona præſentis indicatiui modi. addita. o.

Amemus. doceamus. legamus. audiamus ſimilia ſunt primę pſonæ plurali futuri optatiui mōi.

Amatote. docetote. legitote. auditote. formātur a ſecũda pſona ſingulari eiuſdē futuri addita te.

Amāto. docēto. legūto. audiūto. formātur a tertia pſona plī preſentis indicatiui modi addita. o.

Cętera huius tp̄is ſimilia ſūt futuro ſubiūctiui

*DE formatiõe impatiui.* ¶ *Ama. doce. lege. audi. Quia imperatiuꝰ aliquātulū diuerſitatis hēt in declinatiõe, decet formare oēs pſonas nūeri atq; tp̄is vtriuſq;. Tñ aduertēdū eſt tria illa dic. duc. fac. receſſiſſe a formatiõe aliorū, ne concurrāt, vt aiūt, cū obliqs horū noim dica dice. dux. duce. fax. face. Et ab eis cõpoſita. vt maledic. prædic. deduc. benefac malefac q̄ apđ antiqores fuerūt dice duce. face. Vñ & Verg. antiqtatis amator edice ꝓ edic dixit. tu Voluſi armari volſcorū edice maniplis. a facio vero cõpoſita ſi præpoſitionē acceperint, ad regulā veniūt. vt inficio. Ouidi. ij. metamor. infice tabe tua natarū Cecropis vnā deficio. defice. Virg. ij. æñ. dubijs nec defice reb9. Illud. quoq; aīaduertendū eſt: q oēs fere grāmatici poſuerūt. in futuri tertia pſona plurali eſſe duplicē terminationē, vt amāto vel amātote, docēto vel docētote, ſed terminationes illæ ſecūdæ diſceſſerūt ab vſu, atq; ideo a nobis quoq; ſublatæ ſunt.*

¶De formatione verborum.

VTinã amarẽ.docerẽ.legerẽ.audirẽ formant̃ a ſcđa pſona ſinglari pñtis ĩpatiui mõi addita rẽ.
Preteritum impfectũ eodẽ modo format̃.quo pñs.
Amauerim.docuerim.legerim.audiuerim.formantur a prima perſona præteriti perfecti indicatiui modi.i.mutata in.e.& addita.rim.
Amauiſſem.docuiſſem.legiſſem.audiuiſſem.formantur a prima perſona ſingulari præteriti perfecti indicatiui modi addita.s.& ſem.
Amem formatur a prima perſona præſentis indicatiui modi.o.mutata in.em.
Doceã.legã.audiã.formãtur a prima perſona præſentis indicatiui modi.o.mutata in.am.

¶De formatione ſubiunctiui

AMem.doceã.legã.audiam.eodem modo formantur;quo futurum optatiui modi.
Amarem.docerem.legerem.audirem.eodẽ modo formantur;quo præſens optatiui modi.
Amauerim.docuerim.legerim.audiuerim.formãtur a prima perſona ſingulari p̃teriti perfecti indicatiui modi.i.finale mutata.in.e.& addita rim.
Amauiſſẽ.docuiſſẽ.legiſſem.audiuiſſem.eodẽ mõ formant̃:quo p̃teritũ pluſq̃ pfe.optatiui modi.
Amauero.docuero.legero.audiuero.formantur a præterito perfecto indicatiui modi,finali mutata in.e.& addita ro.

DE formatiõe optatiui.¶ Amarẽ.docerẽ.legerẽ.audirẽ.hoc eſt q̃.pñs optatiui modi formatur à ſcđa pſona pñtis imperatiui addita rẽ,ut ama.utinã amarẽ,doce,docerẽ,lege,legerem.audi audirẽ.Secũda perſona fit.m.mutata in.s.Tertia.m.mutata in.t.Prima pluralis addita.us.Scđa eiuſdẽ nũeri.m.mutata in.tis.Tertia adhuc eiuſdẽ.m.mutata in.nt.vt vtinã amarẽ amares amaret,amaremus,retis.rent.Sed illa dicerẽ ducerẽ.facerẽ.ſequuntur regulã antiquã a dice duce face.¶Amarẽ,docerem,legerẽ,audirẽ.hoc ẽ præteritũ imperfectũ optatiui modi eodẽ mõ formatur quo pñs eiuſdẽ optatiui modi.¶ Amauerim.docuerim,legerim.audiuerim.hoc eſt præteritũ pfectũ optatiui modi qđ eſt vnũ ex circũloquijs uocis paſſiuæ,formatur à præterito perfecto indicatiui modi in priã perſona,i.finali mutata in.e.addita.rim.ut amauerim,docuerim,legerim,audiuerim.Scđa pſona eiuſdẽ nũeri fit à priã pſona.m.finali mutata in.s.Tertia eiuſdẽ nũeri fit ab eadẽ priã.m.finali mutata in.t.ut amaueris amauerit.Prima pſona pluralis fit à prima ſingularis addita.us.Secũda eiuſdem nũeri.m.mutata in.tis.Tertia eiuſdẽ quoq; nũeri.m.mutata ĩ.nt.vt amaueritis.amauerint.Recipit tñ hoc tẽpus eaſdẽ abſciſſiões quas reliqua circũloqa q̃ a præterito ĩdicatiui modi formãtur.¶ Amauiſſem,docuiſſẽ,legiſſem,audiuiſſem.hoc ẽ præteritũ pluſq̃ pfectũ optatiui modi:qđ eſt vnũ ex circũloquijs vocis paſſiuæ:formatur a preterito pfecto indicatiui modi addita.s.& ſem.vt amaui,vtinã amauiſſem,docui docuiſſem:legi legiſſem,audiui audiuiſſem.Secunda perſona eiuſdem nũeri fit.m.mutata in.s.& rurſus.Tertia.m mutata in.t.& prima pluralis addita.us.& ſecunda eiuſdẽ.m.mutata ĩ.tis.& tertia adhuc eiuſdẽ.m.mutata in.nt.ut utinã amauiſſem.uiſſes,uiſſet.amauiſſemus.uiſſetis.uiſſent.Hoc tẽp9 atq; etiã præteritũ pluſq̃ pfectũ ſubiũctiui qđ eſt in terminatiõe illi ſile,atq; et præteritũ infinitiui:qđ vtriq;.m.finali ſubtracta ſimilatur,recipiunt abſciſionẽ in oĩb9 pſonis vtriuſq; nũeri:in verbis priæ cõiugatiõi: mittẽtib9 præteritũ in.aui.a.& .u.cõſonãte extritis.In uerbis tertiæ & quartæ q̃ mittũt præteritũ in.iui.u.tãtũ cõſonãte diſploſa aut facta ſynæreſi.i.& .u.reiectis,ut utinã amaſſem:cũ amaſſem,amaſſe p vtinã amauiſſem:cũ amauiſſẽ,amauiſſe,utinã cupijſſẽ,vel cupiſſem,cũ cupijſſem uel cupiſſem:cupijſſe:uel cupiſſe:p vtinã cupiuiſſem,cũ cupiuiſſem,cupiuiſſe:utinã audijſſem vel audiſſem cũ audijſſem uel audiſſem:audijſſe vel audiſſe,p utinã audiuiſſem,cũ audiuiſſem audiuiſſe.Sed hæ abſciſiones carmini atq; oratiõi ſolutæ cões ſunt:illæ tãtũ poeticæ,a uiuo uixi uixet,p uixiſſet.Verg.xi.æñ.Vixet cui vitã de9 aut fortuna dediſſet.& ab extingo.is.extinxi,extinxẽ.Idẽ quarto æneidos:cũ gñe extinxem:memet ſup ipſa dediſſem.Repo repis repſi,repſem.Hora.primo ſermonũ nũquã repſemus p repſiſſemus.Idẽ in eodẽ.natis diuiſſe duobus:p diuiſiſſe,ſicut & in alio loco dixit:ſeruis dũ munia didit p diuidit.Abſceſſem p abſceſſiſſem.Silius.lib.viij.punicorũ.Neq; abſceſſem thalamo in magna minatus.Ab eo quoq; qđ eſt noui,licet in proſa oratiõe dicere vtinã noſſem,cũ noſſem,noſſe.illud vero quod Hora.dixit ſecũdo ſermonũ.Diſpereãt ni ſummoſſes oẽs:licet in carmine tantũ dicere.Quintilianus libro primo,vbi de analogia diſputat etiã in proſa oratiõe nõ putat eſſe vtendũ uerbo integro ex rõne pportiõis in hoc tempore & ſimilibus,permittamus (inqt) ijs ſcilicet qui cõtra vſum analogiã defendũt dicere,audiuiſſe & ſciuiſſe.Et paulopoſt dicere,cõſeruauiſſe potius q̃ qđ dicimus,hoc eſt conſeruaſſe.¶Amem,hoc eſt q̃ uerba primæ cõiugatiõis formant futurũ optatiui modi.o.finali præſentis indicatiui mutata in.em.vt amo,vtinã amem.¶ Doceam,legã,audiã:hoc eſt q̃ in ſecũda tertia & quarta cõiugatione futurum eiuſdem numeri fit ab eadem prima uerbi poſitione.o.mutata in.am.ut doceo doceã,lego legã,audio audiã.Secũda pſona eiuſdem numeri fit a prima pſona eiuſdẽ futuri.m.mutata in.s.& tertia perſona eiuſdem.m.mutata in.t.vt amem,ames,amet.Prima pſona pluralis fit a prima perſona ſingulari addita.us.Secũda eiuſdem nũeri ab eadẽ priã pſona ſingulari.m.mutata in.tis.Tertia eiuſdem numeri ab eadem prima perſona ſingulari.m.mutata in.nt.ut amemus,ametis,ament.

DE formatiõe ſubiũctiui.¶ Amẽ,doceã,legã.audiã,qa futurũ optatiui ſile eſt pñtis ſubiũctiui modi:nõ op9 eſt hoc loco ab integro formari.¶Amarẽ,docerẽ,legerẽ,audirẽ.Idẽ dicit de præterito impfecto ſubiũctiui:qđ eſt ſile præterito impfecto optatiui modi,atq; hic nõ ẽ neceſſe iterũ formari.¶ Amauerim,docuerĩ,legerĩ,audiuerĩ.nõ eſt op9 formari.qa ſile eſt præterito pfecto optatiui:eaſdẽq; patitur abſciſiões,ut amarim.ris.rit.amarimus.ritis.rint.Audierim.ris.rit.audierim9.ritis.rint.Hora.ii.ſer.ac ille qui me cõmorit.Silius quoq; qui memet finibus vnq̃ amorim Auſonijs.¶ Amauiſſem,docuiſſem,præteritũ pluſq̃ perfectũ ſubiunctiui eaſdem abſciſiones formationẽq; habet:quas præteritũ optatiui.¶Amauero.docuero,ideſt futurum ſubiunctiui eodem modo formatur:eaſdemq; abſciſiones habet quas futurũ perfectũ indicatiui modi.

DE formatione infinitiui. ¶ Præſens eo modo formatur: quo præſens optatiui: & præteritum eo modo quo præteritum eiuſdem optatiui, vt amare amauiſſe &c.

DE formatiõe gerũdiorũ. ¶ Amãdi, amãdo, amãdũ. hoc eſt ꝙ gerũdia ſubſtãtiua formãtur a genitiuo ſingulari participij pñtis tẽporis. tis. finali mutata in. di. ꝓ primo gerũdio. & in. do. ꝓ medio: & in. dum. pro vltimo. Quẽadmodũ vero participium ipſum formetur ſtatim dicturus eſt.

DE formatiõe ſupinorũ ¶ Amatũ amatu. Quod ſupina nõ hñt aliqd pri⁹ vñ formẽtur, ergo ꝙ de præterito pfecto indicatiui modi diximus ꝙ nullã ſequitur ꝓportionẽ verborũ à qb⁹ deriuatur. Et ita videtur in verbo tres eſſe poſitiões: à quib⁹ tota cõiugatio deducitur: pñs ĩdicatiui: præteritũ pfectũ eiuſdẽ. & ſupinũ. et quẽadmodũ à præterito formãtur reliq̃ ſex tpa, q̃ circũloqmur ĩ voce paſſiua: ita a ſupĩo formatur pticipiũ futuri tpis actiuæ uocis, & pticipiũ præteriti paſſiuæ.

DE formatiõe pticipiorũ. ¶ Amãs, docẽs, legẽs audiẽs. hoc ẽ pticipiũ pñtis tpis cuiuſcũq; cõiugatiõis formatur à pria pſona præteriti imperfecti indicatiui modi. bã. ſyllaba finali mutata in. ns. vt amabã amãs. Memineris tñ participia duorũ verborũ eo. is. cũ ſuis cõpoſitis, recepiſſe. e. mediã ſcdm rõem hui⁹ formatiõis. Itaq; ab eo is dicimus iens eũtis. à queo qs quiẽs queũtis, qđ magis in eorũ cõpoſitis intelligitur, ut præteriẽs. rediẽs. ꝓdiens, nequiẽs. ¶ Amatur⁹, ꝙ participiũ futuri tpis actiuæ vocis formatur ab vltĩo ſupino addita. rus. vt ab amatu. amatur⁹ amatura amaturũ. ¶ Amatus, ꝙ participiũ præteriti tpis vocis paſſiuæ formatur ab eodẽ vltimo ſupino addita. s. vt ab amat .. amatus. amata, amatũ. ¶ Amãdus amãda amãdũ. ꝙ participiũ futuri tpis paſſiuæ vocis: cui gerũdia adiectiua p oĩa ſimilãtur præterq̃ in ſignificatiõe: formatur a gtõ ſingulari participij pñtis actiuæ vocis. tis. mutata in. dus. da. dũ. vt amãs, amãtis. amãd⁹, da. dũ. Antiqores tñ pticipia & gerundia tã adiectiua q̃ ſubſtãtiua tertiæ & quartæ cõiugatiõis ĩ. vndus. vnda. vndũ. mittebãt. Vñ adhuc ſunt apđ iurecõſultos tituli de cõi diuidũdo, & finiũ regũdorũ & familiæ herciſcũdæ, & apđ Plautum ĩ noſtris mercimonijs emũdi. vẽdũdiſq;, et ius dicũdũ. ſed hæc exoleuerũt, præterq̃ ĩ hoc verbo eo is. & ſuis cõpoſitis. ut adeundi adeundo adeundũ. adeundus. a. um.

DE formatiõe indicatiui. ¶ Amor. doceor. legor: audior. hoc eſt ꝙ pria pſona pñtis ĩdicatiui modi paſſiuæ vocis formatur ab eadẽ prima pſona vocis actiuæ addita. r. vt amo amor. doceo doceor. lego legor, audio audior. Secunda pſona eiuſdẽ nũeri formatur ab eadem ſcđa pſona actiuæ vocis. s. mutata in. ris. vel in re. in verbis tñ tertiæ cõiugatiõis eiuſdẽ pſonæ. is. mutata in. e. & addita. ris. uel. re. ut amor amaris vel amare. doceor doceris uel docere. legor legeris uel legere. audior. iris. uel. ire. Tertia eiuſdẽ nũeri fit a tertia ſimili actiuæ vocis addita. ur. vt amat amatur. docet docetur. legit legitur, audit auditur. Prima pluralis fit a pria ſili actiuæ vocis, s. mutata in. r. Secũda eiuſdem nũeri. tis. mutata in. mini. fit a ſili ſcđa pſona actiuæ vocis. Tertia uero fit a ſili tertia pſona actiuæ vocis. addita. ur. ut amamur. ini. ãtur. docemur. ini. ẽtur. legimur. ini. untur. audimur. ini. untur. ¶ Amabar, docebar, hoc ẽ ꝙ præteritũ impfectũ indicatiui paſſiuæ vocis format primã perſonã ſingularẽ a ſimili perſona uocis actiuæ. m. mutata in. r. vt amabar, docebar, legebar, audiebar. Secũda fit ab hac addita. is. uel. e. ut amabaris. uel. bare. docebaris vel. bare. legebaris. uel. bare. audiebaris uel. bare. Tertia fit à ſimili tertia perſona vocis actiuæ addita. ur. ut amabatur, docebatur, legebatur, audiebatur. Pria perſona pluralis fit à a ſimili perſona uocis actiuæ. s. mutata in. r. Secũda a ſimili perſona uocis actiuæ. tis. mutata in. mini. Tertia a ſimili perſona uocis actiuæ addita. ur. ut amabamur amabamini amabãtur. docebamur docebamini docebãtur, legebamur legebamini legebantur, audiebamurur, audiebamini. audiebãtur. ¶ Amabor, docebor. ꝙ prima perſona futuri indicatiui modi uocis paſſiuæ in uerbis priæ & ſecundæ cõiugatiõis formatur ab eadem prima perſona uocis actiuæ addita. r. ut amabo amabor. a docebo docebor. Scđa perſona eiuſdem numeri fit ab his. o. mutata in. e. & addita. is. uel. e. Tertia uero eiuſdem nũeri à ſimili perſona uocis actiuæ addita. ur. ut amabor amaberis uel amabere amabitur. docebor doceberis uel docebere docebitur. Prima pluralis fit a prima ſimilis actiuæ uocis, s. mutata in. r. Secũda eiuſdem numeri a ſimili perſona actiuæ uocis. s. mutata in. mini. Tertia eiuſdem numeri fit a ſimili perſona actiuæ uocis addita. ur. ut amabimur, amabimini, amabuntur. docebimur. bimini. buntur.

¶ De formatione infinitiui.

AMare; docere; legere; audire; formanť a ſcđa pſona ſinglari pñtis imþatiui modi addita re.
Amauiſſe; docuiſſe; legiſſe; audiuiſſe formãtur a pteriti perfecti prima pſona ſing[ulari addita]. s. & ſe.

¶ De formatio[ne gerundiorum, su]pinorum, & partic[ipiorum].

AMandi, amãdo; a[mandum]. Docẽdi, docẽdo docendum. Legẽdi, legendo, legendũ. Audiendi; audiendo; audiendũ; formanť a genitiuo ſingulari participij pñtis, tis. mutata in. di. do. dũ.
Aamatum amatu, doctum doctu; lectum lectu. auditum auditu; nõ habent vnde formari poſſint.
Amans; docens, legens; audiens; formãtur a prima perſona pteriti imperfecti indicatiui modi. bam. finali mutata in. ns.
A[mat]urus; docturus; lecturus; auditurus; formanť ab vltimo ſupino addita. rus.
Amatus; doctus; lectus; auditus; formantur ab vltimo ſupino addita. s. littera.
Amandus; docendus; legendus; audiendus: formantur a genitiuo ſingulari participij preſentis, tis. finali mutata in. dus. da. dum.

¶ De formatione indicatiui modi vocis paſſiuæ,

AMor; doceor; legor; audior; formantur ab eadem prima perſona ſingulari præſentis indicatiui modi actiuæ vocis addita. r.
Amabar; docebar; legebar; audiebar; formantur ab eadẽ prima perſona ſingulari preteriti imperfecti Indicatiui modi vocis actiuæ. m. mutata in. r.
Amabor, docebor; formanť a pria pſona ſingulari eiuſdẽ futuri ĩdicatiui mõi actiuę vocis addita. r.

Legar, audiar, formantur a prima perſona ſingu lari eiuſdem futuri. m. mutata in. re.

¶ De formatione Imperatiui modi.

AMare, docere, legere, audire, formanꝰ a ſecunda perſona ſingulari pſentis imperatiui modi actiuæ vocis, addita, re.

Ametur. doceaꝰ. legaꝰ. audiatur. ſimilia ſunt tertię perſonæ ſingulari futuri optatiui.

Amemur. doceamur. legamur. audiamur. ſimilia, ſunt primæ perſonæ plurali futuri optatiui.

Amamini. docemini. legimini. audimini. formanꝰ a ſecunda perſona plurali preſentis imperatiui modi actiuę vocis. te. mutata in. mini.

Amemini. doceamini. legamini. audiamini. ſimilia ſunt ſecundę perſonę plurali futuri optatiui.

Amentur. doceanꝰ. leganꝰ. audianꝰ. ſimilia ſunt tertiæ perſonæ plurali futuri optatiui.

Amator. docetor: legitor: auditor: formanꝰ a tertia pſona ſigl'ari futuri eiuſdẽ ĩpatiui mõi addita. r.

Amemur: doceamur: legamur: audiamur: ſimilia ſunt primæ perſonæ plurali futuri optatiui.

Amaminor: doceminor: legiminor audiminor formanꝰ a ſecũda pſona plurali futuri eiuſdẽ impe ratiui modi actiuę vocis. tote. mutata in minor.

Amãtor, docentor, leguntor, audiũtor, formãtur, a tertia perſona futuri eiuſdem imperatiui modi actiuę vocis addita. r.

¶ De formatione Optatiui modi.

AMarer. docerer. legerer. audirer. formãtur a prima pſona ſingulari preſentis eiuſdẽ optatiui modi actiuę vocis. m. mutata in. r.

Preteritũ imꝑfectũ eodẽ modo formaꝰ quo pñs.

Amer. docear. legar. audiar. formãtur a prima perſona ſingulari futuri eiuſdem optatiui modi actiuæ vocis. m. mutata in. r.

¶ De formatione Subiunctiui modi.

AMer. docear. legar. audiar. eodẽ mõ formãtur quo futurũ optatiui modi paſſiuę vocis.

Amarer. docerer. legerer. audirer. eodẽ modo formanꝰ, quo pñs optatiui modi paſſiuæ vocis.

¶ De formatione infinitiui modi.

AMari. doceri. audiri. fomantur a preſenti infinitiui modi actiuę vocis. re. mutata in. ri.

Legi formatur ab eodem infinitiuo actiuę vocis. ere. mutata in. i.

Futurũ infinitiui modi circũloquimur per primũ ſupinũ. & hoc verbũ ire in voce actiua. & iri. in paſſiua. aut ꝑ participiũ futuri in. rus. & hoc verbũ eſſe in voce actiua. & per participiũ futuri in. dus. & idem verbum eſſe in paſſiua.

*¶ Legar. audiar. q̃ prima pſona futuri indicatiui modi vocis paſſiuæ in verbis tertiæ & quartæ coniugationis formaꝰ ab eadẽ prima pſona vocis actiuæ. m. mutata in. r. vt a legã legar. ab audiam. audiar. Secunda eiuſdẽ numeri fit ab eadẽ prima. a. mutata in. e. & addita. is. vel. e. vt legar. legeris vel legere. audiar. audieris vel audiere. Tertia a ſimili tertia perſona actiuæ vocis addita. ur. vt legetur. audietur. Prima pluralis a ſimili pſona vocis actiuæ. s. mutata in. r. Secunda a ſimili pſona vocis actiuæ. tis. mutata in. mini. Tertia eiuſdẽ numeri a ſimili pſona vocis actiuæ addita. ur. vt legemur. emini. legetur. audiemur. emini. entur.*

*DE formatione imperatiui. Quia pſonas omnes vtriuſq; tpis atq; numeri hmõi ſatis explicate formauimꝰ in ipſa opis lectione: ad ſequẽtia pperemꝰ*

*DE formatiõe optatiui. Amarer. docerer. legerer. audirer.. hoc eſt præſens optatiui modi formatur a prima perſona eiuſdẽ præſentis optatiui actiuæ vocis. m. mutata in. r. vt amarẽ. amarer. docerẽ. docerer legerẽ. legerer. audirẽ. audirer. Secũda perſona eiuſdẽ numeri formatur a prima perſona addita. is. vel. e. vt amarer. eris. vl'. ere. docerer. eris, vl'. ere. legerer. eris. vel ere. audirer. eris. vel. ere. Tertia perſona eiuſdẽ fit a prima ſimili perſona actiuæ vocis addita. ur. vt amaretur doceretur, legeretur: audiretur. Prima perſona plis numeri fit a prima ſimili perſona vocis actiuæ. s. finali mutata in. r. Secũda eiuſdẽ numeri fit ab eadẽ ſecũda perſona vocis actiuæ. tis. mutata ĩ. mini. Tertia eiuſdẽ nũeri fit a ſimili tertia pſona vocis actiuæ addita. ur. vt amaremur. mini. rẽtur. doceremur. mini. renꝰ. audiremur. mini. rẽt. ¶ Amarer. docerer. legerer. audirer.. hoc eſt preteritũ imperfectũ optatiui mõi eodẽ mõ formaꝰ quo pñs eiuſdẽ modi. Amer, docear, legar, audiar. hoc eſt futurũ optatiui modi formatur a prima perſona eiuſdẽ futuri actiuæ vocis. m. finali mutata ĩ. r. vt amẽ. er. doceã. ar. legã. ar. audiã. ar. Secunda perſona eiuſdẽ numeri fit a prima addita. is. vel. e. vt amer. eris, vl' ere. docear. aris. vel. are. legar. aris. vel. are. audiar. aris. uel are. Tertia eiuſdẽ numeri fit a ſimili tertia vocis actiuæ. addita. ur. vt ametur, doceatur, legatur, audiatur. Prima perſona plis fit a ſili pſona vocis actiuæ. s. mutata in. r. Sed'a eiuſdẽ nũeri a ſili pſona vocis actiuæ. tis. mutata ĩ. mini. Tertia eiuſdẽ nũeri a ſili pſona vocis actiuæ addita. ur. ut amemur, emini. enꝰ. doceamur. amini. anꝰ. legamur. amini. anꝰ. audiamur. amini. anꝰ.*

*DE formatiõe ſubiunctiui. Amer. docear. hoc eſt præſens ſubiunctiui eodẽ modo formatur quo futurum optatiui: & præteritum imperfectum eiuſdẽ ſubiunctiui ſimile eſt præterito imperfecto optatiui.*

*DE formatione infinitiui. Amari, doceri, audiri. hoc eſt qd' præſens infinitiui modi primæ & ſecũdæ & quartæ coniugationis formatur ab eodẽ præſenti infinitiui modi actiuæ vocis. re. mutata in. ri. vt amare, amari. docere, doceri. audire. audiri.*

*¶ Legi hoc eſt præſens eiuſdẽ infinitiui vocis paſſiuæ fit ab eodem præſenti infinitiui actiuæ vocis. ere. mutata in. i. vt legere legi. uel breuius a ſecunda perſona preſentis indicatiui uocis actiuæ ablata. s. ¶ Futurum infinitiui, quæ ratio ſit circunloquendi futurum tam in uoce actiua, quam in uoce paſſiua libro quarto cum de infinitiuo diſputabitur, copioſius dicemus.*

¶ Circũloquia vocis paſſiuæ: Hoc ẽ illa tẽpora qbꝰ ſermo latin9 caret: circũloqmur per participiũ præteriti tpis, & hoc verbũ ſũ. es. fui. Per pñs enĩ & præteritũ pfectũ indicatiui circũloquimur ipſũ præteritũ. vt amatꝰ ſum vel fui. Per præteritũ impfectum & pluſq̃ pfectum eiuſdẽ indicatiui circunloquimur ipſum præteritum pluſq̃ pfectum. vt amatus erã vel fuerã. Per futurũ impfectũ eiuſdẽ ĩdicatiui circũloqmur ipſũ futurũ pfectũ. vt amatꝰ ero. Per futurũ & Præteritũ pfectũ optatiui circũloqmur ipſũ præteritũ pfectũ optatiui. ut vtinã amatꝰ ſim vel fuerim. Per pñs & præteritũ pluſq̃ pfectũ optatiui circũloquimur ipſũ præteritum pluſq̃ perfectũ optatiui. vt vtinã amatꝰ eſſẽ vel fuiſſẽ. Per pñs & præteritũ pfectum ſubiunctiui circũloquimur ipſũ præteritũ pfectũ ſubiunctiui. vt cũ doctꝰ ſim vel fuerim. Per præteritũ ĩperfectũ & pluſq̃ pfectum eiuſdẽ ſubiũctiui circũloquimur ipm̃ præteritũ pluſq̃ perfectũ ſubiunctiui. vt cum amatꝰ eſſẽ vel fuiſſẽ. Per futurũ indicatiui & futurũ quoq; eiuſdẽ ſubiunctiui circũloquimur ipſũ futurũ ſubiũctiui. vt cũ amatꝰ ero vel fuero. Per pñs & præteritũ infinitiui circunloquimur præteritũ infinitiui. vt amatum eſſe vel fuiſſe.

DE verbis irregularib9. ¶ Sunt q̃dã uerba: q̃ nõ ſequunt̃ analogiã neq; formationẽ uerborũ regularium: q̃dã rurſꝰ q̃ deficiũt cæteris tpib9 nũeris & pſonis. quare viſum eſt hoc loco illa cõmodiſſime debere poni. ¶ Atq; in primis hoc verbũ fero fers. qđ cum ad tertiã cõiugationẽ ſit reducẽdũ, p eo qđ eſſe debuit feris in ſcđa pſona ſingulari pñtis ĩdicatiui differẽtiæ cauſa abſciſſionẽ fecim9. p eo qđ ferit in tertia pſona fert. p eo qđ feritis in ſcđa pſona pluralis fertis. ¶ In imperatiuo quoq; p eo qđ eſt fere in ſcđa pñtis pſona ſingulari dicim9 fer. & p eo qđ eſſe debuit ferite, in ſcđa pli, dicim9 ferte. ¶ In futuro quoq; eiuſdẽ imperatiui p eo qđ eſt ferito & feritote, dixim9 ferto & fertote. ¶ In pñti optatiui & præterito impfecto ſubiunctiui & pñti infinitiui, p eo qđ eſſe debuit ferrerẽ ferrere. dicimꝰ ferrẽ, ferre. ¶ In pñti indicatiui paſſiuæ vocis. p eo qđ eſſe debuit ferreris. dicim9 ferris vel ferre. ¶ In ſcđa pſona ſingulari pñtis impatiui. p eo qđ eſſe debuit ferrere: dicim9 ferre. & ĩ futuro p feritor fertor. ¶ In præſenti optatiui & in præterito impfecto ſubiũctiui, p eo qđ eſſe debuit fererer. felereris vł fererere, dicim9 ferrer ferreris uel ferrere. ¶ Et in pñti infinitiui. p eo quod eſſe debuit fereri: dicimus ferri. reliqua tẽpora & pſonæ ſequũt̃ rõne uerborũ tertiæ.

VOlo. vis. vult volum9. vultis. p volis uult. uolimꝰ. uolitis. Impatiuo caret, quẽ ſupplemus ex futuro optatiui. ab illi9 cõpoſito nolo dicimꝰ in pñti noli nolite. Nolito. tote. in futuro ex pportione quartæ cõiugationis. Diomedes tamẽ in inſtãti imperatiui in ſcđa pſona fac uelis dicit. & totum pluralẽ ponit uelimꝰ. itis. int. & in futuro. uelito. uelim9. tote. uelint. Hora. modo uelis, quæ tua uirtus expugnabilis eſt. ¶ In futuro optatiui & in præſenti ſubiunctiui. p eo quod uolim. dicimus uelim. uelis. uelit. quamquam Cicero. ĩ. de natura deorum dixit, quo facilius id quod docere uolimꝰ intelligi poſſit, uolimus p uelimus ſcripſit. Alia tẽpora ſequuntur rationẽ uerborum tertiæ cõiugationis. Phocas tamen carere hoc uerbum dicit gerũdijs ſupinis & participijs. ſed quia utuntur illis iuniores. ideo poſui.

Circũloquia vocis paſſiuę nõ formãtur: ſed circũloquimur ea per participium præteriti tẽporis paſſiuę vocis: & hoc verbum ſum. es. fui.

Verbũ imperſonale ſimile eſt tertijs pſonis ſingularis nũeri paſſiuę vocis: niſi q̄ in circũloquijs participiũ eſt quaſi ſubſtãtiuũ in gñe neutro.

¶ De verbis irregularibꝰ & defectiuis, Cap. vij.

FEro. fers. tuli. ferre. ferẽdi. ferẽdo. ferẽdũ. latũ; latu. ferẽs. laturus. Feror: ferris vel ferre. latus ferendus. ¶ Indicatiuo modo.

Tẽpore pręſenti. Fero. fers. fert. Ferimus. fertis. ferunt. ¶ Imperatiuo modo.

Tpe pñti. Fer. vł. ras. rat. Feramus. erte vł. atis. rãt.

Futuro. Ferto vł tuleris. ferto vel tulerit. Feramꝰ vel tulerimus. fertote vel tuleritis. ferunto vel tulerint. ¶ Optatiuo modo.

Tpe pñti. vtinã Ferrem. ferres. ferret. Ferremus. ferretis. ferrẽt. ¶ Subiunctiuo modo.

Pręterito imper. cũ Ferrẽ. ferres. ferret. Ferremus ferretis. ferrẽt; ¶ Infinitiuo modo.

Tempore pręſenti Ferre.

¶ Paſſiua voce. Indicatiuo modo.

Tpe pñti. Feror. ferris vel ferre. fertur. Ferimur. ferimini. ferũtur. ¶ Imperatiuo modo.

Tpe pñti. Ferre. vel feraris. ferat̃. Feramur. feramini. ferãt̃. Futuro Ferto vel latus ſis. fertor vł latus ſit. feramur vł lati ſimꝰ. feriminor vel lati ſitis ferũtor vel lati ſint. ¶ Optatiuo modo.

Tpe pręſenti. Vtinã Ferrer. ferris vel ferrere. ferretur. ferremur. ferremini. ferrentur.

¶ Subiunctiuo modo.

Pręterito imperfecto. cũ ferrer. ferreris. vel ferrere. fert̃. ferremur. ferremini. ferrentur.

¶ Infinitiuo modo. Tpe preſenti. Ferri.

¶ Alia tẽpora declinãtur per proportionẽ tertiæ coniugationis.

VOlo. vis. volui. velle. volẽdi. volẽdo. volẽdũ. Volitum. volitu. volẽs. voliturus.

¶ Indicatiuo modo.

Tpe pñti. Volo. vis. vult. Volumus. vultis. volũt. Impatiuo mõ caret; ſed ab eo cõpoſitum nolo; hẽt in pñti noli nolite. In futuro nolito nolitote.

¶ Optatiuo modo.

Tpe pñti. vtinã Vellẽ. lles. llet. vellemus. etis. ent. Futuro vtinã Velim. lis. lit. Velimus. velitis. lint.

¶ Subiunctiuo modo.

Tpe pñti. cum velim. lis. lit. Velimus, itis, velint. Pręterito impfecto cũ Vellẽ, les, let, lemus, letis. lẽt.

¶ Infinitiuo modo. Tẽpore pręſenti Velle.

Alia tẽpora formãtur per proportionẽ. tertię cõiugationis.

## De verbis defectiuis.

ES.eſt,pro eo qđ edis edit in ſecũda & tertia pſona ſinglaris indicatiui modi.Eſſem,eſſes,eſſet.eſſemus.tis.eſſent in preſenti optatiui & in preterito imperfecto optatiui & ſubiũctiui. Eſſe in pñti infinitiui.Eſtur in pſenti indicatiui mõi vocis paſſiuę.Que deficiũt ſupplẽt ab hoc verbo.edo,is.

Forem.fores.foret.forẽt.p eſſem.eſſes,eſſet,eſſent.in preſenti & in pterito imperfecto optatiui modi.& in præterito imperfecto ſubiũctiui reperitur.& fore pro futurum eſſe in futuro infinitiui.In alijs locis deficit.

Aio.ais.ait.aiunt.in pſenti indicatiui modi. Aiebã.aiebas.aiebat.aiebam⁹.aiebatis.aiebãt.in pterito imperfecto eiuſdẽ modi. Aiã.aias.aiat.in futuro eiuſdẽ. Ai.in ſecunda perſona ſingulari pſentis imperatiui modi. Aiens.in participio præſentis.

Inquio vł inquã.inquis,inquit,inquiunt,in preſenti indicatiui. Inquiſti,in ſecunda pſona præteriti eiuſdẽ indicatiui. Inquiat,in tertia ſingulari futuri eiuſdẽ indicatiui. Inque,in ſecũda pſona ſingulari pſentis impatiui modi. Alijs in locis deficit.

Quæſo quæſumus,in primis perſonis vtriuſq; numeri præſentis indicatiui modi reperitur in vſu.

Infit pro inquit.& Ouat.in tertijs perſonis ſingularibus præſentis indicatiui modi reperiuntur.

Faxo,faxis,imus,itis,int,in futuro tantum indicatiui modi.

Auſim in prima perſona ſingularis futuri indicatiui modi tantum.

Cædo pro dic.& Cedite pro dicite in ſecũdis pſonis tantum vtriuſq; numeri imperatiui modi.

Salue.ſaluete.ſaluere. Aue;auete,auere; in eiſdẽ ſecũdis pſonis impatiui:& in preſenti infinitiui.

*De verbis defectiuis.Sũt quædã verba q̃ deficiũt modis & tẽporibus aut perſonis:vt es eſt,cuius nõ mã prima poſitio deficit:verũetiã nihil habet:q̃ es eſt.eſſe.eſſes,eſſet,eſſem⁹,eſſetis,eſſent.eſſe.Verg.iiij.æñ.eſt mollis flãma medullas.Idẽ.j.georgi.vt mala culmos eſſet rubigo.& Mar.ſi vis eſſe ſatur noſtrũ põt eſſe priapi. In voce quoq; paſſiua eſtur...atiũ p editur. Es in ſecũda perſona imperatiui nũeri ſingularis. Plautus in milite.es,bibe aio obſecro mecũ. Ouid.j.de põto. Eſtur vt occulta viciata putredine nauis. Forẽ,res,ret,rẽt.Neq; enim vſq lectũ eſt forcmus,etis.& qđ eſt in hoc verbo ſingulari fore p futurũ eſſe in futuro infinitiui:oĩa alia uerba carẽt.hñt quoq; ab eo cõpoſita affore.&c.¶ Aio p dico diſſallabũ eſt,habetq; ſecũdũ Phocã pñs præteritũ impfectũ,ſuſtulim⁹ tñ aiimus & aiitis:qđ ex pportione dicẽdũ erat:quoniã eas voces uidẽtur aures noſtræ quodãmõ reformidare. Aiebã in præterito imperfecto Aiã in futuro ex proportiõe, Plautus in rudẽte.vel tu mihi aias,uel neges.Cicero de finib⁹,quaſi ego id curẽ qđ ille aiat aut neget.¶ Adiecim⁹,quoq; ſcđam pſonã ſingularẽ pñtis imperatiui modi. Ai.quod apud Plautũ reperitur,an nata eſt ſpõſa prægnãs;uel ai vł negẽ.& apud Terentiũ,ſæpe ain,qđ Cice.de perfecto oratore interpretatur ain,p ais ne.¶ Aiẽs Apul.vi.meta.ſic aiens cryſtallo dedolatũ uaſculũ tradidit.¶ Inquio inquis quanq̃ ex proportiõe uideatur poſſe declinari per oẽs modos tẽpora & perſonas tertiæ cõiugatiõis:nos tñ illa poſuimus q̃ in uſu reperiuntur hoc eſt inquio. Cice.de.orat.Aucupari uerba oportebit inquio.Inquis Perſius.hoc iuuat hic inqs ueto quiſq̃ faxit oletũ. Inquit.Iuue qñ artib⁹ inqt honeſtis. Inquiũt.Cic.in Verrem.ubi ſunt Pãphile inquiũt ſcyphi. Reperitur tñ frequẽtius inquã in pria poſitione indicatiui modi dicẽte Diomede & Phoca. Inquã primã perſonã cõtra morẽ oĩm pfert vtrũq; nũerũ modi indicatiui pñtis tẽporis. Inquiſti. Cicero.ij.de ora.tu uero inquiſti:moleſt⁹ non eris.Inquiat,idẽ ad herenniũ.Quid enim tibi uis aliqs inquiat.Inque,Terẽtius.in phormi.te emittere inuitũ eã inque.pro eo qđ eſt dic.¶ Quæſo,ut dicit Phocas,primã habet perſonã ſingularẽ pñtis indicatiui modi. Habet etiã pluralẽ eiuſdẽ tẽporis.ut Cic.in.j.de legib⁹.quãobrẽ aggredere quæſumus.& Silius in lib.xiij.punicorũ. Nõ ardua regnis quæſumus aut in hora tuis. Quæſit quoq; dicit Lucretius.in.j.Ni diuũ pacẽ uotis adit.& prece q̃ſit.Apud Saluſtiũ quoq; referẽte Phoca quæſere lectũ eſt. Sed quẽadmodũ prioribus duob⁹ uti poſſumus:ita bis poſterioribus nõ eſt utendũ.¶ Infit pinquit.Verg.x.æñ.Tũc pater oĩpotẽs rerũ cui ſumma poteſtas infit.& in.xij.ita turbidus infit.Var.apđ Priſc.lib.viij.primã ponit perſonã inſio. Ouat quoq; Phoca teſte tãtũ habet tertiã pſonã ſingularẽ pñtis indicatiui & participiũ ouãs.ut Verg.j.geor.& ouãtes gutture corui.¶ Faxo.faxis,Idẽ Phocas dicit tãtũ habere futurũ indicatiui:nos tãtũ inuenimus faxo,faxit.faxitis.faxint.Verg.lib.ix. Haud ſibi cũ Danais rem faxo & pube pelaſga.& Liuius.lib.vj.ab vrbe.faxo ne iuuet vox iſta.& Ennius apud Ciceronẽ in libro de ſenectute.Nemo me lachrymis decoret.nec funera faxit.& Liuius lib.xxxiiij.Quod faxitis deos oẽs fortunare velim.Faxint frequenter apud Plautũ & Teren.legitur.¶ Auſim primã tãtũ habere perſonã futuri indicatiui modi teſtis eſt Phocas.Liuius.lib.j.Nec ſi forſan dicere auſim.Verg.quoq;.ij.georg.Auſim vel tenui vitẽ cõmittere ſulco.ubi Seruius exponit auſim p auſus ſum uel audebo.Feſtus quoq; Põpeius auſis p audeas exponit & auſit Ouid.in.vi.meta.& nil eſt quod nõ inopino captus amore auſit.Catullus in epitha.quis huic deo cõparari auſit,ſed hoc rariſſime inuenitur apud autores.¶ Cedo,cedite.Cice.de cla.ora.Cedo quæſo orationis ſunt enim:& Iuue.in.vj. Cedo ſi breue parui ſortita eſt lateris ſpaciũ.Cedite quoq; in plurali p dicite Plau.eſt uſus.Cete.quoq; p cedite.Neuius in lycur.apud Mar.p induſtria cete regẽ ppugnatũ patrẽ.Ennius in me ſaluete optima coporacete,manus ueſtras meaſq; accipite. Actius in mena.æneũ aliquis cete in cõſpectũ aut nos(vbi es)ducite ad eũ.Pac.in atalanta.is ueſtrũ vter ſit eius ſignũ datũ eſt cete.¶ Salue,ſaluete.Verg.v.æñ. Salue ſancta parẽs.iterũ ſaluete recepti. Salueo tamẽ in prima poſitione dixit Plautus in truculẽto. Salue inquit ſatis eſt mihi tuæ ſalutis:nil moror nõ ſalueo.Cicero quoq; ad atticũ futuro indicatiui eſtuſus,& ſaluebis(inqt)a meo Cicerone.¶ Auete & auere a Phoca tollitur:cũ tñ apud Mar.reperiatur.Manc tibi pro medicit auere liber.Quin,dicit in primo fuiſſe utrũ ualde litteratũ:qui ſalutauerit ſi.auete:cum abuſu iam defeciſſet.*

¶ Odi,odiſti. Hæc verba cū tātū in præterito & tēporib9 ab eo formatis reperiātur,hn̄t tn̄ ſenſum etiā aliorū tēporū e cōtrario ad ea tēpora q̄ circunloquimur in voce paſſiua. Nā quēadmodū mutuamur præſens indicatiui ad circunloquendū illius præteritū perfectū & præteritū imperfectum ad circunloquēdum illius pluſq̄ perfectum,ita ediuerſo ꝓteritū perfectum accōmodat ſuā ſignificationē præſenti,& præteritum pluſq̄ perfectum imperfecto. Itaq; præteritū perfectum horū verborum habet ſenſum pn̄tis atq; ſui ipſius. Præteritū pluſq̄ perfectum eiuſdē modi habet ſuū ſenſum & præteriti imperfecti. Præteritū optatiui habet ſuū ſenſum atq; etiā præſentis. Pluſq̄ perfectū ſubiunctiui,ſuū ſenſum atq; etiā præteri imperfecti eiuſdē modi. Præteritū ꝑfectum,ſuū ſenſum atq; pn̄tis eiuſdē ſubiūctiui cū futuro optatiui. Futurū ſubiūctiui habet ſuū ſēſū atq; etiā futuri īdicatiui modi. Præteritū infinitiui ſuū atq; etiā pn̄tis. Præterito carēt Furio,qđ aliūde aſſumpſit inſaniui. Ferio qđ a ꝑcutio ſumpſit ꝑcuſſi. Tollo qđ olim habuit tetuli a ſuſtollo ſubſtuli mutuatus eſt. Quatio,is,qđ in vſu nō habet quaſſi:vt dicemus in præteritis tertiæ coniugationis:vbi etiam de gliſco & inchoatiuis.

PArtes orationis octo ſunt. Poſt ſimplicē nōis & cū eo pticipij,ꝓnōis verbiq; declinationē:ſequens opa pueris adhibēda eſt:vt incipiāt partes dignoſcere: nō qdē adhuc exacte admodū,ſed quātum illa ætas capere pōt:deinde quō inter ſe cōſtruuntur:vt iā incipiāt quaſi deguſtationē quādā habere eorū,q̄ poſtea enodatius tradenda ſunt. Dicit igitur in primis q̄ octo ſunt oratiōis ptes quas enumerat. Sed nemo miretur poſtea cū dixerimus gerundia & ſupina alias eſſe orationis partes ab octo ſuperioribus:qđ q̄ lib.iij. dicturi ſumus alios poſuiſſe tres tātū.vt Ariſt. & Theodectes,Alios quattuor vt Stoici,Alios diſtinxiſſe vocabulū & appellationē a nōie. Alios adiecíſſe aſſeuerationē attractionēq;. Sed nihil neceſſe eſt pueritiæ teneritudinē tāta veluti ciborū varietate farcire,ſatiſq; illi fuerit octo orationis partes diſtinguere,q nūerus primū Ariſtarcho ex græcis:deide Palemoni ex latinis placuit:quos deinde oēs grāmatici græci et latini ſecuti ſunt. Ita tn̄ q̄ græci interiectionē partē aduerbij eſſe dixerūt:latini interiectionē ab aduerbio ſeparāt. Articulū vero qa latinus ſermo nō agnoſcit:ad ꝓnomē referūt. Itaq; oīno ptes eſſe octo dicūt. ¶ Quattuor ex his declināt̄ur,qđ ex harū octo partiū numero quattuor ſunt declinabiles,& quattuor rurſus indeclinabiles:q̄s explicat. græci quoq; articulū declināt:latini quoq; gerūdiū & ſupinū,q diſtingunt vocabulū & appellationē a nōie: tria illa eodē mō declināt. ¶ Nomē eſt qđ decliat̄ ꝑ caſ9,hæc nō eſt diffinitio nōis,ſed q̄dā ꝓprietas: ꝑ quā puer magis venit in nōis cognitionē:q̄ per diffinitionē,quā lib.iij. reddituri ſum9. Nomē eſt pars oratiōis declinabilis corpus aut rē ꝓprie cōiterue ſignificās,& eodē mō de reliqs partib9 oratiōis,quarū ꝓprietates ponit ꝑ quas poſſint a pueris rudib9 litterarū dignoſci. poſteaq̄ vero,li.iij huiꝰ operis illarū diffinitiōes,q̄ magis naturā oſtēdūt, explicabimus. ¶ Gn̄a nominū. Declinabiliū orationis partiū elegit quædā accidētia:ſine qbus nō poteſt fieri illa quā diximus cōſtructio ī nōie,ꝓnōie,& pticipio,gen9 nūerū & declinationē. In verbo cōiugationē,vocē:ſignificationē:atq; ī oīb9 his ꝑſonā. ¶ De gn̄e nōim,ꝓnōim pticipiorū,quoniā alijs ī locis copioſus diſputabitur q̄ ad hūc locū attinet:dicim9 gn̄a eſſe quinq; Maſculinū qđ declinatur cū hic,&c. Sed hæc quā ſufficiēter dicātur,quis nō videt? Primū vt alijs ī locis diximꝰ,quia nō ideo nomē eſt maſculinū quod declinatur cū hic,aut fœmininū qđ declinatur cū hæc. aut neutrū qđ declinatur cū hoc ſed quia eſt uel maſculinū vł fœmininū vel neutrū,iō declinatur.aut cū hic,aut cū hæc.aut cū hoc. Deinde q̄ nōia adiectiua q̄ ꝑ priam & ſcdā nōis declinationē inflectūtur,& ꝓnōia & pticipia nō declināt̄ur ꝑ hic & hæc & hoc. ſed ꝑ ſuas cuiq; gn̄i terminatiōes acōmodatas. Præterea q̄ dubij & ꝓmiſcui gn̄is nullā facit mētionem. Sed: vt diximus:hæc pueris adhuc rudib9 ꝓponūtur,q̄ puectiorib9 accurate magis poſtea tradetur. ¶ Nūeri nōim. nūerus cōis eſt oībus partib9 oratiōis,q̄ declinantur

Odi,odiſti,Noui nouiſti,Cœpi,iſti,Memini,iſti,in voce tm̄ habēt preteritum perfectum indicatiui: & tempora quæ formantur ab eo:ſignificationē vero,etiam omnium aliorum temporum.

Preterito & tēporibus q̄ ab eo formant̄ carēt Furio,is,inſaniui. Fero tuli. Ferio ꝑcuſſi. Tollo ſuſtuli. Quatio,is. Gliſco,is,cū ꝟbis q̄ dicūt̄ inchoatiua.

¶ De primis puerorū ꝑ exercitamētis. Cap.viij.

PArtes orōnis octo ſunt. Nomē. Pronomē. Verbū. Participiū. Præpoſitio. Aduerbium. Interiectio. Cōiūctio. Quattuor ex his declināt̄. Nomē. Pronomē. Verbū. Participiū. Quattuor nō declinātur. Prepoſitio. Aduerbiū. Interiectio cōiūctio.

Nomen eſt;quod declinatur per caſus:& non ſignificat cum tempore;vt hæc muſa muſæ.

Pronomen eſt,quod ponitur loco nominis proprij vt ego,tu,ille. & ſunt illa quidecim tantum.

Verbum eſt;quod declinatur per modos & tempora ſine caſu,vt amo amas amaui,amare.

Participiū eſt;qđ declinatur per caſus cū tpe & deriuatur a verbo ſemper. vt amās:amat9;amatur9.

Præpoſitio eſt;q̄ ꝓponit̄ nomini per appoſitionē:& alijs etiā partibus per cōpoſitionē.vt adeo ad eū.

Aduerbiū eſt;qđ additū verbo:nomini,aut participio ſignificationē ei9 auget,aut minuit,aut mutat. vt valde amat,minus amat,nō amat;ſatis doctus.

Interiectio eſt,quę aliquē mentis affectum ſignificat voce incondita,vt hei mihi,heu me.

Coniunctio eſt;quæ diuerſas partes orationis coniūgit:vt Pompeius & Cæſar amat;& docet.

Genera nōim;ꝓnominū & participiorū qnin q; ſūt. Maſculinū,qđ declinatur cū hic,vt hic dn̄s. Fœmininū;quod declinatur cum hæc,vt hæc muſa. Neutrum;qđ declinatur cum hoc,vt hoc tēplum Cōe duū;qđ declinatur cū hic & hæc,vt hic & hęc hō. Cōmune triū;quod declinatur cū hic & hæc & hoc:vt hic & hæc & hoc fœlix;amans.

Numeri nominum,pronominum,verborū & participiorum duo ſunt. Singularis;qui de vno tantum loquitur. Pluralis;qui de pluribus loquitur.

Caſus noīm ꝓnoīm & participioꝝ ſeptē ſũt. Ntũs, Gtũs; Dtũs; Actũs, Vctũs; Abltũs; Effectiuus.

Declinationes noīm (ad q̃s etiã reducit̃ ꝑticipioꝝ declinatio) qnq; ſunt: prima q̃ mittit gtm̃ in. æ, diththongũ: vt hęc muſa muſę. Scd̃a q̃ mittit gtm̃ in. i. vt hic dñs dñi. Tertia q̃ mittit gtm̃ in is. vt ſermo ſermõis. Quarta q̃ mittit gtm̃ in. us ut ſenſ9 ſenſ9. Quīta q̃ mittit gtm̃ ī. ei. vt dies diei

Declinatiões ꝓnoīm q̃ttuor ſunt. Prima q̃ mittit gtm̃ in. i. vt ego mei: tu tui, ſui. Scd̃a q̃ mittit gtm̃ in. ius. vt ille illi9 iſte iſtius. Tertia q̃ ad pmã & ſcd̃am nominis declinationē refert: vt meus a. ũ. tuus. a. ũ. Quarta q̃ ad tertiã nois declinationem refert: vt nr̃as noſtratis: vr̃as veſtratis.

Cõiugatiões ṽboꝝ q̃ttuor ſunt. Prima q̃ habet. a. ꝓductã añ. re. in infinitiuo: vt amo. as. are. Scd̃a q̃ hẽt. e. ꝓductã añ. re. in infinitiuo; vt doceo. es. ere. Tertia q̃ hẽt. e. correptã añ. re. in infinitiuo vt lego. is. ere. Quarta q̃ hẽt. i. productã ante re. in infinitiuo: vt audio: audis: audire.

Voces ṽboꝝ tres ſunt. Actiua, vt amo amas. Impſonalis: vt amat̃. Paſſiua: vt amor amaris.

Modi ṽboꝝ qnq; ſunt. Indicatiuus: Imperatiuus: Optatiuus: Subiunctiuus: Infinitiuus,

Tp̃a verboꝝ ſex ſunt. Pręſens: Pręteritum impfectum: Pręteritum ꝑfectum: Pręteritum pluſq̃ ꝑfectum, Et futuꝝ impfectũ, Et futuꝝ perfectũ,

Tp̃a participioꝝ tria ſunt. Pręſens vt amãs, Pręteritum vt amat9. Futuꝝ vt amaturus: amãd9,

Perſonę nominum ꝓnim & ṽboꝝ tres ſunt, Prima vt ego amo, Secunda vt tu amas, Tertia vt ille amat: Vergilius docet,

Oĩs ntũs ẽ tertię ꝑſonę: ꝑterq; ego: qđ ẽ primę: & tu: qđ ſcd̃ę: & oẽs vocatiui: q ſunt ſcd̃ę perſonæ,

Nomẽ ſubſtãtiuũ ẽ: qđ declinat̃ ꝑ vnũ articlm vł ꝑ duos tm̃: vt hic dñs: hic & hec hõ, Adiectiuum qđ declinat̃ ꝑ tres articlos vł ꝑ tres diuerſas terminatiões: vt hic & hęc & hoc fœlix: bon9. a. ũ.

*Caſus vero nominũ ꝓnomini & ꝑticipio tãtũ: ſed de his poſtea copioſi9 dicet. ¶ Declinatiões noīm. Sũt aũt qnq; tãtũ, qui nuer9 ex gtĩ diuerſitate colligit̃. Pronoīa ꝑ duas ꝓprias decliatiões: & ꝑ duas itẽ: q ad noĩs declinationẽ referũt. ꝑticipia ꝑ primã et ſcd̃am et tertiã declinationẽ variãt. ¶ Cõiugatiões verborũ q̃ttuor ſũt. hæc diuerſitas ex ſcd̃æ pſona pñtis idicatiui moi accipiẽda erat. nã verba q̃ mittũt illã ī. as. ſũt primæ cõiugatiõis, q̃ ī. es. ſcd̃æ. q̃ ī. is. correptã tertiæ. q̃ ī. is. ꝓductã qrtæ, quã qdẽ tertiã ꝓductã appellãt, qa pueri nõdũ ꝑcipiũt qd ſit ſyllaba qd ꝓducta, qd correpta ī fine dictiõis. Viſũ ẽ hãc diuerſitatẽ ex īfinitiuo diſtīguere: ī quo accẽt9 põt oñdere q̃ ſyllaba ſit lõga, q̃ breuis in penultimo loco. vt verba q̃ hñt a. ꝓductã, ante re. finalẽ ſint primæ, hoc eſt q̃ hñt accẽtũ in penultima. & eodẽ mõ de reliquis cõiugatio nib9. ¶ Voces verborũ tres ſunt. Quia nõdũ pueri capaces ſunt ſignificatiõis verborũ: q̃ in actiuã, paſſiuã neutrã, deponẽtẽ, cõmunẽq; ſpargitur. de quib9 li. iiij. dicturi ſumus: hoc loco tantũ admonẽdi ſunt tres eſſe verborũ voces. Actiuã. vt amo. as. amat. Impſonalẽ vt amat̃. amabat̃ amabit̃. Paſſiuã. vt amor. aris. vł amare loquor. loqueris vel loquere. ¶ Quælibet rurſus vox diuiditur in quinq; modos, quos Quinti. qualitates appellat. ¶ Indicatiuum, quo indicamus aliquid fieri. vt ego amo, tu doces, ille legit. ¶ Imperatiuũ, quo impe ram9: vt o virgili audi. ¶ Optatiuũ: quo aliquid optamus. vt vtinã veniret Antoni9. ¶ Subiũctiuũ, quo verbũ uerbo ſubiungimus, ut ſi legeris ſoluã tibi mercedẽ ¶ Infinitiuũ, quo indiffinite aliqd dicit̃ qđ altero uerbo diffiniẽdũ eſt. ut opportet nos legere. bonũ eſt nos audire. Modus iterum diuiditur in ſex tempora: hoc eſt præſens quod rẽ inſtantẽ ſignificat. ut ego lego. Præteritũ impfectũ, quo demõſtram9 qđ aliquid faciebam9, ſed nõ dicim9 an pfectũ ſit. ut ego legã. Præteritũ pfectũ, quo oſtẽdim9 aliqd fuiſſe pfectũ. ut ego legi. Præteritũ pluſq̃ pfectũ, quo ſignificam9 añ factũ fuiſſe aliqd poſteaq̃ aliq̃ res facta fuit, ut iã ego legerã cũ tu veniſti. Futurũ ipfectũ: quo oñdim9 aliqd faciẽdũ cẽ. ut legã. Futurũ pfectũ, quo oñdim9 aliqd factũ fore, vt ad duas horas legero. Meminiſſe aũt dẽt puer nõ oĩa tpa eẽ ī oĩb9 modis, ſed ī idicatiuo ſex. In optatiuo & ſubiũctiuo quīq;. In īfinitiuo tria, pñs ꝑteritũ & futurũ. In ipatiuo duo tãtũ, pñs, et futurũ, Tpa ꝑticipiorũ tria ſũt tãtũ, pñs ꝑteritũ & futurũ. ꝑteriti ipfecti tpis et ꝑteriti pluſq̃ pfecti ad vocẽ ꝑticipij tpis ꝑteriti reducitur. ut Verg. i. æñ. qua vect9 Abas et qua grãdæu9 Alethes. qđ exponit Ser. i. qua vehebatur: qa nos ꝑticipio præteriti impfecti carem9, qđ tñ græci hñt. ¶ Perſonæ noīm. pſona ꝓpriũ accidẽs eſt ꝓnois & uerbi, ſed noĩa & ꝑticipia cũ ſint tertiæ pſonæ oĩa, vtũs tñ ab oĩbus illis eſt tertiæ pſonæ: ut paulopoſt dicturi ſum9. ¶ Oĩs ntũs eſt tertiæ pſonæ. ac ſi dicat, oĩs dictio q̃ per caſus declinatur: hoc eſt nomẽ ꝓnomẽ & participiũ eſt tertiæ perſonæ. & facta regula ex ijs q̃ ſunt plura: facit exceptionẽ h[illegible] ꝓnoĩs ego: qđ eſt primæ perſonæ: atq; iterũ huius ꝓnoĩs tu, qđ eſt ſecũdæ perſonæ, atq; huius ꝓnoĩs võe excipiuntur oẽs vocatiui in quib9 ſub intelligitur in ſingulari & vos in plurali, nã quẽadmodũ ꝓnomẽ ponitur loco noĩs ꝓprij: ita uocatiuus omniũ partium, q̃ per caſus declinãtur ponitur loco huius ꝓnois tu. ¶ Nomẽ ſubſtãtiuũ eſt. Quid ſit nomẽ ſubſtãtiuũ oſtẽdi ex quadã illius ꝓprietate, hoc eſt, quia declinatur ꝑ vnũ articulũ vł per duos tãtũ. Adiectiuũ vero ex alia ꝓprietate oſtẽdit quid ſit, hoc eſt, quia declinatur ꝑ tres articlos, vł per tres diuerſas terminatiões, hoc nõ eſt docere, ſed quaſi per quædã ſigna vel ꝓprietates oſtẽdere quid ſit nomẽ ſubſtãtiuũ, q adiectiuũ. Sed ſi cõſideram9 qualẽ diſcipulũ inſtĩtuim9: nulla potuit aptior diffinitio excogitari: & ex qua magis poſſit diſtĩguere adiectiuum à ſubſtãtiuo. Nã quẽadmodũ alio loco dicturi ſumus, nõ propterea nomẽ eſt ſubſtãtiuum, qđ per vnum vel per duos articulos declinatur, neq; ideo adiectiuũ, quia ꝑ tres articulos vel per tres diuerſas terminationes inflectitur: ſed quia illud ſubſtãtiuo, hoc adiectiuo accidit. Accidentia autẽ q̃ ſubſtantiæ notiora ſunt pueris, præſertim rerũ omnium ignaris. lib. tamẽ. iij. plenius hac de re inſtructur.*

Relatiuum eſt;quod refert aliqđ antecedẽs. Antecedens vero eſt;qđ refertur ab aliquod relatiuo.

Adiectiuum & ſubſtantiuum in tribus cõueniunt, in genere,numero;& caſu,vt vir bonus.

Relatiuum & antecedens in tribus cõueniunt,in genere;numero;& perſona vt ego amo qui doceo.

Nominatiuus & verbum in duobus conueniunt:in numero & perſona,vt ego amo,tu doces.

Omne verbum actiuum vel actionẽ ſignificans exigit ante ſe nominatiuum pro pſona agẽti:& accuſatiuum vel alium caſum pro perſona patienti.

Omne ṽbum paſſiuũ vel paſſionẽ ſignificãs exigit noiatiuum pro pſona patiẽti;& ablatiuum cũ prępoſitione.a.vel ab.vel datiuũ pro perſona agẽti.

Gerũdia ſupina & participia exigunt poſt ſe caſum: cum quo cõſtruitur verbum; a quo deſcendunt.

Prępoſitiões accuſatiuo deſeruiẽtes ſunt Ad apđ.ante,aduerſus,aduerſum.cis.citra.circũ,circa.circiť.cõtra.erga.extra.inter.intra.infra.iuxta.ob.p.pter.prope.propi⁹.proxime.pridie.procul.poſt.ppter.penes.ſupra.ſcđm.ſecus.trãs.vſq̃.vltra.

Præpoſitiones ablatiuo deſeruientes ſunt.a.ab.abs.abſq̃,cum.coram.clam.de.e.ex.pro.pre.palam ſine.tenus:quæ aliquando genitiuo iungitur.

Præpoſitiones accuſatiuo vel ablatiuo deſeruientes ſunt.in.ſub.ſuper ſubter.

Præpoſitiones quæ tãtum in compoſitione reperiuntur ſunt.an.con dis.di,re.ſe.

Nominatiuus ſemper regitur a verbo expreſſo vel ſubintellecto in ratione ſuppoſiti.

Genitiuus plærumq̃ regitur a nomine ex vi poſſeſſionis:nonnunq̃ ex natura nominis vel verbi.

*Relatiuũ eſt,Aliã nois differẽtiã oſtẽdit.Aliud nãq; eſt relatiuũ,aliud antecedẽs.& qđ vtrũq; ſit oſtẽdit.Ex quo manifeſtũ eſt relatiuũ & antecedẽs noĩa eſſe ad aliquid dicta.poſito enim relatiuo,neceſſe eſt poni antecedens,atq; e diuerſo,neceſſe eſt poſito antecedẽti poni relatiuũ. Adiectiuũ & ſubſtãtiuũ. Ponit tria præcepta,q̃ nõ ſermõis latini ppria verũetiã oĩb⁹ linguis cõia publica & quodãmõ naturalia ſunt:ſi quidẽ naturale eſt,vt inquit Ariſto.qđ apđ oẽs gẽtes idẽ eſt.Primũ itaq; præceptũ naturale & cõtra qđ ſi quis peccauerit nõ tãtũ indoct⁹,ſed plane barbar⁹ habeatur,eſt q adiectiuũ & ſubſtãtiuũ in tribus cõuenire debẽt:in gñe nũero.& caſu,hoceſt qđ utrũq; ſit eiuſdẽ gñis nũeri & caſus,Q ñ tñ hoc præceptũ exceptionẽ patitur,ſuis locis dicem⁹. Relatiuũ & antecedẽs. Hoc eſt ſecũdũ præceptũ naturale, q relatiuũ & antecedẽs in trib⁹ cõueniũt in gñe nũero & pſona.hoc eſt,q vtrũq; ſit eiuſdẽ gñis nũeri & pſonæ.De rõe aũt huius cõueniẽtiæ lib.iiij.copioſi⁹ diſputabitur. Ntũs & uerbũ.Hoc eſt tertiũ præceptũ naturale:q ntũs & uerbũ cõueniũt in duob⁹ hoc eſt numero & pſona:i.q ambo debent eſſe eiuſdẽ nũeri & pſonæ.Figurate tñ aliqñ uidetur eſſe diſcõueniẽtia inter ntũm & uerbũ,quẽadmodũ.li.iij.cũ de figuris cõſtructiõis agetur:pleni⁹ dicẽdũ eſt. Omne uerbũ actiuũ,ſubaudi pſonale.qđ habet vocẽ actiuã,vel actionẽ ſignificãs:quale eſt deponẽs & cõe,ea parte qua ſignificat actionẽ,exigit ante ſe,hoc eſt in rõe ſuppoſiti nominatiuũ p pſona agẽti:& accuſatiuũ ſed nõ neceſſario p pſona patiẽti vl̃ aliũ caſum,ſed tũc paſſio illa nõ recta & trãſitiua ſed obliqua ẽ. Omne uerbũ paſſiuũ:quod etiã de pſonali intelligẽdũ eſt:uel paſſionẽ ſignificãs:qualia ſũt illa exulo,uapulo,ueneo,fio.liceo.exigit noiatiuũ p perſona patiẽti,atq; in rõe ſuppoſiti:& ablatiuũ cũ præpoſitiõe à vel ab,vel etiã datiuũ p pſona agẽti,vt ego amor à te vel tibi.exulo à rege: vbi non auſim dicere regi p a rege. Gerundia ſupina & participia.De gerũdijs qđ diximus intelligẽdũ eſt de gerũdijs ſubſtãtiuis actionẽ ſignificãtibus,vt veni cauſa legẽdi Verg.& inſeruiẽdi amicis, & carendi voluptatib⁹.& miſerẽdi viduarũ.De ſupinis præterea intelligẽdũ eſt de primis:nã vltima cũ nullo caſu poſt ſe cõſtruũtur,quẽadmodũ.lib.iiij.dicturi ſumus.vt eo venatũ feras.inſeruitũ amicis.Participia vero ſiue illa ſunt actiuæ vocis ſiue paſſiuæ eãdẽ rõnem ſeruãt.Nã pticipia pñtis tpis cũ actionẽ ſignificant,cõſtruuntur poſt ſe cũ accuſatiuo.ut amãs uirtuies.aut dtõ vt ſeruiẽs amicis:aut ablatiuo ut carẽs uoluptatib⁹.aut genitiuo vt miſerens filiorũ.Eodẽ modo de participio tpis futuri vocis actiuæ.Participia quoq; vocis paſſiuæ paſſionẽ ſignificãtia cõſtruũtur cũ ablatiuo & præpoſitione à vel ab.aut datiuo.vt amat⁹ a te:amãd⁹ ab illis. Præpoſitiões accuſatiuo deſeruiẽtes.Præpoſitiões aut ſeparabiles ſunt aut inſeparabiles.Separabiles ſunt.q̃ poſſunt aponi caſib⁹. Inſeparabiles ſunt quæ nũq̃ reperiũtur niſi in cõpoſitiõe.De ſeparabilib⁹ itaq; ponit primã regulã.q præpoſitiões acuſatiuo deſeruientes ſunt Ad apud.& c.q̃ ſequũtur.Deinde ſubdit. Præpoſitiões abtõ deſeruiẽtes.atq; mox q̃ ſunt vtriq; caſui deſeruiẽtes,tũc demũ ponit præpoſitiões,q̃ nũq̃ reperiũtur niſi in cõpoſitiõe cũ reliqs ptibus oratiõis,ſed hæc vberi⁹ explicabũtur lib.iij.vbi de præpoſitiõe diſſerem⁹.Enumerauim⁹ aũt hic præpoſitiões.vt pueri haberẽt illas in prõptu:cũ incipiũt ptes oratiõis inter ſe cõnectere. Noiatiu⁹ ſemp regitur a verbo.Regi aliã dictionẽ ab alia nihil aliud eſt q̃ eſſe appẽdicẽ illi⁹:ut in ordĩe cõſtructiõis aliqd ſignificet.Sed cũ verbũ, vt ait Ariſto.ſit oratiõis forma:neq; ſine uerbo poſſit eſſe illud qđ græci vocãt axioma:qđ Boeti⁹ enũciationẽ,Cicero tũ pnũciatũ tũ ploquiũ interpretatus eſt:cõſequẽs eſt,vt oẽs ptes oratiõis a uerbo regãtur immediate,vl̃ media aliqua pte oratiõis.Dicit igitur in primis q ntũs a verbo & c.Nã vt verbũ pſonale nũq̃ põt eſſe ſine noiatiuo.ſic noiatiuus ſine verbo pſonali eſſe nõ põt,ergo merito ab illo regitur tanq̃ ab oratiõis forma: & dat illi ſuppoſitũ tanq̃ accidẽti. Genitiuus præter illã cõmunẽ ſignificationẽ:qua regitur a noĩe appellatiuo ex vi poſſeſſiõis:aliqñ regitur ex natura ſpeciali nois,vt vini plen⁹.vl̃ verbi.vt impleo vini vaſa.a noĩe inquã appellatiuo:quia ſi pprio iũgatur:appellatiuũ ibi ſub intelligitur.Verg.j.æñ.vnius obnoxã & furias aiacis oilei: vbi Seruius notat ex figura græca dictũ eſſe:qua vtimur circa patres & maritos tãtũ.vt aiacis oilei intelligam⁹ filiũ.Deiphobe,glauci intelligim⁹ filiã.Hectoris andromache:intelligimus vxorẽ: quinimmo hæc figura latius patet.Nã Euſebius Pãphili dictus eſt ſubaudi amicus. & Te-*

ſius in Andria,huius Byrrhiã:ſubaudi ſeruũ.nam ꝓnomen loco nominis proprij ponit. ¶ Datiu⁹ plerũq; regitur a verbo ex vi acquiſitionis atq;etiã cuiuſcũq; rei attributionis ſiue illa ſit vtilis ſiue dãnoſa:ſiueindifferens:regitur etiã nõnũq̃ a nomine ex ſpeciali ſignificatione. vt vtilis amico. difficilis vxori.iucundus familiaribus. ¶ Accuſatiuus plerũq; regitur a uerbo ex vi trãſitionis,vt amo vxorẽ:vl' a parte ante ex natura infinitiui.vt oportet me amare.vel media prepoſitione.vt eo ad forũ.vel ex vi ſinecdoches a nomine adiectiuo,vt niger oculos.vel a verbo:vt expleri mentem nequit,vel a participio vt nodoq; ſinus collecta fluẽtes. ¶ Vocatiuus.hec regula multũ nouitatis attuliſſe videtur ijs qui dicebãt vocatiuũ aliqñ poni abſolute.qđ eſt cũ oratio ex recta fit obliqua:hoc eſt ex ſecunda pſona ad quã loquimur fit trãſitus ad tertiã de qua loquimur,vt ſi dicas o Cæſar legat Põpeius.intelligitur audi vel auſculta vel intende,quod ita eſſe facillime ꝓbatur ex interpretatiõe pſalmi.xxi.cuius initiũ eſt apud hebræos idipſum qđ dñs noſter atq; ſaluator dixit in cruce,hoc eſt eli eli lama azabatani,qđ euãgeliſta interpretatur deus meus deus meus vt quid dereliquiſti me, At vero ſeptuaginta interpretes verbũ ſubintellectũ,vñ uocatiu⁹ ille regebatur:expreſſerunt dicẽtes.Deus deus meus reſpice in me:quare me dereliquiſti, aut quæ ratio fuit aliqđ addẽdi,qđ in hebraico nõ legebatur.ſi nõ erat in illis ipſis verbis concluſum.Illud quod adhuc maius eſt auſim affirmare:etiã ſi exprimat̃ ſecũda imperatiui mõi pſona,adhuc verbũ qđ attentionẽ ſignificet ſubintelligendũ eſſe a quo vocatiuus ille regat̃.Quale eſt illud qđ marci.cap.v.legimus dicẽte dño.talita cumi.qđ interpretatur puella ſurge.at euangeliſta cũ interpretatur:tibi dico interpoſuit,quod tantũ valet quantũ audi,qđ erat incluſum in eo quod dixit puella ſurge, neq; enim ſaluator noſter dixit tibi dico,ſed aliquid moræ adiecit,qđ fere ſemp facim⁹ quoties vocatiuo vtimur,vt auditor paret ſe ad ea quæ dicturi ſumus.Nã & vocatiuus a græcis rectus dicitur:queadmodũ & nominatiu⁹:quia vterq; recte ſtans rectã ſubſtantiã ſignificet,vnde & verbo ſuppoſitũ dr̃e poſſunt. ¶ Ablatiuus regitur a verbo media præpoſitione,aut ex ſpeciali nominis vel uerbi ſignificatione,ut plenus uino. ¶ Effectiuus de quo plura lib. iij. cũ de caſibus nominũ diſputaturi ſumus dicẽa ſunt,plerũq; regitur a verbo.ut malo me Gelatea petit.cæſus ferroq; petitus,regitur etiã ex vi cõparationis,vt doctior illo.aut ponitur abſolute,vt ducẽte deo expedior.ducẽte deo nõ regitur,quia per ſe orationẽ quodãmodo facit,licet imperfectã, qualis eſt ſubiũctiui modi.in quam reſolui conſueuit. Vt nato Ieſu in Bethleẽ.ꝓ quo Hieronymus vertit. Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem.

Datiuus plærumq; regitur a verbo ex vi acquiſitionis,nõnunq; vero a nomine ex ſpeciali ſignificatione.

Actũs plærũq; regit̃ a verbo ex vi trãſitiõis:vel a parte ãteriori ex natura infinitiui:vel media ꝓpoſitione:nonnunquã etiã a nomine adiectiuo vel verbo vel participio ex vi ſynecdoches.

Voatiuus ſemper regit̃ a verbo ſecundæ perſonæ imperatiui modi in rõne ſuppoſiti,ſunt qui dicant aliqñ poni abſolute.

Ablt̃ũs plerũq; regit̃ a ṽbo media ꝓpoſitiõe nõnunq̃ ex ſpeciali nõis vel verbi ſignificatiõe.

Effectiu⁹ plerũq; regit̃ a verbo vl' participio ex vi inſtrumenti quo aliquid fit,aliqñ ex vi cõparationis:aliquando ponitur abſolute.

## ¶ Liber ſecundus de genere & declinatione nominum,& de ꝑteritis ſupiniſq; verborum.

Liber ſecundus.In ſuperiori libro tacta ſunt prima artis grãmaticæ fundamẽta:rudia illa quidẽ & inelaborata:ſed quæ paulatim climãda ſunt. & cũ puerorũ ætate coaleſcere debẽt. Quale eſt illud qđ de genere nominũ ꝓnominũ & participiorũ dicebamus: maſculinũ eſſe qđ declinatur cũ hic. fœmininũ qđ declinatur cũ hæc.neutrũ qđ declinatur cũ hoc.In ſermone nãq; græco,hebraico.punico.aut deniq; cuiuſq; alterius linguæ quæ articulis vtitur,præceptũ illud ſufficiens erat:cũ in ſerie orationis nomina plerũq; articulos habeãt cõnexos, At vero latini qui ex idiomate articulos ignorant,regula illa nõ ſuffragatur,neq; ob aliã cauſam fuit ꝓpoſita,niſi vt pueri cõfuſam quandã gñis haberẽt cognitionẽ. Nã ſi puero interrogãti muſa cui9 gñis eſt:fœminini reſpõdeas,qa declinatur p hæc, ſubijciet ille rurſus quare declinatur p hæc,reſpõdebis opinor qa gñis eſt fœminini.ergo circulũ feciſti,qđ in doctrinaq̃ ſi vitioſum, Ariſt.in poſteriorib9 analyticis præclare demõſtrat. Quoniã ſi fœmininũ iccirco eſt,qa per hæc declinatur, & rurſus p hæc declinat̃ qa eſt fœmininũ,nũq̃ omnino ſcire poterimus muſa cui9 gñis eſt. Quare ne pueri diutius a nobis eludãtur:tradẽdæ ſunt illis regulæ,qb9 nõ p articulos q in ſermone latino nulli ſunt,ſed p ſignificationes aut terminationes poſſint genera nominũ cognoſcere.Sed quẽadmodũ ſupra memorauimus,iccirco nominũ gen9 cũ declinatione & verborũ præterita cũ ſupinis,hoc eſt capita quattuor ſumus carmine ꝓſecuti,qđ in tota grãmatices arte nihil eſt tã variũ,tã multiplex,tã lubricũ & labile,ſed neq; quod magis in prõptu ſit habẽdum quã rem facilius carmine aſſequi poterimus.Illud autẽ mihi in hoc loco præfandum eſt,nõ eſſe carmina hæc talia, ex quibus laudẽ mihi poſſe cõparari ſperẽ. quippe quæ ſunt iis de rebus, quas muſæ plurimũ aduerſantur atq; reformidant,& quas plærumq; ꝓpter ſyllabarũ cõtumaciã verſus heroicus,quo facilius res huiuſmodi ſcribũtur,nõ admitti. vt atagen.cõparatiua.inchoatiua.in quibus dictionibus ſyllaba breuis duabus clauditur longis.Circuitione vero ſi vteremus,res ipſa obſcurius diceretur,qđ fecimus in illo hemiſtichio.Et quod dat ſeruio nomẽ,pro eo quod eſt ſeruit9 quod heroicum carmen non recipit.Cumq; nulla dictio latina per.eu. diphthongon ſcribi poſſit, nos ita hoc nomine neuter neutra neutrũ vſi ſumus,perinde ac ſi græcũ eſſet.Nam.e.& .u. vocales in diphthongon coire ſæpe fecimus, niſi mauis id per ſinereſim poſſe fieri.Cum enim ſcripſit Neutra ſiler robur.ſi eu. non coeat aut per diphthongon aut ſynereſim,primus pes proceleumaticus eſt,quem hic verſus recuſat. Cum vero dixit.Dictio non nomen pro nomine ſit tibi neutra.anapeſto vſus ſum, qui paria habet tempora cum ſpondeo & dactylo.

## Cap. Primum de genere nominũ.

FOemina maſq; gen9 nullo mõſtrãte reponũt.
Maſcula ſũto tibi quaſi maſcula, fœmineũq;
Si quaſi fœmineũ. Mars eſt ꝓ teſte: Venuſq;.
Eſt duplicis generis recipit quod ſexus vterq;.
Eſt cõmune triũ: qđ ad hęc iungis q̃q; neutro.
Menſes cum fluuijs ſexu diſtingue virili.
Arboris eſt nomen muliebre. Sed excipiantur
Hic rubus: & dumus: folijſq; oleaſter amarus.

FOemina maſq; genus. Præmittit regulas generales, q̃ colligũtur ex nominũ ſignificatione generali: & quæ terminationũ regulis præferẽdæ ſunt. Eſt igitur ſignificationis regula, ꝙ noĩa ꝓpria ſiue appellatiua ſexus alterutrius ſi ſunt maſculorũ generis ſunt maſculini Si fœminarũ fœminini. quã rẽ ſola natura duce poſſumus intelligere, etiã ſi nobis id mõſtrauerit nemo. Nã; vt Priſcian9 ait: duo ſunt genera q̃ ſola ratio naturæ nouit: maſculinũ & fœmininũ. Neq; id ſolũ in humana ſpecie: vt hic vir, hæc mulier, hic papa hæc obſtetrix. hic Byrria, hæc Gliceriũ. ſed etiã in alijs reb9 in quib9 per generalia mẽbra aut per certa quędã ſigna marẽ a fœmina ſeparamus, quẽadmodũ equum ab equa: aſinum ab aſina, ceruum a cerua. canẽ & bouem mares a fœminis, genitali, Gallũ vero a gallina tum criſta: tum cauda, tũ etiã calcarib9. atq; alias animãtes certis q̄buſdã inſignib9 natura diſtinxit. In quib9 vero ſub altero tantũ gñe & terminatiõe vtrunq; ſexum intelligimus: qualia ſunt illa q̃ græci epicœna: latini ꝓmiſcua cõſueuerũt appellare: ſi neceſſe habuerimus ſexũ diſtinguere: additamẽto id facere poſſum9, ut quoniã perdix gñe fœminino ſemper latini ſermonis vſus ꝓfert, ſi fuerit grãduſcula, aut calcarib9 armata: aut fœminã inierit: aut aliud quiddã fecerit qđ ſit maris ꝓprium, recte poſſumus dicere hic perdix maſculus eſt. Ambro. quoq; in epiſtola ad Irenium tractãs illud Ieremiæ cap. xvij. clamauit perdix, cõgregauit quæ nõ peperit, græcos ſecutus ſemper perdix gñe maſculino ꝓtulit. eodẽ modo aquila maſculus. piſcis fœmina. Qui in. ij. de arte. Inuenit in media fœmina piſcis aqua. Et Varro Fabiũ pictorẽ ſecutus lupũ fœminã dicit. quẽadmodum Quin. in. j. libro refert. ¶ Maſcula ſunto tibi. Secunda ſignificationis regula eſt, ꝙ nomina earum rerũ quæ ſexũ diſcretũ nõ habent: ſi res illas tales imaginamur & fingimus: aut de illis ita loquimur quaſi ſint maſculi aut fœminæ: generis ſunt maſculini aut fœminini. vt hic mars, hæc venus: ſic enim de dijs gẽtium poetæ fabulãtur. quaſi ſexum habeãt. & qđ mars venerẽ adulterauit. quodq; illa ex Anchiſe æneã genuit, & talia quędã quæ in naturã diuinã cadere nullo mõ poterãt. Sic preterea illum pingunt armatum & viriles pugnas tractãtẽ. quẽadmodum & illã fluxiori veſte & mundicijs muliebrib9 deditã. Quã q̃ Varro in primo lib. de re ruſtica venerẽ inter duos mares poſuit, qđ etiã Verg. ſignificare viſus eſt cum. ij. æñ. dixit. Ducẽte deo. i. venere flãmã inter & ignẽ expedior, idẽ quoq; lib. ſat. j. Macrobius cõfirmat autoritate Calui. Leuini. Ariſtophaniſq; poetarum. Eadem ratione angelorum quędã propria noĩa gñis ſunt maſculini. vt Michael, Gabriel, Raphael. thronus, partim fœminina. vt virtus, dominatio, poteſtas. partim neutra. vt dæmonium, cherubin & ſeraphin. quæ in numero multitudinis noſtri genere neutro ꝓtulerunt, cum tñ autore Priſc. in. v. lib. hebraica lingua gen9 neutrum nõ habeat. ſed forte fecerunt vt oſtenderent ſpirit9 illos nõ habere ſexum diſtinctum. quẽadmodum oſtreũ. ſcortum. mãcipium. ſeruitium. ſub quib9 vtrumq; ſexum intelligi voluerunt. Dicit ergo ꝙ nomina quaſi maſcula ſunto. i. ſunt, maſcula. i. generis maſculini. & nomẽ quaſi fœmineum, ſit fœmineum. i. generis fœminini, vt Mars deus belli, & Venus dea amorum. ꝓ teſte. i. ꝓ exẽplo. Quod ſi per metonimiã mars ꝓ bello accipit. lar pro domo. neptunus ꝓ mari. aut rurſus venus ꝓ libidine. ceres ꝓ frumento. tell9 ꝓ terra quæ figura frequens eſt apud poetas: nihilomin9 ſuum genus retinent. ¶ Eſt duplicis generis. Tertia ſignificationis regula eſt, quod nomina que ex ipſa rerum ſignĩtione ad mares & fœminas pertinent: cõia ſunt duorum generum, vt hic & hæc pauper, hõ. teſtis. ¶ Noĩa præterea quæ ex ipſa rerũ ſignãtione ad mares & fœminas pertinẽt: atq; etiã neutris iungi pñt. cõia ſunt triũ gñrum. vt hic & hæc & hoc prudens. ſapiens. fœlix. Sed quoniã hæc regula ad innumeras ꝓpe dictiones pertinet, in quib9 aliqua fuerit difficultas, quo gñe ſunt profundæ: per regulas terminationum facilius explicabitur.

Dicit igitur. Illud nomen eſt duplicis gñis: quod vterq; ſexus. hoc eſt maſculinum & fœmininum recipit. Et illud nomẽ eſt cõe trium gñrum: qđ ad hæc. i. vltra duo illa gña iungis neutro: quia maſculinis & fœmininis & neutris iungi põt. ¶ Menſes cum fluuijs. Quarta regula ſignationis eſt: ꝙ quia menſis generis eſt maſculini: nomina quoq; menſium gñis ſunt maſculini. vt hic aprilis: quintilis, ſextilis. ſeptember. Præterea quia fluuius gñris eſt maſculini: nomina quoq; fluuiorũ generis ſunt maſculini. vt hic arar. garũna, bætis. atax. Proper. lib. ij. Teſtis arar rhodanuſq; celer. magnuſq; garũna. Mar. Bætis oliuifera crinem redimite corona. Item in eodem. Quem tremeret forti milite victus atax. Sequuntur tamen aliquando genus terminationis. Lu. in. vij. Et damnata diu Romanis allia faſtis. Oui. iiij. faſto. Cluiger & tanto eſt albula pota deo. nam albula is eſt qui poſtea tybris fuit appellatus. Mar. tamen. libro. xj. maſculino iunxit dicens. Cui rector aquarum albula natigerum per freta tendit iter. Luca. neutro genere lib. ij. cruſtumiumq; rapax & iuncto ſapis iſauro. Idem in. iiij. Et tepidum in molles zephyros diſcurrit iader, Cuſtumium & iader etiam ratione ſignificationis poſſunt eſſe neutri quia flumina intelligũtur, qđ Horat. expreſſit in arte poetica, dicens. aut flumen rhenum aut fluuius deſcribitur arcus. Idem. iiij. carmi. Teſtis metaurũ flumen & Hannibal deuictus. nam teſtis etiã neutris iungi poſſe ſuo loco dicem9. ¶ Arboris eſt nomen. Quinta regula ſignificationis eſt, ꝙ quia arbor generis eſt fœminini, nomina quoq; arborũ generis ſũt fœminini. vt hæc prun9. pirus. ſorbus. pinus. laurus. populus. ¶ Excipiuntur generis maſculini, hic rub9. dum9. Sed rubus, quia frutex potius eſt, qđ ad arboris altitudñẽ nõ aſſurgit. Virg. in buco. ferat & rub9 aſper amomũ. quamq̃ Serenus fœmininũ etiã ꝓtulit dicens. Mãditur apta rub9 gingiuis. ¶ Dum9 vero, quia nõ tã certũ quoddã genus fruticis, q̃ fruticem ipſum ſignificat. ¶ Oleaſter quoq;, quia degenerat ab oliua. maſculino genere quaſi fruticẽ protulit Verg. ij. geor. Iudicio eſt tractu ſurgẽs oleaſter eodem Plurimis. Quod vero dixit amarus folijs. alluſit ad illud Vergilij folijſq; oleaſter

*amara. Calfurnius tamen neutro gñe ꝓtulit in æglogis. Me teneras ſalices iuuat aut oleaſtra putare: aut poteſt eſſe ab eo qd̕ eſt hoc oleaſtrum. ſic enim poſſumus dicere ab oleaſter oleaſtrũ, a pyrus pyraſter & pyraſtrum. Pli. lib. xv. pinaſter nihil aliud eſt: q̄ pinus ſilueſtris: copioſam dat hæc materiã: gñe fœminino dixit hæc. Theophraſtus quoq;, interprete Theodoro gaza lib. iij. de ſtirpibus, ſicut pinaſtri: inquit: q̄ in locis vmbroſis naſcũtur. Idem quoq; autor eodem interprete ſub alia terminatioẽ in gñe neutro ꝓtulit in primo eiuſdem opis. pinaſtrũ (inquit) ampliſſimũ pulcherrimũq; a pricis locis emigra. Idem in. ij. Exit ex pyro vitiatũ pyraſtrũ, cũ alias pyraſter ſæpe dixerit. Spinus ſpini Ver. ij. geor. ſpinos & pruna ferentes. gñe maſculino dixit.*

Neutra ſiler; robur; cũ ſubere iungere laburnũ.
Inſula cincta mari; nauis, eumq; vrbe poema;
Fœminei generis ſunt cauſa ſignificati.
Dictio non nomen pro nomine, ſit tibi neutra.
Neutras pone notas ſeu græcas ſiue latinas.
Sæpe tamen profert muliebres ſermo latinus.

*¶ Neutra quoq; ſunt, ſiler robur, ſuber, laburnũ. Verg. ij. georgi. Molle ſiler lentæq; geniſtæ. vbi Seruius notat gen⁹ neutrum raro de arbore inueniri. Theophra. li. iiij. de ſtirpibus. Theodo. interprete, quidã robur & nucẽ auellanã florere exiſtimãt. Idem eodem interprete libro. j. Suber etiam viride leue eſt: niſi forte hic de ligno locutus neutro genere eſt vſus. nã Pli. li. xvi. maſculino gñe dixit. Serotino aũt germine mal⁹ tardiſſim⁹ ſuber. Idẽ in eodẽ iuglãdes, caſtaneæ, laburnũ alpina hæc arbor nec vulgo nota: q̄ cũ ſola materia cẽſeatur merito gñis eſt neutri: præſertim cũ gñis neutri terminatioẽm habeat queadmodũ Ver. de materia hebeni dixit. India nigrũ fert hebenũ. Idẽ li. j. eiuſdẽ opis. & torno raſile buxũ. Et. vj. æñ. ... volubile buxũ. Oui. j. de amorib⁹. At nup vile fuiſtis acer. Multa præterea arbor peregrinar noĩa quarum materia tãtũ ad nos ꝑuenit: neutro gñe inueniũtur ab oratorib⁹ ꝓlata. vt bdeliũ. balſamũ. cynamomũ. ¶ Inſula cincta mari. Sexta regula eſt: q̄ qa inſula, nauis, vrbs, fabula poetica gñis ſunt fœmini: noĩa quoq; inſularũ, nauiũ, vrbiũ, fabularũ ex rõne ſignificatiõis gñis ſunt fœminini. Itaq; quattuor partes cõtinet. Prima eſt: q̄ noĩa inſularũ fœminina ſunt. vt Samos. Chios. Lesbos. Verg. j. æñ. poſt habita coluiſſe ſamo. Hor. j. epl̃a. qd tibi viſa chios bullati notaq; lesbos. Sequũtur tñ aliqñ genus terminatiõis, vt Oui. xj. meta. & mitylinæi potiũtur littore leſbi. Hor. igitur ex rõne ſignĩtiõis ... lesbos gñe fœminino. Oui. tñ reſpiciẽs terminatiõem gñe maſculino. Nauiũ quoq; noĩa gñis eſſe fœminini poetarũ vſus oñdit. vt cẽtaurus pistris. argo. Vergil. v. æñ. Cẽtauro iuehitur magna ſcyllaq; cloãthus cærulea. & ibidẽ. partẽ roſtro præmit æmula piſtris. Ibidẽ ĩ buc. erit altera q̄ vehat argo delectos herods. Noĩa præterea vrbiũ gñis ſunt fœminini. vt ſeſtos, abydos, ſaguntos, caſtulo, præneſte. Oui. ĩ epl̃a Leãdri. vel tua me ſeſtos. vel te mea ſumat abydos. Sill. li. j. ceu tua ſagũtos igne micet. Idẽ li. iij. fulget præcipuis parnaſia caſtulo ſignis. Ver. viij. æñ. præneſte ſub ipſa. Iuue. qs timet aut timuit gelida præneſte ruinã. Idẽ tñ. j. geor. terminatiõnẽ reſpiciẽs dixit, põtus & oſtriferi fauces tẽtãtur abydi. Luca. li. iij. obſeſſum Pœno geſſit qd̕ marte ſaguñtũ. & Iu. atq; coronatũ et petulãs madidũq; tarẽtũ. Ver. viij. æñ. qq; altũ præneſte viri. Sili. iij. pu. & celebre oceano atq; alternis fluctib⁹ hiſpal. & Mar. flucti⁹ paſſeris aut ſupb⁹ anxur. qd oppidũ etiã gñe neutro ꝓtulit. Hora. j. ſer. ĩpoſitũ ſaxis late cãdẽtib⁹ anxur. Noĩa quoq; poematũ: hoc eſt comœdiarũ, tragœdiarũ, & fabularũ poeticarũ gñis ſunt fœminini: vt eunuchus heautõtimorumenos. thyeſtes. eneis. ilias. Terẽ. eas ſe nõ negat pſonas trãſtuliſſe in eunuchũ ſuã. Idẽ, hodie ſum acturus heautõtimorumenõ duplex: q̄ ex argumẽto facta eſt ſimplici, & ſi cũ. Qui. dicã vary thyeſtes cuilibet græcorũ cõparãda ẽ. Papi. xij. the. neq; tu diuinã æneida tẽta. et Perſi. nulla tibi vẽdo iliada. Quod vero Iu. dixit. ſcript⁹ & ĩ tergo nec dũ finit⁹ oreſtes, ad virũ poti⁹ illũ q̄ ad fabulã reſpexit. Sũt q̄ dicãt nomẽ fabulæ cũ ẽ appellatiuũ: debere eẽ gñis fœminini, cũ vero ꝓpriũ: retinere gen⁹ ſuũ. Nã qd Ver. buc. georgi. neutro gñe ĩſcripſit, alia figura dictũ ẽ: cũ neq; illa ꝓprie poemata dicãt: q̄ Ariſt. autore ĩ li. de arte poeti. debẽt eẽ vni⁹ rei & cõtinuatæ. ad qd videtur alluſiſſe. Oui. cũ in principio ſuæ meta. ſcripſit. Primaq; ab origĩe mũdi: ad mea ꝑpetuũ deducite tpa carmẽ. Dicit igitur ĩſula cincta mari. ad differẽtiã ĩſulæ vrbanæ, hoc ẽ noĩa ĩſularũ, & nauis. i. noĩa nauiũ: & poema. i. noĩa fabularũ. cũ vrbe. i. cũ noĩb⁹ vrbiũ, ſunt gñis fœminini ex rõe ſignĩtiõis. ¶ Dictio nõ nomẽ. Septima regl̃a ẽ: q̄ dictio q̄ a prĩa poſitiõe ſua nõ ẽ nomẽ: ſi ponatur ꝓ noĩe gñis ẽ neutri: q̄ regl̃a nõ de ꝓnoĩe ſed de alijs ptib⁹ oratiõis ĩtelligitur: qa ꝓnomẽ nõ põit̃ ꝓ noĩe ſimplr: ſed ꝓ noĩe ꝓprio tãtũ. dictiões aũt hmõi aut ſũt verba. aut ꝑticipia. aut aduerbia. vt hoc amare. uiuere. aue. ſalue. vale. Terẽ. ieunu. extrema linea amare nõ nihil eſt. i. amoris. Per. aũt gen⁹ expſſit ĩ. j. ſaty. Noſtrũ iſtd̕ viuere triſte aſpexi. i. noſtrã iſtã vitã triſtẽ. Mart. aue latinũ chære nõ põt græcũ exprimere. Oui. ĩ epl̃a Laodomiæ. vix illd̕ potuit dicere triſte vale. Participia quoq; vt hoc ĩcõueniẽs. accidẽs, cõtigẽs. ãtecedẽs. cõſeqns. Intelligo aũt de ꝑticipijs q̄ nõ iũgũtur ſubſtãtiuis maſculini aut fœminini gñis: cũ exprimũtur: aut cũ ſupprimũt̃, nã illa oriẽs, occidẽs maſculia ſũt, qa ſubĩtelligit̃ ſol. ꝓfluẽs. cõfluẽs. torrẽs æq maſculia: qa ſubĩtelligit̃ fluui⁹ aliqñ tñ aq ꝓfluẽs d̃r. vt apd̕ Liuiũ. j. ab vrbe, pueros ĩ ꝓfluẽtẽ aquã mitti. Cõtinẽs vero fœmininũ ẽ: qa terra ſubĩtelligit̃. cõſonãs qa littera. ſed de his cũ de gñe ꝑticipiorũ diſſeretur, plura dicem⁹. Aduerbia quoq; gñis ſũt neutri. vt decẽter. belle. euge, ſophos. cras. Perſi. qn optes tepidũ hoc audire decẽter. Idẽ euge tuũ & belle. nã belle hoc excute totũ. Idẽ ecce aliud cras egerit hos ãnos. Mart, audieris cũ grãde ſophos dũ baſia iactas. Idẽ alio ĩ loco. Quod tã grãde ſophos clamat tibi turba togata, ĩterpretat̃ aũt ſophos ſapiẽter. Illa quoq; deciẽs. viciẽs. cẽtiẽs ponũtur ſæpe, ꝓ noĩe & ſũt neutrius gñis. Mar. nõ plenũ modo vicies habebas. Idẽ in alio loco. Dic vbi ſit decies mater qd auara reliqt. ¶ Neutras pone notas. Octaua regl̃a ſignĩtiõis ẽ: qd noĩa litterarũ græce & latine gñis ſũt neutri: & hoc qa græce grãmata, dñr latine vero elemẽta. vt hoc alpha, beta, iota. theta. Mart. ẽ opæ preciũ diſcere theta nouum. & Perſi⁹. & potis es vitio nigrũ præfigere theta. Matth. in Euãge. Nõ ptrãſibit neq; vnũ iota, neq; vn⁹ apex. eadẽ quoq; rõne dicem⁹, omicrõ. ypſilõ. & vnũ. a, & duo. b. tria. e. Ex rõne quoq; ſignificatiõis: qa littera gñis eſt fœminini: litterarũ noĩa aliqñ gñe fœminino ꝓferim⁹, vñ alias appellam⁹ vocales. alias ſemiuocales. alias mutas. alias liquidas. Dicit igitur neutras pone notas. i. litteras hoc eſt litterarũ nomina: ſiue ſint græca ſiue latina. & ſunt indeclinabilia.*

## Regulæ terminationis.

NOmen quod ſit in.a.finitum: dic muliebre.
Accedũt marib⁹ popa vẽter:ſcriba:laniſta.
Scurraq́ cum lixa:ſinus adria:vacia:panſa.
Vernaq́ cum rabula;caculaq́, agrippaq́ iunges.
Et quod ab. es græco conſtat veniſſe latinum:
Cuius fœmineum plærumq́ ſit in.tria.vel.tis.
Quod declinatum dat tertia;dicito neutrum.

NOmen quod ſit in.a. Propoſitis regulis gñalibus ad cognoſcendum genus nominum ex ratione ſignificationis,nũc qđ reliquũ eſt quoq; ſub nulla ex illis regulis cõtinetur:ꝑ terminationes ordinis alphabetarij diſponit:ſic...ne vt prius vocales deinde cõſonãtes digerãtur. Dicit itaq; in primis,ꝙ noĩa terminata in.a.gñis ſunt fœminini.vt hæc muſa.grãmatica.terra.fortuna.Excipiũtur pauca gñis maſculini popa cum ꝓ vẽtre præpingui accipitur.nã gñis eſſe maſculi Phocas teſtatur.dixit aũt popa vẽter alludẽs ad illđ Perſi.aſt illi tremit omẽto popa vẽter.Popæ etiam dicebatur miniſtri ſacrorũ ſiue victimarij.Prop.lib.iiij.ſuccinctiq; calent ad noua ſacra popæ.Spartia.i.geta.ꝑcuſſit(īquit) hoſtiã popa nomine Antonius.Perſius itaq; non tam ꝓ pingui & obeſo q̃ ꝓ phagone & heluone vẽtre dixit.aſt illi tremit omento popa venter.Scriba.Laniſta.

¶ Scurra.lixa.quia nomina ſunt officiorũ ad ſolos mares ꝑtinentia:ideo ſub gñe tantũ maſculino ponuntur. Adria quoq; ꝓ mari ſiue adriatico ſinu ſemper maſculinũ reꝑitur. Luc.in.v. ſonat ionio vagus adria põto.Hor.ij.car.Adria diuiſus obiecto remittas quære re.& in.iij.improbo iracũdior adria.& in eodem,dux inq̃eti turbidus adriæ.Sene.in thyeſte.aut ſæuo rapidus freto vẽtoſi tumor adriæ.Priſci.in periheg eſi,necnõ ſinus adria vaſtus. Vacia.pãſa.verna.rabula.cacula.agrippa.& ſi rõne ſignĩtiõis ad mares fœminaſq; ꝑtinere poſſunt: nunq̃ tñ niſi de maſculinis dñr. Nomina quoq; Græca venientia a nominibus terminatis in.es. quæ ad primam noĩs declinationem latinam referuntur generis ſunt maſculini:quemadmodum & apud Græcos erant.vt hic ſcythes.æ.ſcytha.æ.hic nautes nautæ,nauta nautæ.hic ſophiſtes ſophiſtæ,ſophiſta ſophiſtæ,& hic poetes poetæ,poeta poetæ. hic prophetes ꝓphetæ.propheta prophetæ,hic thecuites thecuitæ.thecuita thecuitæ,hic ſarmates ſarmatæ, ſarmata ſarmatæ,hic getes getæ.geta getæ.ammonites ammonitæ.ammonita ammonitæ.moabites moabitæ,moabita moabitæ.Horatius.ij.carmi. Quid bellicoſus cantaber aut ſcythes,Cice.in.v.thuſcu,Scythes anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere. Idem in academicis. at quis eſt.nunc ſophiſtes:ſic enim appellantur qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur. Vergilius in.v.ẽn.Conſilijs pare quæ nunc pulcherrima nautes dat ſenior.nautes enim nauta interpretatur.vnde & Propertius nauta cognominatus eſt:quia ex familia nautarum fuit.Deuterono.xxiij.Ammonites & Moabites etiã poſt decimã generationem non intrabũt eccleſiã domini,& eodem modo de reliquis quæ omnia ſub hac terminatione generis ſunt maſculini. nã fœminina in tis.vel in.tria.exeũt.vt ſcytha.æ.ſcythis.idis.Ouidi.in metamor.Exercere artes ſcythides memorãtur eaſdem. Eodem modo nauta.æ.nautis.idis.ſophiſta.æ.ſophiſtis.idis.poeta.æ.poetis.idis.propheta.æ.prophetis.idis.vel prophetiſſa. Perſius coruos poetas & poetidas picas:non poetridas:vt quidã codices hñt.Iſraelita.æ.iſraelitis.idis.Leui.xx iiij.Ecce nũc egreſſus filius mulieris iſraelitidis:quem pepererat de viro ægyptio inter filios Iſrael iurgatus eſt in caſtris cũ viro iſraelita.Seduli⁹ quoq; leuitis gens dixit in paſchali.Ambroſius tñ in Euangelio Lucæ cum loqueretur de Eliſabe,& Maria cognata:inquit:quia ambæ iſraelitæ erãt.ſed ſuſpicamur mendum eſſe:quia idẽ paulopoſt dixit:vtiq; Ruth intrauit in eccleſiã:& facta eſt iſraetis. Prudentiũ vero nulla ratio excuſare poteſt:cũ in pſychomachia dixit:ſodomita libido,& in vita Emetherij & Celedonij martyrũ hymniſtas idem dixit.Madianites.tis. Nume.xxv. Mulier madianitis:q̃ pariter interfecta eſt:vocabatur cozbi,& pauloante.q occiſus eſt cũ madianitide.Iezraelit itis.Carmelita.itis.Paralipomenon.i.Capi.iij. Dauid habuit primogenitũ Ammon ex Achinoe Iezraelitide:ſecũdũ Daniel de Abigail carmelitide.Iudicũ.iiij.erat aũt delbora prophetis.& Lucas. eodem interprete.erat Anna prophetiſſa.pro quo in græco habetur prophetis. A moabita quoq; idem Hierony.fecit moabitis.idis.lib.Ruth.ſæpe.vt hæc eſt moabitis q̃ venit cũ Noemi de regione moabitidis,ide.a. Sauromata.atis. Põpo.mell.li iij.Amazones:quas ſauromatidas appellabant.& a ſarmata.atis.idis.Mart. venit & epoto ſarmata paſtus æquo.Ouid.i.de ponto. Terras & manes ſarmatis vmbra meas.Dicimus tamen a cythariſtes.riſta.iſtæ.& cytha riſtria.iſtriæ.tympaniſtes.iſta.æ.tympaniſtria.iſtriæ.pſaltes.pſalta.æ.pſaltria.æ.cymbaliſtes.iſta.æ.cymbaliſtria.æ.ſambuciſtes.ciſta.æ.ſambuciſtria.æ.Liui.ab vrbe condi.lib.xxxix.Tunc pſaltriæ,ſambuciſtriæ:& conuiuialia ludionum oblectamenta.Iuue.q̃ pſaltria penem maiorem intulerit.Quinti.maſculino vſus eſt,lib.i.ſi pſaltes inquit & geometres multa dicit dediſſe.ab eo quoq; qđ eſt tympaniſtes.iſtria.fecit Hierony.in pſalte.In medio inquit iuuencularũ tympaniſtriarũ. Illđ etiam conſiderandũ eſt nullũ eſſe nomen latinũ:qđ in,iſta terminetur.vt ignari latini ſermonis dicũt.artiſta.terminiſta.licet tñ a græcis huiuſmodi denominatiua formare.vt hic canoniſtes vel canoniſta.origeniſtes vel origeniſta,quorum fœminina mittunt in.tis.vt canoniſtis.idis.origeniſtis,idis.Rõne quoq; ſignĩtionis inueniũtur nomina montium in hac terminatione generis maſculini. Ouid. in ibin.vtq; dedit ſaltus & fumo theſſalus oſſa. in eodem. Plurima q̃ flamma ſicanus æthna vomit.Idem tamen alibi terminationem reſpexit dicens.Ingeſtaq; olympo ardua deuexum pelion oſſa tulit.

¶ Quod declinatum:ꝙ tertiæ declinationis nomina in.a.terminata generis ſunt neutri.vt hoc emblemma.atis.toreuma toreumatis.peripetaſma.atis.ſchema.tis.Antiquiores tamen per primam declinationem ſub fœminino genere protulerunt.vt Plau.in perſa.cum decora ſchema.Laberius nec pythagoream dogmam doctus.Pompo liber diademam dedit.Ouid. tamẽ ſingulari exemplo polenta poſuit in genere neutro cum ſit latinum declinationis primæ.Ait enim meta.v.dulce dedit teſta qđ coxerat ante polenta,& paulopoſt:cũ liquido mixta ꝓfudit diua polenta.Tollerabilius noſtri mãna. mãmona.& paſcha neutro gñe ꝓtulerũt:cũ ſint barbara & ĩdeclinabilia:quãq̃ ſunt q paſcha declinari cõtẽdãt:tũ ꝑ primã:tũ ꝑ tertiã.

Compoſitum a verbis eſto commune duorum.
Neutrum nomen in.e, Muliebria ſint tibi græca.
Vnum nomen in.i.ſed neutrum dicito gummi.
O finita dabis maribus: velut vnio gemma.
Fœmineis iunges per.io.nec habentia corpus.
Additur atq; caro: cœnatio: portio: quodq;
Deſinit in.do go. Tamẽ hæc ſunt maſcula ꝑdo.
Ordo: pedo: comedo: ſpado: vdo: cardoq; cerdo,
Et cudo, burdoq;. harpago: mangoq;: ligoq;.

¶ Compoſitum a verbis.q. nomina a verbis compoſita: quorum ſignificatio ad mares & fœminas pertinet cõmunia ſunt duorum generum ſub hac terminatione, ut a gigno gignis, hic hæc terrigena.æ. alienigena.æ. a collo is hic hæc cælicola.æ. agricola.æ. a venio.is hic hæc aduena.æ. conuena.æ. a ſequor ſequeris, hic hæc aſſecla.æ. pediſſequa.æ. a fugio fugis, hic hæc transfuga.æ. perfuga.æ. ab ago agis, hic hæc auriga.æ. a cædo cedis hic hæc homicida.æ. parricida.æ. a lego legas, hic hæc collega.æ. Phocas ſub genere poſuit maſculino pleraq; ex his, vt aſſecla, collega, transfuga, perfuga, homicida, parricida quaſi non & ſequi alium: & eſſe ex corpore alicuius collegij, & transfugere ad hoſtes: & parentem cedere ad fœminas etiam multomagis pertineat q̃ aurigam eſſe cum Verg. lib. xij. æñ. dicat nec currus vſquam videt aurigamq; ſororem. Quod vero quidam dicũt verbigenam ex ratione ſignificationis eſſe tantum generis maſculini: quia vnus tantum Chriſtus Ieſus eſt verbigena: nihil ad grammaticum pertinet: qui recte poterit dicere ſolem verbigenam. lunam verbigenam, quid quod nec Chriſtus verbigena debet appellari cum non ſit verbo genitus: quin potius ipſe ſit verbum genitũ: quia generatione interna d'r a patre: & per quod reliqua omnia creata ſunt: dicente ſacra ſcriptura, verbo domini cœli firmati ſunt. Omnia ergo præter vnũ Chriſtum ſunt verbigena, i. verbo genita, quandoquidem a gigno compoſita illo modo ſignificant: terrigena ex terra genitus, martigena ex marte genitus. Iunonigena ex iunone genitus, ex proportione igitur verbigena verbo genitus: quod de Chriſto an recte dicatur iſti viderint: quibus non magis aſſentior q̃ Prudentio qui in ode ante cibum ſcripſit: o crucifer bone omnipotens pie verbigena. quod ipſe quoq; in hymno natalis Chriſti interpretatur dicens. Ex ore quamlibet patris ſis ortus & verbo æditus: inueniuntur quædam ex his nominibus neutro generi adiuncta: vt quod paulo ante diximus omnia verbigena, ſed figurate: vel potius q, antiquiores huiuſmodi nomina per tres terminationes, & tria genera declinabant. Pacuuius. caprigeno generi gradibus greſſio eſt. & Cice. in prognoſticis, caprigeni generis cuſtos. Actius ex taurigeno ſemine ortã fuiſſe. & hac ratione Valerius Maximus in primo libro dixit. duo eiuſdem generis alienigena exempla. ¶ Neutrum nomen in.e. Quod nomina latina terminata in.e. generis ſunt neutri, vt hoc mare, cubile, monile, & a nominibus adiectiuis duorum generum communibus ſub hac terminatione.is. vel maſculinorum in.er. fœmininorum in.is, neutra per. e. vt hic hæc breuis & hoc breue, hic alacer, hæc alacris, hoc alacre, vel hic & hæc alacris hoc alacre. Græca tamen generis ſunt fœminini, vt hic libye.es. ſynechdoche.es. pentecoſte.es. Nerine.es. ¶ Vnum nomen in.i.q, nomina in.i. deſinentia generis ſunt neutri, quamq̃ Priſcianũ ſecuti vnum tantum poſuimus hoc gummi. Pli. lib. xiij. gummi optimum eſſe ex ægyptia ſpina conuenit, vermiculatum purum, deterius ex amygdalis amaris, peſſimum ex prunis. Colu. libro. xiij. de re ruſti. genere fœminino eſt vſus ſub terminatione.is. ſatius eſſe inquit noua dolia gummis liquida perluere, & infra ferias craſſa gummis linerũt: & iterum talis materies: qualis eſt gummis. Eodem modo ſinapi generi neutro poſuit Phocas. vnde Serenus. ſæpius ergo decet mordax haurire ſinapi: atq; in hunc modum ſemper vſus eſt Cornelius celſus. Reperitur tamen & ſinapis genere fœminino. Plau. in pſeu. teritur ſinapis ſcelerata. & Colume. ſeq; laceſſenti fletum factura ſinapis. a mi quoq; moly, meli, & quædam alia nomina peregrina ſub hac terminatione in genere neutro reperiuntur. plata. Pli. lib. xx. eſt cumino ſimillimum: quod græci vocant ami. quidam vero Aethiopicum cuminum. Vergi. in priape. quem cur moly vocant: mentula moly fuit, meli quoq; quod mel interpretatur: huius gñis eſt: ſed non repitur apud nos niſi in compoſitione. vt melilotos, melimelum. Nihili vero & huiuſmodi. huiuſcemodi genitiui ſunt caſus, ab eo qd' eſt nihilũ & modus: queadmodũ frugi & mancipi datiui: ab eo qd' eſt fruges & mãceps, vnde apd' Plautũ ſæpe legimus. eſt vir bonæ frugi. Ergo hæc nomina non ſunt cõmunium generũ: vt dixit Phocas. ſed queadmodũ Priſcia. obliqui caſus figurate cũ oĩbus caſibus adiuncti. ¶ O finita.q, nomina in.o. deſinẽtia gñis ſunt maſculini. vt hic ſermo, hiſtrio. vnio ꝑ gemma vel margarita potius grãdiori. nã ꝑ vnitate ſi vſpiã repiretur. gñis eſſet fœminini, ergo addidit gemma. vt ſignificaret lapillum rem corpoream. Sed autore Phoca. i. ante. o. habẽtia q̃ rem incorporeã ſignificãt: gñis ſunt fœminini. vt hæc religio. rebellio. talio. ꝑduellio. & q̃ dñr verbalia. vt lectio. auditio. Caro quoq; gñis eſt fœminini: quoniã antiquiores hæc carnis declinabãt. Liuius in odyſſea: carnis ait: vinumq; quod libant. Liuius. xxvij. ab vrbe con. carnis quæ dari debet data non fuerat. Cœnatio præterea. i. locus vbi cœnamus & ſi rem corpoream ſignificat, nihilominus tamen gñis eſt fœminini. Mar. mica vocor. quid ſim cernis. cœnatio parua. Portio quoq; quãdo rei corporeæ pars eſt, corpus ſignificat, tñ ſemꝑ eſt gñis fœminini. ſuꝑioribus etiam annumerãtur deſinentia in.do. vel in.go. vt hæc albedo. fortitudo. formido. farrago. fuligo. virgo. quam nemo vñq̃ apud autores idoneos legit maſculino genere: etiam ſi de Ioanne euangeliſta noſtri dicant: q, illi virgini Chriſtus virginem matrem commendauit. Ab hac exceptoria regula rurſus excipiuntur pauca nomina: quæ duobus verſibus cõtinentur, quoniam generis ſunt maſculini vt hic prædo. &c. ordo. inis, pedo. onis. ideſt qui pedes habet grandiores. comedo. onis. qui nimium comedit. ſpado. onis. vdo. onis. Mart. in diſticho, cuius titul9 eſt vdones Cilices: & in digeſtis titulo de auro & argẽto legato. l. argumẽto. alia inq̃t eſt cauſa vdonũ. qui vſus calciamentorũ præſtant. Cardo. inis. cerdo. onis. Cudo. onis. Silius libro. viij. punico. Spicula bina gerunt capiti cudone ferino. capitis eſt armamentum ex corio. Burdo. onis. etiam his iungitur. vt digeſtis titulo de legatis. iij. l. item legato. ſella inquit vel burdones. iiij. quoq; regum libro. capi. v. harpago. onis. Liui. xxx. ab vrbe con. aſſeres ferreo vnco præfixos harpagonas vocant milites. Plautus, noui ego hos harpagones. mango. onis, ligo. onis.

Ad duo cõmunis homo,nemo iunge latronem.
Eſt cõmune trium præſto,quod ſum comitatur.
Neutrum nomen in.u.cornu eſt proteſte geluq́.
C.D.neutra dabis.reperis tamen hæc quoq́ raro.
Al.neutrum pones.tamen hic ſal debet habere.
Et duo ſunt neutris cum melle fel annumeranda.
Nihil eſt neutrum,vigil & pugil eſto duorum.
Solus in;ol.eſt ſol.Hic conſul dicitur eſſe.
Sed tamen ad duo ſunt cõmunia preſul & exul.

¶Ad duo cõmunis homo,ꝗ hæc tria nomina.homo.inis,nemo.inis.latro.onis,cõmunia ſunt duorũ generum.Verg.i.æñ. Nec vox hoiem ſonat:o dea certe.Terentius in andria,hoc ego ſcio vnum:neminem peperiſſe hic. Titinius,quod rogas neminem decet bonam. Latro quoq; a neotericis cõmunis duorũ generũ ponitur:cum apud idoneos autores nunq̃ fœmini no genere reperiatur.ſicut nec leo:quãq̃ dicat Seruius eſſe cõmune duorum generũ,& fullo cum eodem autore nõ mittat fœminenum in,a.niſi ſit vſurpatum. Nec diſſimulandus eſt in hoc loco circulus:quem præter vnum.Phocã grãmatici oẽs fecerunt:in genere ſupponentes declinationẽ,& in declinatione genus.Nam quomodo reliqui omnes grammatici præcepta tradiderunt;nunq̃ omni ſcire poterimus nomina in.do.vel in.go.deſinentia cuius ſint generis,aut quẽadmodũ mittũt genitiuũ. Eſt commune trium præſto,ꝗ hoc nomen indeclinabile præſto cõmune eſt trium generum,& ſemper iungitur huic verbo ſum es fui.vt præſto ſum,præſto fui.pro præſens ſum præſens fui,Cicero in epiſtolis ad Appiũ.Fabius legatus mihi præſto fuit,reperitur etiam præſto eſt,pro efficax eſt.vt Celſus lib.vi.neq; medicamentum præſto eſt.i.præſens & efficax.Pſeudo propterea non poſuimus:qui nuſq̃ eſt niſi in cõpoſitione.vt pſeudo prophetes.pſeudoſtomos:pſeudographia.¶Neutrum nomen in.u,ꝗ nomina in.u.deſinentia generis ſunt neutri,vt hoc cornu,veru,pecu,gelu,penu,tonitru. Ouid.ix.meta.rigidum fera dextera cornu dũ tenet.declinatur quoq; hic cornus.us.genere maſculino. Luca in.vii.cornus tibi cura ſiniſtri. Celſus.lib.vi.ceruini cornus combuſti.& paulopoſt,quia cornum habet.Plinius quoq; multis in locis hoc genere declinationis eſt vſus. Dicimus quoq; hoc pecu,& hoc pecus.oris. Pli.lib.viii.natura.hiſto.equinoctio verno & cetera pecua admittitur,ab eo quod eſt pecu dixit pecua,hoc gelu,& hic gelus.Lucre.lib.vi.quia ſæue gelus quod continet in ſe emittit.Actius in prometheo.profuſus flammine hiberno gelus.Hoc genu & hoc genus.i. Verg.i.æñ.nuda genu nodoq; ſinus collecta fluentes. Idem in.v.genua ægra trahentem.Cicero in Ara.iam dextrũ genus & decoratã lumine ſuram.Idem in eodẽ.tertia ſub cauda ad genus ipſum lumina pandit,ac rurſus ibidem,ac propter leuũ genus omni ex parte locata.Hoc tonitru & hic tonitrus.Pli.lib.xxxvi.tonitru intus terribile exiſtat.Ouid.i.meta.humanas motura & tonitrua mentes. Idem.i.de triſtibus,hoc mihi nõ ouium fibræ tonitrus ve ſiniſtri.Silius.libro.xii.puni.fulminaq; & tonitrus & nymbos concutit aer. ¶C.D.neutra dabis,ꝗ nomina deſinentia in.c.vel in.d.generis ſunt neutri.vt hoc lac.halec.aliud.qđ.quid & de pronominibus id.illud,iſtud.nec alia fere inuenies. Antiquiores tamen hoc lacte lactis declinabant,a quo videtur abſciſſum fuiſſe lac.Plau.in menechmis,neq; lacte eſt lacti (mihi crede) vſq̃ ſimilius,hæc lactis,aliud ſignificat,eſt enim inteſtinum:per qđ labitur cibus.Titinius.craticula.cerebellum:lactis agnina,ſed magis vtimur in plurali.Pli.lib.xi.a ventriculo lactes in homine & oue:per quas labitur cibus. Põpeius.oro te per lactes tuas.¶Halec quoq; & hæc halecis poſſe declinari Priſc. autoritate Probi grammatici confirmat,id quod & nos fatemur:ſed quod vtrumq; putat nomen eſſe piſcis:nos aſſeuerate negamus.cum halex piſcis ſit,ex quo ſale macerato exudat ſanies:qua vtebantur pro ſalſamento,quod dicebatur halec,ſed de piſce.Mar,halecem,ſed quam protinus ilia voret.Cato de re ruſt.vbi oleæ comeſæ erunt,halecẽ dato. Colume. diminutiuo vſus eſt dicẽs:in eſcam piſciũ præberi conuenit haleculas putremq; ſardinam.& paulopoſt.haleculam (inquit) modo captam.Theodo.in lib.de animal.halecẽ interpretatur menã.Halec vero pro ſalſamento poſuit Hora.in.i.ſer.ſiler.halec fæcula coa.& in.ii.ego fæcem cogitare primus & halec.Halex quoq; genere fœminino poſuit Pli.lib.ix,Mar,apicius inquit:e iecore mulorum halecẽ excogitare prouocauit:cuius nominatiuus non eſt halecis.vt Priſc. putauit:ſed halex.vt Pli.lib.xxxi,vnguium ſcabriciã tollit halex.& ibidem vitium gari eſt halex imperfecta nec colata fæx.¶Al neutrum pones,ꝗ nomina in al.deſinentia generis ſunt neutri,vt hoc tribunal,ceruical,vectigal,animal,lupercal.Vnũ tñ reperitur generis maſculini.hic ſal.Pli.lib.xxxi.aiunt dentes non erodi nec putreſcere:ſi quis cotidie mane ieiunus ſalẽ contineat:donec liqueſcat.Saluſ.in iugur.nec ſalem.nec alia irritamenta gulæ quærebant,& illud Teren.in eunu. qui habet ſalem quod in te eſt.i.quæ res.Antiquiſſimi tñ & iuniores neutro genere protulerunt.vt Affra.quicquid loquimur,ſal merum eſt.Sere.ſal niueum ſumes,bæticum quod nomine dicunt.Et lucas.Hierony.interprete;bonum ſal eſt.& Auguſt. quod ſi ſal infatuatum fuerit. ¶Et duo ſunt neutris,ꝗ in el.duo tantum reperiuntur nomina generis neutri.hoc mel.hoc fel.¶Nil nihil eſt neutrum.ꝗ hoc nomen nihil atq; ab eo abciſſum nil.generis ſunt neutri. Vigil & pugil cõmunia duorum generum ex ratione ſignificationis.& ſi Phocas & Priſci.pugilem ſub genere tantum maſculino poſuerunt.Auguſt.in.libell.de grammatica in.l.littera nominatiuus exiens in communibus vigil & pugil. affertq; illud Terentius in eunu.ſi qua pauloeſt habitior,pugilem eſſe aiunt.nam & fœminas pugillatu exerceri ſolitas Iuue.oſtendit in.ii.ſatyra.luctantur paucæ,comedunt coliphia paucæ.& in.vi.Aſpice quo fremitu monſtratos pſerat ictus,& quanto galeæ curuetur põdere,& q̃ſequũtur.Mugil.ilis.& mugilis.lis.declinatur.Phocas mugil declinat.vt Pli.lib.ix.natu.hiſt.mugil & lupus mutuo odio flagrant.Iuue.quoſdam moechos & mugilis intrat. Sil.neutro genere pigmenti genus eſt.de quo multa Pli.lib.xxxiiii.ſil (inq̃t) cæruleũ.ſil proprie limus eſt.¶Solus in.ol.eſt,ꝗ in.ol.vnũ tantũ eſt maſculinũ:vt hic ſol. Vnũ quoq; eiuſdẽ gñis in.ul.vt hic conſul.& quod Ennins apud nonium dixit mortalẽ ſummũ fortuna repẽte reddit ſummo regno famul vt optim⁹ eſſet,ꝓ famulus.dixit,ea nãq; dignitas virorum tantũ fuit. ¶Præſul tñ & exul cõia ſunt duorũ gñrũ.Mac.i.ſatur.luna q̃a corporũ præſul ẽ.Sed Seduli⁹ in paſch.etiam neutro iũgit,ligno præſul dicẽs.

¶ Sit commune triũ neq̃.q. In.am.unum tantum reperitur:quod eſt triũ generum & eſt indeclinab.:quod ipſum argumento eſt nullum nomen in.am.terminatum poſſe declinari. ¶ Vm.neutris iunges.q. In.um.deſinentia generis ſunt neutri vt hoc templum.regnum.donum.bellum.tectum. ¶ Græcum nomen in.an.& in.in.q. nomina in.an.& in.in.deſinẽtia omnia ſunt generis maſculini.vt hic pean.acarnan.delphin.Pean igitur ꝓ phœbo manifeſtum eſt generis eſſe maſculini. Sed & ꝓ hymno Apollinis eiuſdem generis eſt.Verg.in.vi.Letumq; choro pæana canentes, & Sili. herculeum pæana tanunt. Acarnam ꝓ populo epirotarum.Ver. v. æn.quorum vn⁹ acarnan.Delphin q̃ & delphis & frequenti⁹ delphin⁹ d'r. Perſi. & q cæruleum dirimebat nerea delphin.Auien.in.ara.tum curu⁹ caudam ſubit inter ſydera delphis .Iuue.q̃tum delphinis balena Britãnica maior.¶ En dabitur neutris.q. nomina terminata in.en.generis ſunt neutri.vt hoc fulmen.flumen.nomen. ſemen.gluten.munimen.ſolamen. Maſculina tamẽ ſunt hic lichen.Mart.lib.xi.nec triſte mentum ſordidue lichenes,interpretatur autem impetigo.Pli.lib.xx.impetiginem inq̃t & ſcabiem:quam pſorem & lichenem vocant.Vtitur quoq; hoc nomine Hippocrates in aphoriſmis & Galen⁹ multis in locis.Hic ren. Cel.lib.iiij.renes diuerſitq lumbis ſub imis coxis inhærẽt a parte earũ reſimi:d'r quoq; hic rien:teſtib⁹ Phoca. & Priſ.Hic ſplen,hic lyen vel lyenis. Cel.lib.iiij.lyen ſub ipſo ſepto a finiſtra parte. & ibidem at lyenis vbi effect⁹ eſt.Attagen auis:q̃ & attagena d'r.Hor.in Epodo.non attagẽ ionic⁹ iucũdior: Mart.cõeq; duob⁹ attagenam.in diſtichis ionicarũ guſt⁹ attagenarũ.attage. es. Hiero. in epiſtolis.tu attagen ructas. Pecten. ꝓ piſce & pube & inſtrumento quo lana & capilli pectũtur:ſub gñe maſculino poſuerũt oẽs grammatici. Pli.in.ix.pectines in mari ex eodem gñe habentur recondıti,& ipſi in magnis frigorib⁹ Serui⁹ in illud Verg.in.vi.æn. iam pectine pulſat eburno.pecten ꝓ plectro gñis eſſ. neutri dicit.Nam qd' Iuuena.in.vi.ſatyra dixit,inguina tradũtur medicis iam pectine nigro. ꝓ pube.d'r.Verg.in.vii.æn.arguto tenues percurrens pectine telas ꝓ inſtrumento textorio:non poteſt diſtingui gen⁹ cum eadem ſit terminatio maſculini & neutri in ablto ſecũdæ declinatiõis. Flamen ꝓ ſacerdote maſculo. Sueto.in Cæſare:flamen dialis deſtinat⁹:nam ꝓ fœmina flaminica vel flaminia dicim⁹. Flamen vero ꝓ vento gñis eſt neutri.Cice.in ara.inferior paulo eſt aries & flamen ad auſtri.Hymen ꝓ deo nuptiarũ præſide:gñis eſſe maſculini vel ex ſignificatiõe gñali poteſt intelligi.eiuſdem quoq; gñis eſt ꝓ tenui illa membrana qua infantes aliq̃n naſcuntur inuoluti. pro mẽbrana etiã poſuit Ariſt.in.ii.lib.de aĩa. Et qd' cano componit.q. ab hoc verbo cano.is.compoſita ſub hac terminatione maſculina ſunt:quia omnia mittũt fœmininũ per.a.vt hic tubicen,hæc tubicina,tibycen,tibycina,fidicen,fidicina, lyricẽ, lyricina.ſiticen,ſiticina,oſcen quoq; oſcinis ex ꝓportiõe oſcina mittet fœmininũ. Hora.in car.oſcinem coruũ prece ſuſcitabo ſolis ab ortu.¶ Nomen in.on.græcũ.q. nomina in.on.deſinẽtia græca ſunt omnia gñis maſculini,vt hic canõ, dæmõ, daphnon.platanõ,lacõ,horizõ.biſon.Pli.li.xxxiiii.q̃ canona artifices vocãt lineamẽta artis ex eo petẽtes.Plinius iunior in epiſtolis,quid platanon opaciſſimus.Mart.daphnonas platanas & aerias cypariſſos. Idem, cæſus matre iubente lacon, cuius fœmininum eſt lacena. Iginius horizon circulus appellatur is:qui terminat ea q̃ perſpici, aut videri non poſſunt Martia.aſſerunt illi bubalus atq; biſon.Pli.lib.viii.inſignia boum ferarum genera biſontes iubatos. Vnum tamen ſub hac terminatione reperitur fœmininũ ſindon.onis.nam vrbiũ nomina vt babylon,calydon,pleuron ad vrbiũ regulam generalem referenda ſunt.Barbiton vero gñis eſt tantum neutri,barbitos fœminini,quare apd' Oui.in epiſtola Sapphus legendum:nõ facit ad lacrymas barbitos vlla meas,non barbiton.Sindon generis eſſe fœminini Mart.lib.xi. demõſtrat cum dicit:quo tu quo liber ocioſe tendis cultus ſindone non cotidiana,& illud ex Euangel.Matth.xxvii.inuoluit eũ in ſindone mũda.Sydon vero vrbis nomen ad regulam generalem referẽdum eſt. Luca.in.iii.præcioſaq; murice ſydon. Pythõ ſerpẽtis quem Apollo occidit nomen,plærumq; generis maſculini,vt Oui.i.meta.Strauit & innumeris tumidum pythona ſagittis,tamen genere fœminino dixit Tibullus vbi delp[illegible] python.¶ Eſt neutrum qd'.Cũ nomina in.on.deſinentia aut ſint ſecũdæ declinatiõis:aut tertiæ,aut indeclinabilia:& (quemadmodũ diximus) tertiæ declinatiõis nomina:omnia ſint maſculina præter q̃ ſindon:reliquum eſt,vt ſecundæ declinationis omnia ſint neutra,vt hoc ilion,epitheton.antitheton. Verg.ii.æn.cecidit ꝑ ſuperbum ilion:quod etiam ſub alia terminatione fœmininum reperitur,vt apud Oui. ſed mihi quid ꝓdeſt veſtris diſiecta lacertis ilios,& quæ noſtri non ſunt auſi declinare,generis ſunt neutri vt diapaſon,diateſſaron,diapentedion.¶ Nomen in.ar.q. nomina in.ar.deſinentia generis ſunt neutri,vt hoc puluinar,nectar, torcular, inſtar, laquear. lacunar,iubar,quod Ennius apud Priſ.maſculino genere protulit dicens ,interea fugit albus iubar hyperionis curſum. Lar quoq; pro domo per metonymiã(vt diximus) generis eſt eiuſdem, cuius & deus.Par vero & ab eo compoſita compar,impar,diſpar ſuppar,ſepar,ex ratione ſignificationis communia ſunt triũ generum.Reperitur quoq; par ſubſtantiuũ in gñe neutro.Luca.in.vi.parq; ſuum videre dei,& Hora.ii.ſer.Ludere par impar:equitare in arundine longa. Hepar græcum eſt:qd' ad nos nõ ꝑtinet.¶ Er.finita tibi,q. noĩa in.er.deſinẽtia gñis ſunt maſculini,ſiue illa ſint ſecundæ ſiue tertiæ declinatiõis,vt puer.eri.magiſter.tri.anſer.is.paſſer.is.Veſper.is.nuſq̃ enĩ q.(ego ſciã)gñe neutro r.pitur;qd' plæriq; ex iuniorib⁹ grãmaticis dixerũt.Verg.i.geor.deniq; qd veſp ſerus vehat. Idẽ in.iii.cũ frigid⁹ aera veſp tẽperat. Vale.flacc⁹.iii.argo.iã frigidus æthere veſp.Idẽ i.vii.Te quoq; theſſalico iã ſerus ab æthere veſp.Neutra vero ſũt,q̃ hic digerũt.

Sit commune trium tibi nequam.nec variatur.
Vm,neutris iunges.exemplo ſit tibi templum.
Græcũ nomẽ in.an.& in.in.ſit ſemper:& eſt mas.
En dabitur neutris.ſed ſunto maſcula lichen.
Ren:ſplen:atq; lyen:attagen:cũ pectine flamen.
Addis hymen.& qd' cano cõponit tibi nomen.
Nomen in.on.græcũ tibi ſit:maribuſq; repones.
Ex his pauca tamen ſunt fœmineis adhibenda.
Eſt neutrum:quod non declinat tertia:nomen.
Nomen in.ar.neutrum:ſed par tria debet habere.
Er.finita tibi ſunt maſcula.Neutra tamen ſunt

Spinther:iter:ruder:laſſer:piper:atq; papauer.
Et cum vere ſiſer:vber:cicer:adde cadauer.
Zinziber:& tuber:cũ matre reponito linther.
Cõmune eſt pauper cũ pubere:degener:vber.
Ir.maribus iunges;hir:gadir:ſint tibi neutra.
Maſcula ſunt & in.or.Muliebris ponitur arbor.
Neutra dabis tñ cor;ador;cunq; ęq̃re marmor.
Collatiua duplex retinẽt gen9.et mẽor:et autor
Et quod componit corpuſq;:colorq;:decuſq;.
Vr.neutrale dabis.Sed maſcula ſint tibi quinq;.
Turtur:auis:piſcis:vultur:ſatur:aſtur:& anxur.

¶ Spinther.eris,qđ fibulam ſiue armillam in mundo muliebri ſignificat.Plau.in Menech.iubeas ſpinther nouum reconci liarier,& ibidẽ ſpither nouũ nunq̃ repies.Pro cognomẽto tamẽ Lentuli ſpintheris Romani ciuis ex ſignificatione gñis eſt maſculini. Iter.quod etiã itiner đr ab antiquioribus.Manilius.i.aſtronomicon Fecit & ignotis itiner cõmertia terris. Ruder:qđ freq̃ntius rudus,eris declinatur:nã ruder adhuc nõ legi præterq̃ apud grãmaticos. Laſſer.eris.Pli.li.xix.laſſer picium inq̃t: qđ græci ſilphiũ vocãt in Cyrenaica prouincia reptum,cuius ſuccum vocãt laſſer. Et in libris digeſtorum de pe.lega.l.nõ omne,piper lyguſticũ,& carreum,& laſ ſer. Papauer.eris.Piper.eris.ver veris.ſiſer.eris.radix eſt edulis : quã Pli.lib. xx. etiã gñe maſculino protu lit:nemo inquit tres ſiſeres poſſit edere,alibi eodẽ in li. ſiſer erraticũ ſatiuo ſimile eſt effectu,& Colu.Iam ſi ſer aſſyrio venit quæ ſemine radix. Vber pro mam ma & p nimia agri fertilitate.Hora.Iquodq; aliena ca pella gerat diſtẽtius vber.Verg.in.vij.æñ. Non vobis rege latino diuitis vber agri Troiæ ve opulẽtia deerit. Cicer.eris. Perſius. cicer ingere large rixanti populo. Cadauer.eris. ¶ Zinziber.eris.hanc alij gingiberim. Pli.lib.xij.ſingiuerim appellat. Tuber p terræ callo. ſic Pli.li.xix.appellat,vbi dicit.Laertio licinio accidiſ ſe vt mordẽti tuber deprehenſus inde denarius primos dẽtes inflecteret.Pro tumore quoq; Oui.x.meta.Immodico ꝓdibãt tubere tali,& Hora.i.ſer. Qui ne tuberibus proprijs offendat amicũ poſtulet:ignoſcet verrucis illius,nam p re tumida:& p arbore ad regulas gñales recurrẽdum eſt,pro illi9 arboris pomo.Mart.gñe fœminino vſus eſt dicẽs,et vernæ tuberes:q tibi cũ libycis. Sueto. tñ maſculino,niſi in alteru tro mendũ eſt.Ait nãq; in Domitiano:cũ oblatos tuberes ſeruare iuſſiſſet in craſtinũ. Cũ matre reponito lynther.ac ſi dicat q lynther gñis eſt fœminini:queẽadmodũ & mater,ſed mater rõe ſignatiõis:lynther rõe terminatiõis.Liuius.vi.ad vrbe iã in altũ expulſa lynthre. Cõe eſt pauper, q quattuor hæc nõia pauper.puber.degener.vber cõia ſunt duorũ gñerũ:tametſi figurate poſſunt etiã neutris in obliquis maxime iungi.Verg.in buc.pauperis & tuguri cõgeſtũ ceſpite culmẽ.& vi.æñ. Curibus paruis & paupe regno. Idẽ.iiij.æñ.de generes aĩos timor arguit.Luca.in.i.de generẽ patiere togã. Puber.eris.ſic enim iubet Cæſar declinare in lib.de analog.cũ ꝓbus pubis.eris.declinet.Vber.eris.Lucr.in.vi.Seq̃tur grauis imber & vber. Cato in originib9,res vber fuit,anteq̃ vaſtaſſent regiões. Idẽ quoq; de tubere dicẽdũ.¶ Ir.maribus iũges,q nõia in.ir.deſinẽ tia gñis ſunt maſculini,vt hic vir.treuir.& in.yr.p.y.pſilõ,vnũ reptur hic martyr,& ab eo cõpoſitũ ꝓtomartyr,quæ apđ græcos tãtũ gñis ſunt maſculini,noſtri tñ eo quaſi duorũ gñerũ cõi vtũtur.Abadir ſiue ſit deus:ſiue lapis ille quẽ Saturn9 dicitur deuoraſſe:ad regulã gñalem deferẽdus eſt. Duo tñ repiũtur neutra hoc hir & gadir,qđ neutro gñe ꝓtulit Saluſt.ij. hiſto.tarteſſum inquit ciuitatẽ quã nũc Tyrij mutato noĩe gadir hñt.¶ Maſcula ſunt & in.or.q nõia in.or.deſinẽtia gñis ſunt maſculini,vt hic amor.dolor.timor.color. Arbor tñ eſt fœmininũ, quæ etiã hæc arbos.oris.declinatur. Verg.ij.geor. Herculeæq; arbores vmbroſa coronæ.ſic & plura ex maſculinis.vt vapos,colos,labos,p vapor,color, labor. Soror præte rea & vxor ex ſignatiõe fœminina ſunt.Quattuor vero hæc nõia cor,ador,æquor,et mamor neutra ſunt.¶ Collatiua tñ.i. cõparatiua.nã cõferre cõparare ẽ.Diciq; qđ collatiua ſub hac terminatiõe cõia ſũt duorũ gñerũ.nã neutrũ terminationẽ hẽt ꝓpriã in.us.vt.hic & hæc nobilior & hoc nobilius.Antiq̃res etiã gñi neutro terminationẽ in.or.iũxerũt.Valeri9 antias. Prior bellũ qđ cũ his geſtũ erat. Idẽ,cõmemorãt Graccho fœd9 prior nõ eſſe ſeruãdũ.Senior.Priſcia.dicit tãtũ gñis eſſe maſculini,cũ etiã Cornelius celſus in quĩto,quaſi in cõparatiuo dixerit:corpora ſeniora tentãtur.& Pli.xi.natural.hiſto. de apibus dixerit,ſeniores intus operãtur,q flores cõportãt prioribus pedibus:nihil ergo ꝓhibet ſenior gñis eſſe cõis duorũ cũ præſertim ſenex etiã fœminino gñe ſit reptũ apud Varro.His addũtur memor.& autor.qđ vnũ cũ videatur verbalis for mã habere, fœmininũ plerũq; reptur.Verg.xij.æñ.autor ego audẽdi.Macro.vij.ſatur.natura hui9 fabricæ autor & nu trix. Neutro etiã iũxit Luca.i.v.Italiã ſi cœlo autore recuſas.& Verg.x.æñ.dicẽs.Italiã petijt fatis autoribus eſto,queẽad modũ & memor.Idẽ.iiij.æñ.ſi nõ qđ æquo fœdere amãtes curæ numẽ habet iuſtũ memorq; precatur.& in.ix.nulla dies vnq̃ memori vos eximet æuo:ſed figurate ſic iungi.Priſ.in.vij.dicit.Cõpoſita quoq; a corpore & colore & decore duorũ gñerũ cõia reperiũtur,vt diſcolor,cõcolor,decolor,bicolor.Ouid.etiã neutro cõiunxit.iij.elegia,diſcolor agmẽ equis.A. Gell9 li.vi. noct.atti.tunica muliebri indut9 & pallio verſicolore.A corpe tricorpor fecit Verg.in.vi.& forma tricorporis vmbræ.A de core quoq; Verg.i.decor.& Saluſ.dedecor fecerũt.¶ Vr.neutrale,q nõia in.ur.deſinẽtia gñis ſunt neutri,vt hoc ſulphur. murmur,qđ maſculinũ ꝓtulit interpres Ioã.vij.murmur mult9 in turba de Chriſto.iecur.fulgur.guttur, qđ etiã maſculio gñe ꝓtulit.Plautus in aulularia,ne obturat gutturẽ inferiorẽ.Maſculina vero ſunt hæc quiq;.Turtur.p aue.Ouid.ij.elegi. tu tñ ãn alias turtur amice dole. Idẽ in epla ſapphus,& niger a viridi turtur amatur aue.Plau.quoq; tibi ab iſtos turtures dixit.Iuue.cariturus turture magno mulorumq; iubis.Neq; audiẽdus eſt Seruius:q dixit poſſe eſſe gñis fœminini turtur, qđ ꝓbare nititur carmĩe illo Ver.in buc.nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo:cũ aeria ex rõe carminis aptius vlmo q̃ turturi iungatur,quaſi nõ aerius p altus frequẽtius repiatur,q̃ qđ ille vult p aerij coloris.vt Verg.in buc.Aerij ſpecula de mõtis in vndas.Idẽ.iij.æñ.aeriæ quercus:aut coniferæ cypariſſi.& Mar.daphnonas.platononas & aerias cypariſſos.Sed turtur pro piſce apđ vnũ tãtũ ex ijs:q autoritatẽ hñt Ambro.in.hexame.legitur,atq; ibi in gñe tãtũ fœminino deceptus eſt ex eo q in baſilio vñ opus illđ interpretatus eſt:trygõ legitur,qđ apđ græcos tũ piſcẽ,tũ auẽ ſignificat,apđ latinos tñ nuſq̃ legitur turtur pro piſce,ſed paſtinaca,neq; eſt quã vulgus opinatur tructa,ſed ex gñe piſciũ planorum & cartilagineorũ.

[illegible] qui & [illegible] & vulturis ab antiquioribus eſt appellatus. Catullus lingua exerta audo ſit data vulturi[illegible] [illegible] caua vulturis capite. Ennius apud Priſc. [illegible] in ſiluis miſerum mandebat homonē. Satur ſatue ſatur eſt cum [illegible] Horatius ubi eius fœmininū ſatura et neutrū ſaturū eſt. Pera in cœnā. ſed tuci ſatura atq; ebria eris. puer vt ſatur ſit [illegible] [illegible] in iiij. erat impiger aſtur Silius. i. punico. Aſtur auarus Viſceribus lacerae telluris [illegible] [illegible] genus [illegible] ad poſſeſſiuū potius eſt referendū. vt Idē lib. xvi. Lelius aſturcō rapidos de gente iugales. Anxur Mar. vi. epigra. Fluctus pulſeris aut ſuperbus anxur. Idē alio loco. cādidus anxur aquis. qd' etiā neutro gñe poſuit. Hora. in. i. ſer. impoſitum ſaxis late cadentibus anxur. vtrūq; p oppido ponitur. nam cū anxur iouem imberbē ſignificat: ex ratiōe ſignificatiōis maſculinum erit. Furfur poſuit Serenus in gñe maſculino numeri ſingularis dicēs. Addit exceſſus nitea ſimilagine furfur: pluriumq; in ſo numero multitudinis furfur legimus: atq; ideo inter pluralem numerū tantū hūc poſuimus.

Communis gñis tria ſunto fur: lygur: & augur.
Fœmineum pones qd' in as, finitur: vt æſtas.
Sed iunges marib⁹ as aſſis: vas vadis: & mas.
Neutra tamen dices vas [illegible] nefas [illegible]
Sit commune trium nomē gentile: dabuntur
Partim fœminea tibi: partim maſcula græca.
Eſto nomen in es mulliebre. Virilia ſunto
Limes: pes: fomes: termes: cum palmite trames.
Et gurges: merges: verres: cum poplite magnes.

¶ Comunis gñis duorum tria reguntur. Fur. Hora. Iulius & fragilis Pediacia furq; Voranus: fœmininū nō facile repias. Lygur, qd' etiā lygus declinatur Luca. in. i. et nunc tonſe lygur qñ p colla decora. Saluſtius in iugurtha. forte quidā lygus ex cohortibus auxiliarijs. Verg. xi. æn. Vane lygus fruſtraq; animis elate ſupbis. Perſi. mihi nunc lygus ora intepet. Salu. ij. hiſt. Corſa nobisq; lyg is mulier. Augur cū nomen dignitatis eſt, ad uiros tantū ptinet: quorū fuit Romæ collegium: cum vero officiū augurādi ſignificat: cōe eſt duorum. Ver. iiij. æn. nūc augur apollo: nūc lyciæ ſortis. Veneri quoq; dixerimus augurē: cum in. i. æn. ipſa dicit, in fruſtra augurium uani docuere parentes. ¶ Fœmineum pones quod in. as. q. nomina in. as. deſinentia gñis ſunt fœminini, vt hæc ætas, bonitas, pietas, pbitas, autoritas, honeſtas. Maſculina vero ſunt, as, aſſis. Priſcianus de ponderibus, ſiue aſſi ex quo quod capimus perhibemur habere. Vas vadis. Cice. iij. officiorum. vas factus eſt alter alterius ſiſtendi. Idem. v. thuſcu. cum alterum vadem mortis accepiſſem. fœmineum vero nuſquā reperitur: ppterea q fœminis iure interdictum eſt vadimonium: figuratiue tamen poſſumus dicere fœmina non poteſt eſſe vas, ſicut neq; conſul neq; pretor nec ædilis. Mas maris, quod ratione ſignificationis ſolis conuenit maſculis, nam fœminæ ſimiles maribus maſculæ potius dicuntur, ut apud Horatiū. temperat alcæi muſam pede maſcula ſappho. Neutra uero ſunt tria: vas uaſis. vt Hora. ſyncerum eſt niſi vas. Fas & ab eo compoſitum nefas. Verg. i. georgi. quippe ubi fas verſum atq; nefas tot bella per orbem. ¶ Sit commune trium. q. nomina gentilia communia ſunt trium generum, ut hic & hæc & hoc arpinas, priuernas, ſarſinas, caſinas, toloſas, capenas. Iuue. arpinas alius uolſcorum in monte ſolebat. Mar. metamq; lactis ſarſinate de ſilua. unde & Plautus ſarſinas eſt dictus. Liuius xxij. ut ſe in agrum caſinatem ducat. Silius lib. viij. punico. priuernatumq; manipulos. Mar. lib. xij. nec quadra deerat caſei toloſatis. Quod uero Phocas & Priſcianus hæc nomina ſub communi duorum gñe poſuerunt: refelluntur autoritate Cice. qui ſcribens ad Atticum ait, in quo fluxus eſt ad iter arpinas. Idem in alio loco, ut veni in arpinas. i. in agrum arpinatem, nomina enim prediorum ppe aliquod oppidum ex nomine poſſeſſiuo illius oppidi in gñe neutro figurabantur: ut hoc thuſculanum thuſculani, formianum formiani, albanum albani, cumanum cumani, eodem modo hoc arpinas arpinatis: predium iuxta arpinum: ſiue in agro arpinati. Plini⁹ lib. xiiij. priuernatia vina dixit: quemadmodum & Luci. oleū caſſinas, atq; ut in declinatione pnominum diximus, ex horum pportione. Cice. in epiſtolis ad Celium uerba noſtratia dicere nō reformidat. Dabuntur partim fœminea, q. nomina græca partim ſunt maſculina, ut adamas adamantis, elephas elephantis, gigas antis. arcas. adis. Iuuena. adamas notiſſimus et beronices factus in digito præcioſior. Hora. ij. epiſtolarum, ſiue elephas albus vulgi conuerteret ora. Verg. de Euand. non equidem extimui danaum quod ductor & arcas, & omnia nomina quæ ad primam declinationem latinam referuntur, ut tiaras. æ. Verg. vij. æn. ſacerq; tiaras, qualis etiam uentorum, ut boreas. æ. eteſias. æ. cecias. æ. aparctias. æ. Plinius lib. ij. aparctias & boreas dicti, & ibidem perflant diebus quadragita quos eteſias uocant. Gellius lib. ij. eſt etiam uentus quem nomine uocant ceciam, partim ſunt fœminina: ut hæc olympias. adis. Helias. adis. monas. adis. decas. adis. ¶ Eſto nomen in. es. q. nomina tertiæ & quintæ deblinationis terminata in. es. generis ſunt fœminini, nā ut diximus primæ declinationis omnia ſunt maſculina, ut hæc uulpes uulpis, ples plis, ſeges, ſegetis, teges tegetis, res rei, progenies progeniei, ſcabies ſcabiei. Maſculina vero ſunt, quæ hic digeruntur. ¶ Limes limitis. Verg. xij. æneidos. Limes agris poſitus litem ut diſcerneret agris. Pes pedis, cuius compoſita communia ſunt trium generum, ut hic hæc hoc bipes, tripes, alipes, preterq̄ vulpes & compes. Fomes. itis. Luca. in. viij. Excitat in ualidas admoto fomite flammas. Termes. itis, Gellius lib. iij. Palmæ termes ex arbore cum fructu auulſus ſpadix dicitur, nam quod Serui⁹ ſcribit in illud Verg. i. georgico. aut tempeſtiuam ſiluis euertere pinum: importuno tpe arbores cæſæ cito termites faciūt. opinor debere ſcribi teredines: cum teredo ppriæ ſit ligni uermis: nam termes ſurculus eſt arboris. Horatius in epodo. geminat & nunq̄ fallentis termes oliuæ. Palmes palmitis, Gellius libro. xviij. vberrimos, uinum palmites dedit. Trames tramitis. Verg. v. æneidos. Nulli uiſa cito decurrit tramite uirgo. Gurges gurgitis. Idem. i. æn. apparent rari nātes in gurgite uaſto. Merges. itis. qui teſte Seruio in illud Verg. ij. geor. cerealis mergite culmi: manipulus ſpicarum eſt. Verres. is. qui ratione ſexus & genituræ maſculini generis eſt. Poples. itis. Luca. in. iij. niſi poplite lapſo Vltima curuati procederet vngula tauri. Magnes magnetis, cum alijs grammaticis cōe duorum poſueramus, nunc uero maſculinum eſſe dicimus: tū q nuſq̄ fœmininū repitur: tū q etiā ei⁹ fœmininū in magneſſa et magnetis exit: quēadmodū in fine capitis huius dicetur.

Et paries,aries,ſtipes,ceſpeſq;ſatelles,
Atq; dies;mediuſq; dies pro tempore certo.
Et græcum primæ;vel quod dat tertia nomen.
Sed communia ſunt miles;comes,atq; ſupſtes.
Antiſtes,cocles;diues;cumq; hoſpite ſoſpes.
Et pedes;interps;eques;indiges;hæres;hebeſq;.
Et teres;& præpes;locuples;& perpes;& ales;
Inquies & vates.quod format pes ſedeoq;.
Eſt quoq; nomen in.is.muliebre.Sed eſto virile
Corbis & ædilis.faſcis quoq;.piſcis & axis.
Et collis.vermis & callis.follis.& enſis.
Menſis cum vectis.poſtis.glis.fuſtis & anguis.

Paries.etis.Oui.iiij.meta.Fiſſus erat tenui rima,quã duxerat olim,cũ fieret paries. Aries.etis.võe fetus & genitus a maſculini gñis eſt.Stipes.itis.Verg.in moreto.Paruulus exuſto re ... ebat ſtipite fumus.Ceſpes.itis.Perſi.nũc & de ceſpite uiuo frãge aliquid.Satelles.itis.Iuue.diruſq; a põte ſatelles. Dies.ei.p ambitu ſolis diurno:& hẽt numerũ multitudinis,vt dies natalicius,dies luſtricus,dies dñicus,nõ natalicia,luſtrica,dñica.Pro tempore uero fœmininũ eſt:& caret pluraliũt.lõga dies homini docuit parere leones.Verg.ij.æñ.venit ſũma dies & ineluctabile tẽpus.A die p eo qd eſt ſolis ambitus diurni ... latio eius ſup horizõta dicitur meridies:quaſi medius dies eiuſdẽ gñis cũ ĩ eadẽ ſignatiõe accipiatur. Sed poſuit medius dies p meridies qd in carmine heroico vix recipit.Pli.frequẽtius vtitur medio die q̃ meridie:ut de fõte Cyrenaico,a medio die ad mediã noctẽ aqs feruẽtib⁹ totidẽ horis ad mediũ diẽ rigẽtib⁹.Et græcũ primæ.q. noĩa græca p primã vel tertiã declinatiõnẽ latinam inflexa,gñis ſunt maſculini,vt planetes.æ. cometes.æ. priamides.æ.pelides.æ.& vẽtorũ noĩa.vt apeliotes.æ. & q̃ ſupra nũerauimus:cũ de terminatis in.a.diſſeruimus.Lebes.etis.tapes.etis.cres.etis.Oui.in epiſtola briſeidis,addidit & fuluos precioſo ex ære lebetes. Verg.li.x.æñ.arma crateraſq; ſimul pulchroſq; tapetas . Sed excipiũtur etiã in.es.terminata neutri gñis.ut hippomanes.cacoetes.ſcyllites.myrtites. Iuue. tenet inſanabile multos ſcribẽdi cacoetes.Verg.iij.geor.hinc demũ hippomanes vero qd noĩe dicũt paſtores:lẽtũ diſtillat ab inguine virus.hippomanes qd ſæpe malæ legere nouercæ.Iuue.hippomanes carmẽq; loquar coctũq; venenũ.Pli.li.xxx.in aceto ſcyllite decocti.& .xxxiij.idẽ.xxxij.ex aceto ſcyllite.Idẽ.lib.xiiij.multa de vino myrtite quõ fiet ex autoritate Catõis.Sed cõia ſunt.q. noĩa hic explicata cõia ſunt duorũ generũ,ut hic & hæc Miles.Oui.ij.meta.de Calliſto,miles erat phebes,nec menalõ attigit vlla gratior hac triuiæ.Comes.itis.Verg.ij.æñ.nec comitẽ hinc aſportare Creuſã.qd etiã neutris iũgi põt.vt Luc.rerũ nec ſũma ſeqtur,impiũq; comes.Supſtes.itis.Oui.i.meta.O ſoror,o cõiux,o fœmia ſola ſupſtes.Etiã neutro idẽ iũxit.iij.elegia.poſt mea mãſurũ fata ſupſtes opus.huic etiã põt annũerari præſtes.itis.Mar.capella.geniũ etiã præſtitẽ qd præſit gerendis oĩb⁹ vocauerũt.& Macr.i.ſatur.deos præſtites hoĩ naſcẽti quattuor eſſe.ſed à præſtãdo potiuſq̃ a præſidẽdo Saluator Matt. autoritate deductũ videtur.Antiſtes.itis.Cic.i.de ora.virũ q ſit primus eius artis antiſtes.fœmininũ frequẽtius repitur in.a. antiſtia.æ.Cic.in verrẽ.ſacerdotes Cereris atq; illius fani antiſtiæ maiores natu pbatæ.Verg.ĩ Ciri.icta ve barbarico Cibele antiſtia buxo.Oui.iij.meta.tractiſq; comis antiſtia phebi.Cocles.itis.qd rõe ſignatiõis ad vtrũq; ſexũ ptinet.Pli.li.xi.ab oculis q altero lumĩe orbi naſcũtur coclites vocãtur. Diues.itis.Verg.carthago diues opũ.iũgitur etiã neutris,vt apud Vale.maxi.in.ij.diues & præpotẽs naturæ regnũ ſcrutat⁹.Oui.ij.faſto.pietas p diuite grata eſt mũere. Hoſpes.itis.Lu.i.v.hoſpes in externis audiuit curia tectis.cui⁹ fœminũ etiã ĩ.a.repitur apd eũdẽ.lib.iij.tũc obtulit hoſpita tellus puppibus acceſſus faciles.Verg.iij.æñ.bellũ o terra hoſpita portas.iũgitur etiã neutris.Hor.i.ep̃la.nãq̃ deſerta & inhoſpita teſqua credis.Soſpes.itis.cuius fœmininũ etiã in.a.exit.Ouid.ij.faſt.de iunone.ſoſpita de lubris creditur aucta nouis.Pedes.itis. Verg.iiij.æñ.cõgreſſus pedes hũc venientẽ cuſpide lõga.Interpres.etis.Verg.iiij.æñ.nũc ioue miſſus ab ipſo interpres diuũ.Eques.itis.qd cũ nomẽ dignitatis ẽ:ad viros tãtũ ptinet,cũ vero inſidẽtẽ equo ſignat:ad fœminas etiã ptinet:ſicut et pedes,itis.Indiges.etis.Ouid.xiiij.meta.quẽ turba quirini nuncupat indigetẽ.Hæres.dis.cuius ſignationẽ manifeſtũ eſt vtriq; ſexui cõpetere.Hebes.etis.qd etiã ĩ neutris iũgitur. Iuue.hebeti lautiſſima ferro.Teres.etis.qd neutris quoq; iũgitur.Verg.vij.æñ.ſed hæc teretimos ẽ aptare flagello.Colũ.aut teretis mali,aut tectæ cortice glãdis. Præpes.etis.Luca.in.ix.de pſeo.& ſubitus perpes cyllenida ſubſtulit harpẽ.Cũ neutro etiã iũxit Enni⁹ apd.vi.ſaturnaliũ:nec reſpirãdi ſit copia præpete ferro.Locuples.etis.Iuue.vidua eſt locuples:q̃ nupſit auaro,qd etiã autore Priſci.neutris iũgi põt.Perpes.etis.ppertuus & cõtinuus.Iuſti.li.v.ppeti nocte fortunã publicã q̃ſtibus iterãt.& in hymno,perpes corona præſulũ.põt etiã quẽadmodũ & ſuperiora neutris aptari.Ales.itis.Verg.in moreto.excubitorq; diẽ cãtu prædixerat ales.Mart.alitis eximiæ cauda ſupba fuit.Inqes triũ generũ eſt teſte Priſcia.Gell.lib.viij.Labor hic vigiliarũ inqes.Saluſt.apud Priſci.in.i.hiſto.vitio hũani ingenij:quo inquies atq; indomitũ ſemp.Eius quoq; ſimplex apud antiqores repitur triũ generũ.Ennius.nãq; eius mentẽ fecerat fortuna quietẽ.Licini⁹.nõ minimo ope milites qetes volebãt eſſe.Vates.is.Iuue.ſed vatẽ egregiũ cui nõ ſit publica vena.Verg.iij.æñ.Aut quẽ tũ vates Caſſandra moneret.Quod format pes ſedeoq;.q. cõpoſita ab hoc noĩe pes.dis.et ab hoc verbo ſedeo.des.ſuperiorib⁹ annũerãda ſũt:ſed de cõpoſitis a pede paulo añ dixim⁹.et a ſedeo hic et hæc pſes.idis.reſes.idis.obſes.idis.deſes.idis. Lu.i.ix.natura deſide torpet.& a ſedeo quoq; Martia.capella.præſtes.itis.deduxit.ait nãq; de philologiæ nuptijs.geniũ præſitẽ qd præſes gerẽdis oĩb⁹,vocauerũt.Macro.i.i.ſatur.deos præſtites hoĩ naſcẽti q̃ttuor eẽ.¶Eſt quoq; nomẽ in.is.q.noĩa ĩ.is.deſinẽtia fœminĩa ſũt.vt hæc auis.puppis.claſſis.nauis.meſſis.Maſculĩa vero ſũt q̃ ponũtur ĩ ſerie quĩq; verſuũ ſequẽtiũ.hic Corbis.is Seruius tñ.i.geor.fœmininũ eẽ dicit Cic.autoritate.qui ait:meſſoria ſe corbe cõtexit.Aedilis.is.qd magiſtrat⁹ nomẽ ad viros tãtũ ptinet.Faſcis.is.Verg.in buc.ego hoc te faſce leuabo. Piſcis.is.p fœmina.Oui.in.ij.de arte dixit. inuenit in media fœmina piſcis aqua.Axis.is.Idẽ.ij.meta.aureus axis erat.Collis.is.Verg.collẽ qui plurimus vrbi imminet.Vermis.is.cuius diminutiuũ vermiculus maſculinũ eſſe oñdit.Callis.is.Verg.in.vi ſecreti celãt calles.Follis.is.a quo diminutiuũ eſt folliculus paruus follis.Enſis.is.Iuue.enſe velut ſtricto quoties lucili⁹ ardẽs,cui⁹ diminutiuũ enſicul⁹ & enſicula ẽ.Mẽſis.Verg.totoſq; ex ordine mẽſes.Vectis.is.Verg.poteſq; ſub ipſos nitũtur gradib⁹.Poſtis.is.Idẽ.Poteſq; ſub ipſos Nitũtur gradib⁹.Glis.itis.

Mart.ſomniculoſos ille porrigit glires. Fuſtis is.Iuue.fuſtis huc ocius(inquit), a quo diminutiuum fuſticulus.i.Ang[illegible] Vergil.ij.æñ.gemini immẽſis orbibus angues. Vale.maxi.lib.j.fœmininũ ꝓtulit hæc anguis. Torris.is. Flaccus.iij. arg[illegible] viuoq; reluxit torre focus.Caulis q etiã colis dicitur.vñ coliculꝰ.Hora.ij.ſer.cole ſuburbano q̃ ſiccis creuit ĩ agris. Torqs, qđ frequẽtius gñe fœminio repitur.Gel.li.viij.torqs ex auro quã ex hoſte quẽ occiderat detractã induit, & paulopoſt torquẽ detraxitxamq; ſanguinolentã ſibi in colum imponit. Teſti libro.x iij.torque aurea donatus. Apul.ij.floridorũ circulo mineo veluti aureo torq̃.Hier.quoq; multis in locis.vt Iudicũ.viij.præter torq̃s aureas cameloꝝ.ſed & maſculinũ repitur.vt apđ Silliũ.iiij.puni.colla viri fuluo radiabãt lactea torq̃.et Liui.vij.ab vrbe cõdita.ĩ tãtũ vno torq̃ ſpoliauit.quẽ reſpſũ cruore collo circũdedit ſuo. Sueto.in auguſto.lapſu debilitatũ aureo torq̃ donauit.

Et torris;caulis;lapis;vnguis,torquis & orbis.
Et ſanguis;cucumis; iũges cum vomere puluis.
Quæq; ſilent alij lybis atq; canalis, aqualis.
Et quibus.n.præit is.Et quod componis ab aſſe.
Adiectiua dabis communia,iunge triſcupis.
Samnis,dis;iuuenis;ciuis;teſtis;canis; hoſtis.
Nomen in.os.dabitur maribus.ſed fœmineis ſunt
Hęc addenda duo;dos;cos;Neutris epos;argos,
Et chaos;atq; melos;iunges;os oris; & oſſis.

Quæq; ſilẽt alij.cũ oẽs grãmatici libys & canalis & aqualis cuiꝰ ſint gñis ſiluerint:dicit q gñis ſũt maſculini.nã cũ libys gẽtile ſit:poſſet qſpiã putare q eſt cõe duorũ gñerũ,nos dicimꝰ nuſq̃ repiri niſi gñe maſculio. Mar.et libys ĩ lõgo puluere ſudet eq̃s.et Luc.ĩ.vj.cũ iacuũ parua libys amẽtauit arena.ciꝰ fœmininũ libyſſa ẽ,vl libyſtis.vt ĩſra dicemꝰ.Canalis quoq; cũ oẽs ſub gñe fœmin.reliq̃rit. Seruius grãmaticus id expreſſit.ait enĩ in illud.Verg.iij.geor.currẽtẽ ilignis potare canalibꝰ vndã.canalis melius gñe fœminino pferimus.Ego cõtradixerĩ,vſitatius gñe maſculino eſſe pferẽdũ.vt Verg.ĩ Aetna.qđ ſi diuerſos emittit terra canales.et iterũ. nec tñ ĩ rigidos exit cõtenta canales atq; iterũ adhuc,preſſoq;.canali huc illuc agere vẽtos.Sene.iij.na.q.amiſſo canali ſuo flumĩa primũ refũdũtur.Idẽ in.iiij.tũ dẽ tenuiſſimos canales tenẽt:p quos anguſta rupiũ effugiũt.Idẽ in.iiij.ſulphuratã aquã circa canales ſuos durari.& in codi:qbus torrẽs in canali ſuo curſus eſt.Pli.li.viij.ſanguiſuga vbi ĩ ipſo amne canalẽ ſe fixit.Li.xxiij.ab vrbe.vtraq; ẽ in capitolio canali vno diſcreta.Cel.li.iiij.vulua recta cõtinuataq; ceruice:quẽ canalẽ vocãt. Sene.ĩ epla.cviij.illũ turba p lõgi canalis anguſtias tractũ.Apu.vj.meta.canali directo pgas ad ipſã orci regiã,& ibidẽ,anguſti canalis exerto cõtẽti tramite,& ĩ libris digeſtorũ.ti.de riui.l.ſeruiꝰ:ſi qs canalẽ nouũ vel phyſtulã. Et quoq; diminutiuo vſus ẽ Celſus.li.viij.excipiẽda ſũt ex ferula facto canaliculo.Nõ inficior ego apđ antiqores inueniri aliqñ etiã fœmininũ vt apud Cato.& apđ Varr.ſed ego de optimorũ vſu loquor.nã Cato,& Varro.q̃tũ auctoritatis haberi debeat:initio teſtati ſumꝰ.Aqualis prætetea nemo eſt q ex regñs traditis nõ dicat eſſe gñis fœminini,ſed qũo Varro dixit de origĩe ligũæ Latinæ: ab aqua aq̃lis ẽdictus:vñ etiã p diminutionẽ aqualiculꝰ ſit qđ ipſum argumẽto fuerit aqualis eſſe gñis maſcu. Et quibꝰ.n. præit.is.q.noĩa hñtia.n.añ.is,gñi: etiã ſunt maſculini:vt hic panis.cinis.ignis.funis.qđ gñis eſſe maſculini.Qui.ex illius diminutiuo funiculꝰ oñdit.Tametſi Luc.fœminio ſit vſus apđ Gel.li.xij aurea de cælo ſubmiſit funis et arua.Clunis,is.Iuue. ad terrã tremulo deſcẽdũt clune puellæ.Hor.tñ.j.ſer.fœmininũ eſſe oñdit.qđ pulchræ(inqt) clunes. Amnis antiqores quoq; gñe fœminino dixerũt.Et qđ cõponis ab aſſe.q. ab aſſe cõpoſita ſub hac terminatiõe gñis ſunt maſcu.quẽadmodũ & as aſſis. vt ſemis.centuſſis.beſſis.treſſis.octuſſis.decuſſis.bigeſſis.In libris digeſtorum titu.de vulgari & pupillari ſubſtitutione.l.ſi pater.vt vnus ſemis apđ te maneat.Perſi.curto cẽtuſſe licetur.& Lucil.apđ Gel.lib.ij.fauni cẽtuſſeſq; miſellos.Adiectiua dabis cõia.qꝛ noĩa adiectiua ſub hac terminatiõe cõia ſunt duorũ gñerũ.vt hic & hæc nobilis,fortis.breuis.tricuſpis quoq; & ſi nõ habet genꝰ neutrũ tricuſpe:põt tñ in obliqs caſibus etiã neutris iũgi.Oui.j.meta.poſitoq; tricuſpide telo. Sãnis.itis.nõ ſolũ vtriq; ſexui aptari põt autore Cæſ. in.lib.de analogia,verũ etiã antiqores hoc ſãnite ꝓtulerũt:vt Neuiꝰ in carmĩe belli punici.Liuius tñ.lib.x.ab vrbe.nõ eſt auſus gñi fœminio aptare:cũ nuſq̃ repiatur niſi maſculino.ait enim cohortiũ ſãnitarũ paulip recrudutt pugna.Dis.tis. qđ etiã neutro iũctũ inuenitur.Hor.j.ſer.bruto prætore tenẽte ditẽ aſiã.Lu.in.iiij.nõ illic lybi cæ poſuerũt ditia gẽtes tẽpla,atq; etiã in ſingulari hoc dite:qđ Priſ.negat repiri poſſe. Flac.tñ.ij.argonau.nõ pprios nõ dite ſolũ nõ vlla parẽti regna peto. Teſtis plærũq; gñi neutro cõiũctũ repitur,vt Lu.in.ix.teſte tulit cælo victi decꝰ oriõis et Hor teſtis metaurũ flumẽ.et Propitiꝰ ſydera teſtes.et Hier.ad cuſtochiũ.teſtis ẽ tribunal:añ qđ iacui.Sũt q putẽt his præceptiõibꝰ deeſſe pauca noĩa q̃ iuniores grãmatici poſuerũt.bipẽnis.altilis.molaris.Sed opinor hi nõ putabãt hæc noĩa triũ gñerũ eſſe,ſed cõia qđ ſi vſpiã q̃ſi ſubſtãtiua repiãtur:illius erũt gñis cuiꝰ ẽ ſubſtãtiuũ qđ ſubĩtelligitur:vt hic et hæc bipẽnis et hoc bipẽne decliat.Ver.xi.æñ.ferro ſonat alta bipẽni fraxinꝰ.Idẽ tñ q̃ſi ſubſtãtiuũ poſuit.ij.æñ.corrupta dura bipẽni robora pfringit.Eodẽ mõ hic et hæc altilis et hoc altile decliatur. Pli.lib.xix.heu pdigia vẽtris,ecce altiles ſpectãtur.aſparagi.Idẽ in.ix.cochleæ quoq; altiles gancã implerẽt.Cũ vero.Iuue.dixit ad nos iã veniet minor altilis gallina intelligitur: qđ Mar. expreſſit ĩ diſt.cuius titulus ẽ gallinæ altiles.Eadẽ quoq; rõe hic hæc molaris declinatur a mola poſſeſſiuũ:ſed cũ dixit.Iuue. preſſoq; diu ſtridere molari.intelligitur dẽs.& cũ Papi.v.theba.vaſtæq; ſudes fractiq; molares:intelligũtur lapides.qđ Verg. expreſſit Aetna.qppe mollaris illꝰ incẽdij lapidis.et paulopoſt ardẽti lapidẽ cauſã eẽ molarẽ.Græca noĩa ſub hac terminatione fœminĩa ſũt plærũq;:ſed repiũtur aliqñ maſculina:vt apđ Verg.iij.geor.et lapidis arua timaui.¶Nomẽ ĩ.os.q. noĩa ĩ.os. finita gñis ſũt maſculini,vt.ros.mos.flos.labos.vapos.lepos.colos. p eo qđ color.Pli.li.xxxv.glebis ſuꝰ colos:et fere nũq̃ aliter ĩ caſu noĩandi vtitur.Heros.ois.cuiꝰ fœmin.ẽ heroina vl herois vl heroiſſa.Fœminĩa vo ſũt duo hæc cos.tis,hæc dos.tis. q̃ alio mõ hæc cautes.is.decliatur ppter eã affinitatẽ q̃ ẽ iter au.diphthõ.& .o.Arbos quoq; alteriꝰ teriatiõis genꝰ ſeqtur,ſed neutra ſũt hoc epos.i.genꝰ carmis.Ho.j.ſer.forte epos acer vt nemo variꝰ dicet.Mar.ſcribebamꝰ epos.cœpiſti ſcribere:ceſſi. Argos.Ouid.j.de reme.vacuũ litibꝰ argos erat.Lu.ĩ.vj.vbi nobile quõdã nũc ſup argos arãt.Chaos.i.Idẽ ĩ.ij.ĩ chaos ãtiquũ cõfũdimur.Melos.i.Perſiꝰ cãtare credas pegaſeium melos.q̃q̃ rõ carmis nũ melos ſed carmẽ recipiat.Os.oris.Verg virgis os habitũq; gerẽs.Os.oſſis,Cato.ſi qs mẽbrũ rupit:aut os fregit:qđ etiã oſſũ ĩ ãtiqores declinabãt ſic.Pac.oſſũ ĩhũatũ dixit.

[Com]munia duorũ generũ ſunt bos bouis. Verg. ille meas errare boues. Cuſtos. dis. cõmune duorũ eſſe cũ oẽs fatetur: tũ maxime Seruius exponẽs illud Verg. vi. æñ. cernis cuſtodia qualis, nã cum de Teſiphone poeta loqueretur: cuſtodia ꝓ cuſtos vſurpatũ eſſe dicit. Iuue. etiã neutro iunxit, dicens. tituliq; cupido hæſuris ſaxis cinerum cuſtodibus. Sacerdos. tis. Verg. in. i. æñ. donec regina ſacerdos Marte grauis. Gell. lib. ix. fœmininũ protulit ſacerdotiſſa. eædem (inquit) cerimoniæ ſunt quas flamina ſacerdotiſſas diales ſeorſum aiũt obſeruitare. Superioribus etiã iunguntur ab hic & hæc potis & hoc pote cõpoſita. ſunt aũt duo. hic & hæc cõpos. tis. impos. tis. Ouid. i. de arte. I ſequere & voti poſt modo cõpos eris. Hora. in poe. poſt etiã incluſa eſt voti ſentẽtia cõpos. Gell. in. i. non idoneus ad dicendũ, ſed ad tacendũ impos. ¶ Vs declinatum, ꝗ noĩa ſecũdæ & quartæ declinatiõis in. us. finita generis ſunt maſculini: vt hic deus. i. dñs. i. ſenſus. us. auditus, us. Fœminina uero ſunt quæ hoc loco explicãtur. hæc Aluus. i. Verg. ij. æñ. in latus inq; feri curuã cõpagib⁹ aluũ. Acti⁹ maſculinũ protulit. Maia nemus retinẽs grauido cõcepit in aluo. Humus. i. quod generis fœminini ſemꝑ reperit[ur]. Vannus. i. Verg. i. geor. & myſtica vannus Iacchi. Ficus. i. vel ficus. us. qđ ꝓ arbor e ex generali ſignatiõe. ij. & iiij. declinatiõis fœmininũ reperitur. Iuue. ad quæ diſcutienda valẽt ſterilis mala robora fici. Cice. de ora. vxorem ſuã ſe de ficu

Eſt commune duum bos, cuſtos, atq; ſacerdos.
Et quæ cõponit potis & pote. cõpos & impos.
Vs. declinatum per quartam: ſiue ſecundam
Dic maribus iunctum. Sed fœmineis referãtur
Aluus, humus, vãnus, ficus, dom⁹ & col⁹ addes.
Porticus; atq; trib⁹, ſuperaddis acuſq;, manuſq;.
Et quæ vertentes permutant græca latinis:
Hoc plærũq; gradu; maribus quãdoq; reponis.
Hæc tria neutra facis, virus; vulgus; pelaguſq;.
Tertia quod nomen declinat: dicito neutrum.
Sed duo maſcula ſunt lepus & mus. iũgitur illis
Pus podos; hoc eſt pes: & quę componis ab illo.

ſuſpendiſſe dixit. Pro pomo quoq; reperitur vtriuſq; declinationis gñis fœminini, aliqñ etiã maſculini: ſed ſecũdæ declinatiõis. tamen Sueto. in Aug. caſeũ bubulũ manu præſſum & ficus biferas petebat. Pli. quoq;. lib. xv. ficos & ficus ſub gñe fœminino protulit ꝓ pomo. Var. in. i. de re ruſt. fici (inquit) quẽ edim⁹. et Lucil. apud Noniũ Marcellũ ficuti cũ primos ficos: propalã recẽtes ꝓtulit: precio ingẽti dat primitus primos. Pro morbo vero gñis eſſe maſculini atq; ſcđæ declinatiõis teſtatur Mart. cũ. i. epiſtola, li. ſcribit, dicem⁹ ficus Cæciliane tuos. quẽ verſum ego nõ ignoro a diuerſis autorib⁹ aliter atq; aliter legi. Priſ. etiã ꝓ morbo quartæ declinatiõis eſſe putat gñis maſculini, atq; ita legit. dicemus ficus Cæciliane tuos. Valla ꝓ morbo gñis maſculini. Priſ. aſtipulatur: ſed de declinatiõe ab eo diſſentit: cõtendit, ꝗ ſic debere legi carmen: dicemus ficos Cæciliane tuos. Geor. Merula nõ putat Mar. in ioco de morbo ſenſiſſe: ſed de ipſo arboris pomo. Neq;. n. vt ait: illi erat cũ Cæciliano contentio: niſi de nominis declinatione: quemadmodum voluit Ariſt. interpres in lib. ele. ac ſi poeta voluiſſet dicere. neq; dicemus ficus: quas ſcimus in arbore naſci: ſed dicemus ficos tuos. i. quẽadmodũ tu ſentis. quod, ſ. ficus ꝓ pomo gñis ſit maſculini. Nã quod Galeotus Martius expoſuit. dicemus ficos tuos, i. ſeruos & familiares ficoſos: ridiculũ eſt. Quod vero Geor. putat Martialem non fuiſſe adeo impudentẽ: vt tã illoto atq; illiberali ioco vteretur: ego nõ intelligo cur tã bene de illo ſentiat: cũ ſint illius poetæ alij ioci multo turpiores, neq; in eo Merulæ aſſentior: qđ putat ficũ ꝓ morbo nõ ꝑtinere ad anni circulũ, ſed tãtum ad caput; eũq; eſſe, quẽ græci ſycoſim vocãt: cũ Mar. idẽ, atq; Verg. in priape. in illũ podicis morbũ ſæpe iocentur, qđ de morbo capitis frigidiuſcule diceretur. Groſſus quoq; ꝓ fico cum pomũ ſignat tũ gñis maſculini tũ fœminini reperitur. Celſus, lib. v. groſſi (inquit) in aqua cocti. Pli. lib. xv. deprehẽſaſq; in his hyeme groſſos. Domus quoq; & Colus vtriuſq; declinatiõis reperiuntur, ſed de domo lib. i. diximus. de colo. Iuue. ſed graue tardas expectare colos. Cic. ij. de ora. quõ ad me venis cũ tua colu & lana. Porticus, us. tribus, us. acus. us. manꝰ. us. fœminina ſunt quartæ declinatiõis: niſi qđ acus. i. ꝓ piſce gñis eſt maſculini declinatiõis ſcđæ. Et quæ vertẽtes, ꝗ noĩa græca in. os. finita q̃ trãſeũt ad noſtrã declinationẽ, os. mutata in. us. plærũq; ſunt fœminina, vt hæc papyrus. i. Mar. perdite niliacas muſæ mea dãna papyros. Hæc biblos. biblus. i. Luca in. iij. Nõdum flumineas memphis cõtexere biblos. Cryſtallos. allus. i. Verg. in priape. rigetq; dura barba iuncta cryſtallo. Coſtos. coſtus. i. Catullus. Regia quã ſuaues expirãs coſt⁹ odores. & Luca. in. ix. coaq; coſtus. Smaragdos. ſmaragd⁹. i. Pli. li. xxxvij. ſmaragdus in qua exculpta fuerat Amymone. quãq̃ idẽ autor frequentius utitur gñe maſculino. quẽadmodũ & Mar. ſcythas ſmaragdos appellauit. Phaſellus quoq; & ſi gñis ſit fœminini apud græcos, Catullus gñe maſculino dixit. Phaſellus quem uidetis hoſpites: aiunt fuiſſe nauiũ celerrimũ. Dicit igitur: tu repones plærũq; in hoc gradu. i. inter fœminina illa quæ uertentes, i. interpretes, qui ex ſermone græco in latinũ interpretãtur qñq; terminationẽ latinã reſpiciẽtes: repones illa maribus. i. inter maſculina. ut in illo uerſu, inſula cincta mari dixim⁹. Tria [hæc] reperiũtur gñis neutri. hoc Virus. i. Mar. Vir⁹, ut hoc alio fallax ꝑmutet odore. Vulg⁹. i. Verg. ij. æñ. Scinditur incertũ ſtudia ĩ cõtraria uulg⁹. Idẽ in eodẽ quoq; maſculino gñe ꝓtulit dicẽs: & ſpargere uoces in uulgũ ambiguas. Saluſt. i iugur. uulgũ effuſum oppido cedere. Pli. li. viij. id uulgũ credidiſſe uideo. Pelagus. i. ſpecus quoq; antiquores tũ gñe fœminino, tũ neutro ꝓtulerũt. Gel. li. vij. ſpecũ quadã nactus remotã tenebroſãq; penetr[a] & Pac. aduenio in ſcripuloſam ſpecũ. Cato ſpecu oppoſita quo aqua deuia abiret. frequẽtius tñ maſculinũ repitur. Hora. i. j. car. quos [ri]gor in ſpecus. Oui. iij. meta. Eſt ſpecus in medio ſiluis & vimine dẽſus. Genus. i. ꝓ eo qđ eſt genu: quẽadmodũ ſupra de noĩb⁹ in. u. terminatis dixim⁹, gñis eſt neutri. Penus. i. pen⁹, us, ꝑ ſcđam & quartã gñis ſũt maſc[uli]ni uel fœminini. hoc pen⁹. oris. tertiæ ſemꝑ eſt neutrũ. Plau. i pſeu. niſi mihi annu⁹ penus ab amatorib⁹ cõgeritur. Luc[ilius] ma[]gno pen⁹ paruo ſpacio cõſũpta peribit. Eſt præterea titulus ĩ lib. digeſt. de penu legata ſed ibidẽ frequẽtius hoc pen⁹. oris. legimus, quẽadmodũ apđ Hora. portet frumẽta penuſq;. Affranius quoq; in penus herile dixit: ab eo qđ eſt hoc penus. Sexus quoq; neutro gñe Plau. in Rudẽte ꝓtulit. dicẽs. virile ſex⁹ nũq̃ vllũ habui. ¶ Tertia qđ nomẽ, ꝗ noĩa in. us deſinẽtia tertiæ declinatiõis gñis ſunt neutri: vt hoc tẽpus. oris. corpus. oris. ſydus. eris. vulnus. eris. rudus. eris. ꝗ (ut diximus) ruder quoq; ruderis declinatur Maſculini uero ſunt duo. hic lepus. oris. hic. mus, ris. Iungitur illis, ꝗ hoc nomen pus podos, quod ex græco

*interpretatur pes pedis. & ab eo cōpoſita ſunt gn̄is fœminini. vt dipus.odis.tripus.odis.decap9.odis. daſipus.odis.lagop9.odis.imantopus.odis.ſcropus.odis.ſacropus odis. Fœminina ſunt octo tantum hæc virtus.utis.iuuentus.utis.palus.udis.ſalus.utis. & quod dat ſeruio nomen.i.verbale ſiue participiale nomē ab hoc verbo ſeruio,is.hoc eſt ſeruitus. utis.pecus.udis.p vna tantū gregis animāte.nam p toto grege hoc pecus.oris. dicitur.incus.udis.ſenectus.utis. Subſcus.udis.fœmininum quoq; eſſe oſtendit Pacu.apud Feſtum dicēs,nec vlla ſubſcus prohibet cōpagem.require in declinatione.*

Fœminei generis ſunt virtus: atq; iuuentus.
Et palus:atq; ſalus. & quod dat ſeruio nomen.
Atq; pecus pecudis;incus;ſubſcuſq;;ſenectus.
Sint coniuncta tribus vetus,intercuſq;. Duob9
Sint coniuncta tibi tria tantū;ſus,lygus & grus.
Maſculus eſt hic præs.Sed neutrū dicitur hoc æs.
Et duo fœminea laus laudis; fraus q́q; fraudis.
S,muliebre datur:ſi conſona iungitur illi.
Attamen eſto mas fons:dens;pōs;tabificus ſeps
Et cū mōte calybs;& arabs.polyſyllaba iunges:
In quibus anteuenit.p.littera.qđ pbat hydrops.
Et partes aſſis.Tamen eſt commune duorum
Cælebs & princeps.infanſq;;bifronſq;; parēſq;:
Adiectiua tribus iungunt ſua ſignificata.

*Sint coniuncta tribus.q. huius ordinis duo noīa reperiuntur cōia trium generum.hic hæc hoc vetus.eris.pro quo antiquiores.veter.eris.dicebant. Actius. veter fatorū terminus ſic iuſſerat:vnde etiā ſuperlatiuum declinatur veterrim9. Intercus quoq; intercutis cōmune trium eſt.Gell.libro xvij.liberatū ſe eſſe aquæ intercutis morbo,idē.lib.ix.intercutib9 ipſi vitijs madentes.quemadmodū & Cato dixerat intercutibus ſtupris inquinatus. Duobus ſint coniuncta,quod duorum generū cōia tria tantum reperiuntur.hic & hæc Sus.is. Verg.iij.Geor. denteſq; exacuit ſabellicus ſus.Idem.iij.æn̄.inuenta ſub ilicibus ſus.Ligus vel lygur vt ſupra diximus.cōmunis duorū generū eſt.ſed vt ego ſuſpicor lygur gn̄is eſt maſcu. lygus vero cōis duorū. Grus.is.Verg.j.Geor.ſtrymoniæq; grues.Hor.ij.ſer.diſcerpta ferētes mēbra gruis ſperſi.¶ Maſculus eſt hic præs.q. in.æs.diphthōgō finita duo tantū reperiuntur:hic præs.dis.maſcu.& hoc.æs.eris.neutrum. Et in.aus. quoq; diphthongon.itidem duo fœminina,hæc laus.laudis, fraus,fraudis.¶ S.muliebre datur.qđ noīa finita in.s.habentia conſonantem ante.s.gn̄is ſunt fœminini.vt hæc puls.tis.hyems.is.glans.dis.ars.tis.frons.dis.pro arboris folio:qđ etiā hæc frondis declinatur.frons.tis.Verg.j.æn̄.frōte ſub aduerſa ſcopulis pēdentibus antrū.Idem in.vj.ſed frons læta parū & deiecto lumine vultu.Gel.tū.lib.xiiij.tū rōe analogiæ tū autoritate antiquorū cōtendit rectius debere proferri frons in gn̄e virili q̄ in fœminino:citatq; Ceciliū:qui ait.nā ij ſunt inimici peſſumi fronte hilaro,& Cato.in.vj.originū dicentem. poſtridie ſignis collatis æquo fronte pugnauit. Probat etiā ex proportiōis rōe:quia oīa noīa in.ns.terminata ſi adiectiua nō ſunt: maſculina ſemp reperiuntur.vt hic mōs,pōs,fons,dēs,q̄ pcul dubio maſculina ſunt. Seps quoq; ſepis maſculinū ē.p ſerpēte.addidit igitur tabificus alludēs ad illud Luca.lib.x,oſſaq; diſſoluēs cū corpore tabificus ſeps,hūc Pli.lib.xx.ſepa in gn̄e fœminino poſuit.multipedem(inqt)ſepā græci vocāt oblōgā.piloſis pedibus pecori præcipuæ nociuā.Idē.xxxij.ceraſtē:ac:tquas ſepas vocāt.Chalybs.bis.ſiue p illis ponti prope Paphlagoniā populis:ſiue p metonymiā p ferro.Verg.j.geor.at chalybes nudi ferrū:quod ex porportione eo modo facit fœmininū chalybiſſa:quo arabs.iſſa.Hiero.in prolo.Iob.& accepit vxorē arabyſſam.Lybs quoq; pro vento quem latini aphricū appellāt:ex ſignificatione gn̄ali maſculini gn̄is eſt:vt reliqua ventorū noīa.Polyſyllaba iunges.q. noīa pluriū ſyllabarū in.ps.deſinentia maſculini generis ſunt,vt hic hydrops:opis.merops.opis.epops.opis.aurops.opis.cyclops.opis.adeps.ipis.manceps.ipis.æthiops,opis cuius fœmininum Hiero.poſuit æthiopiſſa.æ.numeri.xij.locutaq; eſt Maria & Aaron cōtra Moyſem p vxore eius æthiopiſſa.Reperitur tamen forceps genere fœminino.vt apud Ouid.ij.meta.quē forcipe curua faber duxit.Per.labefactent forcipe adunca.Et partes aſſis.q. partes aſſis ſiue p libræ duodecim vnciarū:ſiue pro ſolida hæreditate gn̄is ſunt maſculini.vt hic triēs,entis.quadrans.antis:quincuns.uncis.ſextās.antis.ſeptuns.cis.dodrās.antis.dextans.antis.decuns,uncis.deuns.uncis.Iuue.nec habet quem porrigat ore triētem.Mart.& quadrans mihi nullus eſt in arca.Priſ.de ponde.ſeptūcem dempto quincūce vocarunt. Dodrantem reliquū vocem quadrāte retrato.At ſi dextātem retrahas erit illi decunces.Tamē eſt cōe dorū,quod quiuq; noīa q vno verſu cōplexus eſt:cōia ſunt duorū generū. Celebs.Hora.de ſeipſo.iij.car.martius.cælebs quid agā calendis.Idem.j.epla.nil.ait eſſe prius,melius nil cælibe vita.Princeps.Iuue.cytharoedo principe natus.Verg.x.æn̄.tu mihi nūc pugnæ princeps:& puella tu diua ſecundo.Pro quo iuniores dixerunt principiſſa:ſicut a dux duciſſa:a comes comitiſſa. Infans pro puero & puella,qui per ætatem nōdum fari poſſunt:nam p non loquente cōmune eſt triū generū.& ſic dicimus ora infantia.& homo infantiſſimus.Bifrons duas habens facies.Verg.xij.æn̄.ianūq; bifrontem:& ſic rem quāpiā bifrontē poſſumus dicere.& Dianam trifrontē,quēadmodū.Verg.iiij.æn̄.tria virginis ora Dianæ.& eundē Ianum quadrifrontē:autore Macro.& Mar. Parēs vterq; i.pater & mater.Verg.v.æn̄.ſalue ſancta parēs.Idem in.ij.alma parens confeſſa deā.¶ Adiectiua tribus q. nomina adiectiua rōe ſignationis cōmunia ſunt trium generū,vt hic & hæc & hoc prudēs.ingens.diſcors.iners.inops.& a capite compoſita.vt biceps.anceps.& a capio.is.vt particeps.municeps.quāq̄ in plurali vix poſſent neutris iungi:quod aliud ſignificare viderentur municipia.partipicia,ſed manceps.ipis.(vt diximus)eſt generis maſculini:quod tantū viris eius ſignificatio cōpetit:quemadmodū ediuerſo forceps generis eſt maſculini:tametſi a capio declinetur. Quod vero de torrens quidā obijciunt.ij mihi nō vidētur intelligere quid torrens ſignificet:neq; enim tantū eſt fluuius tēporarius:ſed etiā quicqd fluit.vt Iuue torrens dicēdi copia.& alio loco.Ipſo inquit torrentior.Vergilius. in buc.torrentia flumina dixit.Nefrens quoq; p ablactato porcello ab eo dictus,vt Varro in.iij.de re ruſti.ſcribit: qđ nōdū fabā aut glandē frēdere(hoc eſt)frangere poteſt,ex ratione ſignationis nunq̄ repitur niſi gn̄is maſculini,quia ſemp ſubintelligitur porcellus:nec de alia re dicitur.*

Neutrum pone caput;git;ſinciput;ocipput;& frit.
Si monoſyllaba ſunt & in.x.& infinita;referto
Fœmineo gñi;ſed thrax;phryx maſcula.rex.grex
Et calx cũ pedis eſt.nam calx hæc ſtringit arenã.
Ad duo dux facies cõmune.huic adijce cõiux.
Sunt polyſyllaba in.ax.tibi tantũ maſcula thorax;
Nicticorax;limax;dropax; cum ſtorace abaxq;.
Et duo fœminea tibi ſunt cum ſmilace fornax.
Ex.finita tibi ſunt maſcula.fœminea halex:
Et forpex,vibex;carex;imbrexq; ſupellex.
Quod fit in.ix.nomẽ muliebre eſt.Excipe fornix.
Atq; cilix; phœnix & onyx;maſtix & iapix.
Atq; calix & oryx;natrix;calixq;;varixq;.

¶ Neutrum pone caput.in.t.neutrũ reperitur hoc caput.itis.& duo cõpoſita ab illo.ſinciput.pitis.& occiput.pitis,nã inſerciput quod quidã dixerunt nõ eſt latinũ.Iuue.comedã ego flebile nati ſinciput.& Perſius.occipiti caeco poſticæ occurrite ſannæ.Plinius,& Celſus nunq̃ occiput,ſed ſemper occipitiũ appellant.& Sueto.in Caiũ.comatos quotiẽs ſibi occurreret:occipitio deturpabat.Duo quoq; reperio neutra indeclinabilia.hoc git.frit.Plinius.lib.xx.Git ex græcis alij melãthiõ,alij melanſpermõ vocãt,optimũ q̃ excitatiſſimi odoris,& q̃ nigerrimũ.Eſaiæ cap.xxviij.Seret git.& ciminũ ſparget.Varro.j.de re ruſt.illud.autẽ in ſumma ſpica iã matura,qđ ẽ minus q̃ granũ:vocatur frit.¶ Si monoſyllaba.q.monoſyllaba ĩ.x.deſinẽtia gñis ſunt fœminini.vt hæc pax.fax.lanx.nix.nox.lux.Maſcula vero ſunt hic thrax.Hora.thrax eſt gallina ſyro par.eius fœmininũ eſt thraiſſa.nõ threiſſa,nã ai dephthõgus eſt græca quæ ſoluitur.nõ.ei.vt notauit Geor.merula in illud Verg.j.æñ.Vel qualis equos thraiſſa fatigat harpalice.Phryx.is.cuius fœmininũ eſt phrygia.Verg.x.æñ.O veræ phrygiæ.neq; enim phryges:hoc eſt,o veræ fœminæ Troianæ,& non Troiani.Rex.gis.Grex.gis.Calx.cis.pro ea pedis.parte,qua terrã calcamus.vt Seruius inquit in illud.Verg.v.æñ.Calcẽq; terit iã calce diores.Apul.vij.meta.Expugnata patiẽtia mea calces validos extulerã.Repitur etiã fœmininũ in hac ſignatiõe.Verg.ix.æñ.Quadrupedẽq; citum ferrata calce fatigat.Cice.j.thuſ.Nunc video calcem.ad quã cũ ſit decurſum.Gel.lib.xiij.Curſus eorum ad eandẽ virtutis calcẽ tẽdentiũ.nã vtrobiq; ꝑ translationẽ pro fine ſiue extrema alicuius rei parte accipitur,ſicut plãta corporis eſt terminus.Calx quoq; ꝓ lapide in cineres ignibus ſoluto,qua vtimur in ſtructuris gñis eſt fœminini.ideo dixit hæc calx ſtringit arenã,quia ſine calce intritũ ex terra ſiue argilla facile ſoluitur.Vñ Caius Cæſar autore Trãquillo Senecæ genꝰ dicẽdi aiebat eẽ arenã ſine calce.Duorũ generũ cõmune eſt hic & hæc dux.Verg.j.æñ.Dux fœmina facti,ꝓ quo(vt ſupra memorauimus)quidã perperã dicũt duciſſa.Coniux quoq; duorũ generũ cõmune eſt,quod extra ordinẽ inter monoſyllaba poſuit,quia ſolũ cũ duce in genere cõueniebat.¶ Sunt polyſylla in.ax.q.noĩa polyſyllaba in.ax.deſinẽtia pauca reperiũtur.hæc fere.thorax.acis.Silius.lib.iiij.Paſſurus dextera atq; irrita vulnera thorax.Verg.xj.æñ.Bis ſex thoraca petitũ perfoſſumq; locis.Nicticorax.acis.qđ generis eſt maſculini apud græcos quẽadmodũ & corax vnde deriuatur,interpretatur enim nycticorax coruus noctis.Limax.acis.Colu.Implicitus cõchæ limax hirſutaq; campe.Dropax.acis.Serenus.necnõ oppoſito curãtur dropace mẽbra.Mart.lib.x.Leuis dropace tu quotidiano.Storax.acis.Verg.in ciri.Nõ ſtorace ideo flagrãtes picta capillos.declinatur etiã ſtyrax.acis.ſtirace.es,ſed hoc vltimũ genere fœminino.Abax.acis.q.teſte Priſcia.idẽ eſt quod abacus.ci.Iabole.lib.xxxij.dige.qui eſt de legatis.iij.l.hæres.Cui corinthia(inquit)vaſa legata eſſent,abaces quoq; eorũ vaſorũ collocãdorũ cauſa paratos videri,ꝓ quo in oĩbus fere codicibus extrita.a.littera.baces nihili verbũ reperitur.Duoq; dicit fœminina reperiri.Smilax.acis.ſpecies hederæ eſt.ut refert Pli.lib.xvj.In quam puella fuiſſe cõuerſa dicente.Ouid.iiij.meta.Et crocon in paruos verſum cũ ſimilace flores.Fornax.acis.eſt q̃ græce dicitur caminus.¶ Ex finita tibi.q.noĩa deſinentia in.ex.maſculina ſunt.vt hic pulex.veruex.pollex.vertex.Fœminĩa vero ſũt halex.ecis.nã ꝓ piſce.et ꝓ garo gñis eſt fœminini:quẽadmodũ probauimꝰ cũ de noĩbus in.c.finitis dictũ eſt.Forpex quoq; ſicut forceps gñis eſt fœminini.nã alterũ ab altero per antiſtechon dictũ eſt.Vibex.icis.Perſi.ſi putea multa cautus vibice flagellas.Carex.icis.Verg.iij.geor.Et carice paſtus acuta.Imbrex.icis.Pli.lib.xxxv.Primuſq; perſonas regularũ extremis imbricibus impoſuit:quæ inter initia ꝓtotypa vocantur.Seruius in illud.Verg.iiij.geor.Anguſtiq; imbrice tecti licet(inqt)hic imbrex lectũ ſit:melius ſecũdũ Plau.hæc imbrex dicitur(ait enim)fregiſti imbreces meas.Idem in milite.q.meas fregiſti imbrices & tegulas.Supellex lectilis.Perſi.noris q̃ ſit tibi curta ſupellex,Culex Plau.ĩ caſſina.gñe fœminino ꝓtulit,dicẽs.Eho tu nihili cana culex.¶ Quod fit in.ix.q.noĩa in.ix.deſinẽtia fœminina ſunt.vt hæc perdix.cornix.filix.lodix.Iuue.Magnæ mentis opus nec de lodice par ãda.q̃q̃ Aſinius Pollio ſermõis latini autor exactiſſimus hos lodices genere maſculino protulit.vt Quin.lib.j.refert.Maſcula vero ſunt hic fornix.icis.Auienus in arato.Demittat gemino ſe fornice circulus.Cilix.icis.Luca.O nunq̃ pacate cilix.a quo fœmininũ eſt ciliſſa.Ouid.j.faſto.Et ſonat accẽſis ſpica ciliſſa focis.Phœnix.icis.pro aue.& pro vento.& pro quacunq; re maſcula ex phœnice regione:nã fœmininũ mittit pheniſſa.Verg.j.æñ.hunc pheniſſa tenet Dido.& in.iiij.æñ.at nõ infœlix animi phœniſſa.Onyx.chis.Luca.in.x.totaq; effuſus in aula calcabatur onyx,& Mart.vnguentũ quod paruus onyx.ab eo cõpoſitũ ſardonyx.vt ſtatim dicemus etiã fœmininũ reperitur.Maſtix.gis.qđ flagellũ interpretatur:a maſtico,vel maſtizo.quod eſt flagello.as.hinc dictus Homero maſtix.Vergiliomaſtix.Cicero.maſtix Homeri,Vergilij,Ciceroniſq; reprehẽſor,ſiue flagellũ.Pli.in proœmio librorũ natu.hiſto.Vt obiter hos fugiã homeromaſtigas.Gel.lib.xvj.Lertiã licinius:cuius liber etiã fertur infando titulo ciceromaſtix.Iapyx.igis.pro vento:qui ſpirat ab Apulia.Hora.in.iij.car.Ne quid albus peccet iapyx.Calix.icis.pro vaſe potorio.Idẽ.Fœcũdi calices quẽ nõ fecere diſertum.Oryx.igis.Iuue.& getulus oryx & phœnicopterꝰ ingens.Natrix.icis.pro ſerpente.Luca.in.ix.& natrix violator aquæ.q̃q̃ Luci.fœmininũ ꝓtulit,dicens.Si natibus natricẽ impreſſit craſſam,& capitatã.Calyx.ycis.pro echino glãdis ſiue caſtaneæ.Pli.lib.xv.armatũ his echinato calyce vallum.dicitur autẽ calyx a calypto quod eſt velo.as.vnde eſt Apocalypſis.reuelatio.Varix.icis.Celſus.lib.ij.At varix ortus vel per

*ora venenarũ ſubdita profuſio ſanguinis. Spadix.icis.Vergilius in.iij.Geor.honeſtæ ſpadices.Gell'. libro.ij. Palmæ termes ex arbore cum fructu auulſus ſpadix dicitur. Bombyx pro materia illa: ex qua fiunt veſtes, generis eſt fœminini. vnde & Plinius.libro.xi.Caput inſcripſit de bombyce coa. Et in eodem. Aſſyria inquit bombice fœminis credimus. pro verme,ad genus generale referri debet:vt ſit hic bombyx vermis. hæc bombyx lanugo illa. Martialis.bombyx pendulus vrget opus. ¶ Voluox.ocis.ex terminatis in.ox. tantum maſculinum eſt:eſt.n.vermis:qui & conuoluolus & inuoluolus dicitur. ¶ Fœminina vero ſunt Solox.ocis: pro lana hirta:quãq̃ poteſt etiam trium generum eſſe commune,vt apud Lucilium.montano hirco atq; ſoloce, & Tintinius,lana ſoloci ad purpuram data. Celox.cis. quoq; quod eſt genus nauis apud Plinius in ſeptimo alioſq; autores.Phalanx quoq; additur ſuperioribus.Vergili⁹.ij.æneid.etiam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. & Iuue.iunctæq; vmbone phalanges. ¶ Sirynx pro fiſtula ſic dicta a ſyringe nympha in calamum paluſtrem conuerſa. Ouidius.ij.meta. nymphæ ſyringa vocanbant. Menynx,menyngis.pro panniculo cerebri: quo verbo etiam nunc vtuntur medici. nam pro inſula Aegypti ad regulam generalem refertur. Iynx.auicula eſt quæ latinæ dicitur torquilla ſiue turbo.de qua Ariſt.libro.ij.de animalibus.& Theocritus. Generis quoq; maſculini ponit quattuor thominx.cos.quam nos appellamus thomicen. Spelinx.gos.q̃ interpretatur ſpelunca.Pharynx.gos.pro fauce gutturis, & Larinx.gos.pro ipſo gutture: quas Galeni interpres pharyngas & laryngas appellat.*

Quę dãtibus marib⁹;voluox quoq; iungitur illis.
Fœmineis addes ſolox;celoxq;phlanxq;.
Sirynx & menynx,& iynx. Sed maſcula ſunto,
Thominx thomicos;ſpelinxq; pharinxq;larinxq;.

## ¶ De Genere dubi.

AMbigui generis tibi tradunt pauca poetæ
Cum talpa;dama;cardo; panthera;cupido.
Et margo;bubo;finis;cum puluere clunis.
Torqs;ſtirps & adeps;cũ ſcrobe ſpecuſq; penuſq;.

*DE genere dubio. Septem ſunt gña nominum quemadmodũ libro inſequenti dicturi ſumus.maſculinũ.fœmininum neutrum,cõmune duorum,cõmune trium,promiſcuum,dubium.ſed de quinq; prioribus hucuſq; dictum eſt.promiſcuum etiã ad genus terminationis refertur. Nunc vero de genere dubio dicit eſſe pauca nomina:quæ autores alio genere auſi ſunt proferre:quã vſus atq; garmmatices regulæ exigebant,vt Talpa.Dama.cũ ratione terminationis generis ſint fœminini.vt apud Hora.i.carmi.& ſuperiecto pauidæ natarunt æquore damæ.Vergili⁹.autoritate ſua verũq; ſub genere maſculino protulit,vt in bucco.cum canibus timidi venient ad pocula damæ.& .i. Geor.aut oculis capiti fodere cubilia talpæ.Quint.lib.ix.fiũt & circa genus figuræ in nominib⁹.nam & oculis capti & damæ timidi a Verg.dicuntur,ſed ſub eſt ratio,quia ſexus vterq; altero ſignificatur: Panthera nuſq̃ niſi gene fœminino legi.vt apud Hora.ij.epiſtola.diuerſum confuſa genus panthera camelo.apud græcos tñ panther.eris.maſculinum eſt.Cardo.inis.cũ plæriq; omnes genere maſculino protulerunt:Grachus in atalanta proportionem ſecutus dixit.o grata cardo regiũ egreſſum indicans. Cupido.inis. pro deo amoris.generis eſt maſculini vel ex regula ſignificationis generali cõpertum habemus:nam pro cupiditate fœmininum eſt ratione terminatiõis.Hora.tamen in hac etiam ſignificatione maſculinũ protulit.ij.carmi.dicens,cupido ſordib⁹ aufert. ¶ Margo.quoq; ratione terminatiõis fœmininũ eſt:vt apud Iuue.ſummi plena iã margine libri. Papi.tñ.ij.the. dixit:ſoluerat heſperij deuexo margine põti. Bubo e diuerſo generis eſt maſculini. Ouid.v.meta.ignauus bubo dirũ mortalibus omen.Idem.in.xv.eiuſdem.ſtygius dedit omnia bubo. Pli.lib.x.bubo funebris & maxime abominatur. Verg.iiij. æñ.autoritate ſua fœmininum protulit dicens.ſolaq; culminibus ferali carmine bubo. Finis & Clunis ideo ſunt maſculina quoniam.n.habent ante.is.Verg.v.æñ.feſſiſq; ſub ipſum finem aduentabant.& Iuu.ad terrã tremulo deſcendunt clune puellæ.Verg.tamen.ij.æñ.dixit,hæc finis priami fatorũ.& Hora.i.ſer.quod pulchræ clunes breue quod latus. miror q; Seruiũ in illud Verg.hæc finis Priami putaſſe,neq; dici poſſe hic finis,neq; hæc clunis.ait namq; his verbis,omnia latina nomina in anima,ſimplicia,a verbis non venientia,in.nis.ſyllaba terminata maſculina ſunt.in anima propter canis.ſimplicia propter bipennis,a verbo non venientia propter finis.ergo Iuue.bene dixit tremulo deſcendunt clunæ puellæ. Hora.male: quod pulchræ clunes. Puluis.eris.maſculinũ eſt.Hora.i.car aut puluere troico nigrũ melionem:quod etiã ab illo diminutiuum confirmat puluiſculũ. Apul.pro magia.tenuen.candificum.nobilem puluiſculum. Proper.tamen.lib.elegi.i.fœmininum protulit.d.ſit mihi præcipue puluis ethruſca dolor. Idem libro.ij.& duo ſint verſus,qui nunc iacet horrida puluis. Clunis.is.Hora.i.ſermo,quod pulchræ clunes,breue quod latus.Iuue.Ad terrã tremulo deſcendunt clune puellæ.Plau.quaſi lupus ab armis valeo,clunes inflatos fero. ¶ Torquis etiã:vt ſuo loco dixim⁹:frequẽtius fœmininũ q̃ maſculinũ reperitur. Stirps quoq; p arbore.tũ maſculinũ,tũ fœmininũ eſſe teſtatur Ser.in illud Verg.vij.æñ.quorũq; a ſtirpe nepotes.ſtirpẽ (inquit)cũ de gñre dicim⁹,tãtũ fœmininũ eſt,vt idẽ in eodẽ.heu ſtirpẽ inuiſam:cũ de arbore maſculini & fœminini gñis inuenitur.Hor.ſtirpes raptas & pecudes & domos.Sed de maſculino.Verg.ij.geor.admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. Idẽ lib.xij.ſed ſtirpẽ teneri nullo diſcrimine ſacrũ.Adeps.ipis.apud Celſum ſemp fœmininũ repio.vt.v.lib.adipis anſerinæ.apũ Pli.vero ſemp maſculinũ:niſi quid me fallit.nũq̃ enim aliter loquitur,niſi adeps anſerinus.verrinus.humanus.& li.xxviij admixto anſeris adipe ſeuoq; taurorũ. Scrobs.bis.ex gñali regula fœmininũ eſt.Luca.lib.viij.exigua poſuit ſcrobe.Serui. quoq; cõtra artem a Lucano poſitũ miror,cum etiam Ouid.vij.meta.dixerit.ſcrobibus tellure duabus.ait namq; in illud. Verg.ij.Geor.ſcrobibus mãdet mutata ſubactu.nos ſcrobes dicimus gñe maſculino,ſed Luc.dixit cõtra artẽ.exigua poſuit ſcrobe.neq; enim quia Plau.in amphy.dixit ſcrobes effodito ſexagenos:parum latine Lucanũ Ouidiumq; dixiſſe putandi ſunt,immo magis ex arte ſcrobẽ fœminino gñe protuliſſe. Specus.penus.de vtroq; ſatis multa in genere diximus.*

¶Cortex.cis.ſilex.icis.pumex.icis.latex.icis.rõne terminatiõis maſculina ſunt.Verg.raptus de ſubere cortex.& Martial. cortice depoſito mollis echinus erit.Iuue.nec melior ſilicẽ pedibus quæ cõterit atrũ.Verg.vj.æñ.latebroſo in pumice nidũ. Idẽ.in.j.æñ.laticẽq; lyæã.& .iij.geor.Latices infundere cornu lenæos.Iueniũtur tñ autores etiã genere fœminino ꝓtuliſſe. Verg.in buc.muſcõ circũdat amaræ corticis.vbi Seruius ait maſculino potius eſſe vtendũ. In illud quoq; Verg.vij.æñ. ſtabat acuta ſilex:his verbis ſcribit,pene oẽs hũc ſilicẽ dixerũt.nã & Varr.& Lucre.ita dicũt.Tãta tñ eſt Verg.autoritas. vt perſuadeat nobis etiã hãc ſilicẽ dici.Idẽ quoq; Seru. ſcribit in illud Vergilij.Ecce maris magni claudit nos obice põtus.meli9 inquit dicitur hic obex q̃ hæc obex. Ouidius,quas obice firmo clauſerat iliades,ſed de hoc noĩe in defectiuis dicetur.atq; ea cauſa hic nõ poſitũ ẽ. Eo modo Catull.poſuit ſub gñe fœmiñio pumicẽ,quẽ admodũ & Ennius laticẽ.Et aſtius apd Priſcianũ lib. v.nõ calida latice lautus.dixit.Lynx præterea cũ ex regula fœmininũ ſit,vt apud Verg.iij.geor.qd lynces bacchi variæ,Hora.tñ in.ij.carmi.maſculinũ ꝓtulit dicens:nec curat oriõ leões aut timidos argitare lynces. Et lapidis nomen,quia ſardonyx hoc genus carminis nõ recipit,circuitione vtitur dicẽs.q ille lapillus:cuius nomen eſt cõpoſitũ ex ſardus & onyx,eſt gñis dubij. Iuue.radiãt teſtitudine denſi ſardonyches.Idẽ tñ alio loco dixit.atq; ideo cõducta Paul9 agebat ſardoniche. Alia fortaſſe reperiũtur noĩa gñis ambigui,q̃ ſcriptores autoritate ſua freti cõtra vſum artemq; ꝓtulerũt gñe diuerſo,ſed nos hæc tantũ annotaſſe ſufficiat.

Cortex, atq; ſilex;cum pumice:lynx'q; latex'q;.
Et nomen lapidis quod gignit ſardus onyx'q;.

DE nominibus maſculinis q̃ ex diuerſis terminationibus mittũt fœminina in.a.vel in.is.

| | |
|---|---|
| Draco dracæna. | Flamen flamina. |
| Caupo capona. | Aſtur aſturica. |
| Leo leæna vel lea. | Sambuciſtes:ciſtria. |
| Fullo fullona. | Cytariſtes.riſtria. |
| Lacon lacæna. | Cymbaliſtes.liſtria. |
| Fidicen fidicina. | Tympaniſtes.paniſtria. |
| Lyricen lyricina. | Pſaltes pſaltria. |
| Siticen ſiticina. | Prophetes prophetis. |
| Tibijcen tibijcina. | Poetes poetis. |
| Tubicen tubicina. | Scythes ſcythis. |
| Cornicem cornicina. | Sarmates ſarmatis. |
| Oſcen oſcina. | Magnes.etis.vel.neſſa. |
| Cretes cretis;vel creſſa. | Chalybs chalybiſſa. |
| Moabita moabitis. | Aethiops æthiopiſſa. |
| Amonita amonitis. | Thrax thraiſſa. |
| Nepos neptis. | Cilix ciliſſa. |
| Heros heroina. | Phœnix phœniſſa. |
| Lybs lybiſſa. | Phryx phrygia. |
| Arabs arabiſſa. | Rex regina. |

Quedã ſunt noĩa; q̃ tameſi cõmunia duorũ gñrũ repiũtur;habẽt tñ aliã ꝓpriã terminationẽ gñeris fœminini;vt Hoſpes hoſpita.Soſpes.ſpita.Sacerdos ſacerdotiſſa.Cuſtos cuſtodia.Antiſtes antiſtia

DE noib9 maſculinis.Quoniã illa regula ſignificatiõis,quã pricipio hu9 libri poſuim9,q noĩa q̃ ad mares ꝑtinent gñis ſunt maſculini,& q̃ ad fœminas fœmin,& q̃ ad vtrũq; cõis duorũ.nimis cõfuſe atq; inſufficiẽter fuit poſita,partim explicata eſt a nobis ꝑ regulas terminationũ,partim etiã hoc loco explicabitur.Nõ dico nũc de illis noĩbus quæ hñt vtriuſq; ſexus diſtinctas terminationes,vt magiſter.magiſtra. lupus.pa.roman9.romana.ſed de illis q̃ cũ poſſint eſſe gñis fœmini ex ratiõe terminatiõs atq; illorũ ſignificatio,ad vtrũq; ſexũ ꝑtinere.tñ habẽt ꝓ alterutro ſexu diuerſas terminatiões,vt ecce draco rõne terminatiõis ita potuit eſſe cõe duorũ gñrũ,queadmodũ hic & hæc homo:& quaſi epicenũ ſub gñe maſculino cõprehẽdere fœmininũ: maſculinũ tñ appellam9 dracõnẽ.fœmininũ vero dracenã.Eodẽ mõ de leõe lea vel leæna dicim9.Ouid.iiij.meta.vt lea ſæua ſitim multa cõpeſcuit vnda.Verg.in.buc.torua leæna lupũ ſeqtur.Strabo.ſtraba.teſte Priſc.iiij.car.facit.A caupone quoq; fullone & latrone.quia nunq̃ niſi de viris dicuntur: vſurpantur(vt inquit Ser.)fœminina in a.vt caupona,fullona.& latrona,ſed caupona in vſu eſt.fullona & latrona nondũ legi:ſed ſi mihi eſſet neceſſe illã noĩare,q̃ nobis lintea polire ſolet ego potius fullonã q̃ fullonẽ appellarẽ:qñquidem fullo maſculorũ eſt propriũ,& eodẽ modo latronã fœminã potius q latronẽ:& ſi cũ grãmaticorũ vulgo ſupra dixi,hõ nemo iũgc latronẽ.Lacõ tãtum ſignificat marẽ ex lacedemõe vrbe.Mar.nondũ adhuc matre iubente lacõ.fœmininũ ab eo.Vergilius protulit.ij.æñ.nec tibi tyndaridis facies inuiſa lacæne.¶Cõpoſita quoq; a cano.nis.in.cen.finita maſculina ſunt, fœminina vero mittũt in.a.vt ſupra diximus:cũ de noĩb9 terminatis in en.diſputarem9. Flamẽ.inis.ſacerdos tantũ de viris dicitur,nã ſacerdotiſſa flaminadicitur.Aſturicũ maſculinũ eſſe dixerim9. Sãbuciſtes.æ.vel ſambuciſta.æ.fœmininũ mittit ſambuciſtria. Cymbaliſtes vel cimbaliſta.liſtria. Cytha riſtes vel.riſta.riſtria.Tympaniſtes vel.niſta.niſtria.Pſaltes vel pſalta.tria. Prophetes vel ꝓpheta.etis.tidis. vel ꝓphetiſſa. Poetes vel poeta.etis.idis.quidã etiam dixerũt poetiſſa. Scythes vel ſcytha.this.thydis. Sarmates vel ſarmata.atis.tidis.de quibus oĩbus cõplura diximus cũ de genere nominũ in.a.terminatorũ diſſerebamus. Magnes.itis.ſemp ſub hac terminatione maſculinum reperitur ſiue ꝓ lapide ſiue pro populo Theſſaliæ.nã fœmininũ mittit magnetis.tidis.magneſſa.Ouid. in epla Medeæ.cur vnq̃ colchi magnetida vidim9 argo.nauis.n.cũ ſit nomẽ:fœminini gñis eſt.Hora.iij.car.magneſſam hippolytẽ dũ fugit abſtinẽs. Pari rõne.Cres.tis.cretis.dis.vel creſſa.æ.mittit fœmininũ.Silius.ij.pu.cres erat æriſonis Cretã aduect9 ab antris.& Tibul.de dædalo lib.iiij.phœbo gratiſſima dona cres tulit.Auſo.quoq; in monoſyllabis,q Dedalo cres poſuit.Oui.j.de arte.creſſa Thyeſteo ſi ſe abſtinuiſſet amore.Verg.v.æñ.creſſa gen9 pholoæ gemini circũ vbera nati.Iuue. nec minus ſthenoboea;q̃ creſſa excãduit.Ex terminatis in.bs. Lybs.yſſa.vel libyſtis.idis.Verg.v.æñ.horridus in iaculis & pelle libyſtidis vrſæ.Sili.lib.j.vt ſaq; libyſſæ inſignis ſagulo duris certare maniplis. Arabs.iſſa.Chalybs.biſſa.& in.ps. æthiops.piſſa,queadmodũ in gñe terminatorũ in.bs.& .ps.dictũ eſt,Ex terminatis in.x.thrax.aiſſa.cilix.iſſa.phœnix.iſſa.

phryx igia rex regina, ꝙ oia ſuo quoq; loco in gñe terminationũ requirẽda ſunt. Quędam ſunt nomina. Seruius in illud. Verg. vi. quę ꝑuis cuſtodia qualis, loquẽs enim de Cteſiphone inqt. cuſtodia eſt qui cuſtodit. vſurpatũ eſt autẽ ſicut hoſpita. nã hic & hæc cuſtos facit. Idem quoq; dicendũ de ſoſpes, antiſtes & ſacerdos. Cap. ij.

De quinq; nominũ declinatioĩbus. Iam puer eo videtur adoleuiſſe, vt quod ante hac faciebat, nõ debeat infleċtere nomina per ꝓportionẽ illorũ, quę in principio huius operis poſita ſunt: cũ declinãdi modus ille ſit paulo incertior atq; confuſus, ſed per regulas & præcepta quæ in hoc cap. ij. traduntur. ¶ Principio itaq; ponit documenta omnibus quinq; declinationibus cõmunia: deinde ſingulatim de vnaquaq; illarũ quinq; declinationũ regulas proſequetur. ¶ Dicit igitur, ꝙ ne oporteat autorem ſępius eadem præceptione repetere: hoc eſt in qualibet declinatione idem dicere, o auditor accipe quæ teneas memoria in nominibus variãdis. i. indeclinando noia. ¶ Cõpoſiti formam. Primum præceptũ ad analogiam grãmatices pertinet: ꝙ (vt ait Quin.) nõ ratiõe nititur: ſed exẽplo, & ex certis incerta probare nititur. vt cum exploratũ habueris, ꝙ iber facit in genitiuo iberi, intelliges ꝙ celtiber compoſitũ a celta & iber facit in genitiuo celtiberi. Atq; ediuerſo ſi exploratum tibi ſit ꝙ celtiber facit celtiberi intelliges etiã ꝙ iber facit in genitiuo iberi. Hæc regula quia declinationi ſeruit maxime, viſum ẽ autori hoc loco illã ponere. Dicit itaq; ꝙ nomẽ ſimplex ſeruat formã cõpoſiti. i. proportionẽ & cõpoſitũ ſeruat ecõtrario formã ſimplicis. Habet tñ regula exceptionem, quia non vſq; qq; vera eſt, vt ſanguis genitiuum fecit ſanguinis vna ſyllaba creſcente, exanguis, vero fecit exanguis parium ſyllabarum. ¶ Præterea cum vulpes & apes a pede compoſita videantur: quoniam vulpes autore Quin. quaſi volipes dicta eſt, apes quoq;, vel quia ſine pedibus naſcantur: vel potius quod pedibus per mutua nexis. vt Verg. vij. æñ. ait in vuæ modũ pendeãt, debuerunt facere in genitiuo vulpedis & apedis, ſed amiſſa vna ſyllaba fecerũt vulpis & apis, quãq pro exẽplo aue apedis quoq; facit. Lepus quoq; ſi (vt autor eſt Quin.) quaſi leuipes dicitur, leuipedis debuit facere: ſed facit leporis. ¶ Pubes quoq; mittit genitiuum parium ſyllabarum, ſed ab eo compoſitum impubis, vt Probus & Phocas voluerunt, vel impuber: vt Ceſar in lib. de analogia impuberis in genitiuo facit. Cice. iiij. inuectiuarum. Filium eius impuberem, legatum a patre miſſum. Verg. tamẽ regulã ſecutus impubis Iuli dixit. & Hora. ij. carmi. nec impubem parentes Troili & Ouid. ix. meta. facietq; viros impubibus annis. ¶ Quies. etis. præterea cum ſit tertiæ declinationis, ab eo cõpoſitũ requies quintæ reperitur. vt apud Verg. iiij. æñ. tempus inane peto requiem ſpaciumq; furori. quãq. & quies quiei antiquiores etiã per quintam declinabãt. vt Affranius. ſolicito corde corpus non potitur nec quie. & Neuius. cõplexo ſummo corpora operiuntur ac ſuaui quie. Atq; econtrario Cicero in Catone maiore dixit: vt meæ ſenectutis requietem obletamentumq; noſcatis. Macro. quoq; in. j. de ſomno Scipionis, quia & illa (inquit) requietis eſt inſcia. Multa quoq; alia ſunt quæ non ſequũtur ſimpliciũ declinationẽ: vt centimanus Giges dictus eſt ab Hora. ſed in genitiuo cẽtimani gigæ dicemus. Alia quoq; complura paſſim reperies, quæ non ſequuntur ex regula proportionem. ¶ Quartus cum quinto. Secunda regula eſt ꝙ noia neutra. ij. iij. & iiij. declinationis quoniam primæ & quintæ nullum eſt neutrum: habent accuſatiuũ & vocatiuũ ſimiles nominatiuo, & in plurali ſemper terminãtur in. a. vt hoc templum tẽpla, hoc corp⁹ corpora, hoc veru verua. ¶ Eſtq; vocatiua recto ſimilis. ¶ Tertia regula eſt, ꝙ vocatiuus omniũ quinq; declinationum in vtroq; numero ſimilis eſt nominatiuo. Sed dixit non ſemper ſed prope. i. quaſi ſemper, propter nomina ſecũdæ declinationis terminata in. us. quæ alio modo exeunt. & propter nomina græca: de quibus ſuo loco diſſeremus. ¶ Præterq̃ quintæ. Quarta regula, ꝙ genitiuus pluralis omnium declinationum præterq̃ quintæ poteſt recipere ſyncopam, hoc eſt abſciſionem, vt in prima æneadum pro æneadarum. graiugenum pro graiugenarum. Verg. j. æñ. quis genus æneadum: quis Troiæ neſciat vrbem? Idem in. viij. optime graiugenũ cui me fortuna precari. In ſecunda virum pro virorum, diuum pro diuorũ. Vergilius. j. æñ. arma virumq; tabulæq;. Idem in. ix. Turne quod optanti diuum promittere nemo. In. iij. agreſtum pro agreſtium. cœleſtum pro cœleſtium, prudentum pro prudentium. menſum pro menſium. Ouid. xij. meta. & quos ſuſtinui bis menſum quinq; labores. Verg. j. geor. & vos agreſtum præſentia numina fauni. & Ouid. j. meta. vltima cæleſtum terras aſtrea reliquit. In. iiij. paſſum pro paſſuum. nurum pro nuruum, currum pro curuum. Mar. ſed duo ſunt que nos diſtingunt milia paſſum. Lucil. apud Macro. in. j. ſatur. hunc mille paſſum qui vicerit atq; duobus campanus ſonipes. Idem in. xij. cinctaq; adeſt virgo matrũq; nurumq; caterua. Verg. vi. æñ. quæ gratia currũ armorumq; fuit viuis. Neq; ſolum in carmine fit huius caſus abſciſſio, verũ etiam in proſa oratione. vt Cic. in ora. pro Sextio, veſtrarũ (inquit) ſedũ templorũq; cauſa. & in nominibus numeralibus. vt duũ pro duorũ. quadragenũ pro quadragenorum. tricenũ pro tricenorum, ediuerſo ales in genitiuo plurali. u. ſuſcepit tantum metri cauſa: vt dixit Seruius in illud Verg. viij. æñ. alituũ pecudũq; genus, alituũ enim per epentheſim pro alitum poſuit. ſicut & Manil. in vltimo aſtro. alituũq; genus ſtudiũ cenſuſq; vocabit. ¶ Tertius & ſextus, ꝙ datiuus & ablatiuus numeri pluralis in terminatione ſimiles ſunt in omnibus quinq; declinationib⁹. Itaq; cum ſemel datiui terminationem poſuimus, ablatiui eãdem eſſe intelligemus. vt datiuo muſis, ablatiuo a muſis.

¶ De nominum declinatione. Cap. ij.

Ne ſit opus toties eadem præcepta reſumi:
Accipe, quæ teneas in nominibus variãdis.
Compoſiti formam ſimplex, & cõpoſitiuum
Simplicis obſeruat: Exanguis dat tibi ſanguis.
A pede fit vulpes & apes: nec regulas ſeruit.
Impubis dat, eris, ſed pubes dat tibi pubis.
Fit requies quintæ: declinat tertia ſimplex.
Quartus cum quinto ſemper recto ſimilantur
In neutris. Sed in. a. pluralem ponis vbiq;.
Eſtq; vocatiuus recto ſimilis prope ſemper:
Præterq̃ quintæ pluralibus in genitiuis:
Syllaba nonnunq̃ colliditur. u. capitales.
Tertius & ſextus plurales aſſimilantur.

## De prima nominis declinatione.

CVm ſint quinq; puer declinandi tibi formæ:
Quas vnus varijs ex rectis dat genitiuus:
Prima ſit in.as.es.ſed.græcis.a.q; latina.
Eſt genitiuus in.æ.diphthongon.ſed tamen.ai.
Dat tibi nonnunq̃.dat &.as.ſed & id quoq; raro.
Octo trium generum ſunt nomina.& dant.in.ius.
Pone datiuis in,æ.diphthongon.ſed genitiuus
Cum tibi fiet in.us.us,rapta pone datiuum.
Omnibus ex rectis finitur in.am.tibi quartus.
Atq; vocatiuus fit in.a.Cui iungito ſextum.
Rectus pluralis fit.æ.Genitiuus in.arum.
Atq; datiuus in.is.finitur.Pauca tamen ſunt:
Quę faciunt abus,velut eſt equa,filia nata.
Mula,dea;liberta,ambabus iunge duabus.

DE prima noīs declinatiōe. Formæ declinationū vt quibuſdā (Diomede referente) viſum eſt: ſeptē ſunt. Nā ex ſecūdæ noſtra duas fecerunt, alte[...] eorum quæ genitiuū in.i.ſimplex alterā eorū, q in.i.duplex terminātur. Duas quoq; ex quarta noſtra, alterā eorū quæ mittūt genitiuū in.us. alterā ex aptotis in.u.deſinētibus q̄ non declinatur in nūero ſingu. la.i. Qui declinationū numerus ad quinariū redactus eſt quoniā tot videbātur eſſe genitiui diuerſitates. ¶ Dicit igitur q. pria nois declinatio, terminatiões habet noīatiui tres in.as.es.a. Sed in.as. & in.es. tātū græcorū, vt æneas.eæ.archias.chiæ. anchiſes.chiſæ.planetes.netæ. In.a. vero tā græcorū q̄ latinorū, vt muſa.æ.helena.enæ.terra.æ.fabula.æ. Itaq; dixit.a.latina.non q oīa noīa primæ declinatiōis in.a. deſinētia latina ſint: ſed q cū in.as.et in.es.oīa ſint græca in.a.finita ſunt etiā latina. Eſtq; illud etiā hoc loco repetēdū q in cap. ſuperiori dictū eſt, q noīa huius declinatiōis in.as. & in.es. finita omnia ſunt græca: & maſculina. in.a. vero partim græca, ptim latina, ptim maſcalina, partim fœminina: nā neutrū nullū eſt priæ declinatiōis: præterq̄ quod Ouid.v.meta. bis poſuit in neutro genere polēta. idq; ſingulari, vt diximus exēplo: quē opinor noſtri ſecuti ſunt, cū hoc paſcha.chæ. in neutro gn̄re poſuerūt. ¶ Eſt genitiuus in.æ.diphthōgon. q noīa primæ declinatiōis a quacunq; veniat nominatiui poſitiōe mittūt genitiuū in.æ. diphthōgo. vt æneas.eneæ.anchiſes.æ.muſa.æ.terra.æ. ita tn̄, vt gtūs ſit pariū ſyllabarū. Poetæ vero aliqn̄ ſoluūt diphthōgō illā i.ai.ſyllabas. Ver.iij.æn. aulai in medio libabāt pocula bacchi. Idē in.vj. aurai ſimplicis ignē. & in.ix. Diues pictai vectis & aurai. Cic. In ara. Atq; oculos vrget pedib⁹ pe. cuſq; nepai. p aulæ.auræ.pictæ.nepæ, ſed hoc poetis tantū licitū fuit. neq; oībus quidē, ſed antiqorib⁹: aut antiqtatū amatoribus, quales fuerūt Vergili⁹, Lucre. Cice. Exit etiā hic gtūs in.as. ſed id quoq; apud antiquos, & quidē raro. Liuius andronicus, atq; eſcas habemus mētionē p eſcæ, ab eo qđ eſt eſca. Neuius.rūcus atq; purpureus filij terras p terræ. Vn̄ etiā nūc pater familias, mater familias, filiuſfamilias dicimus p familiæ, qđ antiqui ſic loqbantur. Deīde dicit q illa noīa adiectiua quæ p primā & ſcđam noīs declinationē inflectūtur, mittūt genitiuū in.us. a quacūq; noīatiui terminatiōe exeāt ſiue priæ ſiue ſcđæ ſint declinatiōis. Ea ſunt vnus.a.um.vnius.i. Vllus.a.um.vllius.li. Nullus.a.um.nullius.li. Solus.a.um.ſolius.li. Totus.a.um.totius.ti. Alius.a.ud.alius alij. Alter.a.um.alterius.ri. Vter.a.um.vtrius.ri. Et ab his cōpoſita, vt Neuter.a.ū. Vterq;.aq;.ūq;. Vterlibet.alibet.vtrūlibet. Vteruis.auis.vtrūuis. Vtercūq; vtracūq; vtrūcūq;. Alteruter.utra.utrū, quæ oīa mittūt genitiuū in ius, & datiuū in.i. Sequūtur tn̄ aliqn̄ pportionē noīm adiectiuorū priæ & ſecūdæ declinatiōis. Cicero nō vnæ rei, ſed omnibus cōſuli putetur, pro vni. Idē ad Herēniū, nō res totæ rei neceſſe eſt ſimilis ſit, pro toti. Terentius in Heautōti. Alteræ dum narrat forte audiui, pro alteri. Idem in eunucho. Mihi ſolæ ridiculo fuit, pro ſoli. Cæcilius, Nullæ nationi tot victorias tā breui ſpacio datas arbitror, pro nulli. Sed in hoc noīe neuter frequētius reperitur genitiu⁹ regularis: q̄ genitiuus in.ius. & datius in.i. ¶ Pone datiuis.æ. q datiuus in.æ.diphthōgon terminatur, ſimiliſq; eſt genitiuo. Noīa tn̄ quæ miſerunt genitiuū in.ius. ablata.us. faciūt datiuū in.i. vt vnus vnius vni. ¶ Omnibus ex rectis, q accuſatiuus primæ declinationis a quacunq; exeat terminatiōe noīatiui in.am. deſinit: fitq; a genitiuo.æ.diphthōgon mutata in.am. vt muſa.æ. muſam. Sed in noībus græcis accuſatiuus græcus plærūq; a latinis vſurpatur quēadmodū in declinatione græca dicemus. ¶ Atq; vocatiuus fit in.a. q vocatiuus in.a. terminatur: etiā cū venit a noībus græcis in.as. & in.es. deſinētibus. vt æneas o ænea. anchiſes o anchiſa. atrides o atrida. Verg.x.æn. Vigilias ne deū gēs ænea? vigilia. Idē.iij.æn. Cōiugis anchiſa veneris dignitate ſuperbo. Hora.ij.ſermo. Nequis humaſſe velit aiacē atrida vetas cur? Ablatiuus quoq; ſimilis eſt vocatiuo in terminatiōe. Sed quod de accuſatiuuo diximus, idē quoq; de vocatiuo & abltō dicēdū eſt: frequētius in noībus græcis in.as. & in.es. deſinētebus vſurpari caſus græcos, vt ſuo loco dicem⁹. ¶ Rectus pluralis, q noīatiu⁹ pluralis huius declinatiōis in.æ. diphthōgō deſinit, & eſt ſimilis genitiuo & datiuo nūeri ſingularis, ſicut muſa.æ. plurali noīatiuo muſæ. ¶ Genitiuus in.arū. q gtūs pluralis in.arū. terminatur, fitq; ab ablatiuo ſingulari addita.rum. vt hæc muſa a muſa.arum. ¶ Atq; datiuus in.is. q dtūs pluralis terminatur in.is. fitq; ab ablatiuo ſingulari.a.mutata in.is. vt muſa.is. Excipiūtur tn̄ q̄ differētiæ cauſa faciūt datiuū in.abus. & quæ ſunt illa ſubiūgit, equa.abus. filia.abus. nata.abus. mula.abus, dea.abus. liberta.abus. ambæ.abus. duæ.duabus. Priſcia. inter hæc numerat aſina aſinabus, qđ Valla poſſe dici negat. Antiquiſſimi quoq; ab is ea id, eabus dixerūt. Caſſius. Hemina pōtifici qui cū eabus ſtuprū fecerat. Iuniores etiā ab aīa aīabus dixerūt, vt Serui⁹ multis in locis & noſtræ religiōis autores. Neq; diſſimulandus eſt hoc in loco illorū error: q nō intelligētes verba Priſciani qđ ille de paucis noībus ſcripſit, ad infinita pp̄e noīa extendūt. Dicit enim lib.vij. Vbi de datiuo & abltō pluralibus primæ declinationis diſſerit. Inueniūtur tn̄ pauca gn̄eris fœminini, q̄ ex maſculinis tranſfigurantur nō habētibus neutra, q̄ aīaliū ſunt demōſtratiua naturaliter diuerſum ſexū habentia: q̄ differētiæ cauſa in ablatiuo ſingulari.bus. aſſumpta faciūt datiuum & ablatiuū plurales, & quæ ſunt illa pauca, ſubdit.natabus.filiabus.deabus.mulabus libertab⁹.aſinabus.ambabus.duab⁹. Iſti vero dū putāt ſe latinū ſermonē locupletare, funditus euertunt: cū artis grāmaticæ præcepta cōtrahēda atq; limitāda poti⁹ ſint, q̄ amplianda. Quis enim vnq̄ apud autores idoneos legit quod iſti faciunt ab agnus.agna.abus. ab iuuencus.ca.abus.

a lupus.pa.abus.a.ceruus ſerua.abus.& alia innumera,quæ ſolent ſine autoritate in exemplũ deducere.Quid quod neq; illa ipſa quæ Priſc.& Valla dicũt exire in.abus.ſemper ita faciũt niſi tãtum differẽtiæ cauſa,quæ ſi aliunde percipi poteſt,nihil neceſſe eſt illa nomina in.abus. terminari, vt equa, ratione diſcriminis potuit mittere equabus.vnde & Varro in.ij. de re ruſt.Fecit caput de equis & equabus.vt vtrũq; ſexũ complecteretur.At vero Papiñ.lib.xxij.digeſt.titulo de vſuris & fructibus.l.equis.equis(inquit)per fideicomiſſum relictis poſt morã fœtus quoq; præſtabuntur.Vulpianus in titulo de varijs & extra ordinarijs cog.l.de vſu. Item de equis alienis a ſciente poſſeſſis fœtuq; earum, non dixerunt equabus, quia de partu earum vterq; iure conſultus mentionem fecit,neq; ambiguum erat, de quo ſexu loquerẽtur.Colum.quoq; lib.vij.de re ruſt.cũ de admiſſura equorũ in equis loqretur admiſſarũ(inqt) cæteris equis facit inimicum. Quod ſi ex adiũctis non ſatis conſtat:de quo ſexu loquimur:equabus potius q̃ equis dicemus.vt Seruius.iij.geor. Equabus(inquit) eius immiſit furorem.Filia præterea differentiæ cauſa potuit facere filiabus.Ennius tamen in andromeda dixit:filijs propter te innocens obiecta ſum nerei,non dixit filiabus,quia de nereidibus loquebatur.Plau.quoq; in ſticho,ego intrabo & gratulabor aduentum veſtrũ filijs,non dixit filiabus:quoniam antipho ſenex de duabus filijs Panegyri & Pinatio ad generos duos loq̃batur.Hierony.quoq; interpres Geneſos.cap.xxxj. Quid poſſum facere filijs & nepotibus meis: cũ Labam de Lia & Rachel deprehenſis loqueretur.Nata quoq; & ſi differentiæ cauſa poteſt aliquando exire in.abus.Papiñ.tamen in achilleide dixit.chariſq; paraconnubia natis: quas tibi ſidereis diuarũ vultibus æquas ſors dedit.nõ dixit natabus,quia Lycomedes rex ſcyri filias tantũ habuit,cum præſertim, vt ſexus ambiguitatem tolleret,adiunxit,quas æquas vultibus diuarũ.Ouid.quoq;.xiij.meta. Euboca duabus & totidem natis andros fraterna potita eſt, quia duabus dixit:nihil neceſſe habuit natabus dicere. Quod vero Laurentius aſina ab hac regula excluſerit illa forte ratio fuit,quod non habuit autores,quorum teſtimonio fretus auderet dicere aſinabus:præter vnum Priſcia.cui non ſolet multum fidei adhibere. Nam Pli.lib.xi.Aſinis(inquit) a fœtu mãmæ dolent,ideo ſexto menſe arcent partus nihil neceſſe fuit dicere aſinabus,quia ſtatim ſubiunxit de mãmarum dolore atq; illarũ in fœtu.In.j.etiam lib.regum Hierony.interprete legimus:& de aſinis quas perdidiſti ne ſolicitus ſis.non dixit aſinabus,quia ſtatim adiecit quas perdidiſti.Eadem præterea ratione.Cicero ſcribens ad filiam & vxorem dixit. duabus animis ſuis,non animabus,quia illud adiunctum duabus tollebat ſexus ambiguitatem.Namquod Seruius, atq; religionis noſtræ autores dicunt ab anima animabus, ne coincideret cum animis quod eſt ab animus:recte id feciſſe. t ſi autoritate niterentur. Et quod a domina quidam faciunt dominabus facile refellitur teſtimonio.Q.Curtij.qui de vxore & filia Darij ſcribens dixit actum,eſt de dominis:niſi forte velint dicere,qđ quia hyſtoricus de fœminis loquebatur, ideo dixit dñis,nunq̃ tamen iſti autorẽ idoneũ mihi monſtrabunt,qui vnquam dixerit dominabus. Nam qđ nonnulli afferunt ex epiſtola diui Hierony.ad demetriadẽ: dominabus ille nõ dñabus,ſed dominis ſcripſit:incedentibꝰ(inquit)dominis ancilla virgo procedit ornatior. Atq;vt vno verbo colligi quod ſentio,tũc vtemur datiuo & ablatiuo.in.abus.cũ poteſt eſſe dubiũ de quo ſexu loquimur,neq;id paſſim, ſed in illis tantũ noĩbus, in quibus optimi autores hoc fieri voluerunt. Ambæ vero & duæ quãuis nulla ſimili differentiæ cauſa cogente(vt Priſc.ait)habent datiuũ ablatiuũ ambabus,duabus.¶ Accuſatiui plurales,q. accuſatiuus numeri pluralis exit in.as.addita.s.ablatiuo ſingulari,vt muſa.as.

Accuſatiui plurales,as.tibi mittunt.

## De ſecunda nominis declinatione.

ALtera dat rectis tibi ſex.er.ir.ur.vi.us.aut.ũ.
Atq; eus diphthõgõ.ſed & hãc tm̃mõ grecis.
Fit genitiuus in.i.Sed rectum non ſuperabit.
Excipias gibber,lacer,& ſocer,aſper,adulter.

DE ſecunda nominis declinatione.¶ Secũda nominis declinatio terminationes habet noĩatiui ſex.er.ir.ur.um.us.eus: quæ omnes mittũt genitiuũ in.i.vt.puer.eri.caper.i.vir.iri.treuir.i.ſatur.uri.quod in.ur.ſolũ reperitur,nã matur.latine non dicitur.etiam Priſci.autore,qui dicit in.ur.vnũ tantum reperiri ſatur.Templũ.li.lignũ.i.deus.dei.In.eus. diphthõgon finita omnia ſunt græca,vt pẽtheus.ei.orpheus.ei.Reperiũtur etiã duæ terminationes in.os.& in.on.noĩm tãtum græcorũ quæ ad hanc declinationem referuntur quemadmodũ in declinatione græca diſſeremus,vt hic logos.gi.hoc ilion.ij.Sed rectũ nõ ſuperabit. Omnes genitiuos ſecundæ nominũ declinatiõis in.i.terminari diximus, ſed quia partim creſcunt vna ſyllaba,partim ſunt æqualiũ ſyllabarũ,vt tollat hanc ambiguitatẽ,dicit,q. genitiuus huius declinationis æqualis eſt ſuo noĩatiuo in numero ſyllabarũ,vt hoc templũ.li.hic dñs.ni.Excipit pauca noĩa q̃ hic numerantur.gibber.eri. Sueto.de orbilio grãmatico,gibberoſos ſe de ſole in vmbrã transferre reſpondit.erat enim Murena gibber.Pli.lib.viij.Syriacis nõ ſunt palearia ſed gibber ꝓ gibbo.poſuit.Mart.in.diſt.ſigillũ gibberi ꝓ gibberoſo.Nã queãdmodũ gibbus tũ ipſum tumorẽ ſignificat ſiue dorſum naſi.vt Iuue.mediiſq; in naribus ingens gibbus,tũ rẽ ipſam gibbũ habẽtẽ.vt Mart.nõ aliter ridetur Atlas cũ corpore gibbo.& Celſus.lib.iiij.Extrinſecus gibbũ,intrinſecus cauũ eſt iecur:qui tumorẽ habet,quẽ gibberoſum appellat iuriſcõſultꝰ in titulo de ædilitio edict.l.vel ꝓterui vel gibberoſi.Lacer.i.Verg.vi.æñ.lacerũ crudeliter ora.Socer.eri.Idem in.ij.æñ.Ad ſoceros & auo puerũ aſtyanacta trahebat. Aſper.eri,q. etiã per ſyncopã obliquos habet aliqñ æquales.Verg.ij.æñ.Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem preſſit.Adulter adulteri.Liber liberi.pro eo qđ eſt Bacchus, & pro eo quod eſt ingenuus ſiue non ſeruus. Nam pro libro ſcripto & pro cortice libri facit.Iber iberi, pro Hiſpanus. Lucanus in.vi.Si tibi durus iber,aut ſit tibi terga dediſſet.Vergil.iij.geor. aut amplicatos a tergo horrebis iberos. Nam pro flumine iberus iberi poſuit Luca.in lib.iiij. Qui præſtat terris aufert tibi nomen iberus.Iber iberis,per terriam populus eſt ſeptemptrionalis iuxta armeniã. Ab iber iberi.fit celtiber.eri.nomen cõpoſitum a celtis & iberis. Luca.in.iiij.gallorum celte miſcentes nomen iberis:non vt hiſtoriographi noſtri delirant:dicti quaſi cetus tubalis.

¶ Preſbyter.eri.pro eo quod græci dicunt præſbyteros,interpretaturq; ſenior, apud noſtros pro eo qđ eſt ſaceres: quemadmodū & abbas,pro eo quod eſt pater. & pappas pro eo qđ auus:noīa ſunt honoris. Liger.eri.nomē eſt celebre apđ Verg.x.æn. fraterq; liger,ſed frater anhelos flectit æquos,& paulopoſt genitiuū expreſſit dicēs,veſani talia late dicta volāt ligeri. Miſer.eri.gener.eri.tener.eri.neceſſitate ordinis litterarū creſcunt vna ſyllaba in genitiuo;quoniā.n.vel.s.nō poſſunt in eadē ſyllaba.r.litterā præcedere.Proſper.eri.quod etiā proſperus dicit Cice.in.vi.de repu.ſcribēs,Deinde hominū generi proſperus

Preſbyter atq; liger,miſer & gener;& tener addes
Et proſper.dexter.puer.Et quod fit tibi nomen
Agero ſiue fero.vir treuir.iunge ſaturq;.
Liber & ingenuus,Bacch⁹:cui iunges iberū.
Sed dipthongus in.eus.ei.dat vel.ei.genitiuo.
Atq; datiuus in.o.dabitur. Cui iungito ſextum.
Accuſatiuo.um.dat declinatio noſtra.
Vs recti mutans in.e.caſum pone vocandi.
Sed dices fili.fluuius.deus atq; latinus.
Si tamen eſt propriū per.ius.tunc.us.rapiatur.

& ſalutaris. Dexter.i.qđ etiā p ſyncopē dextri facit in genitiuo. Puer.eri,pro quo antiquiſſimi puerus.eri.faciebāt.Ceci.age puere duce me ad patrios fines.Affranius,o puere puere ſine me proſpicere mihi. Et noīa cōpoſita agerēdo & ferēdo.vt armiger.eri.ſetiger.i.corniger.eri.furcifer.eri.armifer.eri. Vir.iri & ab eo cōpoſita duumuir.iri.leuir.iri.Treuir.iri.popul⁹ eſt Galliæ. Luc.in.i.tu quoq; lætatus conuerti prælia treuir. Satur.uri.Iuue.ſatur eſt cū dicit Hor hoc. Minuuntur etiā genitiui vna ſyllaba p ſyncopā,ſiue mauis apocopē:quoties gtūs in.i.duplex deſinit.altero.n.ex illis detracto gtūs vna ſyllaba decurtatur, vt Antonius.oni. pro antonij.peculiū.uli.pro peculij.tuguriū.uri.pro tugurij.Iuue.Antoni gladios potuit cōtemnere,ſi ſic oīa dixiſſet.Verg.i buc. nec ſpes libertatis erat:neq; cura peculi.Idē in eodē ope.pauperis & tuguri cōgeſtū ceſpite culmē. ¶ Sed diphthōgus in.eus. qđ noīa in.eus.diphthōgō deſidentia,quæ oīa diximus eſſe græca,duplicē habēt genitiuū in eī diphthōgon copulatū,vel in.ei. ſyllabas diuiſum. Nam in.eos.mere græcus eſt,vt tereus.ei.vel terei, tereos.prometheus.thei,vel promethei,theos. Verg. in bucco.aut vbi mutatos terei narrauerit artus. Idem in eodem opere, caucaſeaſq; refert volucres furtumq; promethei. Mart.flet Philomela nefas inceſti tereos & quæ, ſed hic genitiuus ex græco vſurpatur:quare in ſuum locum referendus eſt,ambiget vero quiſpiam mulciber quomodo mittet genitiuum,nam ſi mulciberi facit:turpe eſt a nobis fuiſſe prætermiſſum:cum ab alijs quibuſdam grammaticis hoc in loco poſitum ſit. Ad quod illud eſt reſpondendum : hoc nomen Priſc. teſte duos habere genitiuos,ſed vtrumq; tertiæ mulcibris & mulciberis: quemadmodum ſuo loco dicemus. Cicero. tamen.ij.thuſ.mulcebri dixit in ſecunda declinatione, quod colligitur ex ratione carminis ſenarij quod ex Aeſchilo poeta Græco vertit in latinum ſermonem in hunc modum.iouiſq; numen mulcibri aſciuit manus:vbi neq; mulcibris,neq; mulciberis,ſed neq; mulciberi eſſe poteſt, vt in quibuſdam codicibus, neceſſe eſt enim vt iambus ſit in quarto loco. Conferte obſecro vos nunc,qui alios autores admirari ſoletis: breuitatem noſtram ſimul & facilitatem & copiam cum aliorum præceptis inextricabilibus,& cū multa verborū perplexitate diminutis. ¶ Atq; datiuus in.o.quia datiuus & ablatiuus ſingularis in.o.termiantur:fiuntq; a genitiuo.i.finali mutata in.o.vt dñs.i.dño a dño.puer pueri puero a puero. ¶ Accuſatiuo,quia accuſatiuus in.um.deſinit:fitq; a genitiuo.i.finali mutata in.um.vt domini dominum.pueri puerum,quod de nominibus latinis,aut græcis latine declinatis eſt dicendum,atq; ideo adiecimus declinatio noſtra.i.latina. Nam ſi quæſieris a me Theſeus quemadmodū mittit accuſatiuū,reſpōdebo theſeū vel theſea,ſed theſeū declinatione latina,theſea declinatione græca qui caſus vt alias dicemus a latinis vſurpatur.Vergil.in.vi.quid theſea magnum quid memorem alcidem. Cicero.de natura deorum accuſatiuum latinum protulit.theſeum (inquit) & hippolitum. ¶ Vs. recti mutans,quia ſuperius poſuit regulam generalem, quia vocatiuus eſt ſimilis nominatiuo.immo apud antiquiores idem fuit in terminatione: atq; a græcis vterq; rectus appellatur:& quia in regula illa generali adiecimus temperamentū prope, nunc præceptum illud limitans dicit:quia cum nominatiuus terminatur in.us.vocatiuus exit in.e.us.noīatiui mutata in.e.vt dñs o dñe.Marcus o marce.Patitur tñ regula illa exceptionē:quoniā hoc nomen filius debuit facere filie,& facit fili,qđ etiā apud antiquiores filie fecit. Liuius andronicus.pater noſter ſaturni filie.fluuius quoq; deus & latin⁹ atq; etiam ſi vis populus & fortaſſe alia huiuſmōi noīa apđ antiqores in vocatiuo ſimiles noīatiuo repiūtur.Verg.viii.æn.corniger heſperidū fluuius regnator aquarū,pro o fluuie. Idē in priap.de cera facta.dat tibi poma deus.ſed hoc nomē de antiqtate nihil videtur mutaſſe,nemo enim dixit o dee.Idem ſocer arma latin⁹ habeto,pro o latine,ſic quoq; Luca.dixit in.ij.de gener.o ppl's vix ſæcula lōga de rū. & qđ ī re diuina cotīdie audimus.agn⁹ dei quia tollis peccata mūdi,pro agne,& alio ī loco.attēdite pple me⁹,pro o mi popule. ¶ Si tñ ē ppriū,quia noīa propria in.ius.finita mittūt vocatiuum in.i.ablata.us.noīatiui,vt vergili⁹ o vergili. Mercurius o mercuri.larius o lari.qui lacus eſt Italiæ.de quo Verg.ij.geor.te lari maxime teq; fluctib⁹ aſſurgens.Genius quoq;(& ſi nomē eſt appellatiuū)plures enī ſunt genij hominū & locorū,tamen quaſi nomine pprio Tibullus vocat eū lib.iiij.mane geni cape thura libens. Antiquiores tamen quod de filius diximus,hæc quoq; noīa in.e.terminabant,vt vergilius o vergile. Mercurius o mercurie. Illud quoq; animaduertendū eſt vocatiuū hunc qñq; deſinere in.i.vocalem,quādoq; in.i.cōſonātem. Nā ſi in noīatiuo.i.cōſonās eſt ante.us.ablata.us,relinquitur in fine.i.cōſonās,vt vulteius o vultei.Hor.i.epla.dur⁹ ait vultei nimis attētuſq; videris. vbi vultei diſſyllabū eſt rōne carminis.ergo in.i cōſonātē deſinit.Nā in accuſatiuo quia noīatiuo par eſt in nūero ſyllabarū:vulteiū triſyllabum poſuit dicēs.vulteiū nomine menam.Quod ſi ante.us.in nominatiuo eſt vocalis, in vocatiuo quoq; ablata.us. vocalis.erit.vt caius o cai. Mar.quod peto da cai,non peto conſilium. Nam in nominatiuo triſyllabum poſuit idem autor alibi dicens. Caius vt fiat Iulius & proculus. Quod vero Ouid. pompei triſyllabum poſuit in.iiij.libro de ponto cum dixit.Accipe Pompei deductum nomen ab illo,eadem ratione potuiſſet Pompeius in nominatiuo quadriſyllabum ponere. Quod ſi rectus triſyllabus eſt, vt apud Lucanum Pompeius ne parem, neceſſe eſt vocatiuum duarum eſſe ſyllabarum.

¶ Rectus pluralis, .q. noīatiuus pluralis ſecūdæ declinationis in .i. terminatur, ēſtq; in terminatione ſimilis genitiuo ſingulari, vt dñs dñi, plurali dñi. ¶ Genitiuus in orū, .q. genitiuus eiuſdē numeri & declinatiōis in orum terminatur, fitq; ab ablatiuo ſingulari aſſumpta .rū. vt a dño dñorū. ¶ Atq; datiuus in is .q. datiuus pluralis eiuſdē declinationis terminatur in .is. fitq; ab ablatiuo ſingulari .o. finali mutata in .is. vt a dño dñis. Ambo vero & duo, quæ noīa ad hanc declinationē potiſſimū referuntur, quēadmodū in alijs quoq; locis diximus: in hoc caſu ambobus, abus, obus, & duobus duabus duobus fecerūt. Sed deus in noīatiuo atq; cōſequēter in vocatiuo pluralibus facit dei regulariter, & dij per ſyneræſim, atq; eadem ratiōe in datiuo deis vel dijs. Luca in .ij. o vtinā coelicis deis herbis licret. ¶ Accuſatiui .q. accuſatiuus in .os. terminatur, fitq; ab ablatiuo ſingulari additta .s. vt a dño dños. ¶ Noībus neutris, quia in principio huius ſecūdi capitis dictū eſt, .q. noīa neutra tres caſus habēt ſimiles noīatiuū, accuſatiuū, & vocatiuū: & in plurali terminabātur in .a. nunc regula illa contrahitur magis atq; limitatur: dicitq; formari a genitiuo ſingulari .i. finali mutata in .a. Nā ſi gtūs in .i. duplex deſinit: neutra pluralia in .a. purū .i. vocali antecedēte deſinūt, vt hoc augurīū augurij, hæc auguria, hoc peculiū lij, hæc pecula, ſi vero in vnico .i. deſinit gtūs ſingularis, pl'alis neutra in .a. mixtū cū cōſonāte q̄ precedit ſiue, ſ, deſinūt, vt hoc tēplū tēpli tēpla, hoc donū doni dona.

Rectus pluralis fit in .i. Genitiuus in orum.
Atq; datiuus in is. Sed dat tibi dñ deus & dijs.
Accuſatiui plurales .os. tibi mittunt.
Nominibus neutris .in .a. vertitur .i. genitiui.

De tertia nominis declinatione.

Tertia diuerſos dat declinatio fines:
Et quamq̄ varie, tamen exit in .is. genitiuus.
Ex .a. ponit .atis. Ex .e. facit .is. genitiuus.
Onis ab .o. fiet. Per .inis. nonnulla dabuntur:
Cardo, ordo, turboq; homo, nemo, iungis appollo.
Et quod fœminei generis datur in .do. vel in .go.
Vnedo dat .onis: ſeu pomum, ſiue ſit arbos.
Aſt Anio & Nerio dant .enis. dat caro carnis.

De tertia noīs declinatiōe. Quēadmodū pria declinatio tres habuit noīatiui terminatiōes, ſecūda vero ſex, ita tertia habet multo plures, q̄ oēs mittūt gtūm in .is. atq; ideo dicit tertia diuerſos dat declinatio fines, q̄ quāq̄ litteræ terminales huius declinatiōis ſint vndecim, a. e. o. c. d. l. n. r. ſ. t. x. terminatiōes quinquaginta ſunt & eo amplius, quas cū de genitiuo diſputabimus, ex ordine pſequemur. ¶ Ex .a. ponit .atis .q. noīa tertiæ declinatiōis in .a. deſinētia: ſup .a. noīatiui .tis. aſſumpto mittūt genitiuū in .atis. vt hoc toreuma toreumatis, ſchema atis, pægma atis, ſyrma atis, pneuma atis, hæc antiquiores etiā p primā declinabāt: ſuntq; oīa græca, vt in gñe diximus. ¶ Ex .e. facit .is. gtūs .q. hui' declinatiōis noīa .i. e. finita mittūt gtūm .e. mutata in .is. vt hoc mare maris, cubile lis, matile lis, ſuntq; oīa neutra atq; latina: nā græca fœminina ſunt: reducunturq; ad primā declinationē latinā. ¶ Onis ab .o. fiet .q. noīa tertiæ declinationis in .o. deſinētia mittūt genitiuū in .onis. ſuper .o. noīatiui aſſumpta .nis. vt hic ſermo ſermonis, harpago gonis, vnio onis, porphyrio onis. ¶ Per .inis. nōnulla dabuntur, .q. hæc noīa q̄ vno verſu cōplectuntur: mittūt genitiuū nō in .onis. ſed in .inis. hic cardo cardinis, ordo inis, turbo inis, pro ventoꝝ vertigine, aut p puerorū trochiſco. Verg. in .i. turbine corripuit: ſcopuloq; infixit acuto. Hora. in epodo: citūq; retro ſolue turbinē. Nā cū propriū eſt nomē gladiatoris cuiuſdā, generalem regulā ſequitur. Idē .ij. ſer. vides turbonis in armis ſpiritū. Homo inis, & nemo inis, qd ab homine cōpoſitū eſt apud antiquiores genitiuū miſit in .onis. Ennius apud Priſcianū. vulturis in ſiluis miſerum mandebat homonē. Ipſe quoq; genitiuus neminis antiquus eſt: quo vix vti poſſumus. Plautus in captiuis. neminis miſerere certū eſt, & Lucillius, neminis ingenio quēq̄ confidere oportet. Apollo apollinis, cuius genitiuus atticus eſt apollo, vt Paulus in epiſtola ad Corinth. i. Hierony. interprete, ego quidē ſum Pauli, ego aūt Apollo, ſed de hoc in declinatiōe græca dicemus, antiquiores quoq; Feſto autore apellinis dicebāt. ¶ Et quod fœminei gñis, .q. noīa etiā deſinētia in .do. vel in .go. q̄ ſunt gñis fœminini, mittūt genitiuū in .inis. vt hæc teredo teredinis, formido inis, virgo ginis, vligo vliginis. Vnedo tñ pro arbore & p pomo, etſi gñis eſt fœminini: genitiuū fecit vnedonis. Pli. lib. xvi. quibuſdā arboribus cortex cadit, vt malo, vnedoni. Idem libro .xv. de vnedone arbore ipſa fructicoſa cui nomen ex argumento ſit vnum tantum edendi. Mendum eſt incredibili conſenſu in omnibus libris receptum, quod a me primū eſt deprehenſum in expoſitione Seruij ſup illud Verg. i. geor. arbuta ſacræ deficerēt ſiluæ, ait nāq; arbuta ſunt rubra poma ſiluarū, quæ Plinius oredones vocat qđ aſperitate ſua plures edi nō poſſunt. atq Pli. nō oredones, ſed vnedones appellat. ergo vel meo piculo emendād' eſt iſte locus: atq; fidei priſtinæ reſtituēdus. ¶ Aſt anio & nerio, .q. hæc duo noīa, hic anio vel aniē, & hæc nerio vel neriē: mittunt genitiuū in .enis: vt anienis nerienis. Hora. i. car. & præceps anio ac tiburti locus, quod antiquiſſimi ſecūdū analogiā declinabāt anien anienis. Cato. nō minus quā quīdecim milia anien abeſt. Papi. etiā in ſiluis, priſcos imitatus præceps anien dixit. Declinatur etiā hic anienis, vt Sil. i. puni. qua pater acceptis anienis ditior vndis, quāq̄ pōt eſſe genitiu' anienis: ſiue igitur pria noīatiui poſitio ſit anio ſiue aniē ſiue anienis. genitiuū habet anienis. Luc. in .ij. gelidas anienis ad vndas. Ouid. xiij. met. quāq̄ anienis aqua curſuq; breuiſſimus almo. Nerio quoq;, vt A. gellius lib. xij. noct. atti. ſcribit. a veteribus ſic declinabatur quaſi anio: nā perinde (inquit) vt aniene. ſic neriene dixerūt tertia ſyllaba producta. Plau. in truculento. Mars peregre aduenieus ſalutat nerienē vxorem ſuam. Mar. in nuptijs philologiæ, certumq; eſſe gradiuum nerienes cōiugis amore torreri, declinatur etiā hæc nerienes .is. vt Var. in ſaty. menipea, nerienes (inquit) minerua fortuna ac ceres. Caro prætera a regula excipitur facitq; in gtō carnis, quoniā apđ priſcos hæc carnis .is. declinabatur. Liuius andro. carnis ait vinūq; quod libāt. T. Liuius. xxv. ab vrbe. laurentibus carnis quæ dari debet, data nō fuerat. Itaq; ab eo quod eſt caro carūcula, & ab eo qđ eſt carnis carnicula diminutiua declinata ſunt. Animaduertēdū hoc in loco, qđ in græcorū declinatiōne diximus: noīa græca fœminina in .o. lōgum deſinētia, in .onis. feciſſe genitiuū apđ priſcos atq; reliquos caſus cōſequēter. vt io ionis. calypſo onis, dido onis. Plau. in aulu. argus quem quōdā ioni iuno cuſtodē dedit. Liuius andro, apud nymphā atlantis filiā

calypſonē.Ennius pœnos didone oriūdos.Sed hmōi declinatiōe iā nō eſſe vtendū oſtēdit Quin.ii.ſ.his verbis.mihi aūt placet latinā rōnē ſequi quouſq; patitur decor,neq; enī calypſonē dixerim autiunonē.q̄q̄ ſecut⁹ antiquos Ceſar vtitur hac rōne declinādi.Illud præterea eſt annotādū.maſculina græca in.on.finita in.hāc terminationē plerūq; à latinis referri.vt tarchō.cho.raphō.pho.agāmenō,eno.Verg.ix.æn.hic tarcho & thyrrheni tuta tenebāt.Idē in.x.parthenīūq; rapho & prædurū virib⁹ orſen.Papi.in.archi.ſtimulatq; agāmeno volētes.¶ Lac tibi dat lactis.q̄.in.c.duo.tātū noīa repiūtur huius declinationis.hoc lac lactis,qd̄ antiquiſſimi hoc lacte lactis declinabāt.Plau.in.menech.nec lacte eſt lacti vſq̄ ſimilius.nā lactes ī plurali,vt alias dixim⁹,ſunt inteſtina per q̄ labitur cibus.vt ſcribit Pli.li.xi.natu.hiſt.ſingulariter quoq; lactis ī noīatiuo dixit Pōpōnius infercti nati.cerebellū(inqt)lactis agnina.¶ Halec quēadmodū in gn̄e memorauimus ſalſugo erat ex piſciculis halecib⁹ ſale maceratis cōfecta:qd̄ etiā garū vocabatur:facit in gtō halecis.quēadmodū & halex.ecis.vt infra dicemus,ſed halec caret nūero multitudinis:quēadmodū & alia multa hmōi noīa.¶ Bogud format.udis.q̄.in.d.vnū tātū repitur nomē hui⁹ declinatiōis bogud qui fuit Rex Mauritaniæ,facitq; in genitiuo bogudis.Liui⁹ apd̄ Priſ.lib.cxiij.ab vrbe cōdi.caſſius(inqt) & bogudcaſtra adorti.Idem in eodem.bogudis cauſa exercitum in Aphricam traijcere conatus ſit.Opius in commentarijs.rex bogud cōiunctis ſuis copijs & cognito regis Iubæ egreſſu.& ibidem pauloante:profectus ab Vtica in Mauritaniam regnūq; bogudis eſt ingreſſus.¶ Noſtri dixere dauidis.ac ſi dicat,q̄ hoc nomē dauid cū finalem ſyllabā acuat:neq; poſſit declinari,quia barbarū eſt;tn̄ noſtri hoc eſt religiōis Chriſtianæ ſcriptores aliq̄n auſi ſunt hic dauid.idis declinare penultina in gtō lōga:quia dauid vltimā acuit,ergo neceſſe eſt,vt gtūm habeat penultimā pducta,vt Michael.elis.Daniel.elis.vtitur illa rōne declinādi Iuuēcus in quattuor euāgelia.¶ Additur.is.poſt.l.q̄ hui⁹ declinatiōis noīa in.l.litterā finita:faciūt gtūm aſſūpta.is.ſup noīatiui terminationē,vt hoc aīal.alis.tribunal.alis.vectigal.alis.Michael.elis.vigil.ilis.ſol,olis.cōſul.ulis.Deīde dicit q̄ hæc duo noīa mel & fel in genitiuo aſſumūt.lis,p.is.itaq; gtūs & reliqui caſus qui pēdēt a gtō duplici.l.ſcribūtur,vt mellis.fellis.melli.felli.a melle felle.¶ Nomē qd̄ fit in.n.q̄ noīa ī.n.finita mittūt gtūm.is.aſſumpta,vt hic titā.is.hæc ſyrē.is.delphin.is.canō.is.ſed quēadmodū in gn̄e diximus in.an.& in.in.& in.on.finita oīa ſūt græca,in.en.vero partim græca partim latina.¶ Men.finita,quia ſuperior regula tātū finali ſyllabæ genitiui pſpexit.dicit nūc q̄ noīa terminata in.men.vt hoc fulmē,numē.& in.cen.vt cōpoſita a cano.is.qualia ſunt tubicē.fidicē.cū his quattuor noīb⁹.vnguen.pectē.inguē.glutē.mutāt.e.noīatiui in.i.vt fluminis.numinis.tubicinis.fidicinis.vnguinis.pectinis.inguinis.glutinis,qd̄ Pli.lib.vij.glutinū dixit,glutinū (inquit) ppēdiculū & terebrā.Hymē vero quō mittat genitiuū nō expreſſit:quia nuſq̄ eius obliqui a me repti ſunt,qd̄ ſi declinaretur nihil dubiū eſt quin hyeminis genitiuū faceret:& reliquos caſus cōſequenter.¶ In.on.vero q̄,vt diximus,oīa ſunt græca.partim mittūt genitiuū in.ontis.vt lacoō.ontis.demophoō.ontis.hippocoō.ontis.hippomedō.ontis.phaetō.ontis.acherō.ontis.tarchō.ontis.biſon.ontis.Partim in.onis.vt dæmō.onis.canō.onis.daphnō.onis.ſindō.onis.ſidō.onis.ſinō.onis.hieron.onis.Euā quoq; vnum de bacchi noībus autore Priſci.tis.in genitiuo aſſumit.dicimuſq; Euantis.Papi.v.theb.& a ſummi auditus mōtibus Euā.Vergil.vi.æn.illa chorum ſimilans euantis orgia circum.Seruius,participium eſſe vult euātis,quaſi bachātis.Sed.de his vbi de græca declinatione plura.¶ Is.poſt.r.iunges,q̄ huius declinationis nomina in.r.litterām terminata aſſumunt in genitiuo.is.quacunq; vocali præcedente.vt puluinar.aris.torcular.aris.anſer.eris.paſſer.eris.gadir.iris.amor.oris.decor.oris.murmur.uris.fur.furis.Far vero accipit in genitiuo.ris.itaq̄; per.r.duplex ſcribitur.far farris.& reliqui cōſequenter caſus,qui a genitiuo formantur.farris autē ideo putant.r.in genitiuo ſumpſiſſe:ne coincideret cum ſecunda perſona huius verbi for faris.Deinde dicit,q̄ tria noīa in.cer.deſinentia mittunt genitiuū,cer.mutata in.c.is.ea ſunt acer acris,pro fortis,vehemens & acutus,nam pro arbore aceris in genitiuo facit.Solinus de thure ſcribens,ramis(inquit)ad aceris æqualitatem.Volucer.cris.alacer.cris.Deinde q̄ hoc nomen imber,& ab eo cōpoſita ſeptember,october,nouember,decēber,mulciber formant genitiuū,ber.mutata in.bris.vt imbris,ſeptembris,octobris,nouēbris,decēbris.mulcibris,nam a mulcendo & imbri cōpoſitum videtur:& recte ſimplicis declinationē ſeruat.ſed Ouid.in.ij.de arte mulciberis poſuit dicens:mulciberis capti Marſq; Venuſq; dolis.Cic.vt in.ij.delinatione diximus genitiuum mulcibri protulit.ij.thuſ.Celeber quoq; & ſaluber genitiuos faciunt celebris & ſalubris.Poſſunt autem hæc duo adiectiua cū illlis tribus acer.volucrer.alacer.& cum illis quæ terminantur in.ſter.etiā & ſub terminatione in.is.p genere maſculino & fœminino declinari,vt hic & hæc alacris & hoc alacre.hic & hæc acris & hoc acre.Verg.vi.æn.anchiſes alacres palmas vtraſq; tetendit.Ennius apud.Priſ.ſomnus repente in campo paſſim moliſſimus perculit acris.¶ In.tris.plura dabis,q̄ in.ter.deſinentia nomina multa reperiuntur mittentia genitiuum in.tris.nō tamen omnia,vt quidā putauerūt:quoniā græca omnia mittunt genitiuū in.eris.vt ſoter.eris.pāther.eris.character.eris.phyſeter.eris.ſtater.eris.luter.eris.ſpinther.eris.non ſpinthris.& cōplura alia:de quibus.li.v.cum decremētis nominū dicitur plenius diſſerēdū eſt.¶ Quæ vero in.tris.mittūt genitiuū hæc ſunt fere.frater.tris.mater.tris.pater.tris.& ab eo cōpoſita,vt dieſpiter.tris.marſpiter.tris.opiter.tris.Iupiter.tris quod etiā Iouis facit,ſed hoc a noīatiuo iouis eſt quēadmodū iupitris a iupiter:qua declinādi rōne Iginius frequēter vtitur,vt vter.tris.accipiter.tris.venter.tris.lynther.thris.etiam ſi græcū ſit.

Lac tibi dat lactis,halec halecis habebit.
Bogud format.udis.noſtri dixere Dauidis.
Additur.is.poſt.l.Sed lis mel felq; recepit.
Nomen quod fit in.n.aſſumit.is.in genitiuo.
Men.finita dabunt.inis.& quod deſinit in.cen.
Atq; vnguen.pecten.iūges cūq; inguine glutē.
Et quandoq; datur ex.on.genitiuus in.ontis.
Is.poſt.r.iunges.Tamen.r.tibi far germinabit.
Cris dat acer.voluer;alacer,bris,accipit imber.
Et ſua compoſita;celeber.quibus adde ſaluber.
In.tris.plura dabis.frater.mater.pater.vter.

¶ Et nomina adiectiua ꝯ gñe maſculino deſinentia in . . . mittunt quoq; gtũm in ſtris, vt ſilueſter ſtris. qđ cum eſt viri pꝛoprium ſilueſter ſtri ꝓ ſcđam declinatur. rureſter ſtris queſter ſtris. pedeſter ſtris. paluſter ſtris. campeſter ſtris. ſequeſter ſtris, qđ etiam ꝓ ſcđam & primam declinatur ſequeſter ſtra ſtrum. Sed q̃ret fortaſſe quiſpiam cur nõ fecit mẽtiõem hoc loco huius nois iter. At qđ illđ dicim⁹ hoc nomẽ in vſu noſtro ex duob⁹ rectis cõſtare hoc eſt iter itineris . . . ſed in ntõ & duobus reliqs caſibu, qui in neutris noibus ſunt ntõ ſiles, magis eſt in vſu iter. in obliqs magis eſt itiner, ſed de hoc infra iterum dicem⁹ cum de hũtibus duplex cremẽtum diſſeretur.

Accipiter: venter: linther; quod deſinit in ſter,
Iuppitris atq; Iouis dat Iuppiter. O facit ex u,
Femur: ebur: robur: iecur: at cor dat tibi cordis.
Suſcipit atis ab as gtũs. Demitur inde
Vas vadis & vaſis, as aſſis, mas maris; Atqui
Græcum ponit adis gtõ ponit & antis.
Cum ſit in es nomẽ mas; aut cõmune duorũ,
Dat gtũs itis. Sed verres dat tibi verris.
Et vates vatis. Dat etis pariesq; ariesq;.
Perpes & interpres; teres; indiges, pꝛpes; hebeſq;
Inquies & locuples; magnes. Hæreſq; dat edis.
Pes pedis. At nomen dat idis qđ de ſedeo fit.
Græcum nomẽ in es gtũ mittit in etis.
In proprijs ex es facit is; quãdoq; dat etis.

Eadem rõne: cum Iupiter & Iouis in ntõ dicatur; atq; in gtõ Iupitris & Iouis, Iupiter in ntõ magis eſt in vſu queadmodum & Iouis in gtõ, q̃ eſt ab eo qđ hic Iouis. Cecilius apđ Priſcia. non nobis adem deus reptus eſt Iouis. & Actius apđ eundem, lucifera lãpade excurat Iouis aritẽ. O facit ex u. q. hec quattuor noia femur, ebur, robur, iecur, & ſi regulã ſequuntur terminatoꝝ in r. q̃ntum ad ſyllabã genitiui terminalẽ attinet: tñ in penultima mutãt u nominatiui in o. dicimuſq; femoris, eboris, roboris, iecoris, qđ etiam in gtõ iecinoris vel iocinoris fecit, q̃q̃ videatur ab eo qđ eſt iecinus vel iocinus declinari. Perſi. rupto iecore exierit caprificus. Liui. viij. ab vrbe. caput iocineris a familiari parte cæſum. Antoni⁹ gniſo: quẽ Cicero poſt fori laborem freq̃nter audiebat: ab eo quod eſt ebur & robur ebura & robura faciebat: autor eſt Quint. in . i. deinde dicit q. hoc nomẽ cor accepit d litterã mediã: fecitq; in gtõ cordis. Hepar vero qđ apđ græcos hepatos gtũm facit: ideo nõ poſui qa hoc nomẽ a latinis receptum nõ eſt: cum proprium hẽat iecur, & qđ ex antiquiorib⁹ grãmaticis nullus poſuit, qđ ipſum argumẽto eſt eo nõ eſſe vtẽdũ. Lar quoq; pꝛe ge veientũ: qđ Priſ. poſuit facere gtũm lartis: ego nõ poſui: qđ hui⁹ nois tãtũ obliquos repio. Liui. li. iiij. lar tetolunio rege veientoꝝ. & Qui larte ferox, cæſo coſſus opima tulit. ¶ Suſcipit atis ab as. q. noia tertiæ declinatiõis in as finita mittunt gtũm in atis, s noiatiui mutata in tis. vt pietas atis. ſanctitas atis. ciuitas atis. veritas atis. & noia gẽtilia, vt arpinas atis. altinas atis, toloſas atis. q̃ antiqores ꝑ is & e declinabãt, vt arpinatis ate. altinatis ate. Excipiũtur quattuor monoſyllaba q̃ aliter exeunt in gtõ, ea ſunt vas dis. Cice. iiij. offi. vas factꝰ eſt alter ei⁹ ſiſtẽdi. Hora. i. ſer. ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem. Vas vaſis, qđ etiam antiquiores hoc vaſum vaſi declinabãt. atq; ideo in plurali tãtum ſcđæ repitur declinatiõis. Cato apđ Gel. li. xij. noctiũ atti. neq; vaſum neq; veſtimentũ vllũ eſt in manu precioſum. As aſſis ꝓ libra, duodecim vnciarũ ſiue ꝓ ſolida hæreditate. Mas maris, ꝓ maſculo in qualibet ſpecie, qđ aliqñ figuratæ etiã neutris iũximus quia maſculinũ ſicut & fœmininũ verſus heroic⁹ nõ recipit, itaq; aliqñ nomẽ mas, aliqñ maſculũ diximus qđ vtrũq; impropriũ eſt. Atqui græcum ponit adis. q. noia græca partim mittũt gtũm in adis vt arcas adis. pallas adis. monas adis. ogdoas ogdoadis. decas decadis. hellas adis. arcas adis. Partim in antis. vt pallas antis. calchas antis. thoas thoantis. elephas elephãtis, gigas gigãtis, adamas adamãtis. atlas ãtis. Sed q̃ ſunt illa q̃ mittunt in adis, q̃ in antis, a declinatiõe græca petẽdum eſt, nã q̃ illi mittũt in ados. nos in adis, quæ illi in antos nos in antis vertere debem⁹. ¶ Cũ ſit in es nomẽ. q. noia maſculina, aut cõia duorũ generũ terminata in es mittũt genitiuũ in itis, e noiatiui mutata in i. & s mutata in tis. vt hic ſtipes ſtipitis, hic trames itis. hic & hæc miles itis. hic & hæc ſoſpes itis. Excipiuntur duo, hic verres, hic & hæc vates, q̃ formãt genitiuũ es muta in is. vt verres ris. vates tis. In etis vero mittũt genitiuũ vndecim noia q̃ ſequuntur. paries etis. aries etis, perpes perpetis, interpres etis, teres etis, indiges etis. præpes etis. hebes etis. Inquies inquietis. locuples etis. magnes etis. manſues etis. quod apud priſcos fuit. Actius in meleagro, miſericordia manſues fit. Plautus in aſinaria reddam ego te fera fame manſuetẽ. Apul. vij. meta. manſuetes ac mãſues inde factos. Idem in xi. vide & vrſam mãſuem ab eo quod manſuis e. videtur feciſſe vtrobiq;. impes impetis tantũ in ablatiuo ſiue ſeptimo caſu reperitur: atq; ideo ad defectiua nomina reiecimus. apud Columelã quoq; reperi in ij. de re ruſt. cõpitibus ab eo quod eſt cõpes cõpetis. a vepribus (inquit) cõpitibuſq; congeſta colligere. Duo tñ ponit mittentia genitiuũ in edis. hæres edis. & pes dis. Cõpoſita quoq; a ſedeo. es exeunt in idis. vt obſes idis. reſes idis. præſes idis. ¶ Græcum nomen in es. q. noia græca in es finita plerũq; mittũt genitiuũ in etis. vt cres cretis. lebes etis. tapes etis. quod etiam hoc tapete, vel hoc tapetũ declinari poteſt. Silius iiij. puni. illum ſidonio fulgentem ardore tapeta. Verg. in ix. æñ. pulchroſq; tapetas. Pli. lib. viij. in tapetis antiquiſſima gratia. & ff. in titulo. de auro & argento legato. l. argumẽto. tapeta (inquit) veſti cædunt: quæ aut ſterni, aut inijci ſolẽt, q̃q̃ tapeta poſſe legi alibi diximus. nam quod Verg. ix. æñ. dixit, qui forte tapetibus altis. ab eo quod eſt tapes tapetis. vel tapete tapetis eſſe poteſt. ¶ Noia vero propria virorũ quãdoq; mittũt genitiuũ es mutata in is. vt ioãnes ioãnis, diomedes diomedis. vlyſſes vlyſſis. achiles achillis, quãdoq; mittunt genitiuum es mutata in is. atq; etiam in etis. vt dares daris, vel daretis. thales thalis vel thaletis. chremes chremis vel chremetis, rhamnes is vel rhamnetis. pheres is. vel pheretis. Verg. v. æñ. vaſtis cum viribus effert ora dares. Atq; iterum præcipitem darem ardẽs agit. & paulopoſt. feſſumq; dareta eripuit mulcẽs dictis. Iuue. & mitte thaletis ingenium. Terentius in andria, puerum inde abiens conueni Chremis. Idem in eadem. Chremetis affinitatem effugere potero. Verg. ix. æneid. Eurialus phaleras rhamnetis: & aurea bullis. Papinius. ix. the. inde pheres acerq; tichus, ſed caſſa pheretis.

Es.tibi fœmineum conuertit in.is.genitiuum;
Sed teges:atq; ſeges,abies.quieſq; dat.etis.
Merces mercedis facit.in cereris Ceres exit,
Is.finita tibi mittunt ſimilem genitiuum.
Cuſpis format.idis.caſſis.lapis additur illis.
Semis ſemiſſis dat,ſanguis ſanguinis.Et quæ
Dãt.eris;vt cucumis.vomis;&cinis;addito puluis
Impubis iunges.glis.gliris;liſq; dat.itis.
Samnis ſamnitis.dis.ditis.adde quiritem.
Græcum mittit.idis.Simois pyroiſq; dat.entis.
Quod fit in.in.&in.is,dabit.inis,iũgito pollis.

¶Es.tibi fœmineum,ꝙ nomina fœminina in.es.deſinentia mittũt genitiuũ.es.mutata in.is.vt apes.is.vulpes.is.proles.is.ſoboles.is.quattuor vero fœminina q̃ hic explicantur.mittunt genitiuũ in.etis.ea ſunt teges.etis.ſeges.etis.abies.etis.quies etis,qđ(vt ſupra diximus)veteres per quintam nominis declinationẽ proferebãt,merces facit mercedis,& ceres cereris.Quod vero iuniores ab eo quod eſt agnes.etis.in genitiuo fecerunt:arte exemploq; caret.nullũ enim græcũ fœmininũ eſt huius declinationis qđ facit genitiuũ in.etis.& diuus.Ambro.q nobis vitã atq; hiſtoriã beatæ Agnes ſcriptã reliquit:cũ frequenter nomen virginis repetat:nunq̃ agnetis agneti agnetem ab agnete dixit:ſed agne agnes & reliquis caſibus græcæ declinationis ſemper vſus eſt, nam cum agne nomen ſit græcum:interpretatur namq; caſta,aut declinatione græca flectendum eſt, agne agnes vel agneos, aut latina agna agnæ.vt Hortius.i.ſer. delectat veluti balbinum polypus agnæ,quid quod in codicibus antiquis atq; fidei probatiſſimæ in quibus rei diuinæ myſtica pertractãtur,cum virginis martyriſq; cõmemoratio fiat:nõ agnetis & agnete,ſed agnes & agne legitur:quã ſcripturam adhuc retinẽt viri religioſi,atq; antiquitatum veræq; lectionis diligentiſſimi indagatores,qui habitu moribus & vitæ ſanctimonia diuum nobis Hiero.repreſentant. ¶Is finita tibi mittunt,ꝙ nomina in.is.deſinentia habent genitiuum ſimilem nominatiuo,vt panis panis,ignis ignis.nauis nauis.claſſis.is.Tria tamen nomina mittunt genitiuũ in.idis.Cuſpis.idis. atq; ab eo cõpoſitum tricuſpis. idis. Ouid.i.meta. poſito tricuſpide telo. Caſſis,idis,quod etiã hæc caſſida declinatur.Verg.li.xi.æñ.aurea fuit caſſida:lapis.idis.a quo Ennius in.vij.caſu fecit lapi. dicens occũbunt multi lœtum ferroq; lapiq;.Semis præterea facit ſemiſſis.vt in digeſtorũ libris de vulgari & pupillari ſubſtitutiõe.l.etſi.Per bonorũ(inqt)poſſeſſionẽ ſemis ei ablatus ſit.Genitiuũ poſuit Priſcia.de ponder.& mẽſuris.d.poſt hæc ſemiſſis ſolidi pars maxima fertur.Cum vero non ſex vncias,aut aſſis medietatem:ſed tantum alicuius integri dimidium ſignificat:ſiue ſit aduerbiũ ſiue ſit nomen,indeclinabile eſt. Sanguis.inis.a quo exanguis compoſitum exanguis fecit in genitiuo nõ exanguinis,vt ſupra memorauimus. Et quæ dant,eris,ꝙ quinq; nomina quæ hoc in loco explicãtur mittũt genitiuum in.eris.Cucumis.eris.Verg.in copa.& pẽdet iunco ceruleus cucumis. declinatur etiam cucumer.eris.immo quãtũ ſuſpicamur hæc nõia duplices habuere caſus ex duplici nominatiui terminatione profectos cucumer vel cucumis.eris.vel cucumis cucumeri vel cucumi,cucumerẽ vel cucumin.Pli.lib.xix.cucumin vero & in odore & in colore ſimilem.Idem lib.xx. cucumin ſilueſtrem eſſe dicimus multos infra magnitudinem ſatiui,& paulopoſt cucumin qui magnificant.Vomer vel vomis vomeris.Seruius.i.geor.vomer(inquit) vel vomis ab vtroq; vomeris.Et eodem modo ciner vel cinis.eris.puluer vel puluis.eris.impuber vel impubis.eris.quemadmodum in principio huius libri diximus,Cæſar in libro de analogia puber puberis declinare præcepit. Probus vero grãmaticus eruditiſſimus pubis puberis,nos tamen cum apud Cice.in.ij.de orat. legamus:ꝙ niſi puberem te iam (inquit) haberem. & apud Saluſt.in iugur.deinde omnes puberes numidas atq; negociatores interfecit:ſuſpicamur ex analogia quam habent inter ſe dictiones ſimplices & ab eis compoſitæ duplices fuiſſe nominatiui terminationes,atq; vtramq; regularem habuiſſe genitiuum puber puberis,a quo ſit compoſitum impuber.eris: quemadmodum Cicero in.iiij.inuecti.dixit,filium eius impuberem legatum a patre miſſum.& hic & hæc impubis & hoc impube,quam declinandi rationem.Vergil.ſecutus.ait.impubis iuli. & hora.ij.car. impubem parentes troilum,& idem in epodo.tremẽti quæſtus ora conſtitit puer impube corpus.Glis.iris.aĩal notum eſt de quo Martia.in diſticho.cuius lemma eſt glires:(inquit)tota mihi dormitur hyems & pinguior illo tempore ſum:quo me nil niſi ſomnus alit.Quod vero quidã glitis & gliſſis ab eo quod eſt glis fecerunt. adhuc nuſquam legi.Lis,litis. ſamnis.itis.dis ditis.genitiuum in.tis.miſerunt.Quirites quoq;,qđ Phocas in numero tãtum multitudinis declinat,ex ꝓportione in ſingulari quiris quiritis declinarẽ poteſt,quã rationẽ Ouidius ſecutus in elegijs dixit.an ſi pulſaſſem minima de plæbe quiritẽ.& Perſius,quibus vna quiritem vertigo facit.¶Græcũ mittit.idis.ꝙ nõia græca huius declinationis terminata in.is.mittũt genitiuũ in.idis.vt paris paridis.adonis adonĩdis.eupolis eupolidis.doris.idis.thetis.idis.iaſpis.idis.Aliqñ habẽt genitiuũ parium ſyllabarum:cum.ſ.genitiuus apud græcos in.os.purum deſinit.vt paris parios.paris paris.adonis adonios. adonis adonis.neapolis neapolios. neapolis.neapolis. Pleraq; tamen ex his quæ græci terminãt in.ios.in genitiuo.mittunt apud nos genitiuũ in. idis.vt tigris tigrios vel tigris tigridis. Simois pyroiſq;,ꝙ hæc duo nomina græca pyrois & ſymois reperiuntur apud latinos facere genitiuũ in.entis.vt pyrois pyroentis.ſimois ſimoentis.Ouid.ij.meta.interea volucres pyrois eous & aethon.Vale.flaccus in.v.argonauticæ.& formidantẽ patrios pyroenta dolores. Verg.i.æñ.vbi tot ſimois correpta ſub vndis.Idem in eodem.alma venus phrygij genuit ſimoentis ad vndam.¶Quod fit in.in.ꝙ nomina græca quæ in nominatiuo duplicem habent terminationem(hoc eſt) in.in.vel in.is.mittunt genitiuum in.inis.vt eleuſin.eleuſis eleuſinis.ſalamin vel ſalamis. ſalaminis.trachyn vel trachys trachynis.delphin vel delphis delphinis.phorcyn vel phorcys phorcynis.Ouid.in epiſtola Phædræ tempore,quo nobis inita eſt cerealis eleuſis. Idem.vij.meta.cerealis eleuſis iterum dixit. Seruius in illud Verg.i.Georgicorũ.vomis & inflexi primum graue robur aratri:græci (inquit)delphin delphis dicunt eleuſim & eleuſis ſed verius in.n.deſinunt quod in obliquis habent.n.delphinos.eleuſinos.dicitur etiam & eleuſina. Iuſtinus libro.v.tyrannos(inquit) eleuſina emigrare iuſſerat.Ouidius.xiiij.meta.dominæ ſub imagine ſignũ ſeruat adhuc ſalamis. Horatius.i.carmi.teucer

ſalamina, patremq́; cum fugeret. Trachyn & trachys qđ interpretatur aſpera: vrbs eſt Boeotiæ. Lucan⁹ trachyn præcioq́; nefandæ lampados, & Ouid. in. xj. meta. herculeam trachyna iube. quod vero dicit iungito pollis, quantum ad terminationem. is. intelligendum eſt: nam illa in. inis. penultima longa faciunt: hoc penultima breui. illa præterea græca ſunt: hoc latinum. Declinatur etiam pollen pollinis autoribus probo & Cæſare in lib. de analogia. Phocas vero & Cariſius pollis. inis. declinant. ſed quemadmodum de recto non ſatis conſtat: ita de obliquis exploratum eſt. Serenus. proderit et madida frumentum polline turgens. Celſus. lib. ij. ex polline infirmiſſim⁹ cibarius panis. Pli. li. xxxiiij. illinunt (inqt) cũ polline.

Otis nomen in, os. mittit. Tamen exit in, oris,
Ros, flos; moſq́; lepos. os, tranſit in, oris. & oſſis.
Cuſtos cuſtodis dat. bos bouis. Et tamen. ois.
Græca dabũt, vt tros; thos; minos; additur heros.
Vs. tibi mittit. oris. Per. eris. ſed plura dabuntur.
Vlcus. acus. viſcus. fœdus; cum pondere ſidus.
Vellus; holuſq́; ſcel⁹; funus; gen⁹; addito vuln⁹.
Munus; onuſq́; lat⁹; vetus; atq́; opus. Et tñ. udis.
Dãt ſubſcus, inc⁹; palus; & pec⁹. Hæc muliebris.
Telluris Veneriſq́; dabunt telluſq́; venuſq́.
Cætera fœminei generis mittuntur in. utis,
Quę polyſyllaba ſũt, monoſyllaba dant in. uris.
Grus & ſus dat. uis. Intercus. utis. tibi mittit.
Græcum nomen in. us. gtũ mittit in. untis.

¶ Otis. nomẽ in. os. alij hãc regulã de terminatis in. os. aliter poſuerũt dicentes mittere freq̃ntius genitiuum in. oris. nos autem illam inuertentes diximus generaliter facere genitiuum in. otis. quod plura in. otis. facere reperiuntur q̃ in. oris. vt rhinoceros. otis. monoceros. otis. niceros. otis. ægoceros. otis. heros. otis. phileros. otis. nepos. otis. dos dotis. cos cotis. ſacerdos. otis. cõpos. otis. impos. otis. Mart. in. j. quæ non promiſit, prælia rhinoceros. Idem in eodem, & pueri naſum rhinocerotis habent. Pli. lib. viij. aſperrimam autem feram rhinocerotem. Luca. humidus ægoceros, nec plus leo tollitur vrna. Mart. cum placeat phileros tota tibi dote redemptus, & paulopoſt, perpetuam dij te faciant phileros amicam. & in libris digeſto. titulo de fideicommiſſis. l. Lucius. heros herotiliberum nõ dedit. In. oris, vero exeunt pauca: quæ hic enumerat. ros roris. flos. oris. mos moris. lepos leporis. os oris. & quæ terminantur etiam in. or. vt arbor vel arbos arboris, color vel colos coloris. vapor, vel vapos vaporis. odor. vel odos odoris. honor vel honos honoris. Vergil. in bucco. nunc omnis parturit arbos. Pli. xxxv. glebis inquit ſuus colos. atq́; ibidem ſæpius ea declinandi ratione vtitur. Lucre. libro. v. & volitans permanat ad hos friguſq́; vapoſq́. Plau. in captiuis. cuius odos ſub baſilica nos omnis adegit in forum. Verg. j. æneidos, hic pietatis honos: ſic nos in ſceptra reponis? timor etiam vel timos apud Marcel. legitur. Os quoq́; in alia ſignificatione oſſis facit. cuſtos cuſtodis. bos bouis. Et tamen. ois. q̃ quædam nomina græca reperiuntur mittentia genitiuum in. ois. vt minos. ois. tros trois. thos thois. heros herois, ab eo quod eſt minos. onis. fecit Saluſtius apud Priſcia. in. ij. hiſto. dædalus (inquit) e Sicilia pfectus quo Minonis fugerat iram, ſed poteſt eſſe hic genitiuus ab eo quod minon. Verg. j. æneidos, tros tiriuſq́; mihi nullo diſcrimine agetur. Et in eodem. troas reliquias danaum: & troes te miſeri ventis maria omnia vecti. Pli. lib. viij. nam thoes luporum id genus eſt. ¶ Vs. tibi mittit. ſæpe de hac quoq́; regula inuertenda cogitauimus: propterea q̃ aliquanto plura excipiebantur: q̃ continebat, ſed ne ſimus tantæ nouitatis autores dicamus: q̃ huius declinationis nomina terminata in. us. mittunt genitiuum in. oris. ea fere ſunt corpus corporis. decus decoris, lepus leporis, littus littoris, fœnus fœnoris. frigus frigoris. nemus nemoris. pectus pectoris. pignus. oris. pecus pecoris. ſtercus ſtercoris. tempus temporis. tergus. oris. facinus. oris. & nomina comparatiua ſub terminatione. us. vt nobilius nobilioris. breuius breuioris. Excipiuntur vero ſeptemdecim nomina: quæ tribus verſibus cõtinẽtur: quoniã gtũm mittũt in. eris. vlcus vlceris. acus aceris. viſcus. eris. fœdus. eris. põd⁹. eris. ſydus. eris. vellus. eris. holus. eris. ſcelus. eris. funus. eris. genus. eris. vulnus. eris. munus. eris. onus. eris. latus. eris. vetus veteris. opus operis. Illa quoq́; duo pignus & fœnus etiam in. eris. quoq́; exeunt. Iuuena. milia fœnus pigneribus poſitis, a fœnere quoq́; fœneror & fœnero declinata ſunt. Et tamen. udis. q̃ huius declinationis quattuor tantũ nomina exeũt in. udis. ſubſcus. udis. incus. udis. palus paludis. pecus pecudis. Quattuordecim anni ſunt ex quo hanc regulam magno honoris noſtri periculo cœpimus ædere, vt aliorũ autorũ perplexitatem fugeremus: qui hac in parte genus cũ declinatiõe atq́; vtrũq́; cũ ſyllabarũ quãtitate cõfundũt. in quo quãto breuiores facilioreſq́; fuerimus q̃ cæteri, addo etiã copioſiores, etiam maleuolis iudicandũ relinquo. Sed in tanto temporis interuallo ex freq̃nti librorũ lectiõe: quos lexici mei gratia excuſſi: vnũ tantum reperi nomẽ: qđ regulis a me traditis nõ cõtinebatur: cuius neq́; alij quoq́; grãmatici mẽtionem fecerant. Id erat ſubſcus. udis. Ennius apđ feſtũ. neq́; vlla ſubſcus prohibet compagem. Cato. de re ruſti. ſubſcudes iligneas adindito. Quod vero dixit pecus hæc muliebre, dictum eſt, ppterea q̃ hoc pecus pecoris facit in genitiuo. Cætera fœminei gñis. ſunt autẽ tantũ quæ: vt in genere diſputauim⁹. virtus virtutis. iuuent⁹ iuuentutis. ſenect⁹ ſenectutis, ſalus. tis. ſeruitus. tutis, Monoſyllaba dantur. q̃ nomina monoſyllaba hui⁹ declinationis terminata in. us, mittũt gtũm: in. uris. vt mus. ris. ius, ris, crus cruris. thus thuris. pus puris. quo freq̃nter etiam in obliquis Celſus vtitur. Grus tamen facit gruis. & ſus ſuis. Lygus vero rationẽ monoſyllabarum ſeqtur. aut gtũm ab altera terminatione hoc eſt lygur accepit. fecitq́; cũ illo lyguris. Hoc nomen intercus. t. in gtõ accepit: propterea qđ ab inter & cutis componitur. ¶ Græcũ nomen in. us. q̃ nomina græca terminata in. us. mittũt gtũm in. ũtis. vt amathus. ũtis. ſipus. ũtis. phycus. ũtis. hiericus. ũtis. opus. ũtis. trapez⁹. ũtis. hydrus. ũtis. phli⁹. ũtis. Verg. x. æneidos. amathus eſt celſa mihi paphos. Ouid. x. metamor. at ſi forte roges fœcũdam amathũta metallis. Luca. in vij. & ſubdita ſipus montibus. Silius. ix. punico. terras & littora ſipus: vrbs eſt Apuliæ. q̃ poſtea ſipontus dicta eſt. Pli. in cyrenaicæ deſcriptiõe. promontorium (inquit) phycus per creticum mare excurrit. Luca. in. ix. ſæuas merita phycunta ruinas ſparſit. Ptole. in. paleſtinæ deſcriptõie. hiericus in recto poſuit. actũm vero Pli. lib. v. hiericuntẽ (inqt) palmetis cõſitã

ſontibus irriguam. Opus.untis.oppidũ a Ptolemæo ponitur in Achaia. Ouid.in.i.de ponto.cede puer, facta patroclus opũta reliquit. Plinius.lib.vi.a phenice centũ millia paſſuũ trapezus, & paulopoſt, a trapezũte (inqt) centũ quadraginta mille paſſus. Curtius, regionẽ eam vſq; ad trapezunta defendere. Luca.in.vi.quas auius hydrus antiquuſq; bares. Pli.in.iij.ab hydrũte in primis Italiæ portu nobili. Cice.in epiſtolis.ab hydrũte (inquit) ludibũdi peruenimus. Phlius quoq; ab Ptolemæo in ſicyonia ponitur, pythagorã vero ad leontẽ phliũta veniſſe legimus. ¶ De pus exit odis, q noĩa cõpoſita apus podos græce quod interpretatur pes: mittũt in.odis.vt tripus tripodis.vt indocti grãmatici dicunt. œdipus œdipodis. Martia. qui legis oedipodem caligantemq; thyeſtem. Plautus in penulo per ſecũdam declinauit. iſti inquit orationi oedipo opus eſt coniectore. Suetonius quoq; in Cæſare eadem declinatiõe vſus eſt. Papinius etiã in primo thebaidis.cũ dicit oedipode cõfuſa domus.ab eo qđ eſt hic œdipodes.ode Melãp⁹.odis.hic diuin⁹ fuit Amithaonis filius, a quo melãpodiũ herba dicitur reperta. ¶ Dat diphthõgus in.æs.q duo reperiũtur noĩa in.æs dipthõgon finita hoc.æs.qđ facit in genitiuo.æris.& hic præs qđ facit prædis. In.aus.quoq; duo hæc laus, hæc fraus.quod vtrũq; facit genitiuũ in.dis.fraudis, laudis. ¶ Si.b.p.phi.præit.s.& q nomina habẽtia.b.aut.p.aut.ph.quæ a græcis dicitur.phi.ante.s.formant genitiuũ interpoſita.i.inter.b.p.ph.&.s.vt arabs.bis. plæbs.bis.chalybs.ybis. lælaps. apis.ſeps.ſepis.ſtirps. ſtirpis.inops.opis.gryphs.yphis. ciniphs.phis.q fluuius eſt Aphricæ ad garamãtes, quãq græci in recto per.p.exile ſcribãt.in.obliquis p.ph.aſpiratũ. ¶ E.mutatur in.i.hæc regula ad genitiui penultimã ptinet: diciq; q noĩa pluriũ ſyllabarũ habẽtia.e.ante.bs.aut.ps.mutant illud.e.in.i.genitiuo.vt cælebs.ibis.princeps.pis.q ſi monoſyllaba ſunt, non mutant.e.in.i.vt plebs.bis.ſeps.pis. Auceps tñ neq; fecit aucepis: nec fecit aucipis, ſed aucupis. Probus tamen eos dicit errare: qui dicunt auceps aucupis: cum dicendũ ſit aucupes aucupis. Sed ego neſcio quid ſibi voluerit vir doctiſſimus: cũ nunq̃ aucupes, ſed frequẽter auceps reperiatur, vt apud Ouid.xi.meta.laqueis quos callidus abdidit auceps. ¶ Ponit hyems hyemis, q in.ms.vnũ tãtũ reperitur nomẽ hæc hyems, quod fecit hyemis: & in.ls.vnum quoq; hæc puls.qđ fecit pultis. Pli.lib.xviij.videtur tã puls ignota Græciæ fuiſſe, q̃ Italiæ polenta. Iuue. & grãdes fumabãt pultib⁹ ollæ. ¶ Si præit.n.aut.r.q noĩa habẽtia.n.aut.r.ante.s.mittũt genitiuũ interpoſita.ti.iter.ns.aut.rs. vt hic dodrans.antis.ſextans.antis.ſapiens.entis.mens.entis.tyrins.this.quod.th.aſpiratũ recipit.frons.ontis.arũs.untis. In.dis.tñ genitiuum faciunt quinq;. Lens.dis.animal illud ſiue beſtiola, quæ in capillis palpebriſq; innaſcitur. Serenus. vnda maris lendes capitis deducit iniquas. Pli.lib.xxxv.item lendes in palpebris tollit.lens vero cũ facit lentis.legumẽ eſt notum. ¶ Frons.dis.Verg.ij.geor.præcipue dũ frons tenera.vbi Seruius ait, verã lectionem eſſe frondis, ſed a fronte & a frõde vnũ ait eſſe noĩatiuũ. Varro quoq; in libris de re ruſt.etiã frons in noĩatiuo protulit, cũ vero facit frontis: partẽ capitis aut faciẽ alicuius rei ſignificat. ¶ Glãs.dis.Ouid.xiiij.meta.miſſa ſolet medio glãs intabeſcere cælo. Cæſar in cõmentariis, eodem tẽpore glãs miſſa eſt inſcripta. & digeſtis de glãde legata.glãdis noĩe oĩs fructus cõtinetur. Verg.tamẽ pluit ilice glãdis, dicit. ¶ Nefrens.dis.pro porcello, vt in genere diximus: qui cum ablactatus ſit nõdum tñ fabam aut glãdem frendere, hoc eſt frangere poteſt. ¶ Libripẽs.dis.q a libra & pendo pendis, a quo eſt appendo & ſuſpendo. Pli.lib.xxxiij. ſtipis ponderandæ penſatores dicuntur libripendes. Liuius Andronicus apud Priſcia.impubis libripens eſſe nõ poteſt. ¶ Vt cor dat cordis, q etiam compoſita a corde faciunt in genitiuo quemadmodum ſimplex cor cordis: vt concors.odis.diſcors, diſcordis, vecors.dis.ſecors.dis, prauicors.ordis.miſericors.ordis. ¶ Vncia qđ nomen, q compoſita ab vncia mittunt genitiuum in.uncis, vt quincuns.uncis.ſextuns.uncis.decuns, uncis.deuns.uncis. Sunt qui per.x. in fine præcipiant ſcribere quincunx.ſextunx.deunx.decunx.illa opinor ratione ducti: quod propriũ eſt deſinentium in.x. mittere genitiuum in.cis. ¶ Dat capitis caput. In.t. finitum nomen, quod declinetur, vnum tantum reperitur caput, facitq; in genitiuo capitis. & duo ab illo compoſita ſinciput & occiput facientia genitiuum in.cipitis.ſincipitis & occipitis. Dicit præterea in cipitis mittere genitiuum compoſita a capite.habentq; duplex genitiui crementum.vt biceps bicipitis.triceps.itis.anceps.itis. præceps.itis.quæ etiam antiquiſſimi ancipes.itis. & præcipes.itis.declinabant. Plau.apud Priſc.in commorientibus, ſaliam in puteum miſiſti præcipes. Idem in rudente.altrinſecus eſt ſecuricula ancipes, atq; e diuerſo præcipes.ipis. atq; anceps ancipis declinabant. Liuius Andronicus apud Priſci. ſeq; in alta maria præcipem inops dedit. & Ennius apud eundem.intra muros, aut extra præcipe cauſa. ¶ Superioribus quoq; annumerantur duo nomina duplex crementum habentia. ſuppelex ſupellectilis.& iter itineris, ſed iter, vt ſupra diximus, iteris fecit, quẽadmodũ itiner itineris. ex quibus duobus eruditior ætas vnum conflauit iter.eris.itaq; non dicimus.itiner in recto, neq; iteris.iteri.iterẽ.in obliquis. Suppellex vero ideo fecit ſupellectilis, q antiquiores hæc ſupellectilis declinabant. ſit Cato apud Priſcia, quaſi ſupellectilus (inqt) ſolet, nunc vero hæc ſupellex dicimus. vt Horatius campana ſupellex, & Perſius, quam ſit tibi curta ſupellex. Vergilius.i.Georg.virgea præterea cæli viliſq; ſupellex, vbi ait Seruius.ſupellex vſurpatum eſt: nam artis ſupellectilis eſt, quia genitiuus, aut par eſſe debet, aut maior vna ſyllaba, ſi duabus contra artem id eſt.

De pus exit, odis. tibi ſit pro teſte melampus.
Dat diphthõgus in.æs. pręs prędis. & ęs. dabit.ęris
Dat dipthõg⁹ i aus. laus laudis fraus quoq; fraudis.
Si.b.p.phi.præit.s.mediam dabis.i.genitiuo.
E.mutatur in.i.quando præponitur illis:
Si polyſyllaba ſunt. Tñ aucupis exit ab auceps.
Ponit hyemps hyemis. Puls pultis mittere debet.
Si præit.n.aut.r.mediam dat.ti.genitiuus.
Lẽs lendis mittit.frõs frõdis.glans quoq; glãdis.
Nefrens nefrendis. Quod pendo libraq; gignit.
Vt cordat cordis: ſit quæ componis ab illo.
Vncia quod nomen componit.mittit in.uncis.
Dat capitis caput.incipitis ſua compoſitiua. Et
Quę dãt cremẽtũ tibi duplex. Adde ſuppellex.
Atq; i... aut itiner.dant.lectilis.hæc.in.eriſq;.

¶ X. finita dabunt.q. nomina deſinẽtia.in.x.faciũt genitiuũ ablata.x.& cis addita:vt hæc pix picis.fex fecis.merx mercis pix picis.vox vocis.lux lucis.¶ Deĩde dicit q.ſi noĩa pluriũ ſyllabarũ terminata in.x.habuerit e.ante illud.x.mutatur in.i. vt hic index indicis.polex.cis.iudex.cis.ilex.cis.vindex.cis.cortex.cis.q̃ vero vni9ſyllabæ ſunt:nihilominus.e.retinẽt.vt fæx fæcis.nex necis. Duo quoq; noĩa ponit.q̃ cum ſint pluriũ ſyllabarũ:etiã in genitiuo & in reliquis obliq̃s:qui ab eo formãtur e.retinẽt.ea ſunt veruex veruecis. Iuue. ſutoreſq; eliri ... labra comedit.& alio loco.veruecũ in patria craſſoq; ſub aere naſci. Halex halecis,de quo require ſupra:quod in capite generis noĩm terminatorũ in.c.diximus.Duo præterea reperio terminata in.ex.quæ genitiuũ æque mittunt in.ecis.ſed ideo nõ poſui quoniã apud autores rara ſunt inuẽtu.ea ſunt myrmex myrmecis propriũ ſerui nomẽ apud Apul.ix.lib.meta.reſex.ecis.quo vtitur Colume.in lib.de re ru.pro ſubſidiario palmite. ¶ In.gis.multa dabis,q.& ſi noĩa in.x.finita mittũt plerumq; genitiuũ in.cis.multa ſunt tñ quæ in.gis. exeunt,ea ſunt fere.lex legis.rex regis.grex gregis. remex.gis.quod ſecutum eſt rationem habentium.e.ante.x.plurium ſyllabarum. Impetix.tigis.pro eo qđ impetigo.ginis.autore Feſto,quã nos impetiginem dicimus græci lichenem,diciturq; ab impetendo.Sed quia ſyllaba breuis poſita eſt inter duas longas.vſi ſumus

X.finitæ dabunt.x.rapta;cis genitiuo.
E.mutatur in.i.quando præponitur illi:
Dum polyſyllaba ſint. Veruex;halexq; dat.ecis.
In.gis.multa dabis;lex,rex;grex;addito remex.
Inq; petix & frux;A coniux coniugis exit.
Illex atq; aquilex.compluraq; nomina græca:
Syrinx & menix & iynx;iapixq; lelexq;.(rixq;
Sphinx phryx atq; phalãx;ſtyx ſtryxq; pharixq; la
Allobrox;maſtyx & oryx;cũ põpholige & ia
Et reges Galli;quorũ ſit rectus in orix.(zyx.
In.chis.dant maſtix & onyx:thomynxq; diorix
Et duo dant.actis.hipponax,aſtianaxq;.
Nix niuis;atq; ſenex ſenis,infert nox quoq; noctis.

Frux frugis.Ennius,dictum factumq; facit frux.Idem ſi iam epentheſi(hoceſt)ſyllabæ interpoſitione,vel potius themeſi data ſit frux.Auſoni9 quoq; Burdegalẽſis inter monoſyllaba poſuit.frux.gis.dicẽs.Ante eqdẽ cãpis quã ſpicea ſuppeteret frux.Coniux.gis.q.nõ a cõiungo coniũgis venit:ſed a coniugo.gas.quod multis rationibus probauit Laurẽti9 Abſtemi9 contra Priſc.& alios autores.¶ Illex.gis.per.l.duplex,quia p vnũ.l.arbor eſt:cũ vero facit genitiuũ illicis ẽ res blãdicijs & illicebris ad ſe trahẽs.at vero cũ legibus inobediẽtem ſignificat.e.atq;.g.ſimplicis vnde cõponitur retinet.Plau.in Perſa impure.inhoneſte,iniurie.illex.Eadem quoq; rõne exlex.exlegis facit.Cice.pro Cluẽtio.nõ qđ illi exlegẽ Syllã arbitrentur. Aquilex.gis.Varro hoc pacto(inquit)vtilior thuſcus aquilex.Senec.iij.natu.q.ſudorẽ aquileges vocant,quia guttæ quædã vel preſſura loci eliduntur,vel æſtu euocantur.Pli.xxvj.tuſſilago vbi naſcitur:ſubeſſe aqua credũt,hoc habent ſignũ aquileges.ſunt aũt putearij.hoc eſt qui putei effodiendi certis in locis rõnẽ habẽt.Cõpluraq; noĩa,q.multa noĩa græca terminata in.x.mittũt genitiuũ.in.gis.vt ſyrinx.gis.nympha in calamũ paluſtrẽ verſa:de qua Ouid.i.meta.Naias vna fuit nympha ſyringa vocabant.Meninx.gis.pro cerebri paniculo,quã medici corrupte vocant miringam.fuit & meninx lotophagorum in Aphrica regio & ibidem nympha.Iynx.gis.auicula eſt:de qua in genere diximus,quã latini vocãt torquillã veneficicijs adhibi ſolitã,vt eſt apud Theocritum.Iapyx.gis.ventus qui ſpirat ex Apulia nauigãtibus Athenas,de quo Hora.i.car.ventorũ regat pater obſtrictis alijs præter iapyga.Lelex.gis.Oui.viij.met.nariciuſq; lelex.Verg.viij.æñ.hinc lelegas carraſq;. Sphynx.gis.animal fuit & mõſtrũ ſolitũ viatoribus enigmata proponere ab Oedipode occiſum.Phryx.gis.Ouid.in epiſtolis.phryx erat & noſtro genit9 de ſanguine.Verg.i.æñ.hac phryges inſtaret curru criſtatus Achilles.Phalãx.gis.Verg.ij. æñ.& iã argiua phalãx inſtructis nauibus ibat.Et ibidẽ.Agamẽnoniaſq; phalãges.Styx.gis.p palude inferorũ filia Tethyos & Oceani.Verg.in.vj.ſtyx interfuſa coercet.Oui.xv.met.quid ſtyga quid manes.Strix.gis.auis nocturna.Sere. Præterea ſi forte premit ſtrix atra puellos.Tibullus.& e tectis ſtrix violenta canat.Ouid.vij.meta.ſtrigis.& infames ipſis cum cronibus alas.Pharinx & larinx.in.gis.quoq; mittunt genitiuũ,de quibus vbi genere diximus.Allobrox allobrogis. Horatius in epodo.nobiſq; rebus infidelis allobrox.Iuuenal.ruffus,qui toties Ciceronem,allobroga dixit.Maſtix maſtigis. quod interpretatur flagellum.vnde Homeromaſtyx homeromaſtygis.ciceromaſtyx.aſtigis.vergiliomaſtyx.igis.i.flagel gellatores ſiue reprehenſores Homeri,Ciceronis,Vergilij.Oryx,orygis.Mart.ſæuus oryx conſtat quot mihi morte canum.Pli.origem (inquit) appellat ægyptus.Pompholix.gis.Pli.lib.xxxiiij.etiam nunc in ærarijs reperiuntur,quæ vocãt pompholigem & ſpondion differentia:quod põpholyx lotura paratur,ſpondios illota eſt.Hiſpane dicimus atutia.Iazix iazigis.iaziges.populi ſunt ſeptentrionales.¶ Et reges Galli,q.etiam nomina quorundã regulorũ galliæ in.orix.finita mittunt genitiuũ in origis,vt orgẽtorix.igis.dunnorix dunnorigis.ambiorix ambiorigis.vercigẽtorix vercigentorigis. Cæſar in commenta.belli gallici primo.nobiliſſimus & ditiſſimus fuit Orgentorix.& paulopoſt orgentorigẽ ex vinculis cauſam dicere coegerunt. Idem in eodem,dunnorix gratia & largitione apud ſequanos plurimum poterat.& ibidem.legatos ad dunnorigem heduum mittunt,reliqua adhunc in modum in eodem opere frequenter declinata reperies. ¶ In.chis.dant maſtyx,q.quattuor hic expoſita mittunt genitiuum in.chis,hoc eſt per.ch.aſpiratum.maſtyx maſtychis pro gũmi lentiſci.onyx onychis.& ab eo cõpoſitũ ſardonix.ichis.Thominx.chis.quã nos tomicẽ vocamus.& diorix diorichis,qđ interpretatur foſſa.Põponi.mela.ex nili alueo dioriche adductus.¶ Et duo dant.actis,q.duo hæc noĩa hipponax & aſtyanax mittunt genitiuũ in.actis.aſſumpta.t.ſuper.c.dicimuſq;.hipponax.actis.aſtianax.actis.Ruffinus.vtitur hipponax hoc metro ſæpius autor.Pli.lib.xxxvj.quod hipponax indignatus,& ibidẽ hipponactis ætatæ poetæ,atq; iterũ hipponacti notabilis fœditas vultus erat.Ouidius.xiij.meta.mittitur aſtyanax illis de turribus. Idem ad Liuium & pater & cõiux aſtyanaxq; puer.Verg.iij.æñ.O mihi ſola mei ſup aſtyanactis imago.Et in ſcdo eiuſdẽ,puerũ aſtyanacta trahebãt. ¶ Nix.uis.& ſenex.nis.præter aliorũ pportionẽ miſerunt in genitiuũ,nox præterea quod in genitiuo.t.accepit dicimuſq;.

Fitq; datiuus in.i.ſi tollas .s.genitiui.
Accuſatiuus fit in.em.Sed in.im.tibi mittunt
Hec.ſitis & tuſſis;vis;buris,peluis.At iſta;
Dantur in.em.vel in.im.reſtis.turriſq; ſecuris.
Et puppis.febris. Sed in.im, tantū modo greca;
In quibus eſt recto non diſſimilis genitiuus.
Quæ dāt & in.in.plerūq; (vt Naſo) charydin.
Nomen in.e.vel in.al.vel in.ar.(mō ſit tibi neutrū)
Exit in.i.ſexto.Sed.in.e.perpauca dabuntur.
Far,præneſte,iubar,ſoracteq; gauſape;nectar.
Mittis in.i.menſes,& in.as.gentilia iunges.
Et quæ fecerūt vel in.im.vel in.in.tibi quartū.
Nam q̄ dātur in.em.vel in.im.dāt.i.vel.e.ſexto.
Ciuis,auis.auis.nauis;clauis;iungatur & anguis.
Vnguis & amnis;vectis;poſtis,neptis;& ignis.

ſup.ē.poſita.t noctis atq; ab eo cōpoſitū pnox.ctis.Sed & nix apđ antiqores ninguis fecit.quos imitās Apu.In hermago.dixit oīa ningue cādebāt.Et ab eo quod eſt ſenex.ecis.in genitiuo ptulerūt.vt in ciſtellaria.Plau.doctores belliſſimi negocioli ſenecis ſoletis eſſe.Noctis quoq; genitiuus a græcis pēdet,qui nix nyctos declinant.¶ Fitq; datiuus in.i.q.datiuus ſingularis tertiæ declinationis in.i.terminatur,fitq; a genitiuo eiuſdem numeri ablata.s.vt patris.i.corporis.i.fœlicis.i. ¶ Accuſatiuus fit in.em.q.accuſatiuus eiuſdem declinationis atq; numeri terminatur in.em.fitq; a genitiuo.is.mutata in.em.vt patris patrem.fœlicis.cem.hoīs hoīem.Quedam tn̄ q̄ hic explicātur mittūt accuſatiuū in.im.ea ſu.t.Sitis.im.Verg.in buc.dulcis aq̄ saliēte ſitim reſtīgere riuo.Tuſſis.im.Pli.li.xxvj.tuſſim ſedat bechion q̄ & tuſſillago d'r.Vis vim.Verg.vj.æn̄.nec vim tela ferunt.Buris.im.Idem.j.Geor.domatur in burim & curui formā accipit vlmus aratri.Peluis.uim.quod oēs dicūt mittere accuſatiuū in.im.ſed exēplū nō mihi ſuccurrit.At vero in.em.ſimul & in.im.faciunt hæc.Reſtim reſtem vel reſtim.Teren.in Eunu.ad reſtim mihi quidē res redijt.ab eo quod eſt reſtē reſte fecit in ablatiuo.Iuue.dicens puteus nec longa reſte mouendus.Turris turrem,vel turrim.Verg.ij.æn̄.turrim ī præcipiti ſtātem.Securis ſecurem,vel ſecurim.Idem in codē & incertā excuſſit ceruice ſecurim.Puppis.im.Idem.j.æn̄.in gēs a vertice pōtus in puppim ferit.Febris febrem vel febrim.Mar.nō habuit febrim,ſymache nūc habeo.De terminatiōe in.em.vbiq; reperies exempla.Verg.ix.æn̄.æratā quatiens tarpeia ſecurē.Iuue.deſcendūt ſtatuæ,reſtēq; ſequītur.Aqualis quoq; apud Plau.date(inquit)iſti ſedē:vt ſedeat aqualim cū aqua.¶ Sed in.im.tantū modo græca,q.noīa græca terminata in.is.habentia genitiuū nominatiuo ſimilē,accuſatiuos in.im.mittūt:vt eclipſis.ſis.ſim.leucaſpis.is.im.mephitis.is.im.opis.is.im.magudaris vel magydaris,magudarim.l.magydarim.Verg.vj.æn̄.leucaſpim & liciæ ductorē claſſis orōtem.Idem in.vj.ſæuāq; exhalat opaca mephitim.Idē.xj.velocem interea ſuperis ſedibus opim.Pli.lib.xix.alterū genus ſilphij eſt,quod magudaris vocatur.Colu.lib.vij.radix(inquit)quā græci vocāt magudarim:noſtra conſuetudo laſerpiciū appellat,qđ ſi græcū eſt,quid opus fuit a grāmaticis inter noīa latina explicari:cū ad regulā græcorū potuerit reduci?Quod vero Verg.in buc.dixit,aut ararim parthus bibet,aut germania tigrim ararim,non eſt ab eo quod arar:ſed ab eo quod araris:nā in vtrāq; terminationē deſinēs reperitur.Sed in.im.accuſatiuus latinæ declinatiōis eſt.In.in.vero p.n.græca declinatio eſt,vt ſuo loco diximus.vt charybdis.is.in.acis,idis,vel acis.in.Oui.de pon.caribdin achæi.Idem.iiij.meta.acin.amas perferſq; meis amplexibus acin.¶ Nomen in.e.ablatiuus tertiæ declinatiōis:quoniā in.e.vel in.i.deſinit.Primo ponit regulas nominū deſinētiū in.i.tantū,aut in.e.vel in.i.deinde terminatorū in.e.tantū.Dicit igitur imprimis:q.huius declinationis noīa deſinentia in.e.vel in.al.vel in.ar.ſi gn̄is ſunt neutri,mittūt ablatiuū in.i.tantū,vt hoc mare a mari,hoc rete a reti:quæ ipſa etiā antiquiores in.i.termabāt,vt Plau.in Rudēte,in mare cōmuni captos.Oui.v.faſto.cur tibi pro lybicis claudūtur rete leænis.Sueto.quoq; in Nerone.rete aurato dixit,q̄q̄ videri poſſit ab eo quod eſt noīatiuo hæc retis,quod Plau.in truculē.genere poſuit maſculino dicens,nō vides proferre me vuidū retem:& ibidē iterū,vt dimiſi retem atq; hamū.In.e.tamen ablatiuū mittūt quæ ſequūtur,hoc far a farre.Iuue.cum farre,& vino Ianū Veſtamq; rogabat.Præneſte a præneſte.Verg.vij.æn̄.quiq; altū præneſte viri,atq; idem in.viij.cū primā aciem præneſte ſub ipſa,figurate enim ad vrbem retulit ſub ipſa.Iubar a iubare.Verg.iiij.æn̄.it portis iubare exorto delecta iuuentus.Soracte a ſoracte.quāq̄ Pli.lib.vij.maſculino genere dixit,quod fit ad mōtem ſoractē,nam.Hora.hoc ſoracte.is.dixit.in.j.car.vt alta ſtet niue candidum ſoractę.Gauſape,a gauſape.Per.balanatum gauſape pectis.Hora.ij.ſermo.gauſape purpureo menſam perterſit,Nectar,a nectare.Verg.j.æn̄.dulci diſtendūt nectare cellas.¶ Mittis in.i.mēſes,q.noīa menſiū,quæ per tertiam declinationem inflectuntur,mittunt ablatiuū in.i.vt quintilis a quinli,ſextilis a ſextili.ſeptember a ſeptembri.decēber a decembri.Iuue.medio ſeruare minutal ſeptembri.Idem alio loco toto vinū neſcire decembri.Et in.as.q.noīa gētilia terminata in.as.mittunt etiā ablatiuū in.i.vt arpinas ab arpinati.caſſinas a caſſinati.nam & Priſc.lib.vj.(inquit)pfecta eorū reperiūtur apud antiquos in.tis.deſinētia,vnde neutra quoq; eorū in.e.deſinūt & ablatiuū in.i.more eorū q̄ in.is.deſinūt & in.e.q̄ etiā apđ priſcos in.e.terminare ablatiuū repim⁹.vt apđ Oui.in ep̄la paridis.hoc mihi nā reco lo fore,vt a cœleſte ſagitta.Et q̄ fecerūt vel in.im.q.noīa mittētia accuſatiuū in.im.p.m.vl'in.in.p.n.mittūt ablatiuū in.i.q̄ vero fecerūt in.em.vel in.im.mittūt in.e.vel in.i.vt tuſſis.tuſſim.a tuſſi.puppis puppē,vel puppim,a puppe vel puppi.charybdis charybdim,a charybdi.In.e.præterea & in.i.mittūt ablatiuū noīa hic poſita.Ciuis a ciue vel ciui.Iuue.qđ illo ciue tuliſſet.Cic.in philippi.in pricipe ciui nō eſt ſatis.Auis ab aue vel aui.Hora.j.car.fata mala dulcis aui domū.Nauis a naue,vel naui.Teren.in andria.naui fracta apud Andrū.Clauis a claue vel claui.Verg.i more,& reſerat clauſa q̄ præuidet oſtia claui.Anguis ab angue vel angui.Hor.j.ep̄la.alter mileti textus cane peius & angue.Vnguis ab vngue,vel vngui.Idem in codē.acuto ne ſecer vngui.Amnis ab amni.Verg.j.geor.prono rapit alueus amni.Vectis a vecte vl' vecti.Terē.in Eunu.in mediū huc agmē cū vecti.Poſtis a poſte vel poſti.Oui.v.meta.raptaq; de dextro robuſta repagula poſti.Neptis a nepte,vel nepti ſupioribꝰ annūeratur:ſed exēplū nō ſuccurit.Ignis ab igne vl' igni,Verg.iiij.æn̄.vuln⁹ alit venis:et cæco carpitur igni.

¶ Strigilis à ſtrigile vel ſtrigili. Hora. ij. ſer. qui puer vnã furtiua mutat ſtrigili. Claſſis a claſſe vel claſſi. Verg. viij. æñ. aduectũ æneã claſſi victoſq; penates. Pugil & vigil, a pugile vel pugili, a vigile vel vigili. Iuue. præterea lateris vigili cũ ſe- bre dolorẽ. Suppellex a ſupellectile vl' ſupellectili. vñ eſt in lib. digeſt. titu. de ſupellectili legata. Imber imbre vl' imbri. Verg. in buco. Iuppiter & leto deſcẽdet plurimus imbri. Verbaleq; qd' facit in trix. ꝙ noia verbalia ſiue participalia fœminina terminata in trix, mittũt etiã ablatiuũ in. e. vel in. i. vt victrix a victrice, vl' victri. Iuu. ij. in qua victrici couerſum viſcera

Strigilis & claſſis; pugil & vigil, atq; ſuppellex.
Additur his imber; verbaleq; quod facit in trix.
Adiectiua trium generum vel in. i. vel in. e. pones:
Dum modo neutra per. e. nõ declinet tibi rect⁹.
Quæ ſic declinans per. i. tantum mittere debes.
Degener, & pauper; vber cumq; hoſpite ſoſpes.
Dant ablatiuos per. e. tantum: plus quoq; pluri.
Aſt ablatiuos per. e. tantum cetera mittunt.
Rectus pluralis fit in. es. cui iungito quartum.
Quod ſi mittis. iũ. pluralibus in genitiuis;
Accuſatiui quandoq; per. is. tibi fient.
Cum dedit. i. ſextus; per. ia. tibi neutra dabuntur.
Collatiua tamen per. a. ſolum mittere debes.
Plus & apluſtre; vetuſq; adduntur cõparatiuis.
Dat genitiuus. ium. ſi fecit in. i. tibi ſextus.
Tolle vigil, pugil, & ſupplex, opifexq;, vetuſq;.
Artifici memor & conſors addatur inopſq;.

dextra: vnde etiã in plurali cum figurate neutris coiũ- gimus victricia & vltricia dicimus. Idẽ in eodẽ, tollite iãpridẽ victricia tollite ſigna. Verg. iij. æñ. res agamẽ- nonias victriciaq; arma ſecutus. ¶ Adiectiua triũ. ꝙ noia adiectiua huius declinatiõis nõ habentia genus neutrũ in. e. terminatũ mittũt ablatiuũ in. e. vel in. i. vt hic & hæc & hoc prudẽs a prudẽte vel prudẽti. fœlix a fœlice vel fœlici. velox a veloce vel veloci. Quod ſi genus neutrũ habẽt in. e. mittũt ablatiuũ in. i. tantũ vt hic & hæc breuis & hoc breue a breui. hic acer hæc a- cris hoc acre: ab acri. Deĩde dicit ꝙ noia quinq; vno ver- ſu explicata (& ſi neutris iungi poſſunt) queadmodũ in genere diximus ablatiuũ tñ per. e. tãtum mittunt: vt degener a degenere, pauper a paupere, vber ab vbere: hoſpes ab hoſpite: ſoſpes a ſoſpite. illud etiã aĩaduertẽ- dũ noia propria ab adiectiuis in. is. & in. e. deſinentib⁹ deducta, mittere. tñ ablatiuũ in. e. tantũ vt iuuenalis a iuuenale, ab eo quod eſt hic & hæc iuuenalis & hoc iuuenale. Eodẽ modo Mar. laterenſis, annalis Mar. cũ Iuuenale meo quid me cõmittere tentas? Cicero p Plan- cio, cõfiteor in Laterẽſe ſumma ornamẽta eſſe. Idẽ p Fũdanio apud Priſcia. nõ hoc mõ a Iulio annale factũ pbare põt. Re periuntur quoq; adiectiua in. is. & in. e. deſinẽtia, mittere ablatiuũ in. e. Oui. xv. met. ſinẽ ſpecie cæleſte reſumpta luctib⁹ im poſuit. Idẽ in epla Paridis, fore vt a cæleſte ſagitta. Idẽ quoq; in faſtis. amne perẽne latẽs anna perẽna vocor. ¶ Aſt abltõs; ꝙ reliqua oia huius declinatiõis noia mittũt ablatiuũ in. e. aqua cuiuſq; veniat terminatiõe. vt emblema ab emblẽmate, ſermo a ſermone. lac a lacte, aſdrubal ab aſdrubale. titã a titane: cæſar a cæſare: pietas a pietate: caput a capite. pax a pace.

Rectus pluralis fit in es. ꝙ noia tertiæ declinatiõis maſculina vel fœminina, vel cõmunia duorũ generũ mittunt noiatiuũ & accuſatiuũ atq; etiã conſequẽter vocatiuũ plurales in. es. is. genitiui ſingularis mutatã in es. vt hic pater patris hi patres o patres, hæc mater matres o matres, hic & hæc breuis breues o breues. Illa vero quæ fecerunt genitiuũ in yos. vel in. yis. diphtõgon a noibus deſinẽtibus in. ys. mittunt in pluralẽ in. yes. vt hic libys. yos. vel libys, plurali libyes. hæc Erinnys. nyos. vel erinnys. yes. Proper. lib. ij. tum me vel tragicæ vexent erinnyes. Saluſt. in iugur. Affricã in initio ha- buere Getuli & libyes. Reperiuntur etiã pauca nomina græca mittentia prædictos caſus in. is. vt hæc trallis, ſyrtis, alpis, ſardis. Euſebius interprete Hiero. trallis (inquit) terræmotu cõciderunt. Hora. i. epiſtola. quod Crœſi regia ſardis. ¶ Quod ſi mittũt. iũ. ꝙ noia huius declinatiõis mittẽtia genitiuũ pluralẽ in. iũ. quorũ gtũs ſingularis nõ creſcit ſup noiatiuũ, plærũq; mittunt accuſatiuũ pluralẽ in. is. vt. hic & hæc omnis: genitiuo plurali omniũ: accuſatiuo omnis: horũ rationẽ ſequuntur pluraliter declinata, quæ ſi haberẽt numerũ ſingularẽ ex illorũ proportione declinarentur: vt plurali noiatiuo tres accuſa tiuo tris. Verg. i. æñ. tris notus arreptas in ſaxa latentia torqt, & paulopoſt. tris eurus ab alto in breuia & ſyrtes vrget: eo modo dicit tris: quo Salu. in cati. omnis hoĩes, qui ſeſe ſtudent cæteris præſtare animãtibus, antiquiores terminationẽ illam per. ei. diphthõgon ſcribebãt: quo deſignarẽt illam eſſe longã. quod etiã docti noſtri ſæculi obſeruãt. ¶ Cũ dedit. i. ſextus, hæc regula limitatio eſt illius quartus cum quinto ſemper recto ſimilantur in neutris, vbi dixit neutra in plurali tribus in caſib⁹ terminari in. a. nũc vero dicit ꝙ noia illa quæ fecerũt ablatiuũ in. i. accepta. a. habẽt in plurali. i. ante. a. vt a puluinari. aria. a breui breuia, q̃ vero fecerunt ablatiuũ in. e. tantũ mutant illud. e. in. a. vt a tẽpore tẽpora. ab emblẽmate. ata. ¶ Deinde dicit, ꝙ noia cõparatiua quãq̃ fecerũt ablatiuũ in. i. nõ tamen in plurali mittũt neutra per. ia. ſed tantũ per. a. vt a breuiore vel bre uiori nõ breuioria: ſed breuiora dicimus, præterea hoc nomẽ plus, quod (& ſi quantũ ad vocẽ comparatiuum nõ videatur:) quantũ ad ſignificationem cõſtructionemq; attinet, cõparatiuũ eſt: cum fecerit in ablatiuo pluri: in plurali neutro non tan tum pluria & compluria, quod apud antiquiſſimos frequenter legimus, ſed etiam plura & complura dicimus. Apluſtre quoq; quod in ablatiuo fecit apluſtri, nõ tãtum apluſtria, ſed & apluſtra fecit in numero multitudinis. Sillius lib. x. puni. laceroq; apluſtria velo. Cicero in. ar. nauibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra. Vetus quod fecit vetere vel veteri. nõ ve- teria, ſed vetera facit. ¶ Dat genitiuus. ium, ꝙ nomina quæ fecerunt ablatiuum ſingularem in. i. mittunt genitiuum plu ralem in. ium. vt ab animali, aliũ, a prudente vel prudenti prudentiũ: quæ tñ plærũq; abſciſſionẽ recipiũt: vt ſupra diximus: & dicim⁹ hoc modo verba ſapientũ, reſponſa prudentũ, pro ſapiẽtiũ & prudentiũ. In. um. vero mittũt ea, q̃ ſunt hic poſita, a vigili vigilũ. Vergilius. ix. æñ. interea vigilium excubijs obſidere portas. Ex proportiõe quoq; a pugili. um. dicemus. Sup- plex a ſupplici ſupplicum ne coincideret cum hoc nomine ſupplicium. ij. Opifex ab opifici opificum, ne coincideret cũ hoc nomine opificium. cij. Cicero pro Ligario. nos iacentes ante pedes ſupplicum voce prohibetis. Verg. i. æñ. artificumq; ma-

nus inter ſe operumq; laborem. Memor quoq; a memori, non memorium, ſed memorũ facit, & conſors a conſorti non cõſortium, ſed conſortũ, & inops ab inopi nõ inopiũ, ſed inopũ. Et nomina cõparatiua, vt a breuiori, breuiorũ, a meliori. orum. ¶ Præterq̃ plus, q. cum ſit comparatiuũ, qua ratione ſuperius diximus: fecerit q; in abltõ pluri: in gto plurali non plurũ ſed pluriũ fecit: & ab eo compoſitũ compluriũ, vt Cicero ad heren. compluriũ negociorum. A capio etiam compoſita quis abltũm in. e. & in. i. fecerint, in gtõ plurali non in. ium. ſed in. um. faciunt. vt particeps a participe vel participi participũ, ne coincidat cũ hoc noĩe pticipiũ participij. Municeps a municipe vel municipi municipũ: ne coĩcideret cũ hoc noĩe municipiũ municipij. Mãceps mãcipe vel mancipi mãcipum, ne coincideret cũ hoc noĩe mãcipiũ mãcipij. ¶ Abltũs in. e. ſi deſinit. q. noĩa q̃ fecerũt abltũm ſingularẽ in. e. mittũt gtũm pluralẽ in. ũ. e. ablatiui mutata in. um. vt a toreumate toreumatũ. a Cicerõe ciceronũ, a cõſule. ũ. a noĩe nominũ: a cæſare cæſarũ, a ſacerdote ſacerdotũ, a capite capitũ, a fornace fornacum. In. iũ. vero faciũt (vt vult Priſcian⁹) nomina latina in. as. finita, vt ciuitas ciuitatiũ, probitas probitatum, bonitas bonitatiũ: ſed per ſyncopam fecere bonitatũ ciuitatũ pbitatum, qđ ego non auderem dicere: cũ illa ſuperiora nunq̃ legerim: hæc vero inferiora plerũq; reperiantur. In. iũ. vero mittũt gtũm pluralẽ q̃uis miſerunt abltũm in. e. q̃ ſequuntur. as. aſſis ab aſſe aſſium, mas maris a mare. mariũ, vas vadis a vade vadiũ, nam vas vaſis in plurali per ſcđam declinationem effertur vaſa vaſorum. Caro carnis a carne carniũ. Cor cordis a corde cordiũ. Os oſſis ab oſſe oſſiũ. Nix niuis a niue niuiũ. Nox noctis a nocte noctium. Samnis ſamnitis a ſamnite ſamnitium. Lis litis a lite litiũm. Dis ditis a dite ditium. Glis gliris a glire glirium, & ex analogia. Quiris quiritis a quirite quiritium. ¶ Et quæ dantur in. s. q. nomina in. s. deſinentia non creſcentia in genitiuo ſingulari, quæ ſunt fere in. es. & in. is. finita: genitiuum pluralem mittunt in. iũ. licet ablatiuum ſingularem in. e. fecerint: vt hic verres a verre verrium: hic vates a vate vatium, hæc cædes a cæde cædiũ, hæc ſedes a ſede ſediũ, hic collis a colle colliũ, hic menſis a menſe menſiũ: q̃ (vt ſupra memorauim⁹) aliqñ ſyncopã recipiũt, vt Cice. p Sextio, veſtrarũ ſedũ templorũq; cauſa, Verg. iiij. æñ. heu vatũ ignare mentes qđ vota furentem. Ouĩ. v. faſt. cũ tua ſint cedãtq; tibi cõfinia mẽſum. Ab hac rurſus regula exceptoria excipiũtur hæc pauca mittentia gtũm pluralem in. ũ. vt panis a pane panũ, ſi modo panis numerũ habet multitudinis, iuuenis a iuuene. ũ. canis a cane ũ. ¶ Quæ monoſyllaba ſunt: ab illa quoq; regula, abltũs in. e. excipiũtur noĩa monoſyllaba terminata in. bs. aut. ps. aut. ls. aut. ns. aut. rs. aut. lx. aut. nx. aut. rx. deſinẽtia, q̃ & ſi fecerũt abltũm in. e. nihilominus tñ mittũt gtũm pluralẽ in. iũ. vt hæc trabs a trabe trabiũ, plebs a plebe. iũ. ſcobs a ſcobe. iũ. vrbs a vrbe. iũ. daps a dape. iũ. ſeps a ſepe. iũ. ſtirps a ſtirpe. iũ. puls a pulte. iũ. glans a glande. iũ. gens a gente. iũ. mons a monte. iũ. ars ab arte. iũ. ſors a forte. iũ. falx a falce. iũ. lanx a lance. iũ. lynx a lynce. iũ. arx ab arce. iũ. merx a merce. ium. ¶ Nomen in. es. tantũ, q. noĩa huius declinatiõis pluraliter declinata mittũt gtũm in. iũ. vt manes. iũ. penates. ium. caſſes. iũ. hæ vires. iũ. fores. iũ. tres. iũ. Dicit tñ & hæc & alia cõplura poſſe mittere gtũm in. ũ. ſi gtũs ille in. iũ. foret abſonus: quare dicit cõſulendas eſſe aures penitus, i. pfunde, ſed non quorũcũq; ſed tantũ eruditorũ, quemadmodũ & muſici facere cõſueuerunt: q non oĩa permittunt rationibus & arti: ſed aliqđ etiam ſenſui auditus putãt eſſe tribuẽdum. Ego namq; potius dicerem penatum & procerum & ciuitatum q̃ penatium: procerium ciuitatium. ¶ Atq; boum dat bos, q. hoc nomẽ bos cũ abltõ a boue fecerit debuit facere gtũm pluralẽ bouum & facit boum. u, cõſonãte extritũ. Præterea cũ ex aliorũ pportiõe in dtõ & abltõ debuerit facere bouibus: expuncta. ui, ſyllaba fecit bobus aut bub⁹ quẽadmodũ apđ Catonẽ, Varronẽ, Columelã & Pliniũ ſæpe legimus. Verg. iij. æñ. læta boum paſſim cãpis armẽta videmus. & Hora. in epo. paterna rura bobus exercet ſuis. ¶ Datq; dtũs ibus, q. dtũs pluralis huius tertiæ declinatiõis in. ibus, terminatur, fitq; a gtõ ſingulari, bu. interiecta inter. i. & . s. finales, vt hoĩs hoĩbus, patris patrib⁹. Sed noĩa in. a. deſinẽtia, q̃ oĩa græca eſſe dixim⁹: hũc caſum nõ in. ibus. ſed in. atis. plerũq; mittũt, vt hoc peripetaſma peripetaſmata. atis. emblẽma emblẽmata. atis. poema poemata. atis. Cice. in Verrẽ, nunc de peripetaſmatis queãdmodũ expedias nõ habes. Idẽ ĩ codẽ, ſcaphia (inqt) cum emblẽmatis: & in. iiij. ad Herennium de oratiõibus aut poematis. Sed q̃q̃ hæc declinatio videtur eſſe ab eo qđ eſt in ntõ hoc peripetaſmatũ pipetaſmati, emblẽmatum emblẽmati, poematum poemati, illđ eſt certiſſimum autores idoneos potius vſos in his noib⁹ tertia declinatiõe: atq; dtũm & abltũm in. atis. potius q̃ in. ibus. terminaſſe.

Præterq̃ pluri; quod comparat: additur illis.
Et quæ de capio componis iungere debes.
Ablatiuus in. e. ſi deſinit. um. tibi mittit,
Sed p. iũ. dabit as; mas; vas vadis; & caro corq;.
Os; nix; nox; ſamnis; lis; dis; glis; adde quiritem.
Et quæ dantur in. s. nec creſcunt genitiuo.
Excipias; tamen hæc iuuenis; paniſq; caniſq;.
Quæ monoſyllaba ſunt: qbus. s. b. pueniũt aut. p.
Et quibus. l. aut. n. aut. r. ſubit. s. ſubit aut. x.
Nomen in. es. tantum pluraliter & variatum;
Mittit. ium. ſed & . um. penitus ſi conſulis aures
Atq; boum dat bos; ſed bobus pone datiuo.
Datq; datiuus. ibus. dat. atis. ſed cũ dat. a. rectus.

De quarta nominis declinatione.

Qvarta dat. us. recto. dat & . u. ſed dic variari
Plurali tantum. Genitiuus in. us. tibi fiet.

De quarta declinatione. ¶ Quarta dat. us. recto, q. quarta noĩs declinatio duas habet noĩatiui poſitiões in. us. & in. u. ſed in. us. maſculinorũ & fœmininorũ, in. u. neutrorũ tãtum: q̃ cum in ſingulari aptota ſint: in plurali p hãc declinationẽ inflectuntur, vt hic ſenſus ſenſus, hæc manus manus, hoc cornu cornu, plurali cornua cornuum. Gtũs in. us. tibi fiet q. genitiuus hui⁹ declinatiõis in. us. terminatur, eſtq; ntõ ſuis in terminatiõe litterarũ, nõ tñ in tpib⁹, vt ſuo loco dicem⁹. In. u. vero finita, vt dixim⁹, nõ declinãtur: nã qđ Luca. i. vij. dixit cornus tibi cura ſiniſtri lentule, & Celſus, lib. vj. ceruini cornus cõbuſti, & paulopoſt, q cornum habet, & Plini⁹ multis in locis nõ eſt ab eo qđ cornu in ntõ, ſed potius ab eo qđ eſt hic cornus. us. Repitur quoq; gtũs hui⁹ declinatiõis in. uis. ſyllabas terminat⁹, vt apđ Terẽ. in heauto,

[illegible] cauſa: q̄ erit mortua. Cato. annis enim vt ſanguis deterior, ſic & lac. Varro. ij. de re. ruſt. eius ſaluam eſſe fructibus veneno, p[illegible]nus & fruct⁹, & genitiu⁹ ille eſt, a quo exit datiuus in. ui. diuiſa, vt ſtatim dicem⁹. ¶ Sæpe dtũs. ui. q̄ datiuus huius declinationis in. ui. ſyllabas terminatur, vt hic ſenſus ſenſus ſenſui. hæc manus manui. Exit tñ aliqñ in. u. vt Verg. iiii. geor. quãq; aliæ victu inuigilãt & fœdere pacto. & paulopoſt, qđ nec cõcubitu indulgẽt, pro victui, & cõcubitui dixiſſe [illegible] Verg. poſuiſſe. Idem. j. æñ. flectit equos curruq; volans dat lora ſecundo: vbi Seruius his verbis ſcribit: ars antiqua volebat q̄ nõiatiuus pluralis regat genitiuũ ſingularẽ: vt hæ muſæ huius muſæ. & datiuus ſingularis regatur a genitiuo ſingulari, ergo hi currus huius curr⁹ facit, & huic curru nã hui⁹ curruis huic currui hoc modo irregularia ſunt. ſed vſus obtinuit vt in gtõ currus frequenter, curruis raro & in datiuo curru raro, currui frequenter dicamus. Gell. tñ lib. iiij. noc. affirmat, M. Varronẽ. & P. nigidium viros illo ſæculo omniũ doctiſſimos non aliter fuiſſe locutos atq; etiam ſcripſiſſe q̄ ſenatuis: domuis fluctuis in genitiuo ab eo qđ eſt ſenatus, dom⁹ fluctus. ¶ Accuſatiuo dabis. um. q̄ accuſatiuus huius declinationis in. um. deſinit nõiatiui. s. mutata in. m. vt hic ſenſus. um. hæc manus. um.

Sæpe datiuus. ui, ſed & u. non ſæpe reponit.
Accuſatiuo dabis. um. Dabis. u. quoq; ſexto.
Rectus pluralis fit in. us. cui iungito quartum.
Dat genitiuus. uum. Sed. ibus. tu pone datiuo.
Dant. ubus. hæc tãtũ: ficus: tribus, arcus: acuſq;.
Et partus, portus: lacus: & quercus: ſpecus, artus.
Cumq; verũ queſtus, qđ quæro dat tibi nomẽ.

De quinta nominis declinatione.

Quinta dat. es. tantũ rectis: Genitiuus in. ei.
Atq; datiu⁹ erit. Em quartis. E. dato ſextis.

¶ Dabis. u. quoq; ſexto, q̄ abltũs hui⁹ declinatiõis finitur in. u. ſitq; a ntõ ablata. s. vt hic ſenſus a ſenſu. hæc manus a manu. ¶ Rectus pluralis, q̄ ntus & actũs plurales quartæ declinatiõis terminãtur in. us. et ſunt ſiles gtõ ſingulari, vt hic ſenſus, hi ſenſus ſenſus, hæc man⁹, hæ man⁹. us. ¶ Dat gtũs. uũ. q̄ gtũs pluralis in. uũ. terminatur, ſitq; ab ablto ſinglari addita. ũ. vt a ſenſu ſenſuũ. a manu manuũ. Sed. ibus. tu pone dtõ, q̄ dtũs pluralis in. ibus. terminatur, ſitq; ab ablto ſinglari. u. mutata in. ibus. vt a ſenſu ſenſib⁹, a manu manib⁹. Pauca tñ nota q̄ hic explicãtur: exeũt in. ub⁹. abltũ. u. retẽta, ea ſunt ficub⁹; ſed in hac terminatiõe adhuc nõ legi: ſed neq; ficub⁹ ſed ſatum ficis p ſecũdam, ſed idcirco poſui, qđ video artis grãmaticæ ſcriptores ficub⁹ poſuiſſe. Trib⁹ tribub⁹: Sueto. i auguſto, legauit pplo Ro. quadrigẽties tribub⁹ quinquies triciẽs ſeſtercium. Seneca i epliſ. q̄ partas et iacundũ tribub⁹ vocatis. Arcub⁹ ab eo qđ eſt arc⁹ ideo ſic exire grãmatici dicũt ne cõcideret cũ arcib⁹ ab eo qđ eſt arx arcis, ſicut acub⁹ ab eo qđ eſt acus acus nõ fecit acib⁹. Vnquid a nulla alia nti poſitiõe venire poterat, nimirũ q̄a totũ hoc vſu cõſtat. Part⁹ partub⁹, queadmodũ. Serui⁹. iiij. geor. exponẽs illđ Verg. aut fœtus nixib⁹ edũt, nixib⁹ p partub⁹ exponit, & Hora. i epo. ſi vocata partub⁹ lucina veris affuit. Port⁹ portub⁹. Põpo. i. iij. de coſmographia: marc caſpiũ eſt atrox ſine portub⁹. Priſci. i perihegeſi: xuris difficilis nautis vel partub⁹ aptæ. Lacus lacub⁹. Oui. iij. faſt. præmia de lacub⁹ pxima muſta tuis. Idẽ. xij. meta. qđ forcipe curua cũ faber eduxit lacubus demittit. Querc⁹ quercub⁹, cũ oẽs ſic exire dicãt: nulli⁹ autoris mihi ſuccurrit exẽplũ. Spec⁹ ſpecub⁹: Verg. iij. geor. ipſi in defoſſis ſpecub⁹ ſecura ſub alta. Art⁹ artub⁹: Serui⁹ i illđ Ver. iij. geor. micat aurib⁹ et tremuit artus, art⁹ p artub⁹ exponit. Veru verub⁹. Idẽ. j. æñ. verubuſq; tremẽtia figũt. Quæſt⁹ q̄ſtub⁹ a q̄ro q̄ris, nã a q̄ror. eris. q̄ſtib⁹ exire, nemo vnq̄ dubitauit. Ver. ix. æñ. cælũ de hĩc queſtib⁹ implet. Idẽ. iiij. geor. ĩtegrat, & mœſtis loca late queſtib⁹ ĩplet. Seneca i thyeſt. faſq; oẽ ruptũ q̄ſtibus vanis agis. Flacc⁹ li. ij. argonau. tũ voce deos, tũ queſtib⁹ implet. Idẽ. li. j. queſtib⁹ & magni numẽ maris excitat ille. Idẽ in. vij. cõmotis queſtib⁹ æſtus. Et i eodẽ, hĩc cælum queſtibus ĩplet. Iuſti. lib. v. ppetim nocte fortunã queſtibus iterãt. Ego nõ inficior, repiri ſemel apđ Ciceronem de artificijs & quæſtibus: & iterum apud Ouidium. iiij. faſtorum. multa profeſſarum quæſtibus apta Venus. Seneca de vita beata, opes ſiue tanq̄ iniuria partas ſine ſordidis quæſtibus, ab eo qđ eſt quæro quæris. Sed aut noſtra, vel potius Laurentij differentia nihil eſt: aut credibilius eſt vnum aut alterum, q̄ centum locos fuiſſe deprauatos.

DE quinta declinatione. Quinta dat. es. tantũ, q̄ quinta nõis declinatio vnã tantũ habet nõiatiui terminationẽ in. es. ſemp fœmininorũ, præterq̄ in vno maſculino hic dies, & eius cõpoſitũ hic merides. ¶ Cuius genitiuus & datiuus ſemp exeũt in. ei. vt hæc progenies. niei. hæc materies. riei. hæc ſpecies. ei. Antiquiores tñ hũc genitiuũ in. e. tũ in. es. tum in. ij. duplicẽ terminabant. Saluſt. dubitauit aciepars, p aciei. Verg. j. geor. libra die ſomniq; pares vbi fecerit horas. vbi Seruius dicit. hũc eſſe genitiuũ regularẽ, quia (vt paulo ante dixim⁹) nõiatiuus pluralis debet regere genitiuũ ſingularẽ: vt cũ illo ſit pariũ ſyllabarũ. Gellius. lib. viij. noctiũ attica. multis teſtimonijs probat atq; confirmat hũc genitiuũ in. es. quoq; & duplex. ij. aliqñ exiſſe. Ennius. poſtremæ lõginqua dies cũ fecerit ætas. p diei. Cic. pro ſextio. equites daturos illius dies pœnas. Adducit quoq; Gell. teſtes, qui dicebant ſe vidiſſe librũ Verg. idiographũ. i. ppria illius manu ſcriptũ: in quo legebatur libra dies ſõniq; pares vbi fecerat horas, atq; eiuſdẽ Verg. manu fuiſſe ſcriptũ in. j. æñ. mũera lætitiãq; dij non dei: vt quidã legũt, neq; die vt Ser. ſed dij p diei. Nã ſic dies dij a veteribus declinabatur, vt fames. ij. pernicies. icij, ſpecies. cij. progenies. nij. luxuries. ij. acies acij. Cato. pueri atq; mulieres extrudebãtur famij cauſa, p famei, nã p quintã hoc nomẽ antiqui declinabãt, cui⁹ ablatiuus adhuc in vſu repitur. Luci. rugoſum (inquit) atq; famij plenũ. Seſenna Romanos ferẽdæ pernicij cauſa veniſſe, pro pniciei. Cic. etiã, p ſextio. Quorũ nihil pnicij cauſa diuino cõſilio, ſed vt ipſa & magnitudie rerũ factũ pu tam⁹. Paccu. pater ſupremæ noſtræ pgenij patris pro pgeniei. Matti⁹, an maneat ſpecie, ſimulachrũ i more ſilẽtũ. Gracch⁹ ea luxurij cauſa aiũt iſti tui. p luxuriei. ¶ In datiuo quoq; eodẽ Gellio teſte, q̄ puriſſime locuti ſũt: nõ faciei vt nũc dicitur: ſed facie dixerũt. Luci. & primũ (inquit) facie honeſtas acciait. Idẽ q̄ te diligit ætati facieq; tuæ ſe fautorẽ oſtendit. Quĩ. lib. j. videtur excludere ex vſu etiã genitiuũ ſingularẽ huius nõis progenies quaſi durũ, qui (inquit) refert nulla ſit t an prædura, nã quia progenies

genitiuo ſingulari, quid ſpecies plurali facit: quaſi velit ꝓgeni nõ poſſe dici. ¶ Em. quartis, q. accuſatiuus ſingularis in. em. deſinit. s. noiati mutata in. m. vt hic dies diem, hæc ſpecies ſpeciem. ¶ E. dato ſextis, q. ablatiuus in. e. terminatur, fitq; a nominatiuo ablata. s. vt hic dies a die, hæc ſpecies a ſpecie. ¶ Rectus pluralis ſit in. es, q. noiatiuus & accuſatiuus plurales huius declinationis in. es. terminantur: ſuntq; ſimiles noiatiuo ſingulari. vt hic dies, hi dies. ¶ Erum. ebuſq; dabis, q. genitiuus pluralis in. erum. deſinit. fitq; ab ablatiuo ſingulari aſſumpta. rum. vt a die dierũ. ¶ Datiuus in. ebus. deſinit, [illegible] eodẽ ablatiuo addita. bus. vt a die diebus, a re rebus. nã hæc duo nomina tantũ habent numerum pluralem integrum. cætera deficiunt, vt paulopoſt cum de deficientibus in certis caſibus agetur, cætera.

Rectus pluralis ſit in. es. Cui iungito quartum,
Erum. Ebuſq; dabis genitiuis atq; datiuis.

## De nominibus anomalis. Cap. iij.

SVnt quædã nomina: quę dicũtur anomala, hoc eſt irregularia; aut quia mutant genus; aut declinationem, aut carent altero numero; aut deficiunt certis caſibus in alterutro numero.

### Maſculina in neutra.

Mænalus. i. męnala, orum. Iſmarus. i. iſmara, orum.
Gargarus. i. gargara, orũ. Dindym⁹. i. dindyma, orũ.
Pangæus. i. pangæa pangæorum.
Tænarus. i. tenara, orum, Tartarus. i. tartara, orum.
Auernus. i. auerna, orum, Pileus. i. pilea, orum.
Intybus, i. intyba, orum. Baltheus. i. balthea, orum.
Sibilus. i. ſibila, orum. Supparus. i. ſuppara, orum.
Locus. i. loca, orũ, vel loci. Iocus. i. ioca, orũ, vel ioci.
Cetus. i. Cete indeclinabile. Euẽtus. us. euenta, orũ.
Iuſſus. us. iuſſa, orũ. Permiſſus. us. permiſſa, orum.

DE noibus anomalis. ca. iij. Anomalã voco omnẽ varietatẽ aut generis aut declinationis aut caſuum defectus. nã dictiões aliquæ inueniuntur accidentibus qbuſdã orbatæ, qđ fit aut ſignificatiõis repugnãtia, neq; .n. dicim⁹ puerperus queadmodũ dicim⁹ puerpera, aut incõſonãtia ſiue litterarũ incõſequẽtia, vt ab eo qđ eſt curſor: nã recte dicimus curſtrix. nec a nutritor nutritrix: vt fas nõ habet genitiuũ faris, aut fatis, aut faſſis: ne cũ alijs dictionibus coincideret, aut deniq;, quia prædura in vſu nõ ſunt. Itaq; cũ ſuperiora duo capita ad noia regulariter atq; ſolide inflexa pertinerent: in hoc. iij. cap. de illorũ irregularitate atq; defectu p tractabitur, atq; declarabimus in qbus noib⁹ aliqua eſt declinatiõis diuerſitas, qđ fit, aut quia genus a ſingulari in pluralẽ mutatur, vt hic mænalus. i. hæc mænala. orũ. aut quia mutat declinatio. vt hoc vas, hæc vaſa: aut qa vtrũq; mutatur: vt hic euẽtus, us. hæc euẽta orũ. aut qa caret altero nũero, vt acctũ pluraliꝰ manes ſinglari, aut deficiũt caſib⁹: vt tabi tabo. ¶ Maſculina in neutra, ſunt quædã noia in ſinglari maſculina, in plurali vero neutra: qualia ſunt quæ hic deſcribũtur. Mænalus. i. mænala. orũ. Verg. in buc. mænalus argutũq; nemus pinoſq; loquẽtes. Idem. j. georg. ¶ Pan ouiũ cuſtos: tua ſi tibi mænala curæ, mõs eſt Arcadiæ. ¶ Iſmarus. i. iſmara. orũ. Idẽ in buc. nec tantũ rhodope miratur & iſmarus orphea. Idẽ. ij. geor. iuuat iſmara baccho cõſerere atq; olea ingentem veſtire taburnũ. ¶ Gargarus. i. gargara. orũ. gargarus autore Macro. v. ſatur. vrbs eſt in imis radicibus idæ ſiluæ poſita. gargara autem ſunt ipſa montis capita Verg. j. geor. ipſa ſuas mirantur gargara meſes. Pangæus mõs Thraciæ in ſingulari ponitur a Plinio. Ptholæmeo in plurali pangæa. orũ. Verg. iiij. geor. altaq; pãgæa, & Lucanus in. j. video pãgea niuoſis cana iugis. Dindymus. i. Ouid. iiij. meta. dindymon & cibelen. teſte Ptolæmeo mons eſt phrygiæ, quem etiã in plurali dindyma appellãt. Verg. x. æñ. alma parens idæa deũ: cui dindyma cordi. & Sillius lib. xvij. punicorum, gemino qui dindyma mõte. ¶ Pangæus. i. mons eſt Thraciæ. vnde pangæus. a. um. Lucanus in. vij. Pãgæaq; ſaxa reſultant. Pangæa. orũ. ſiue Pangæum. Idem eſt q. pangæus. i. Autor. Idem in primo, video pangæa niuoſis cana iugis. Verg. iiij. Geor. Altaq; pangæa & Rheſi mauortia tellus. ¶ Tænarus. i. mons eſt Laconiæ qui etiam in plurali tænara. orũ. dicitur. Luca. in. ix. & apertã tænaron vmbris. Tartarus. i. tartara. orũ. Verg. vj. æñ. tum tartarus ipſe bis patet in præceps tantũ. Idem in. v. nõ me impia namq; tartara habent. ¶ Auernus. i. auerna. orũ. Idẽ in. vj. inde vbi venere ad fauces graueolentis auerni, atq; ibidem & auerna ſonantia ſiluis. Pileus. i. pilea. orũ. declinatur autẽ hic pileus in ſingulari teſte Seruio, ij. æñ. qui dicit tyara phrigius pileus eſt, quãq; Lauren. in Raudẽſem negat genere maſculino reperiri, & apud Feſtũ legimus albogalerus capitis pileum eſt, hinc igitur Perſi. dixit. hæc mera libertas hanc nobis pilea donant. & Mar. totis pilea ſarcinis redemi. Intybus. i. intyba. orum. Celſus. lib. ij. radicula intybus acymũ. Virg. j. geor. & amarys intyba fibris. Baltheus. i. balthea. orum. Verg. xij. æñ. infœlix humero cum apparuit alto baltheus. Iuue. quoties rumoribus vlciſcuntur balthea. Sibilus. i. ſibila. orum. Virg. in buc. nam neq; me tantum venientis ſibilus auſtro. Idem. ij. æñ. ſibila lambebant linguis vibrantibus ora. Seruius tamen in. buc. res (inquit) ipſa ſibilus eſt: ſibila vero participaliter accipitur pro ſibilantia. Supparus. i. ſupara. orum. Luca. in. ij. ſupara nudatos cingunt anguſta lacertos. ¶ Cetus. i. cete indeclinabile. Auienus in ara. diſtantem Andromedam prolixo tramite mundi perterret cetus. Plinio, libro. ix. hoc genus ſolum: vt ea quæ cete appellant, animal parit. Verg. immania cete. Locus. i. loca, orum. Verg. i. æñ. loca fæta furentibus auſtris. Idem in eodem, deuenere locos vbi nunc ingentia cernis mœnia. Iocus. i. ioca. orum. Ouid. & cum iunone remiſſos agitaſſe iocos. Salu. in iugur. ioca ſeriaq; cum humillimis agere. Permiſſus. us. permiſſa. orum. vt in digeſtis titulo de acquirendo rerum. d. l. inlaqueum. permiſſu (inquit) eius cuius fundus erat. Iuſſus. us. iuſſa. orũ. a quo eſt etiam iniuſſus. us. vt Cice. in. vj. de repub. neq; iuſſu eius a quo ille eſt vobis datus. Euẽtus. us. euenta. euentorum. Ouid. quiſquis ab euẽtu facta notãda putat. Non tamẽ dicimus in plurali permiſſibus, iuſſibus, euentibus. ſed permiſſis. iuſſis. euentis, vt Valla oſtendit. Vergil. in bucco. accipe iuſſis carmina cepta tuis. Cice. in lib. de orat. ex aliorum factis, aut dictis & euentis. Idem ad Lucretium, fabulam rerum euentorũq; meorum. Ad cuius ſimilitudinẽ Ouid. dixit. ij. meta. ſucceſſorumq; Mineruæ indoluit, qđ vtrũq; reperitur, etiam quartæ.

¶ Fœminina in neutra, ſunt præterea quædam nomina in ſingulari fœminina & in plurali neutra, vt paſcua paſcuæ paſcuarum. vt in pſal.xxij. Hiero. interprete, In loco paſcuæ: ibi me collocauit. Oui. iiij. meta. axe ſub heſperio ſunt paſcua ſolis equorum. Carbaſus. ſi. aſa. orum. Verg. viij. glauco velabat amictu carbaſus. Luca. in. iij. fluxa coloratis aſtringūt carbaſa gemmis. ſuppellex ſuppellectilis. ctilia. ctiliū, quod Diomedes inter plurali numero carentia numerat: & adhuc re vera nō memini me legere. Pergamus pergami. a. orum. ſed quamquam hoc nomen inter heteroclita ponatur a grāmaticis: re vera non eſt. Eſt enim Pergamus ciuitas in Aſia minori: quæ fuit Attali regia: & cuius meminit diuus Ioā. in Apoca. Pergama vero Phrygiæ vrbs fuit regia Priami: de qua Vergi. nāq; videbat vti bellātes pergama circū. Reperio tamē apud vnū Senecā in troade pergamus pro pergama poſitū. ¶ Neutra in maſculina quæ ſunt quædā nomina in ſingulari neutra: & in numero multitudinis maſculina, vt hoc porrū porri, porri. orū. Iuue. qs tecū ſectile porrū ſutor, a quo et in plurali porra neutro gñe repitur. apud Verg. in moreto. ait enim & ſiſer & capiti nomē debentia porra. Codices tamen vergiliani quos non dubitarem caſtigatiores eſſe ſic hñt, hic cicer & capiti debētes nomīa porri, ſic ediuerſo apud Celſum portus in ſingłari genere maſculino legimus. Ait enim libro. iiij. porrus cū pullo gallinaceo coctus ſit. Raſtrū. i. raſtri. orum. Verg. in buccoli. non raſtros patietur humus, non vinea falcem. Cælū cæli, cæli cælorum. Cælū qa vnū tantū eſt nūero multitudinis carere Cæſar in libro de Analo. ad Ciceronem ſcribit, referente Gel. libro. xviij. noc. atti. Varro. tñ in plurali vſus eſt in origine linguæ latinæ dicens. Cæli ūir loca ſupa & ea deorum. Lucre. quoq; dixit, qs totidē vertit cælos. Argos. i. argi. orū. [illegible] vbi nobile quondam deſuper argos arāt. Verg. ij. æn. ſi patrios vnq̄ remeaſſem victor ad argos. Frenū. i freni. orū. Cicero de claris ora. alteri ſe calcaria adhibere: alteri frenos. Vergi. tñ

## Fœminina in neutra.

Paſcua. e. paſcua. orum, Carbaſus. i. carbaſa. orum.
Supellex ſupellectilis; ſupellectilia ſupellectilium.
Pergamus pergami; pergama pergamorum.

## Neutra in maſculina.

Porrum. i. porri. orum. Raſtrum. i. raſtri. orum.
Cœlum cœli. cœli. orum. Argos. i. argi. orum.
Frenū freni. freni vel frena, orum. Capiſtrum. i. ca pistri capiſtrorum. vel capiſtra. orum.

## Neutra in fœminina.

Epulum. i. epulę. arum. Delicium, ij. deliciæ. arum.
Balneum. i. balneæ. arum. Cepe indeclinabile; cepæ. arum.

## Variæ declinationis nomina.

Iugerum. i. iugera iugerum. Vas vaſis; vaſa vaſorum. Penus penoris. Penus penus. Specum, i. ſpecus. us. Laurus lauri; laurus laurus. Pinus. i. pinus. us. Quercus. i. quercus. us. Cornus. i. cornus. us.

iiij. georgicorū dixit. frena pelethronij lapithæ giroſq; dedere. Eodem modo dicimus capiſtrū. i. capiſtri. orū. & capiſtra capiſtrorū, filū fili, fili. orū. vel fila. orū. clauſtrū. i. clauſtri. orū. vel clauſtra. orū. ¶ Neutra in fœmina, quæ reperiūtur quædam nomina in ſingulari neutra: in plurali vero fœminina, vt hoc epulū. i. epulæ. arū. quamquam autore Valla epulū ſit conuiuiū numeroſis ciuibus paratum. Gel. libro. xi. ſolemni die Ioui epulum libaretur. & Iuue. vnde epulū poſſis centū dare pythagoreis. epulæ vero ſunt etiam ſingulis non modo hominibus: ſed & reliquis animantibus paratæ. Vergi. iiij. æneidos, epulaſq; draconi q̄ dabat. Deliciū delicij. deliciæ deliciarū Catullus, paſſer deliciū meæ puellæ: atq; illū imitatum Martia. ſtellæ delicium mei columba. Vergi. in bucco. delicias domini, nec qd ſperaret habebat. Reperiūtur tamen etiam apud Plau. delicia in ſingulari, mea inquit voluptas, mea delicia. Balneū balnei, balneæ balnearum, Gel. libro. ix. parum cito balneas ſibi traditas eſſe: & parum lautas fuiſſe. dicuntur etiam balineæ, vt apud Pli. libro. xxxiij. ſtratas argento mulierum balineas. Reperitur etiam in plurali balnea ab eo quod eſt balneum. Iuuenalis, & crudum pauonem in balnea portas. Cepe indeclinabile in ſingulari. Hel. libro. xix. cepe (inquit) reuireſcit: & congerminat decedenti luna, Iuuena, porrum & cepe nefas violare & frangere morſu: declinatur etiam cepa cepæ. Vergi. in moreto. cepa rubens ſectiq; famen domat area porri. ¶ Variæ declinatiōis nomina. Reperitur etiam varietas in declinatione: quoniam quædam nomina reperiuntur alterius declinationis in ſingulari. alterius in plurali. Præterea quædam reperiuntur per duas atq; etiam plures declinationes inflexa, & ponit aliqua: cum alia multo plura reperiantur. Dicit igitur in primis: quod iugerum in ſingulari ſecundæ eſt declinationis. Varro. in. i. de re. ruſti. iugerum dictum quod quadratos duos actus habeat. Idem de origine linguæ latinæ, iugerum dictum iunctis duobus actibus quadratis, & Colu. duos actus iugerum efficiunt. Et ibidem. actus duplicatus facit iugerum, In plurali vero eſt tertiæ. Martia. & caſa iugeribus non onerosa ſuis. & illud iureconſulti, ſeruus [illegible] mille iugeribus qui vnum iugerū pro indiuiſo ſolidū habet. Reperimus tamen in ſingulari etiam tertiæ apud Proper. vt multo innumeram iugere paſcat ouem. Econtrario vas vaſis in ſingulari tertiæ eſt declinationis, in plurali ſecūdæ, quamquam etiam in ſingulari apud antiquiores reperitur ſecūdæ. Cato apud Gel. xij. noc. atti. neq; vas ſum neq; veſtimentum vllum eſt in manu precioſum. Penus penoris, vel penus penus. ſpecū ſpeci, vel ſpecus ſpecus, de generis atq; declinationis varietate in his duobus nominibus (cū de genere nominū terminatorū in. us. diſſerebamus) abūde dictū eſt. Laurus. i. hæc nomina quæ ſequūtur & ſecūdæ & quartæ declinationis reperiūtur in vtroq; nūero: ſed quædam ſunt caſus in alterutro freqūtiores. Vergi. in buccoli. & vos o lauri carpam & te proxima myrthæ, & ibidem. fragilis incende & bitumine laurus. Pinus. i. vel pinus. us. Vergli. in bucco. mænalus argutūq; nemus pinoſq; loqūtes. Idem. in. xi. altas ad ſydera pinus. Quercus querci, vel quercus us. Cicero in chronographia. ibi quercorū rami ad terram iacent. Vergi. viij. æneidos, arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Cornus corni. vel cornus cornus, Serenus. vel corno ex arbore ſertum. Papi. vij. thebai. cornu depreſſus achiua.

¶ Ficus.i.vel ficꝰ,de hoc multa in gñe diximꝰ.Lacus.i.vel lacus. Seneca.iiij.natura.q̃ſtionũ.continuatis aqs in faciem lacꝰ ac turbidi maris.Col9.i.vel colꝰ.Verg.viij.æñ.cui tolerare colo vitã tenuiq; minerua.Papi.vj.thebaid.extra iã colu fila da. tur ordo.Domꝰ.i.vel dom9,de varietate declinationis & quos ex vtraq; caſus habet lib:i.diximꝰ.Neq; ab re fuerit hoc lo co dicere qd' Sueto.tranquillꝰ animaduertit in epſis Auguſti Cæſaris:ſemp in gtõ ſingulari domos & nunq̃ domꝰ ſcriptũ: qd' eſt cõſentaneũ epitaphio antiqtatũ multarũ pleno:qd anno ſuꝑiori Romæ eruderatũ eſt:cuꝰ etiã mihi copiã fecit amicꝰ barũ rerũ curioſus indagator:ſcriptio aũt fuit hmõi.

C. MAN.C.MAN.F. INFERNO PLOTONI TRICORPORI OXO RI CARISSIMAE PROSERPI- NAE TRICIPITIQVE CERBE- RO MVNVS MECVM FE- RENS DAMNATAM DEDO ANIMAM VIVAM; QVAE HOC ME CONDO MONIMEN TO.NE OBRVTIS DOMOS LAPSV FILLIS SEX. QVOS P.SCIPIO PATRIIS CAMERTI- BVS ASALE EX LYBIA INCO- LVMES RESTITVERAT,INDE SOLATA ORBITATE SVPER- SIM MISERA. VIXI. ANN. LVI.M. I. D. V. HORAS SCIT NEMO. VALE VITA.

Ficus.i.ficus.us.Colus.i.colus.us.Domus.i.domꝰ.us:Acus.i.acus acus.Arcus arci,arcus arcus.Faſti faſtorum;faſtus faſtuum.

Maſculina plurali carentia.

Sanguis ſanguinis.
Limus limi.Fumꝰ fumi.
Fimꝰ fimi.Muſcꝰ muſci.
Mundus mundi.
Pontus ponti.
Nemo neminis.Sol ſolis
Veſp.eris,Carcer,eris.

Fœminina p̃lali carẽtia.

Auaritia auaritiæ.
Amentia amentiæ.
Arena.æ.Bilis bilis.
Cholera.ræ.Culpa.æ.
Caries cariei
Diligentia diligentiæ.
Dementia dementiæ.
Dies diei pro tempore.
Eloquentia eloquentiæ.
Fames famis.Fides fidei.
Fuga fugę.Fama famæ.
Gaza gazę.Humꝰ humi
Infamia infamiæ.

Quod eſt.Caia mãlia.Caij mãlij filia inferno Plotoni tricorpori,Oxori chariſſimæ,Proſerpinæ tricipitiq; cerbero munꝰ mecũ ferẽs dãnatã dedo animã viuã:q̃ hoc me cõdo monimẽto:ne obrutis domos lapſu filijs ſex:quos.P.ſcipio.patrijs camertibꝰ a Sale ex libya icolumes reſtituerat:ĩde ſolata orbitate ſupſim miſera,vixi ãnos qnquagĩta ſex,mẽſem vnũ.dies qnq; horas ſcit nemo,vale vita.Acus.i.vel acꝰ.Mart.& ſatiꝰ tenuẽ ducere credis acos.Iuue.emerita q̃ ceſſat acu.Arcus.i. vel arc9.Cice.i.iij.de natu.deoꝝ cur arci ſpecies ĩ deoꝝ nũero præponatur Ennꝰ.apd' Priſci arcꝰ vbi aſpiciũt mortalibꝰ q̃ ꝓhibẽtur.Faſti.oꝝ.faſtꝰ.uũ.vtrũq; in p̃lali tãtũ ꝓ libro ĩ quo cõtinẽtur ãnales,atq; faſti & pro feſti dies,vñ Oui.opꝰ illd ſuũ faſtorũ ĩſcripſit.Luca.i.x.ꝑ quartã ꝓtulit dicẽs,nec meꝰ eudoxi vicetur faſtibꝰ ãnus,qd' ex errore ſcripſiſſe Luca.te ſtatur Ser.i.iij.li.æñ.vergilianæ.Ceterũ ipſe fallitur:cũ Hor.quoq; i.iij.car.dixerit,ꝑ memores genꝰ oẽ faſtꝰ.Varro præterea in ephemeride.cauſa Iulij Ceſaris q faſt9 porrexit:mẽſis Iuliꝰ appellatꝰ eſt,faſtꝰ ĩ ſinglari ſupbiã & arrogãtiã ſignificat. ¶ De plurali carẽtib9 & primo de maſculinis.Sãguis.inis.cuiꝰ pluralis eſt abuſus freq̃nter in ſacris litteris,vt ĩ pſal. Libera me de ſanguinibꝰ,& alio loco:virũ ſanguinũ & doloſum abominabitur dñs,Limꝰ.i.fumꝰ.i.quo ĩ nũero multitudinis vſus eſt ĩ cõmẽ.Cæſar ꝓ ſignis illis q̃ inter hoſtes ꝑ diẽ fumis ſolẽt fieri:queãdmodũ ꝑ noctẽ ignib9.Mar.quoq; ĩ alia ſignificatiõe dixit,vẽdere nec vanos circũ palatia fumꝰ.Fimꝰ.i.muſcꝰ.i.mũdꝰ.i.qa cũ nõ ſit niſi vn9 mũdꝰ:merito caret numero p̃lali:ſicut ſupra de cælo dixim9:ſed figurate dixit Pli.i.ij.natu.hiſto.alios ĩnũerabiles tradidiſſe mũdos.Põt9.i.nemo.inis. Sol.is. Veſp.is.qd de cælo et mũdo diximꝰ:idẽ de Sole et lũa & veſpe & phoſphoro & reliqs ſtellarũ planetarũq; noĩbꝰ dicẽdũ eſt,qd' qa ſinglares ſunt,nũero multitudinis carẽt,ſed figurate pñt habere.Ver.i.æñ.qd tãtũ oceano ꝓperẽt ſe tingere ſoles hiberni,& qd' legim9 tris ſoles Romæ ſimul ortos paulatim ĩ eũdẽ coiiſſe orbẽ,& Pli.li.ij.totidẽ tñ ſoles:totidẽq; lũas,& Claudia.ĩ eutropiũ,binaſq; polo cõcurrere lũas:& gemĩos ſoles mirari deſinat orbis.Addit quoq; ſupioribꝰ Phocas geniꝰ.ij.cũ Pli.li.ij.dixerit:totidẽ faciat iunones genioſq; adoptãdo ſibi.Alij addũt veſpe.is.& heſperꝰ heſperi.q̃ ꝓ ſtella ſiue diei parte carẽt p̃lali,nã veſpi veſporũ:qd' iſti dicũt,q̃ rõne poſſet dici ego nõ video,ſed neq; veſpe veſparũ:cũ potꝰ dicere debeamꝰ illos pſalmos veſptinos:qa veſpi canũtur,has horas veſptinas,qa eo tpe agitur aut agi debeat res diuĩa quo veſper ꝓpter ſolis occaſum ĩcipit apparere.Nã multa hmõi qa ĩ cõpẽdiũ ſcripta ſint,ꝓperã legũtur vt qd' in re diuĩa canitur:dũ ppl's aut ſacerdos ĩ pſona ppl'i corpꝰ chriſti ieſu deguſtat:qd' cõicare a noſtris d'r:& ꝓ eo qd' impiti legũt poſt cõicãdã:debet legi poſt cõiõnẽ,hoc eſt oratio illa quã ſacerdos ĩ pſona ppl'i atq; ſua recitat,eodẽ mõ dicũt preſa ꝓ eo qd' eſſe debet pſa,nã diſtĩguitur a verſu,& capitula ꝓ capitulũ,& alia cõplura de qbꝰ alias.Carcer.eris.ꝓ loco vbi detinẽtur in cõpedibꝰ noxij:nũero multitudinis caret,nã carceres ĩ plurali,vt paulopoſt dicem9,aliud' ſignificat. ¶ Fœminina plurali carẽtia,Phocas & Diomẽ.pauca huiꝰ ordinis noĩa ponũt q̃ alij multo plura repiũtur plærũq; ĩ nũero multorũ,vt vita ꝓ aĩa. Verg.vi.æñ.tenues ſine corpe vitas,& ꝓ viuẽdi mõ Laert.ſcripſit vitas philoſophorũ.Hiero.vitas patrũ.Glorias quoq; in plurali dixit Gel.li.i.has (inqt) ille glorias cũ iactaret.Plau.ĩ trinũmo,haſcine ĩ me ꝓpter res maledicas famas ferũt.Et eodẽ mõ de reliqs q̃ ſequũtur:q̃ etſi raro ĩueniãtur ĩ nũero multitudinis:aliqñ tñ autores illis vſi ſunt,vt Luca.li.vij.Eoaſq; premit tẽtoria gazas.& Sene.in hercule furẽtẽ.gazis inhiãs:& eſt cõgeſto paup in auro.Arenas quoq; etſi Cæſar in lib.de analogia ad Cicero.dicat vitioſe dici in nũero multitudinis.Lucanꝰ tñ lib.x.dixit:& diras calcauit Cæſar arenas. Mortes quoq; ĩ plurali dixit Opius ſiue Hirtꝰ ĩ cõmẽtario hiſpanieſi,mortib9 inqt mortes exaggerabãt.Auguſt.li.iij.de ciuitate

Inſania inſanię. Iuuenta iuuentę.
Indoles indolis.
Lues luis, Labes labis.
Mors mortis.
Negligentia, æ.
Parſimonia, æ.
Pax pacis. Proles plis.
Paupertas paupertatis. Pix picis.
Pernicies perniciei, Rabies rabiei.
Senecta ſenectę.
Stultitia ſtultitiæ. Salus ſalutis.
Strues ſtruis. Tabes. is,
Tuſſis tuſſis.

Neutra plurali carentia.

Ador indeclina. Aeuum æui.
Barathrum barathri.
Cænum cæni. Fœnum fœni.
Fas & nephas indeclinabile.
Halec halecis. Iuſticium iuſticij.
Inſtar inſtaris. Lœthum lœthi.
Luthum luthi. Neceſſum & neceſſe.
Nihil; nihilum; nil.
Pelagꝰ pelagi. Pus puris.
Salum ſali. Senium ſenij.
Solium ſolij. Vulgus vulgi.
Viſcum viſci. Ver veris.

Plurali præterea numero carent propria nomina deorum hominum; montium; ſyluarum; fluuiorum; inſularum: vrbium; cæterarumq́ rerum niſi quæ pluraliter declinantur. Dicimus tamē ſcipiones; fabios; metellos & eiuſmodi propria virorum nomina in numero plurali, ſed tunc appellatiua potius q̄ propria dicenda ſunt.

Carent quoq́ numero multitudinis nomina elementorum vt aer; ignis; aqua; terra; æther. Et nomina metallorum vt aurum; argentum; plū bum; ſtannum; orichalcum. Et nomina ſignificantia res liquidas & aridas; quæ in pondus & menſuram referuntur, vt triticum; tipha, cicer, panicum; acetum; ſapa; defrutum; paſſum. Quę tamen nonnunq̄ pluraliter efferuntur. maxime cum illarum rerum genera ſignificare vo-

*ne minus haberet mortium roma quæ vicerat. & iterum infra. Seneca .ſ. natural. q̄ſt. ergo tu in tantis erroribus es: vt exiſtimes deos mortium ſigna præmittere. Pax etiam & ſi Diomedes & Phocas ſcribant plurali carere. Hora. tamen .ſ. epiſto. dixit. bellaq; & paces longū diffundit in æuū, & Plautus in perſa etiam paces dixit. Sic & philoſophi dicūt tres eſſe labes rerū publicarū, cū grammatici dicant labem carere numero plurali. ¶ Neutra plurali carentia. Diomedes tantū poſuit hæc pauca inter ea q̄ numerū pluralem non habent. virꝰ viri. pus. ris. barathrū barathri. aliū, alij. crocū .i. ingeniū ingenij. halec halecis. iuſticiū. ſinapi. ſed aliū & ingeniū in frequēti vſu habent pluralem. Crocū & ſinapi ad res q̄ menſurantur pertinent. Halec pro ſalſamento caret plurali ſicut & garū. Halex quoq; pro eo qđ halec etiam plurali caret, nam pro piſce numerum multitudinis habet. Phocas addit cœnū .i. fœnū .i. lutū .i. viſcū .i. æuū .i. vulgꝰ .i. pelagꝰ .i. penꝰ. oris. ſiue penꝰ .i. vel penꝰ. us. Solū quoq; ſoli plæriq; his annumerant. cum Verg. ſ. georgico. dixit, ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola, Sic Apule. in. iij. metamor. in aſini inq̄t faciem fœna rodebamus. ¶ Plurali præterea carent nomina ꝓpria deorū. vt Iupiter. Mars. Vulcanꝰ. hoīm vt Priamus, Hector. Achilles. montiū, vt Apeninꝰ, pyreneus, ſyluarū, vt Ida, Hercinia. fluuiorū, vt Anas, tagus, Inſularū: vt Sardinia, Sicilia, Vrbiū vt Corduba, Hiſpalis, cæterarūq; rerū, vt Canū, equorū, boū, Caprarū: vt apđ Ouiđ. lelaps: apđ Vergi. rhebꝰ. Inueniūtur tamē q̄dam propria ex his pluraliter declinata & tūc carēt nūero ſingulari. vt gades. iū. baleares. iū. athenæ. arū. celenæ. arū. cythera. orū. etiam aliq̄n ſub diuerſis generibus inueniūtur declinata in vtroq; nūero vt ſupra diximꝰ mænalꝰ .i. mænala. orū. tænarꝰ. ari. tænara. orū. Aliq̄n etiā ſub eodē gn̄e. vt mycene. es. mycenæ. arum. Verg. v. æn̄. argolico ve mari deprehēſus & vrbe mycene. Idem in. ij. & nūc qđ patrias vento petiere mycenas, ſed cū dicimꝰ Scipiones. Fabios. Metellos. Camillos Curios. Scauros. iā deſinūt eſſe ꝓpria: & incipiūt eſſe appellatiua. nā cum ſit nomē ꝓprium qđ de vno đ r appellatiuum qđ de pluribꝰ, cum dico ſcipiones intelligo: plures ex ea familia: vt Cneium. & Publium ſcipiones ergo Scipio tunc appellatiuum eſt: cū de omnibꝰ illis dicatur. ſic Iuue. dixit. q curios ſimulant & fictos contemnūt ſcauros. & Luca ad ſyllas marioſq; redis. ¶ Nomina elementoꝝ carēt etiā nūero multitudinis. vt ar aeris, ignis ignis. dicimꝰ tn̄ in plurali ignes. iū. ꝓ particulis ipſiꝰ elemēti. vt apđ Verg. crebris micat ignibꝰ æther & alio loco. aut ignibꝰ ægra dedere. Et nomina metallorū. vt aurū. argētū. plūbū. neq; enim dicimus in plurali aura. argēta. plūba. dicimꝰ tn̄ æra ī tribꝰ caſibꝰ ꝓ rebꝰ ex illa materia fabricatis: vt paulo poſt dicturi ſumꝰ. Et noīa ſignificātia res aridas & liquidas: q̄ in pondꝰ & mēſurā referūtur. vt triticum. cicer. Piper. crocū. neq; .n. dicimꝰ tritica. cicera. pipera. croca. Dicimꝰ tn̄ ordea. vt Verg. in buc. grādia ſæpe qbꝰ mādauimꝰ ordea ſulcis ꝓ granis ordei. ſic etiā dicimus fabas. lupinos & piſa ꝓ granis illoꝝ leguminū. & Iuue. ſpirāteſq; crocos & in vrna ꝑpetuū ver. ꝓ flores. Vinū quoq; & muſtum. ſapa. defrutū. paſſum. lac ſerū. amomū, & alia liq̄da hmōi numero plurali carent plærūq; dicimꝰ tamen in plurali. vina. muſta. defruta. mella. balſama. cinnama, cum partes aut genera illarum rerum ſignificamus. Verg. in bucco. vina nouū fundam calatis aruiſia nectar. Idem. iiij. georgi. aut igni pinguia multo defruta. Idem. ſ. æneidos, redolentq; thymo fragrātia mella, Iuuena. ſpirans opobalſama collo q̄ tibi, & Mar. cinnama q redolent. hæc Ser. in. ij. geor. dicit in plurali tātū habere tres caſus. nam Ouiđ. nimis licenter in plurali muſtis dixit ab eo qđ eſt muſtum. Itaq; in hmōi nominibꝰ multo minꝰ ſignificat pluralis nūerus q̄ ſingularis. nam cū dixi terram totū elemētū intelligo: cū vero terras: particulas quaſdā aut terræ gn̄a. Verg. ij. geor. difficiles primū terræ coleſq; maligni. multo ergo minꝰ dixiſti: cū dicis habeo duas aut tres terras. q̄*

cũ dicis habeo terrã,Eodẽ quoq; mõ aera dicim9.vt Mar.aera.ſed acumeis vlteriora petis.Cato quoq;vt(iqt)Feſt9 ſcrib9 dixit.

¶ De maſculinis ſingulari carentibus,primo ponit maſculina.vt plurali nominatiuo antes antium pro vitium ordine.Vergi.ij.georgi.iam canit extremos effœtus vinitor antes.Artus artuũ,namquod Vergi.iij.georgico. dixit micat auribus & tremit artus.artus accuſatiuus pluralis eſt figurate iunctum cum verbo tremit,vnde Seruius exponit artus pro artubus. Cancelli cancellorũ,pro ſignis tranſuerſis feneſtrarum vel ſeptorum.Cicero.v.in Verrẽ.circundati cancelli videntur in ſua ꝓuicia.Cani canorũ,ꝑ capillis canis.nã de vno capillo cano recte diceretur,hic capill9 can9 eſt.Carceres carcerum pro repagulis equorum, Vergi.primo georgico. vt cum carceribus ſeſe effudere quadrige.Idem tamẽ.v. æneidos in ſingulari carcere pro carceribus poſuit dicens,ruuntq; effuſi carcere currus.quod & Seruius adnotauit dicens,carcerem vſurpauit,nam carcer in ſingulari eſt cuſtodia noxiorum carceres in plurali oſtia quibus equi arcentur.Caſſes caſſium. Ouidius de arte. decidit in caſſes præda petita meos.Seneca tamẽ in agamennone in ſingulari poſuit dicens.at ille vt altis hiſpidus ſiluis aper cum caſſe vinctus.Codicilli codicillorum,pro teſtamento illo ſecundario,nam pro paruo codice vel libro ſingulariter dici poteſt codicillus,vnde Cato.de re ruſt.in tabulato(inqt)condito codicillos oleaginos.Cœlites cœlitum,& ſi communis duorum generum eſſe poteſt:ab autoribus tamen inter maſculina ſingulari carentia ponitur,Faſti faſtorum vel faſtus faſtuum ſecundæ & quartæ declinationis pro eo quod eſt liber annalium.vt paulo ante diximus ſingularem numerũ non habet.Fori fororũ. pro parte illa nauis ꝑ quam a prora in puppim diſcurritur. Vergil.vj. æneidos,deturbat laxatq; foros ſingulari vſus eſt dicens, multa foro ponens ageaq; longa repletur.Furfures furfurum.pro puſtulis qui ex capite reſoluuntur,nam ꝓ farinæ purgamento ſingulari numero dixit Serenus, additur excuſſus niuea ſimilagine furfur.Inferi enferorum,pro dijs infernis. Liuius androni. in odyſſea in ſingulari dixit,Inferus aut ſuperus tibi fert deus funera vlyſſes. Loculi loculorum pro nummorum receptaculo.vnde Martialis in diſti.cuius tema eſt loculi.locellus in ſingulari protulit dicens : ipſe locellus erit.Liberi liberorum. pro filijs & nepotibus poſteriſq; vſq; adeo ſingularem numerum reformidat: vt de vno tantum liberos dicamus in plurali. Lemures pro phantaſmatis nocturnis.Horatius in epi.nocturnos lemures incendia magas.Manes manium.pro dijs manibus quamq̃ Apuleius in libro de deo Socratis ſingulariter protulit lemurem & manem.hunc (inquit) vetere latina lingua inuenio lemurem dictitatum:& paulo poſt.vtrum lar ſit in laruæ nomine deum manem vocant. Maiores maiorum, pro ijs qui nos præceſſerunt : ſicut minores pro illis qui nos ſequuntur. vtrumq; numero ſingulari caret :quia de pluribus ſemper illo modo loquimur. Natales natalium, pro generis nobilitate.vt putauit Diomedes vel potius vt Valla pro conditione naſcendi,nam in ſingulari diem natalitium ſignificat. Optimates optimatum , & dicuntur principes ciuitatis ſi boni ſunt ciues in republica. Penates penatium, pro dijs priuatis cuiuſq; domus aut ciuitatis aut gentis. Poſteri poſterorum, pro nepotibus & ijs qui nos ſequentur. alias poſterus poſtera poſterum, integrum eſt pro re ſequenti . Primores primorum , pro principibus ciuitatis. Horatius primores populi diripuit populumq; tributum.Sillius tamen libro vndecimo punicorum ſingulariter dixit exciſſum primori in parte Saguntum. Proceres procerum,pro principibus ciuitatis, Iuuenalis tamen in ſingulari dixit : agnoſco procerem ſalue getulice. Pugillares pugillarium,pro tabellis ſcriptorijs quæ quia plures ſunt merito pluraliter declinantur : alioqui hic hæc pugillaris declinatur pro re ſiquæ pugillo continetur.aut pugilli magnitudinem æquat. Quirites quiritum.pro Romanis a quirino hoc eſt Romulo dicti. a poetis tamen in ſingulari dicitur in obliquis maxime. vt apd' Horatium prima epiſtola,& amici dona quiritis,& apud Perſium,heu ſteriles veri quibus vna quiritem vertigo facit.Sales ſalium:pro facetijs.Lucanus in ſecundo,non ſoliti luſere ſales:& Iuuenalis,& ſalibus vehemens intra pomeria natis.in hac quoq; ſignificatione dixit Terentius in eunucho,qui habet ſalem qui in te eſt. Superi ſuperorum.pro dijs ſuperis ſicut dicimus inferi inferorum,pro inferis dijs,alioqui ſuperus ſupera ſuperum declinatur. Vepres veprium,autores in numero plurali tantum reperiri dixerunt.Ouidius tamen ſingulari vſus eſt ablatiuo,& quod plus eſt.Columel. libro duodecimo dixit manifeſtum eſt hunc veprem interiri non poſſe.

lumus,vt cum dixi vinum ſimpliciter;omne vinum ſignificaui.Cum ver o dixi vina in plurali multas vini diuerſitates puta falernum;albanum;fundanum;ſignaui.

| | |
|---|---|
| Maſculina ſingulari carentia. | Liberi liberorũ. |
| Antes antium. | Lemures lemurum. |
| Artus artuum. | Manes manium. |
| Cancelli cancellorum. | Maiores maiorum. |
| Cani canorum. | Minores minorum. |
| Carceres carcerũ. | Natales natalium. |
| Caſſes caſſium. | Optimates optimatum. |
| Codicilli codicillorum. | Penates penatium. |
| Cœlites cœlitũ. | Poſteri poſterorum. |
| Faſti faſtorum; vel faſtus faſtuum. | Primores primorũ. |
| Fori fororum. | Proceres procerum. |
| Furfures furfurum. | Pugillares pugillarium. |
| Inferi inferorum. | Quirites quiritum. |
| Loculi loculorum. | Sales ſalium. |
| | Superi ſuperorum. |
| | Vepres veprium. |

¶ Fœminina ſingulari numero carentia. arguitiæ.arū. Phocas in hoc ordine poſuit. Apu.tñ in.i.meta.argutia inquit nilo-ticā calami ſcripta, & ab eo diminutiuū fecit. Gel. argutiola lib.ij. argutiola quippe hæc(inquit) friuola & inanis eſt. Antiæ arū. Apule. in meta. crines,inquit, Appollinis præmulſis antijs. Aedes.iū. p priuata domo, tñ in ſingulari tēplū ſignificat. vñ ſemp additur cui⁹ dei eſt, aut cōſecratio, vt ædes caſtoris ædes ſacra. Antēnæ.arū q̄q̄ Hier. i ep̄la ad Heliodorū dixit, & antēna crucis figatur in frōte. Bigæ.rū. quadrigæ.arū. addit etiā Phocas trigæ.arū. Pli.tñ.lib.xxxv. biga dixit in ſingulari.

| | |
|---|---|
| ¶ Feminīa ſigl'ari carētia, | Inferiæ inferiarum. |
| Argutię, argutiarū. | Inimicicię inimicitię.arū. |
| Antiæ antiarum. | Illecebrę illecebrarum. |
| Antēnę antennarum. | Induciæ induciarum. |
| Aedes ædiū. Bigę.arū. | Inſidię.arū. Idus iduū. |
| Calendæ calendarum. | Lactes.iū. Letebræ.arū. |
| Cerimoniæ.arum. | Litterę.arum. Minę.arū. |
| Copiæ.arū. Cunæ.arū. | Manubiæ manubiarū. |
| Diuitię diuitiarum. | Nares nariū. Nenię.arū. |
| Dirę.arū. Excubię.arū. | Nonę.arum. Nugę.arū. |
| Exuuię exuuiarum. | Nundine nūdinarum. |
| Exequię exequiarum. | Nuptiæ nuptiarum. |
| Ferię.arū. Facetię.arum | Opes opum. Paleę.arū. |
| Fortunæ fortunarum. | Plagæ plagarum. |
| Genæ genarum. | Præſtigiæ præſtigiarum. |
| Gingiuæ gingiuarum. | Primitiæ primitiarum. |

Euclides, inquit, pinxit bigā regis cū victoria. & Papi.xij.the. tenuauerat aera biga. Quadrigas quoq; & ſi Cæſar lib. de analo. ad Ciceronē, referēte Gellio, dicat ſemp nūo pluratiuo dicēdas eſſe, Pli. tñ li.xxxiiij. quadriga, inqt, regitur ab alcibiade. Et in eodē diminutiuū ptulit dicens, leua trib⁹ digitis quadrigulā tenuit. & in li. digeſt. de legatis tertio. l. peculiū quadrigę legatū equo poſtea mortuo. Gel. l.xxviij. qđ vnū rariſſimū videbatur inuenimus quadrigā nūero ſingulari dictam in. l. ſatyrarū Varronis qui inſcriptus eſt Demetrius. Copiæ.arū. p exercitu teſte Valla nūro ſingulari caret. tñ Virg. qđ dixit in.ij.æñ. reſpicio, & ſit me circū copia luſtro, ibi etiā Serui. notat quaſi autoritate ſua fretus de exercitu copiā in ſingulari dixit, cum copias de exercitu nūro plurali dicam⁹, vt Saluſt. memorare poſſum quib⁹ in locis maximas hoſtiū copias pp'lo roma. parua manu fuderit, ſed Virg. excuſare poteſt metri neceſſitas, quoniam copiæ.arū. in plurali carmē heroicū nō recipit. Cunæ.arū. Phocas & Diom. i hoc ordine po-ſuerunt. ¶ Cerimoniæ.arū. Diome. etiā poſuit: Cicero tñ in.ij. de legibus, magnā inquit religionē cerimoniamq; declarat, quāq̄ Frōto apud Gel. li. xviij. dicat ſcriptores veteres nūq̄ cerimoniā ſingulari numero appellaſſe. Diuitiæ.arū. delitiæ.arū. a Phoca & Diome. inter ſuperiora numerātur. ſed quē-admodū ſupra diximus, delitiæ & delitia & delitiū in ſingulari habuit. Diræ. arum, furiæ.arū. & Eumenides ſemper in numero plurali reperiūtur, qa triplices ſunt quēadmodū & gratiæ: niſi de vna illarū loq̄ris. Verg. in.iiij.æñ. vltriceſq; ſedēt in limine diræ, & ibidē heu ferijs inceſa feror, atq; etiā ebidē. Eumenidū veluti demēs videt agmine pēthe⁹. Excubiæ.arū. exuuiæ.arū exeqæ arū. a Phoca & Diome. & Frōtone i hoc nūro ponūtur. Verg. i.iiij.æñ. excubias diuū æterna, & i eodē, dulces exuuiæ dū fata deuſq; ſinebāt. & in.vij. at pius exequijs Aeneas rite ſolutis. Ambro. in euāg. Lucæ cap.xij. nō enim ſolicitā deus curæ numerātis intēdit excubiā, in ſingulari dicit. Feriæ.arū. a Phoca & Diome. & Gellio nūq̄ niſi in pluratiuo nūero efferri dicūtur. noſtri tñ aliter accipiūt. cū dicūt, feria ſecūda: feria.iij. feria.iiij. Facetiæ.arū. Phocas inter hæc numerat. Diome. fores, ium. Hora tñ in.i. ſer. dixit excluſus fore cū Lōgarenus foret intus. Fortunæ.arū. p diuitijs ac fortuna proſpera. vt apud Terē. in andria. laudare oēs fortunas meas, in ſingulari media eſt. & ad bonā & ad malā. Genæ.arum. Phocas enter hæc poſuit. Diomedes vero gingiuæ.arū. poſſis tñ ſi opus fuerit dicere hic habet genā dextrā eminētiorem ſiniſtra, & Iuue. dixit frāgendus miſero gingiua panis inermi, atq; eius diminutiuo Apulei⁹. p magia eſt vſus cōplanatorē (inquit) tumidæ gingiuulæ. Quod vero Cæſar in libris de analogia, atq; Diomedes & Phocas inimicicias in plurali tantū diclinari putāt, ego nō video cur nō eadē rōne dicamus inimiciciā, qua inſcitiā, impotentiā, iniuriā, vt Cice. thuſ.iiij. dixit inimicicia eſt ira vlciſcendi tēpus obſeruans, atq; ibidē ſæpe ſingulari vtimur numero. Illecebræ.arū. ab omnibus grāmaticis fere ponūtur i hoc ordine. Cice. tñ in.i. de legib⁹ dixit, q̄ & ſi eſt illecebra turpitudinis, & Gell. li.ij. cū audiēdi quadā illecebra induit. Plau. in aſinaria illecebra exijt tandē. Induciæ, arū. inſidiæ.arū. Idus, iduum quēadmodū & calēdæ.arū. & nonæ.arū. ſemper pluratiua reperiūtur. Latebræ.arū. Phocas ſuperioribus annumerat. Cicero tñ in epiſtola ad Appiū ne in tabellæ quidē latebra abſcōditā maliuolentiā, & Gell. lib.xj. dixit impunitatē ex ea latebra ſperarēt. Lactes, iū. p inteſtinis hoim atq; ouiū p quas labitur cibus. vt ſupra ex Plinij verbis annotatū eſt cū de hoc nomine lac diſſerebamus. Litteræ.arū. pro epiſtola, vt dicit Diomedes. numero tantū plurali vtimur, excuſantur tñ poetæ carminis neceſſitate. vt Ouī. in epiſtola briſeidis, quā legis a rapta briſeide littera venit. vnde fit, vt quia heroicū atq; elegum carmen, litteræ, arum. in plurali nō recipit. frequentius vtamur eius diminutiuo litterulæ, arum. Minæ, arum. manubiæ, arum. ſemper pluratiuo reperiuntur, quē-admodum. & nundinæ nundinarum, & nugæ nugarum, & nuptiæ nuptiarum. Nam næniæ. arum. & nares narium. etiam in ſingulari declinantur aliquando. Hora. i. epiſtola, an puerorum nænia, quæ regnum recte facientibus offert. & in odis: dicetur merita nox quoq; nænia. Ouidius.v. meta. acta retro naris, medioq; eſt fixa palato. Opes opum. pro diuitijs. nam in ſingulari opis. opem. ab ope. vt infra dicetur auxilium ſignificat. Paleæ palearum, quod & ſi a grammaticis inter nomina pluratiua ponitur, Vergilius tamen in ſingulari eo vtitur. primo georgi. ait pinguis paleæ terit area culmos. vbi Seruius notat paleam dictam eſſe ſingulari numero contra artem, quia vt dicit quæ ex pluralibus conſtat, numeri ſunt tantum pluralis. vt cancelli, bigæ, ſcopæ. Preſtigiæ. arum. phaleræ. arum. plagæ plagarum. pro reti. primitiæ primitiarum. huius eſſe ordinis, Diome. & Phocas teſtantur. nam quod Ouidius.xij. meta. dicit primicium torrem, ab eo quod eſt primitius.a.um. adiectiuum ſubſtantiue tamen exceptum pro re primicia primiciæ primiciarum declinatur.

*Quiſquiliæ.arum.pro purgamento atq; re parui aut nullius præcij: & quæ proijcienda eſt quaſi inutilis. Apule.i.meta. at has quiſquilias quanti paraſti:de piſcibus minimi præcij dixit:quiſquiliam vero pro arbuſcula ſiue frutice:quæ coccū procreat dixit. Pli.l.xvi.omnes(inquit) has dotes ilex ſolo prouocat cocco, granum hoc primoq; ceu ſpecies frutices paruos aquifoliæ ilicis,quiſquiliam vocant. Reliquiæ.arum.ſuperioribus a Phoca additur. Apul.tamen pro magica dixit.conuerris torem pridianæ reliquiæ:ne qua viſatur tetra labes ſordium,ſed poteſt excuſari quia eſt carmen.nam in proſa oratione vix dici poſſet. Sortes.ium pro oraculo atq; deorum reſpōſo a Diomede & Phoca inter hæc nomina ponitur,in ea tame. ſignificatione etiam ſingulariter dictum eſt illud ex actibus apoſtolorū:cecidit ſors ſup matthiā.i. ſpūſſancti oraculū, quo apoſtolus eſt declaratus:neq; enim de tanta re viri ſanctiſſimi ſortirentur:ſed potiꝰ expectare debuerant,quæ in ea re diuina erat volūtas. Sordes.ium pro auaricia & immundicia. Scopæ.arū. & ſcalæ.arum. Cæſare, Gellio, Phoca, Diomede & Seruio,inter pluraliter declinata numerantur. Hiero. altero vſus eſt in ſingulari in Eſaia. altero in lib.Gen̄. iurecōſultus in dige.titulo de furtis.l.ſit prius armarium(inquit) vel ſcalam. Suppetiæ.arum. immo vero ſuppetias tantum in accuſatiuo plurali cum his verbis fero & mitto.vt Valla putat. Cæſar etiam in comē. cum venio venis iunxit dicēs auxilia magna equitatꝰ oppidanis ſuppetias venire. Sētes.ium.tenebræ.arum. thermæ.arum.tricæ.arum. valuæ.arum.nunq̄ niſi in nūero multitudinis reperiūtur. ¶ Neutra ſingulari carētia, Arma.orū q̄d ideo Priſcia.numero ſingulari carere putat,q̄ varias res hoc nomē ſignificat:quarū ſingula habēt ſua noīa,vt ſcutū.galea.tibiale. Caſtra.orū p̄ exercitu,aut exercitus ſtatiuis:q̄d etiā de ſimilibꝰ eſt dicēdū,vt æſtiua.orū.hiberna.orū.ſtatiua.orū. Caſtrū ī ſingulari idē eſt q̄d caſtellū,vt apd̄ Verg.in.vi.caſtrū inui bolāq; corāq; Crepundia.orū.cibaria.orū.quorum prius inter huius ordinis nomina poſuerunt Diomedes & Phocas: poſterius diomedes tantū,quemadmodū & exta extorū Phocas ſolus. Cunabula.orum.incunabula.orū. ſemper pluralia reperiuntur, & ilia iliū:nam quod Seruius dicit,hoc ile ilis in ſingulari declinari.nō magis reperitur in vſu quā q̄ Marylus mimographus eodem Seruio referente ad fabulā alludens dixit,tu vt Hector ab ilio nunq̄ diſcedis. Iuga.orum. pro montiū ſummitate. Verg.tamen lib.vi.voc ſuperate iugū dixit Iuſta.orū.pro exequijs numero ſingulari caret. Flaccus in.v.argonauticæ.tum comiti pia iuſta tulit. Saluſt.in iugur.poſtq̄ illi more regio iuſta magnifice fecerant. Luſtra.orum.pro ferarum atq; meretricum latibulis, Verg.ij.georg.non abſunt illi ſaltus ac luſtra ferarum. pro lupanari apud Plautum q̄ ſæpiſſime in ſingulari vero quattuor annorū ſpacium ſignificat quæ græce dicitur olympias. Moenia.ium. magalia.ium. & mapalia mapaliū,ſemper pluralia ſunt. Præcordia.orum.nō præcordiū ſic enim apud Celſum legitur ſemper,vt lib.i. Qui crudū(inquit) ſine præcordiorū dol[ore] ructat,& diuus Thomas in hymno,& ex præcordijs ſonent præconia. Spolia.orū. licet Verg.in ſingulari ſpoliū dixer[it]. Serta.orum.pro corona ex floribus,ſerta.æ.in ſingulari poſuit Cato. de re ruſt. pro herba quā græci melilothon medici ſertulam campanā vocant. Ait nāq; iris aridæ contuſæ heminam & ſertā campanicā. Sponſalia.orum.vel ſponſalium Gell.lib.iiij.hoc ius ſponſaliorum obſeruatū dicit,& de ſponſalibus eſt titulus apud iureconſultos. Tripudia.orum.teſqua.orum.tempe indeclinabile ſicut.tot.quot.& pondo cuius ſingulare,vt Phocas dicit in librā effertur. Itaq; dicimus vna libra,& nō vnum pondo:& econtrario duo & tria pondo:non duæ,aut tres libræ. Feſtorū quoq; nomina,vt ſaturnalia.orū.vel ſaturnaliū,ſed quēadmodū Macrob.in.i.ſatur.deducit in genitiuo plurali frequentius vtimur ſecunda declinatione,in datiuo & ablatiuo frequentius tertia. Nā ſaturnaliū & ſaturnalijs vix poteſt dici.at vero ſaturnaliorum & ſaturnalibus fere ſemp. Verrius Flacus ſaturnaliorū(inquit)dies apud græcos quoq; feſti habentur. Atq; iterum de conſtitutione ſaturnaliorum ſcripſiſſe arbitror. Item Iulius Modeſtus de ferijs ſaturnaliorū(inquit)feriæ. Hor.ij. ſer.quid fiet?ab ipſis ſaturnalibus huc fugiſti. Eadem ratiōe Saluſtius apud Gell.lib.iij.hiſtoriarū bachanaliorum dicit,cuius ſingulare Plautus in bacchidibus p̄tulit dicēs,quia bacchis bacchas metuo & bacchanal tuū. Maſurius quoq; ſabinꝰ vinaliorum(inquit)dies Ioui ſacer eſt,& Valerius Antias,agonaliorum repertorem Numā pompilium refert. Eodem prætera modo quinquatria.orum.quinquatribus.Hora.ij.epiſtolarū.feſtis quinquatribus olim.& Iuue.totis quinquatribus optat. Cicero in epiſtolis ad Cælium.ita tumultuoſæ conciones:ita moleſtæ quinquatrijs afferebantur,niſi forte mendum eſt quinquatrijs pro quinquatribus.at vero econtrario dicimus potius floralium quā floraliorum:liberalium q̄ liberaliorum,lucarium q̄ lucariorum. Varro ferialium(inquit) dies a ferendis in ſepulchra epulis dicti,& idem alio loco, floralium,non floraliorum dixit. Maſurius quoq; Sabinus,liberalium (inquit)dies a pontificibus ago[n]ium Martiale appellatur,& idem alio loco,eam noctem deinceps in ſequentem diem q̄ eſt lucariū,erāt autlucaria feſta:in quibus fiebāt lucorū ſacra.*

| | |
|---|---|
| Quiſquiliæ.arum. | Præcordia p̄cordiorum. |
| Quadrigæ.arum. | Serta.orū.Spolia.orum. |
| Reliquiæ reliquiarum. | Sponſalia ſpōſaliorum. |
| Scalę.arum.Sentes.ium. | Tripudia tripudiorum. |
| Sortes.ium.Sordes.ium. | Teſqua indeclinabile. |
| Scopæ ſcoparum. | Tempe indeclinabile. |
| Suppetiæ ſuppetiarum. | Tot indeclinabile. |
| Tenebrę tenebrarum. | Quot indeclinabile. |
| Thermæ thermarum. | Pondo indeclinabile. |
| Tricę.arum. Valuę.arū. | Feſtorū quoq; noīa.vt. |
| ¶ Neutra ſingulari carentia. | Saturnalia ſaturnaliorū. |
| | Bacchanalia.orum. |
| Arma.orū. Caſtra.orū. | Vulcanalia.orum. |
| Crepundia crepundiorū. | Neptunalia.orum. |
| Cunabula cunabulorū. | Lupercalia lup̄caliorum. |
| Cibaria.orū.Exta.orū. | Quinquatria.orum. |
| Incūabula icunabulorū. | Agonalia agonaliorum |
| Iuga.orum.Iuſta.orum. | Vinalia vinaliorum. |
| Ilia ilium. Luſtra.orum. | Dyoniſia dyoniſiorum. |
| Magalia.iū.Mapalia.iū. | Et ſimilia quæ omnia fere & in.ium. |
| Moenia mœnium. | |

Libri quoq; eorum qui græce, aut ad imaginẽ grecorum opera ſua inſcripſerunt, vt rhetorica rhetoricorum œconomica œconomicorum, ethica ethicorum; bucolica bucolicorum.

Communia trium generum ſunt nomina numeralia, carentq; numero ſingulari, vt duo duæ duo. tres & tria quattuor; quinq;, ſex, & quæ ſequuntur præterquam vnus vna vnum, quod caret numero multitudinis; niſi cum iungitur nominibus pluraliter declinatis. Sunt autem omnia indeclinabilia vſq; ad centum preterq; tria illa, hoc eſt; vnus vna vnum, duo duæ duo; tres & tria.

Singulari præterea numero carent nomina diuidua ſiue; per certos numeros diſtributiua vt ſinguli ſingulæ; ſingula; bini; binæ; bina; terni; ternæ; terna; quaterni; quaternæ; quaterna; quinqueni; quinquenæ; quinquena; ſeni; ſenæ; ſena, ſepteni; ſeptenæ; ſeptena; octoni; octonæ; octona; noueni; nouenæ; nouena; deni; denę; dena.

## Nomina certis caſibus deficientia.

Vocatiuo carent nomina interrogatiua, vt quis? qualis? quantus? cum interrogatiue proferuntur. Et infinita, vt quidam; aliquis. Et nomina relatiua vt qui; qualis quantus cum aliquid referunt. Et nomina negatiua vt nullus; nemo, Et diſtributiua. vt ambo, vterq;; & quę ſupra memorauimus diuidua vt bini; binæ; bina; terni; ternæ; terna.

Os oris, ius iuris; rus ruris, æs æris; mare maris; & nomina quintæ declinationis; præterq; hic dies. & hæc res genitiuo datiuo & ablatiuo numeri pluralis deficiunt.

¶ Libri quoq; eorum, vt rhetorica rhetoricorum, nam ſi de arte rhetorica plures libri partiales ſunt rhetoricorum inſcribuntur in numero multitudinis, ſin tamen eſt tantum vnus: rhetoricus potius in ſingulari, dicitur. Sic enim citare ſolemus Ariſtotelē. in rhetoricis ad Theodectem: & in rhetorico ad Alexandrum quia nomine illius tres libros de arte rhetorica ſcripſit; ad hunc vero vnum duntaxat libellum. Duos præterea quos de re familiari libros ſcripſit œconomicorum appellauit. at vero Xenophon qui ea de re vnum compoſuit œconomicon inſcripſit, vt Hierony. in Euſebij interpretationem. de temporibus: cum Aratum (inquit) hexametris verſibus Romanum feciſſet: in Xenophontis œconomico luſit. Sic præterea dicimus bucolica Vergi. quia decē ſunt. & georgica quia quattuor libros opus illud continet. at vero cum de vno loquimur dicemus & citabimus Vergil. in. prima. vel ſecunda bucco. ¶ Communia trium generum carent etiam numero ſingulari nomina numeralia; preterq̃ vnus, vna, vnum. quod caret numero multitudinis, niſi cum iungitur nominibus pluraliter declinatis. Saluſtius in catilinario, hi poſteaq̃ in vna mœnia conuenere. Idem in Iugurtha, vbi vnæ & alteræ ſcalæ comminutæ ſunt, & in digeſtis titulo de damno infecto. l. ſi ædibus, & ſi vnas inquit ædes cones, nam vt ſupra diximus mœnia. ſcalæ. ædes. pluraliter declinantur. ¶ Nomina quoq; diuidua ſiue in ſingulos diſtributiua carent numero ſingulari, vt ſinguli ſingulæ ſingula, bini binæ bina. &c. vt ſi dicas perdices eunt ſingulæ. aut binæ. aut ternæ. dicis q̃ quælibet incedit ſingularis aut ſolitaria. aut quælibet duæ, aut quælibet tres incedunt. aut ſi rurſus dixeris ciuibus diſtribuuntur ſinguli aut bini, aut terni aurei, dicis q̃ cuilibet ciui datur vnus aureus, aut duo aurei, aut tres aurei. Poetæ tamen aliquando ponunt diſtributiua pro numeralibus. Vergi. i. æneidos, bina manulato criſpans haſtilia ferro. bina dixit pro duo. & Lucanus in. viij. gurgite ſepteno dixit, pro ſeptem gurgitibus. Iunguntur etiam huiuſmodi nomina diſtributiua nominib9 pluraliter declinatis eo modo quo vn9: vna: vnum, cum pluraliter declinatur. vt Cicero. binas litteras tuas accepi. & Vergil. viij. æneidos, terna arma mouenda. ter loco ſternendus erat.

¶ Nomina certis caſibus deficientia. dictum eſt hucuſq; de nominibus integris aut altero numero deficientibus, nunc de illis agit: quæ certis caſibus deficiunt, dicit. in primis q̃ nomina interrogatiua, & infinitiua, & relatiua, & negatiua, & diſtributiua, ſiue diuidua carent vocatiuo. Omnia enim hæc vocatiuū habere non poſſunt: quia vt Priſcia. ait vocatiuus ad aliquam præſentem perſonam atq; finitam ſit, ad quam ſermo dirigitur. Ius iuris. q̃ hæc quattuor nomina cū nominibus quintæ declinationis præterq̃ hic dies hæc res carent genitiuo datiuo & ablatiuo pluralibus. Plinius tamen iunior: in epiſtolis fontibus. ruribus. & agro dixit. Vergil. viij. æneidos. componens manibuſq; manus atq; oribus ora. & rurſus libro. x. quinquaginta oribus ignem pectoribuſq; arſiſſe. In genitiuo etiam plurali orium dixit Plinius libro. xx. vitia inquit orium ſanare affirmat. Aes æris æribus. Politianus dixit in ruſt. & tundunt æribus æra. Cæſar in commen. paulo latiores (inquit) q̃ quibus in reliquis maribus vtimur. Eiſdem quoq; caſibus deficiunt nomina quintæ declinationis. neq; enim dicimus ſpecierum ſpeciebus, facierum faciebus. q̄q̄ apud antiquos & antiquarios legamus hæc & alia huiuſmodi. Apuleius in libro de Mundo. perſeuerantia (inquit) amicitiæ inter ſe dedit elementis ſpecierum ipſarum partitio. Cato Cenſorius apud Priſcianum, earum facierum ſigna domi pro ſuppellectili ſtatuere, iuniores quoq; non dubitant dicere faciebus & ſpeciebus. quod Cicero reformidat. ſcribit enim in topicis. in diuiſione formæ ſunt quas græci ideas vocant: noſtri ſi qui hæc forte tractant ſpecies appellant. non peſſime id quidem ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. nolim enim niſi latine dici poſſit ſpecierum & ſpeciebus dicere: & ſæpe his caſibus vtendum eſt. at formis & formarum velim.

¶ Satias & ſaties, nam vtrumq; legitur. nominatiuũ tantum ſingularem habere dicit Phocas. Sil. iiij. puni. nec finis ſaties vt noui ſed ſanguinis ardor. & Gell. li. vij, quorum ſatias nunq̃ eſt. Accuſatiuum tamen ſecuti proportionem fecimus in quodam diſticho in quo ſolonis celebrem ſententiam complexi ſumus. diuitiæ gignunt ſatiem, ſatieſq; ſuperbum. ¶ Præſto quoq; pro eo quod eſt pæſens Valla dicit ſemper iungi verbo ſum, es, fui, in vtroq; numero in ratione ſuppoſiti. Cice. pro murena laborauit. præſto multis fuit. Idem ad herẽnium. hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt: hyeme pulſæ recedunt.

Satias vel ſaties tantũ ntm̃ ſingularem habet.
Preſto ntm̃ vtriuſq; numeri tantum habet.
Expex o expes ntm̃ & vctm̃ tantum habet.
Fors o fors a forte nominatiuum, vocatiuum & ablatiuum habet.
Vis. vim. o vis. a vi. nominatiuum; accuſatiuum; vocatiuum & ablatiuum tantum habet; in plurali vires virium viribus; integrum eſt; ſiue ſit a vi ſiue aliunde.
Tabi a tabo genitiuũ & ablatiuũ tantum habet.
Ditionem a ditione. Laterem a latere. Vicem a vice. actm̃ & ablatiuũ ſingularem tantum habet.
In numero plurali integra ſũt duo poſteriora.
Tantundem & tantidem ntm̃ gtm̃ & actm̃ ſingularis tantum habet.
O macte macti; vctm̃ vtriuſq; numeri tãtũ habet.
Sponte. Impete, Obijce. Natu. Diu. Noctu. Ablatiuum ſingularis numeri tantum habent.
Suppetias & inficias accuſatiuum pluralem tantum habent.

Memini me tamen legere in actõ præſto cum infinitiuo huius verbi ſum, es, fui cõſtructum, idq; notauerã opinor in epiſtolis familiaribus Ciceronis. ¶ Expes ꝑ eo qđ eſt ſine ſpe nominatiuũ habet & cõſequẽter vocatiuũ tantũ. Hora in poe. qđ hoc ſi fractis enatat ſpes nauibus. ¶ Fors nĩatiuũ habet & vocatiuũ & ablatiuũ tãtũ. In ntõ ab Auſonio inter monoſyllaba numeratur. Teren. vocatiuũ poſuit dicẽs. o fors fortuna Ver. j. æñ. ablatiuum. forte ſua lybicis tẽpeſtas appulit oris. ¶ Vis gtõ & dtõ caret. in ntõ Verg. j. Geor. ni vis hũana quotãnis. & Salu. in Catil. oĩs nr̃a vis in aĩo & in corpe poſita eſt. Ver. vj. æñ. nec vim tela ferũt. Et in. j. vi ſuperũ & ſæuæ memorẽ Iunonis ob iram. In numero multitudinis vires viriũ viribus vires o vires a viribꝰ dicimus, ſed an ſit a prima poſitione nominatiui ſingularis hoc eſt vis, an nomẽ ꝑ ſe pluraliter declinatũ: ſiue ab alia poſitione numeri ſingularis quæ nõ ſit id vſu grãmatici dubitare videntur. nã Lucre. antiquitatẽ ſecutus has vis in plurali dixit. ¶ Tabi a tabo. Phocas & Diom. hoc nomẽ ablatiuũ tantũ habere dicunt, & re vera genitiuũ nõ memini me legere. Tabes vero in ntõ actõ & abltõ tantũ reperi. itaq; ſi gtõ eſſet opus potius vteremur tabi quã tabis dtus a neutro eſt. Ditionem a ditione. hæc tria nomina duos tantũ habere caſus accuſatiuũ & ablatiuũ numeri ſingularis, Diomedes & Phocas teſtantur. Ditionis tamen in gtõ & ditioni in datiuo freqũẽter vtitur Hiero. in interpretatione ſacrarũ litterarum quẽadmodũ Geñ. cap. xxxvij. nunquid rex noſter eris aut ſubijciemur ditioni tuæ. Lateres quoq; & lateribus vtitur. Pli lib. xxxv. lateres inquit non ſunt e ſabulo, & ibidem, luto & lateribus crudis extrui quis ignorat? Idem quoq; ab eo quod eſt vicẽ a vice in plurali dicimus vices vicium vicibꝰ. Tantũdem a tantum & dem particula cõpoſitum in ntõ gtõ & actõ ſolũ reperitur. nemo enim tãtodem dixit, at tantidẽ ſæpe reperies. vt apud Teren. in adel. tantidem emptam. & in digeſtis titulo de diuor. tantidem æſtimata redderes.

¶ O macte. eſt autẽ mactus vt ſic dixerim autore Feſto magis auctus, ſed nunquam reperitur niſi in vctõ cum exortatione quadam ad virtutem [illegible] Verg. ix. æñ. macte puer virtute noua ſic itur ad aſtra. & Hor. in. j. ſer. macte virtute eſto inquit ſententia dia [illegible] in plurali. Pli. lib. ij. macti ingenio cæli interpretes. ¶ Sponte ablatiuũ tantũ habere Phocas dixit. Verg. ij. geor. [illegible] ſua veniũt. vbi ſeruius dixit: nomẽ eſſe non aduerbiũ. quia iunctũ eſt ei genus cum dixit ſua. Sed & Gell. lib. xij. genitiuũ poſuit dicens. ſpontis ſuæ mortẽ. & Colume. lib. xij. de ruſt. neq; ſuæ ſpontis aquam miniſtrare patitur. Spons quoq; in nominatiuo Auſonius poſuit inter monoſyllaba. Impete idem Phocas & cum eo alij complures grammatici in ablatiuo tantum plurali poſuerunt. Oui. iij. met. impete nunc vaſto ceu concitus imbribus annis fertur. [illegible]m in. viij. ſic impete magnificus ſus fertur. genitiuum etiam protulit Sillius lib. vj. punico. nec fruſtra rapidi ſtimulante [illegible]ore fuiſſet impetis. & Lucretius lib. j. ablatiuum pluralem poſuit dicens. quãlibet in partem tradunt res ante ruuntq; impetibus crebris. Natu quoq; quod videtur eſſe ab eo quod eſt natus, in ablatiuo tantum reperitur. vt cum dicimus grandis natu, maior natu. minor natu. pro eo quod iſt ætate. Obijce inter ablatiuum tantum habentia poſuit Phocas in numero ſingulari. Sillius tamen lib. xij. puni. dixit in accuſatiuo plurali: & firmos certant obijce arceſere ſilua. & ablatiuum eiuſdem numeri. Verg. poſuit. ij. geor dicens. qua vi Maria alta tumeſcãt obijcibus ruptis. Noctu, diu. qui caſus ablatiui nõ ſunt a nox & dies, ſed ab alia forſan poſitione venerunt: quæ in vſu non eſt, ſed neq; ſemper aduerbia ſunt: quamuis aliquando aduerbialiter poſita reperiantur. Ennius apud Gellium. qua galli furtim noctu ſumma arcis adorti mœnia cõcubia. ex duobus igitur adiunctis noctu & concubia colligitur noctu eſſe nomem. Idem quoq; in. iij. annalium. hac noctu filio pendet hetruria tota. & etiam quadrigarius apud eundem Gellium. ſenatus de noctu plurima conuenire & noctu multa domum demitti. Illud adhuc quod omnem ſuperat antiquitatẽ reperi in quadam lege. xij. tabularũ. Si nox inquit furtũ factũ ſit, ſi ita aliquis occiſit, iure cæſus eſto. nox poſuit pro noctu vel nocte. De diu non ita ſuccurrit exemplum, vt ex adiunctis poſſit oſtendi eſſe nomẽ. nam illud Saluſt. diu noctuq; laborare: & illud Gell. lib. xvj. fumare noctu etiam flammigare. Ser. in primo geor. aduerbia eſſe dicit. ¶ Suppetias & inficias, vt ait Valla, ſemper in accuſatiuo plurali reperiuntur, ſed illud conſtructũ fere cum his verbis fero, mitto, eo, venio. hoc vero cum eo is tantum. Plau. tamen in epidico. auxilia inquit & ſuppetiæ mihi ſunt domi. Inficias ire idem eſt quod inficiari & negare.

¶ Grates ĩ plurali tãtũ repitur: nemo tñ vnq̃ legit gratiũ et gratib9: ſed grates. Verg. i. æñ. grates ꝑſoluere dignas, & ſi dixeris magnæ grates hĩdæ ſũt bñfactori q̃q̃ Laurẽti9 hoc nomẽ poeticũ eſſe dicit. et ſic Cicero in. vj. de repub. ſcripſit: grates tibi ago ſumme ſol. ¶ Opis opẽ ab ope gtũm, actũm, abltũm ſinglaris nũeri habet ꝑ eo qđ eſt auxiliũ. Verg. i. æñ. nõ opis eſt noſtræ Dido, & in. ij. nec ſpes opis vlla dabatur. In plurali vero ꝑ diuitijs vt Auxilio tutos dimittã opibuſq; iuuabo. Ops opis eſt cybele Saturni vxor. Opis opis nympha, de qua Vergilij. geor, atq; ephyre. atq; opis. Idem. xj. æñ. velocẽ interea ſupis in ſedib9 opim. ¶ Verbere ab eo qđ eſſe debuit verber, eris. tãtũ in abltõ nũeri ſinglaris repitur, nã in plurali verbera verberum verberibus integrũ eſt.

Grates nominatiuum accuſatiuum & vocatiuum
ſĩnumeri pluralis tantum habet.
Opis opem ab ope ntõ dtõ & vocatiuo caret.
Verbere abltm̃ in ſingulari tantum habet; in plurali vero verbera verberum integrum eſt.

## De Præteritis verborum.

### Caput, iiij.

Compoſitĩ formam ſimplex & compoſitiuum
Simplicis obſeruat verbum; quod ponis vbiq;.
Præter venundo, circundo, do quoq; peſſum.
Ado compoſitum declinat tertia; iunges
Quod lauo; q̃d q; cubo cõponẽs mittit in. umbo.
Et mico dat micui; ſed dimico mittit in. aui.
Dat maneo manſi. ſed, in. e. pro; prę. minui; dant.
Atq; oleo dat. ui. Sed in. eui. compoſitiua,
Et cio vel cieo ciui; ſed compoſitiua
Semper ſunt quartæ. Lego legi; ſed tamen. exi.
Hæc tria dant intelligo; diligo; negligo tantum,
Dat ſapio ſapere. Sed reſipio reſipire.
Quod trahis a pario infinitum mittit in. ire.

De præteritis verborũ. ca. iiij. ¶ Cõpoſiti formã ſimplex, qđ in principio declinationis nominũ propoſuit nomina ſimplicia ſequi rõnem compoſitorũ, atq; e diuerſo compoſita rõnem ſimpliciũ: idẽ quoq; nũc in declinatione verborum repetit, videlicet, ꝙ verbum ſimplex ſeruat rõnem compoſiti, & econtrario compoſitũ rõnem ſimplicis, vt ſi exploratũ habueris qđ impleo eſt ſcđæ coniugationis: & facit in præterito impleui: intelliges etiã ꝙ pleo ples: qđ verbũ nõ eſt in vſu: fuit eiuſdem coniugationis: fecitq; in præterito pleui. Atq; ecõtrario ſi exploratũ habueris ꝙ ſono. as. qđ eſt verbũ primæ cõiugatiõis fecit in præterito ſonui: intelliges etiã ꝙ inſono. as. verbũ eiuſdẽ coniugatiõis: facit in præterito inſonui. Habet tñ hæc regula exceptionem, q̃ partim hoc in loco: partim in capitibus præteritorũ & ſupinorũ ſeq̃ntib9 explicãda eſt.

Principio itaq; excipiũtur cõpoſita ab hoc verbo do das. dedi. qđ cũ ſit primæ cõiugatiõis: oĩa cõpoſita ab illo ſunt tertiæ, vt addo. is. addidi. trado. is. didi. ꝑdo. is. ꝑdidi. vendo. is. didi. credo. is. didi. ſequũtur tñ ſimplicis rõnem tria tãtũ venũdo. as. venũdedi, circũdo. as, dedi. peſſundo. as. peſſundedi. Compoſita quoq; a lauo lauas. qđ ẽ primæ cõiugatiõis oĩa ſunt tertiæ, vt alluo. is. ui. perluo. is. ꝑlui. dilui, is. interluo, is. interlui. ꝑluo. is. ꝑlui. Compoſita præterea a cubo cubas. quod eſt etiam primæ coniugationis ſi recipiunt. m. inter. u. & . b. hoc eſt ſi finiũtur in. umbo. omnia ſunt tertiæ, vt incumbo incumbis incubui. procumbo procumbis procubui, accumbo accumbis accubui. Quod ſi. m. non recipiunt, nihilominus ſequuntur ſimplicis rationem. vt incubo incubas incubui, & procubo procubas procubui, accubo accubas accubui. ¶ Et mico dat micui, hoc verbum mico micas in præterito fecit micui: & ab eo compoſitum emico emicas emicui. Luca. in primo qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen emicuit. Dimico tamen: quod ab eo compoſitum eſt facit dimicaui, quod Priſcia. autoritate Liuij probat qui libro. viij. ab vrbe condita ſcribit: Iuſta quoq; acie & collatis ſignis dimicatum eſt, quod non potuit dici: niſi a dimico fuiſſet præteritum dimicaui & ſupinum dimicatum. Ouid. tamen ſimplicis rationem ſecutus in. ij. elegiarum dixit: hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis.
¶ Dat maneo manſi. ꝙ maneo manes facit in præterito manſi: quam rationem ſequuntur compoſita ab illo vt permaneo permanſi, remaneo remanſi. Quæ vero in compoſitione mutant. a. in. i. mittunt præteritum in. ui. ſyllabas, vt promineo promines prominui, emineo emines eminui, immineo immines imminui. præmineo præmines præminui. Præterita illa mittunt ſupina in. ſum. vt maneo in ſupino habet manſum. permaneo permanſum: remaneo remanſum, emaneo emanſum, hæc vero carent ſupinis, quod vero dixit ſed in. e. pro præ. intelligit quod compoſita a maneo cum illis præpoſitionibus (ſi modo mutant. a. in. i.) faciunt præteritum in. ui. ſyllabas. ¶ Atq; oleo dat. ui. ꝙ oleo oles, vt infra dicemus, mittit præteritum in. ui. ſyllabas, tamen ab eo compoſita, maxime quæ mutãt ſignificationem, mittunt præteritum in. eui. vt adoleo adoles adoleui. aboleo aboles aboleui, ſoleo quod ab eo compoſitum videtur ſolitus ſum vel ſolui triſyllabum fecit Saluſt. ij. hiſto. neq; ſubſidijs vti ſoluerat, a quo rurſus compoſitum obſoleo obſolui fecit. ¶ Et cio vel cieo, ꝙ ab hoc verbo, cio cis, qđ eſt quartæ coniugationis, vel cieo cies: quod eſt ſecundæ: omnia compoſita ſunt quartæ coniugationis, vt concio concis conciui. accio accis acciui, excio excis exciui, Plau. in milite, ego illum probe iam oneratum huc acciebo, dixit. Lego legi. ꝙ hoc verbum lego legis, cum ſuis compoſitis mittunt præteritum in. egi. vt lego legi, perlego perlegi, relego relegi, colligo collegi. Tria tamen mittunt præteritum in. xi. intelligo intellexi, diligo dilexi, negligo neglexi. Quamq̃ Aemylius macer ſimplicis rationem ſecutus dixit, omnium noſtrum neglegerit autoritatem: pro neglexerit. ¶ Dat ſapio ſapere, ꝙ hoc verbũ ſapio, is. tertiæ coniugationis eſt, atq; ab eo compoſitum deſipio. is. deſipere, reſipio tamen autore Diomede, non reſipere ſed reſipire facit, ac ſi per quartam verborum coniugationẽ declinetur. ¶ Quod trahis a pario, ꝙ a pario, is. compoſita: quis ſuum ſimplex ſit tertiæ coniugationis: ipſa ꝑ quartam declinãtur, vt cõperio, is. cõperire. repio. is. repire, operio. is. opire. apio. is. apire.

¶ Quod ſi præteriti,ꝙ verba cuiuſcūq; cōiugationis geminātia in præterito ſyllabas primas cū in cōpoſitione veniūt:amit tunt ex illis priorē,vt ſpōdeo.es.ſpopōdi.reſpōdeo.es.reſpōdi deſpōdeo.es.deſpondi.pendeo.es.pependi,dependeo.es.dependi. tondeo.es.totondi.detondeo.es.detondi,pro quo antiquiores etiā detotōdi protulerūt.vt Varro detotōderat forcipibus.Sunt autem verba geminantia. primas in præterito ſyllabas:niſi quid me fallit:tria & viginti.primæ cōiugationis duo.do.das. dedi.ſto.as.ſteti.ſcdæ quattuor,mordeo.es.momordi,ſpondeo ſpondes,ſpopōdi,tondeo.es.totōdi.pēdeo.es.pepēdi. Reliqua omnia ſunt tertiæ. Pario paris peperi. diſco.is.didici. poſco.is. popoſci. parco.is. peperci. cado.is. cecidi. cædo.is.cæcidi.pendo,is.pependi.tendo,is.tetēdi.tundo.is. tutudi.tango.is.tetigi,pungo.is.pupugi.pāgo.is.pepigi.fallo.is.feſelli.pello.is.pepuli.tollo.is.tetuli.cano.is. cecini.curro.is.cucurri.Scindo quoq; apud antiquiores ſcicidi faciebat.Affra,ſatis fortiter paulo veſtras ſcici diſtis colus.Actius,non ergo vt predicant ſciciderat pectus.Næuius, immo qđ ſciciderā cōſcindā atq; abijciā. Ennius,cum ſaxum ſciciderit.Apud iuniores tamē ſcidi facit.Luc.in.iij.qua mare tellurē ſubitis, aut obruit vndis:aut ſcidit.Papi.viij.theba.& viridē ſcidit horrida veſtem:ſiue igitur geminet præteritum,compoſita priorem ſyllabam amittunt,ſiue non geminet:rationem ſimplicis ſequuntur,vt abſcido.dis.abſcidi.conſcindo.dis.conſcidi.reſcido.is.reſcidi. Deinde dicit,ꝙ ab hac regula excipiuntur compoſita a poſco.is,popoſci.& a diſco.is.didici,quia in præterito priores ſyllabas non omittunt:vt depoſco.is.depopoſci.repoſco.is.repopoſci.addiſco.is.addidiſci,dediſco.is.dedidici. Præterea cōpoſita a.ſto.ſtas.ſteti.& do das dedi retinent etiam priorem illam ſyllabam in præterito:niſi ꝙ mutant.e.in.i.vt reſto.as.reſtiti.conſto.as.conſtiti.præſto.as.præſtiti.trado,is.tradidi.reddo.is.reddidi.credo.is.credidi.Sed a do compoſita quæ cum ſimplici per primam coniugationem declinantur,non mutant in præterito.e.in.i.vt venundo.as.venundedi.circundo.as.circundedi,peſſundo.as.peſſundedi. ¶ Pūgo.gis.quando cōponitur cum re.repupugi facit.vnde.Caper apud Priſc.cum ei qui nos pupugit talionem,ideſt vicem a nobis redditam oſtendimus: repupugi dicimus, cum alijs præpoſitionibus cōpoſitū alterius præteriti (hoc eſt) punxi rationē ſequitur,vt expungo,is. expūxi.diſpungo.gis.diſpunxi.cōpungo,gis.cōpūxi.Curro quoq; cū præ etiā candē retinet.vt Plau.in ſticcho.præcucurri. vt nunciarem nuncium exoptabilem.Terentius in ecyra.vna illarū interea propere præcucurrit. alias vero eādem amittit. Ver. iiij. æn.ecce fere ſummo deiectæ vertice capræ decurrere iugis.Liuius.xx.ab vrbe cōdita.& ſi fortius ꝓcurriſſent.

Quod ſi præteriti geminetur ſyllaba prima:
Verbaq; componas;ex illis tolle priorem;
Quam retinent poſco cū diſco.ſtetiq;.dediq;:
Dic pupugi cum re;ſed cum;præ; pone cucurri.

¶ De præteritis Primæ coniugationis.

PRæteritum primæ facit.aui.demito pauca:
Quę mittunt in.ui.diuiſas.vt crepo;nexo;
Et cubo cūq; tono;ſono iunge;domoq;,vetoq;:
Et ſeco,cunq; mico;frico.Sed duo dant & in.aui.

DE præteritis primæ cōiugationis.Quoniā ſupra dictū eſt in cōiugatiōe verborū ꝓportionē eſſe ſequēdā illorū quattuorq; in primo libro per modos,tēpora,nūeros & ꝑſonas explicauimus, atq; inſup ne quid in ea re fallere nos poſſent,formationē adiecimus,iā tēpus eſt vt de præteritis verborū atq; ſupinis diſſeramus,qa ipſa analogia verborū aliqñ diſceſſere,& quodāmodo alteræ verborum poſitiones habēdæ ſunt.nā a præterito ſex illa tēpora formantur,q̄ in voce paſſiua circunloquimur & a ſupino tum participia quædam,tum nomina participialia formari docemus.In primis illud animaduertendum eſt præteritum perfectum indicatiui modi,aut parium eſſe ſyllabarum cum prima perſona præſentis eiuſdem modi.vt iuuo.ui.lauo,xi.doceo docui.habeo habui.lego.gi.ſcribo ſcripſi.audio.iui.munio.iui.aut minuitur vna ſyllaba,vt faueo faui.facio feci comperio.eri.Aut creſcit vna ſyllaba.vt amo.aui.cado cecidi. Præterea exit præteritum in varias terminationes.in.bi.tantū tertiæ.vt bibo bibi.In.ci.etiā tertiæ. vt facio feci.in.di.vnum tantum primæ do dedi.ſecundæ plura.vt ſedeo.di.tertiæ adhuc plura,vt ſcando.di.In.gi.tantum tertiæ, vt fugio fugi. In li.tertiæ quoq; tantum,vt fallo feſelli. In.mi.vnum tantum tertiæ,vt emo emi. In.ni.tantum tertiæ,vt cano cecini.In.pi.tertiæ tantum,vt rūpo rupi. In.ri. tertiæ & quartæ,vt pario peperi:comperio.eri. In.ſi.ſecundæ.tertiæ,& quartæ,vt fulgeo fulſi.ludo luſi.fulcio fulſi. In.ti. tantum tertiæ,vt verto verti,atq; vnum primæ.ſto.ſteti. In.xi.ſecundæ,tertiæ,& quartæ,vt lugeo.xi.dico.xi.ſancio.xi.In.ui. ſyllabam omnium quattuor cōiugationū,vt amo.as.aui.faueo.ui.ſino.ui.audio.iui. In.ui.vocales etiā oīum quattuor,vt ſeco ſecui.doceo docui.colo. ui.amicio amicui. Igitur primæ coniugationis verba mittunt præteritum perfectum indicatiui modi in.aui.fiuntq; a ſecunda ꝑſona præſentis indicatiui modi numeri ſingularis.s.finali mutata in.ui. vt amo amas amaui.ambulo.as.aui. ¶ Excipiuntur tamen pauca mittentia præteritum in.ui.diuiſas,ea ſunt.crepo.as.pui. & ab eo compoſita, vt diſcrepo.as.pui. Cic.iij. de ora.nil ſane ad rem pertinet.ſi qua in re diſcrepuit ab antonij diuiſione. Hor.in.poe. non diſcrepuit ſententia delphis: concrepo.pui.increpo.pui.quod apud Pla.reperitur increpaui.Perſi.increpui:ceſſas nugator.Nexo.as.xui.vel nexo.is.xui.nam primæ & tertiæ coniugationis reperitur.Verg.æneid.nexante nodis:ſeq; in ſua membra plicantem.Liui.andro,apud priſ.nexebant multa inter flexu nodorum dubio.Verg.v.æn.& pedibus palmas amborum nexuit armis.Cubo.as.bui.& ab eo compoſita,que ſunt primæ atq; etiam tertiæ coniugationis,vt accubo. as. bui. accumbo.is.bui.Plau.in mene,regulam ſecutus dixit,prandi,potaui,ſcortum accubaui. Apul.vi.meta.europam(inquit) tauro ſupcubaſſe. Hie.quoq; in Ezeci.cap.xviij.etiā ſimplex in.aui.fecit,quare mater tua lena inter leones cubauit.Tono.as. tonui.& ab eo compoſita,vt pertono.as.nui.intono.as.nui.Sono.as.nui. Manil.tamen.v.aſtro.regulam ſecutus dixit.amne per extremas reſonauit flebile ripas. Apul.quoq; in.v.meta.aciem dixerit, & claſſicum perſonauit. Domo.as.domui. perdomo.as.domui.indomo.as.mui.Veto.as.vetui.ſeco as.ſecui.mico.as.micui.Ouid.vij.meta.neq;.n.micuerunt ſydera fruſtra. Dimico tamen,vt ſupra diximus,dimicui & dimicaui facit.Frico.as.fricui. Sed duo dat & in.aui.ꝙ hæc duo verba plico plicas,& neco necas.mittunt præteritum non ſolum in.ui.ſyllabas:ſed etiam in.aui.vnde dicit,ſed duo dāt & ꝓ etiam:

in.aui.vt plico plicas plicui, vel plicaui. & ab eo compoſita. vt explico.as.explicui, vel.aui. implico.as.icui.vel.aui. applico, as, cui.vel.aui. ſupplico tamen, duplico, triplico, multiplico, & ſimilia cum nominibus numeralibus a plico compoſita mittunt præteritum in.aui.ſemper, vt ſupplicaui, duplicaui, multiplicaui. Neco.as.cui.vel aui. De iuuat accipe iuui. q. hoc verbum iuuo relicta proportione verborum primæ coniugationis mittentium præteritum in.ui.diuiſas, & in.aui. miſit præteritum extrita ſyllaba, fecitq; iuui. quamq̃ Manil'. in.iiij.aſtro. etiam iuuaui dixit. Syllabam quoq; expunxit. lauo.as. quod fecit laui: quamq̃ & lauaui apud autores reperiatur. ¶ Præterea diuerſum in modum exeunt hæc duo verba. ſto.ſtas. quod fecit ſteti. & do das quod fecit dedi. De compoſitis illorum paulo ante diximus.

Hæc plicat; atq; necat. Sed de iuuat accipe iuui.
Preteritum. ſto. do. miſere ſtetiq; dediq;.

## ¶ De preteritis Secunde coniugationis.

PRæteritum per.ui. vocale pone ſecunde.
Ardeo; mulceo; rideo; ſuadeo; torqueo; dant; ſi.
Algeo; mulgeo; fulgeo; tergeo; turgeo iunges.
Vrget; & indulget; manet; heret; ſorbeo ſorpſi;
Siue. bui. iubeo iuſſi; quod & .s. geminauit.
In. xi. prætereunt hæc frigeo; conniueoq;.
Augeo; mulgeo; lugeo; luceo; Quattuor in. di.
Mittunt preteritum, que ſunt video; ſedeoq;.
Strideo ſeu ſtrido cum prandeo. Sed tñ addes;
Quorum præteriti geminatur ſyllaba prima.
Hæc ſunt mordeo; ſpõdeo; pendeo; tondeo tãtũ,
A leo ſiue pleo deductum mittit in. eui.
Adde fleo; atq; neo. Sed dat cieo tibi ciui.
Dic oleo per. ui. diuiſas. Sed. ueo. dat. ui.

DE præteritis ſecundæ coniugationis. Quod verba ſecundæ coniugationis mittunt præteritum in.ui.diuiſas, vt debeo.es. debui. noceo. es. cui. ſtudeo.es.dui. vigeo.es.vigui, doleo.es.dolui, tumeo.es. tumui. teneo.es.tenui, ſtupeo.es.ſtupui, deliqueo.es.delicui. denſeo.es.ſui. niteo.es.nitui. ¶ Ardeo, mulgeo, q. in.ſi. mittunt præteritũ verba quæ hic ponuntur. Ardeo ardes.ſi. exardeo exardes exarſi. Mulceo.es.mulſi. permulceo.es.permulſi. Ennius apud Priſcia. mulſerat huc nauem compulſam fluctibus ponti. Rideo.es.riſi. derideo derides deriſi. Suadeo.es.ſuaſi. pſuadeo.es. perſuaſi. Torqueo.es.torſi, contorqueo.es.torſi. ¶ Algeo.es.alſi. Mulgeo.es mulſi, quod etiam miſit præteritum commune cum mulceo. Verg. in. Geor. quod ſurgente die mulſere horiſq; diurnis. Fulgeo.es.fulſi, quod etiam fulgo fulgis, per tertiam declinatur. tergeo. es. terſi, quod etiam tergo.is. per tertiã dicitur. Turgeo.es.ſi. Ennius apud Priſc. cyclopis vẽter velut olim turſerat altim carnib⁹ hũanis. Vrgeo.es.ſi. q̃q̃ Phocas de hoc verbo dicat neſciri quomodo præteritũ mittat. Indulgeo.es.ſi. Iuue. & ventri indulſit nõ omne legumen. Maneo.es.ſi. de cuius compoſitis in ſuperioribus dictũ eſt. Hæreo.es.hæſi, adhæreo.es adhæſi. Sorbeo.es.pſi. abſorbeo.es. abſorpſi, exorbeo.es.exorpſi, quæ mittunt etiam præteritum regulare in.ui.diuiſas, ſorbui, abſorbui, exorbui. Lucanus in.iiij. abſorpſi penitus rupes ac tecta ferarum. Cicero in philippicis, ſanguinem ciuilem exhauſit vel potius exorbuit. Iubeo.es. quod in præterito iuſſi. per.s. duplex fecit. ¶ In.xi. prætereũt, q. verba q̃ hic ponũtur: mittunt præteritũ in.xi. vt frigeo.es.frixi. non vt quidã dicũt frigui. Iuue. & ſi perfrixit cantat bene. Martial'. perfrixiſſe tuas quæſta eſt præfatio fauces, & Terentius refrixerit res. Conniueo.es.connixi. Turpil'. apud Priſcia. dum ego connixi ſomno. ¶ Augeo.es.auxi. adaugeo.es.adauxi. Mulgeo.es.mulxi, qd quemadmodum paulo ante diximus fecit etiam mulſi. Lugeo.es.luxi. atq; etiam luceo.es.luxi. præteritũ habent commune. ¶ Quattuor in.di. q. quattuor verba quæ hic explicãtur mittũt præteritũ in.di. ea ſunt. video.es.di. prouideo.es.di. ſedeo.es. di. deſideo.es.deſedi. ſtrideo.es.ſtridi vel ſtrido.is. per tertiam quod etiam facit ſtridi. prandeo.es.di. quod etiam pranſus ſum facit. queãdmodũ & illa gaudeo & audeo, q̃ apud antiquiſſimos fecerũt præterita gauiſi & auſi, nunc grauiſus ſum; & auſus ſum dicimus. Liuius. Andro. apud Priſci. quoniam audiui (inquit) pacem. gauiſi. Cato. cenſo. apud eundem. ex illo die non auſi recuſare. ¶ Sed tñ addes, quod quattuor verba quæ hic ponũtur: mittũt etiam præteritũ in.di. geminantq; primas præteriti eiuſdem ſyllabas. ea ſunt mordeo.es.momordi, quod etiam, vt autor eſt Gelli. vij. noctium atti. memordi fecit apud antiquiores. Ennius, atſi me canis memorderit. & Laberius. de integro patrimonio meo centũ millia nummum memordi. Nigidius, ſerpens ſi memordit gallina deligitur. Spondeo.es.ſpopondi, quod etiam ſpepondi fecit. Gracchus quæſtor mancino in Hiſpania fuerat, & cæteri qui pacem ſpeponderant. Pendeo.es.pepẽdi, tondeo.es.totondi, quorum alterũ.e. habet, ab altero tetondi nõ reperitur. ¶ Aleo ſiue pleo, q. verba compoſita. a leo.es. & pleo.es. quæ verba non extant: mittunt præteritum in.eui. vt deleo.es.deleui. releo.es.releui. ſuppleo.eui. compleo.es.compleui. duo quoq; verba mittũt etiã præteretũ in.eui. fleo.es.fleui. neo.es.neui. Cieo.es.ciui. Verg. j. æñ. bella cient, primaq; vetãt conſiſtere terra. Indẽ in. vj. lachrymaſq; ciebat, & in eodem, ære ciere viros Marteniq; accendere cãtu. & in.iiij. tonitru cælum omne ciebo. Reperitur etiam per quartam. Lucre. auarum cimus ad ortus, & illud ex hymno, qui in re diuina canitur. Ieſum ciamus vocibus. Pli. etiam frequenter hac ratione declinandi vtitur dicens, Aluũ cit, vrinam cit. Compoſita (vt diximus) ſemper ſunt quartæ coniugationis: vt accio accis acciui, excio excis exciui. ¶ Oleo. es. olui. Hora. j. epiſtolarum. vina fere dulces oluerunt mane camoenæ. Martia, atq; oluere lares cõmeſſatore Lyæo, quãq̃ & oleui poſſe facere ex analogia coniectamus, quia fecit in ſupino oletũ. Perſius. veto quiſquam faxit oletũ, nam ab eo compoſita ea maxime quæ mutant ſignificationem a ſimplici: in.eui. mittunt præteritum: quemadmodum ſupra diximus. ¶ Sed. ueo. dat. ui. q. verba deſinentia in. ueo. mittunt præteritum in. ui. ſyllabã. ueo. mutata in. ui. vt moueo moui. foueo. ui. ferueo. ui. voueo. ui. caueo. ui. paueo. ui. conniueo. ui. Craſſus in iliade. nam cõniui ego oculos deinde ſopore, quod etiam connixi præteritum fecit.

De præteritis Tertiæ coniugationis.

TErtia præteritum diuerſo fine reponit.
Dat iacio ieci.facio feci.Tamen.exi.
Allicio mittit & pellicio;illicioq;.
Quod ſpicio verbû componit,iungitur illis,
Elicio dat.ui.diuiſas.meioq; minxi.
Dat fodio fodi.Sed dat fugio tibi fugi.
Dat rapio rapui.Sapio ſapui,atq; ſapiui.
Et quatio quaſſi,gemino.s.cupioq; cupiui.
Dat pario peperi.Sed dat capio quoq; cœpi.
Cœpio non extat;ſed cœpi manſit ab illo.
V.ſi vocalis præueniat.o.tibi purum;
Præteritum per.ui.diuiſas ponere debes.
At ſluo dat fluxi.ſtruo ſtruxi.ſed pluo pluui.
Si tamen.u.liquidum præit.o.tunc preterit in.xi.
Vt tingo;lingo;coquo,ſed dat linquere liqui.
Quattuor in.uo.ſunt hæc voluo;ſoluoq; caluo,
In.ui.præteritum mittentia. Viuoq; vixi.
Bo.finita dabis in.bi.Sed nubere nupſi.
Scriboq; dat ſcripſi.per.ui.quæ de cubo ducis.

DE præteritis tertiæ cõiugationis,ꝙ verba tertiæ coniugatiõis mittũt præteritũ in multo plures terminationes q̃ aliarum triũ coniugationũ,& primo ponit præterita verborũ habentiũ.i.ante.o.in prima poſitione: deinde proſequetur de habentibus conſonantes antes.o.dicit igitur in primis ꝙ duo reperiuntur verba deſinentia in.cio.mittentia præteritũ in.eci.ea ſunt iacio ieci.facio feci cũ ſuis cõpoſitis.vt abijcio.eci.deijcio.eci.perficio.eci.conficio.eci. Et compoſita a licio.is.& ſpicio.is.quæ verba non extant quæ mittunt præteritunt in.exi.vt alicio.is.alexi.pellicio.is.exi,illicio.is.exi.quæ etiam in.ui.ſyllabas reperiuntur.vt Piſo. apud Priſcia. cuius vnius præmio multorũ allicuit animos.& Varro:dein de vbi pellicuit dulcis leuis vnda ſaporis.Elicio vero tã tũ elicui facit.Liuius.lib.iiij.ab vrbe condita. ad colloquiũ vatẽ elicui. De cõpoſitis a ſpicio.is.aſpicio aſpexi.reſpicio.exi.cõſpicio.exi.inſipicio.exi.circunſpicio.exi.Meio meis,ꝙ habet.i.conſonantẽ ante.o.minxi facit in præterito.nec eſt ab eo ꝙ mingo,ꝙ nuſq̃ reperitur.Hora.ij.ſermo.ditior aut formæ melioris meiat eodem.Mar.matella curto rupta latere meiebat.Idẽ.minxiſti currẽte ſemel Pauline carina, meiere vis iterũ:iã Palinurius eris,& Iuue.cuius ad eff[...]ien non tantum meiere fas eſt.Participiũ quoq; præſentis poſuit Catullus dicens.meientis mulæ cũnus olere ſolet.nã quod in ſacris litteris legitur ſæpe,nõ reliquit vſq; ad mingẽtẽ ad parietẽ:aut mẽdũ eſt,aut nõ dicitur latine. Dat fodio.i.ꝙ ĩ.dio.vnũ tãtũ repitur verbũ fodio.is.ꝙ facit fodi.& ab eo conpoſita vt defodio.di.effodio.di. Vnũ quoq; ĩ.gio.fugio.gi.& ab eo cõpoſita.vt cõfugio.gi.refugio.gi.¶ In.pio.reperiũtur.rapio.is.pui.& ab eo compoſita, vt corripio.pui.eripio.ui.ſapio.ui. vel.iui. Plau.in ruden.pol magis ſapuiſſet ſi dormiſſet domi. Affra.eadẽ nũc reſipui poſtq̃ pectus læticia eſt onuſtũ. Neui⁹.qũ ego plus ſapiui:qui fullonẽ cõpreſſit.Sed reſipio quẽadmodũ dixim⁹:ad quartã cõiugationẽ ꝑtinet autore Diom. Cupio.is.iui.quod etiã antiquiores ꝑ quartam declinabãt.Lucre.effingere,vt arte naturæ primus terrarũ clauſtra cupiret. ¶ Capio.is.cepi,ſine diphthongo,nam cœpi per.œ.diphthõgon ab eo ꝙ eſt cœpio cœpis venit,ꝙ non eſt in vſu:quãq̃ apud Terentiũ in adelphis repitur.prius(inquit)olfeciſſem quã ille quicq̃ cœperet ꝓ incipet. Plautus in menechmis.neq; pugnas velitis cœpio.Cato.cœpiã ſeditioſa verba loqui.ab hoc cõponi videtur incipio.pis.ſcđa ꝓducta:ꝙ facit in præterito incœpi per.œ.dipthongõ:ſed nõ reperitur in vſu.nã a capio.is.incipio.is.ſecundã breuiat,& in præterito incœpi ſine.œ.dipthõgo. facit.erit igitur incipio magis a capio q̃ a cœpio cõpoſitũ. Interpoſuit quoq; duo verba alterũ in.rio.hoc eſt pario:ꝙ facit in præterito peperi,ꝙ veteres per quartã etiã cõiugationẽ proferebant,vt Ennius.oua parire ſolent pẽnis genus cõdecoratum. Alterum in.tio.hoc eſt quatio quatis, quod fecit quaſſi per duplex.s. quod præteritum & in vſu non eſt, reperiuntur tñ compoſita ab illo.vt cõcutio concuſſi.percutio percuſſi.diſcutio diſcuſſi. Furio furis, quãq̃ a grãmaticis inter verba carentia præteritis nũeratur.Sedulius tñ dixit,nec minus & Darij furuerũt iuſſa tyrannis. ¶ V.ſi vocalis.u.littera apud latinos triplici fungitur officio.nã aut eſt vocalis,aut liquida.aut cõſonãs.Vocalis eſt cũ ſequentẽ vocalem nõ ferit.vt ruo ruis.Liquida eſt cũ neq; ſonũ habet,vt vocalis:nec ſequẽtem vocalẽ ferit,ſed quodãmodo in ꝓnunciatione langueſcit.vt tinguo.is.Cõſonãs eſt cũ vocalem ſequentẽ ferit:vt ſoluo ſoluis.triplex ego ponitur regula verborũ habẽtiũ.u.litterã ante.o. finalẽ.Prima nãq; dicit,ꝙ verba hñtia.u.vocalem.añ.o.purũ.ideſt cũ nulla cõſonãte mixtũ:nã vocalis pura đr a græcis,quã nulla cõſonãs ferit,mittũt præteritũ in.ui.diuiſas,vt acuo.is.cui.imbuo.is.ĩbui.induo.is.indui.metuo.is.metui.arguo.is.gui. nuo.is.nui.In.xi.vero mittũt præteritũ duo ex illis fluo.is.fluxi,& ſtruo.is.uxi.Pluo quoq; aliũ in modũ miſit præteritũ: hoc eſt pluui.Liuius ſecũdo ab vrbe.lapidibus pluuiſſe.Et iterum.xxiiij.ſanguine pluuit.¶ Si tñ.u.liquidũ,ꝙ verba.u.liquidũ añ.o.hñtia mittũt præteritũ in,xi.vt tingo.is.xi.extigo.is.xi.vngo.is.xi.linguo.gis.xi.ninguo.gis.ninxi.coquo.is.xi. ſtinguo.is.xi.Linquo tñ amiſſa.n.littera diuerſum in modũ miſit præteritũ,hoc eſt liqui.& ab eo cõpoſita,vt delinquo deliqui.relinquo reliqui.¶ Quattuor in.uo ſunt,ꝙ hñtia.u.cõſonãtẽ añ.o.tria mittũt præteritũ in.ui.ſyllabã.hoc eſt voluo.is. volui.ſoluo.is.ſolui.caluo.is.ui.Saluſtius.iij.hiſt.apđ Priſ.infinitiuũ paſſiuũ ꝓtulit,dicẽs,cõtra ille calui ratus.ꝓ decipi,ſed deponẽs ꝓtulit Plau.in caſſina.vbi domi ſola ſum ſoror manus caluitur.i.decipitur.inter hæc poſſet nũerari.cauo,is,ui.ꝓ eo quod eſt caueo.es.neq;enim ſecundam perſonã imperatiui modi ſingularis numeri in.e.breuem terminaret,niſi huius eſſet ordinis.Proper.tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ.& Hora.tu caue ne minuas:tu ne me mai⁹ facias id.Vnum vero miſit præteritũ in.xi.viuo.is.xi.¶ Bo.finita dabis in.bi.incipit diſſerere de præteritis verborũ habẽtibus cõſonãtẽ ante.o. finalẽ,& prio de deſinẽtib⁹ in.bo.& dicit ꝙ mittũt præteritũ in.bi.bo.mutata in.bi.vt bibo.is.bi. ſcabo.is.bi.glubo.is.bi. lãbo.is.bi.Oui.vj.met.vber aq; ebiberat auidi lactẽtia nati.Lucil.iucunduſq; puer,q lãberat ore placẽtas. Idem ſcaberat vt porc⁹cõtrictis arbore coſtis.In.pſi.Ꝟo duo verba mittũt præteritũ nubo.is.pſi.ſcribo.is.pſi.Cõpoſita vero a cubo.as.q̃ accepta.m.littera.ꝑ hãc cõiugationẽ inflectũtur:extrita,m.mittũt præteritũ ĩ.ui.diſiũctas:de quo ĩ pricipio capitis huiꝰ dictũ eſt.

¶ In.ui.præteritũ,ꝙ verba deſinentia in.ſco.mittunt præteritum in.ui.ablata.s.& .co.finali mutata in.ui.vt paſco.is.paui.cuius compoſita q̃ mutant.a.in.e. vt ſtatim dicemus,in.ui.ſyllabas mittunt præteritum. compeſco.is.cui. diſpeſco diſpeſcis diſpeſcui,creſco.is.creui.noſco.is. ui.quieſco.is.eui.ſueſco.is.ſueui.Sed duo verba geminant in præterito primas ſyllabas:mittuntq; præteritum in.ci.ea ſunt poſco.is.popoſci.diſco.is.didici.Antiquiores tamen.vt Gell.lib.vij.noctiũ.atti. ſcribit pepoſcit pro popoſcit dicebant.Valerius Antias in annalib⁹.diem.a.Q. martio prætore pepoſcit. ¶ Deinde dicit ꝙ verba quæ ab alijs grammaticis dicuntur inchoatiua a Laurentio continuum incrementum ſignificantia. carent præteritis. Laurentius tamen illa præterita magis propria eſſe dicit inchoatiuorum quã primitiuorũ.vt caleſco.is.calui.cui⁹ opinioĩ refragari videtur Nonius Marcel. qui dicit hoc verbũ caleſco.cis.apud antiquiores feciſſe caleſci,inducitq; Catonẽ cẽſorem de bello Carthagineſi dicentẽ,aures nobis caleſcerũt ad iniurias. Ratio autẽ Vallæ in hoc ſtat.quod cũ inter macreo & macreſco illa ſit differẽtia ꝙ cũ macreo ſignificet macer ſũ:macreſco:macer fio.macrui in præterito potius ſignificat macer factus ſum q̃ macer fui:& eodẽ moõ de ſimilib⁹ His dicit annũerari hoc verbũ hoc verbũ gliſco.is.qđ ipſum cũ inchoatiuũ nõ ſit:formã tñ ĩchoatiuũ habet antiqores gliſcor.eris.declinabãt,vt Marcel. autoritatẽ Sẽpronij ꝓbat.Cõpeſco.is.& diſpeſco.is.& ſi cõpoſita ſunt a paſco.is.paui.compeſcui.& diſpeſcui fecerunt. ¶ Ico.dat.ici.de nõ habentibus.s.ante.co. dicit: ꝙ hoc verbũ. ico.is.facit præteritũ.ici. Celius apud Priſc. ꝙ cũ his ita fœdum iciſtis.Vinco præterea ablata.n.facit vici,& parco quod in præterito primam geminauit peperci.Luca.in.ij. ſan[illegible] effudit iugulo:flammiſq; pepercit facit etiã parſi.vt apud Terentium hãccine ego vitam parſi perdere.Plau.duorũ ego hominũ labori parſiſſem libens,fecit quoq; apđ antiqores parciui.Næuius apđ Marcell.nemo parciuit ſuo labori.Duo ſunt facientia præteritũ i.xi.dico.xi.duco.is.xi.

In.ui.præteritum mittit quod deſinit in ſco.
S.tamen ablata:de poſco mitte popoſci.
De diſco didici. Sed præteritis caruere.
Gliſco cum verbis:quæ dicunt inchoatiua.
Aut certe capiunt a verbis vnde trahuntur.
Compeſco dat.ui.diſpeſco iungitur illi.
Ico dat.ici.vincoq; vici.parco peperci.
Seu parſi.dico dat dixi.ducoq; duxi.
O. mutatur in.i.ſi verbum deſinit in.do.
N.tamen amittunt tria;ſcindo;findoq; fundo.
Sed geminat tundo tutudi;cædoq; cecidi.
Pendo pependi dat cecidi cado; pedo pepedi.
Atq; tetendi dat tendo.Sed di geminatur
Ado compoſitis.his credo vendoq; iunges.
In.ſi.prætereunt hæc;claudo.diuido.plaudo.
Et ludo;lædo,cum rado;rodoq;;trudo.
Et vado;cudo dat cuſſi;cedoq; ceſſi.

¶ O.mutatur in.i.ꝙ huius coniugationis verba finita in.do.mittunt præteritum.o.finali mutata in.i.vt ſcando.is. di.pando.is.di.defendo.is.di.offendo.is.di.aſcẽdo.is.di.deſcendo.is.di.quod etiam feciſſe deſcendidi finali ſyllaba geminata confirmat Gellius,autoritate Valerij Antiatis,qui dixit:deinde funere locato ad forum deſcendidit. Laberius quoq; in Catulario apud eundem Gelliũ.ego(inquit) mirabar,quomodo mãmæ mihi deſcendiderant.A ſido.is.Priſcia.dicit ſe præteritum non reperire:ex proportione tamen ſidi debuit facere:quemadmodũ & ſtrido ſtridis,vel ſtrideo ſtrides ſtridi. Ab edo. is.pro eo ꝙ eſt comedo Martial.fecit edi in præterito.Boletus(inquit) qualem Claudius edit edas,nam pro eo quod eſt publicare: edidi facit cum a do das compoſitum ſit. ¶ Deinde dicit,ꝙ.n.litteram in præterito diſpungunt tria verba.ſcindo ſcindis ſcidi.findo findis fidi.fundo fundis fudi. Gellius.libro.vij.noctium atticarum.a ſcido.is. præteritum dicit fuiſſe ſcicidi prima geminata,idq; Priſcianus Actij autoritate confirmat dicens,non ergo aquila vti prædicant ſciciderat pectus,quod & Aſſimonius in arte quam ad conſtantinum Cæſarem ſcripſit:ſolum in vſu eſſe putant,cum Lucanus in.iij.dixerit tellurem ſubitis,aut obruit vndis,aut ſcidit.& Martialis.vnguentum fateor bonum dediſti conuiuis here:ſed nihil ſcidiſti. ¶ Deinde dicit,ꝙ; ſex verba quæ hic explicantur:geminant primas præteriti ſyllabas,vt tundo tundis tutudi. quod.n.in præterito amiſit:quemadmodum & tria ſuperiora cædo cædis per.æ.diphthongon pro eo quod eſt ferio: quod facit cecidi penultima longa.nam cado cadis cecidi , pro eo quod eſt labor laberis.penultimam breuiat. Pendo pendis pependi, pro eo quod eſt ſoluo penſionem ſiue ſuſpendo:habetq; præteritum cõmune cum hoc verbo pendeo pendes,quod ſignificat ſuſpenſum eſſe. Pedo pedis pepedi. Horat.quantum veſica pepedi. Tendo tendis tetendi. ¶ Compoſita quoq; a do das dedi,quæ per hanc coniugationem declinãtur:geminant finales præteriti ſyllabas,vt addo.is.addidi.perdo.is.didi.trado.is.tradidi. prodo.is.didi. ſed quemadmodum facile apparet a do das verba eſſe compoſita cum præpoſitione:ita non ſatis liquet an credo & vendo ſint compoſita illud a cretus & hoc a venum,eſt.n.credo quaſi cretum do,& vendo quaſi venundo. Prendo quoq; quaſi a do compoſitum geminauit. Hiero.in.xxi.afferte(inquit)de piſcibus, quos prendidiſtis. ¶ In.ſi.prætereunt, ꝙ verba quæ hic enumeraui:mittunt præteritum in.ſi.vt claudio.is.clauſi,ꝙ etiam cludo.is.cluſi declinatur propter illã affinitatem q̃ eſt inter.au.diphthongon.& .u.Mar.videor mihi meoiure facturus:ſi epiſtolam verſibus cluſero.Diuido.is.diuiſi. Plaudo is.plauſi,cuius compoſita mutant.au.in.o.propter affinitatem quæ eſt inter.au.& .o.vt complodo is.loſi.explodo.is loſi.diſplodo.is.loſi. Ludo.is.luſi.lædo.is.læſi.cuius compoſita mutant.æ.diphthongon in.i.lõgum.vt colido.is.leſi.illido illidis illiſi.allido.is.liſi.rado.is.raſi.rodo.is.roſi,trudo.is.uſi.cudo cudis.uſſi,ſecđm Diome.Cariſium & Phocam.At vero Priſc. in illud Verg.i.æñ.ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates:excudit(inquit) tam præſentis quã præteriti eſt, ſed quia Vergil. ſuſcepit ſubiunxit,melius præteritum poteſt intelligi,idq;etiam Seruius comprobat exponens illud verbũ,excudit(inquit) i. feriendo eiecit.Cedo præterea,pro eoꝙ eſt do locum ceſſi facit,& ab eo compoſita.vt recedo.is.eſſi.cõcedo.is.eſſi.procedo is.proceſſi.Cado vero pro eo ꝙ eſt labor,eris.cecidi facit vt paulo ante, diximus,[illegible]ntiã quod hoc primam breuiat illud producit eandem,nam cædo pro eo ꝙ eſt ferio per.æ.diphthongon ſcribitur:quemadmodum modo dicebamus.

In.go.quod verbum finitur,præterit in.xi.
Spargo ſparſi.mergo.merſi.tergoq; terſi.
Egi.mittit ago,lego,frango,pangoq; iunges.
Quod dedit & pepigi vel panxi,pũgoq; pũxi.
Sed dabit & pupugi;tetigi ſed dat tibi tango.
A veho dic vexi.ſed de traho dicito traxi.
Lo.finita lui mittunt.dat fallo fefelli.
Et pello pepuli.tollo tetuli dedit olim.
Percello tibi dat perculi;perculeratq;.
Excullit excello.de fallo dicito falli.
Vello.dat velli vel vulſi.pſalloq; pſalli.
Mo.tibi mittit.vi.diuiſas.Sed dabis in pſi.
Quattuor hęc;como cum demo.ſumoq; pmo.
S.duplici preſſi premo dat.ſed emo facit emi.

¶ In.go.q. verba huius cõiugatiõis deſinẽtia in.go.mittũt præteritũ in.xi.vt pingo.is.pinxi.cingo.is.cinxi.ango.is.xi. rego.is.rexi.cuius cõpoſita in pñti mutãt.e.in.i.vt corrigo.is.correxi.dirigo.is.direxi.porrigo.is.porrexi:q. etiã per ſyncopã porgo.is.porrexi facit:quẽadmodũ pergo.gis.perexi.pro perigo.is.diximꝰ quoq; ſurrigo.is.ſurrexi,& per ſyncopã ſurgo.gis.ſurrexi.¶ Deinde ponit exceptionẽ dicens:q. tria verba huius terminationis mittunt præteritũ in.ſi.vt ſpargo.ſpargis.ſi.cuius compoſita quãdoq; mutant.a.in.e.quãdoq; non mutãt,vt diſpargo.gis.parſi.vel diſpergo.gis.diſperſi.conſpargo.gis.conſparſi.vel cõſpergo.gis.pſi.reſpargo.gis.reſparſi,vel reſpergo.gis.reſperſi.mergo.gis merſi.tergo.gis.terſi.quod etiã ſecundæ reperitur(vt ſupra diximus.vergo.gis.verſi,vel in xi.Diomed.

¶ Egi.mittit ago.q. verba:q̃ tribus verſibus explicantur:mittunt præteritum in gi,ſed variis modis.nam ago facit in præterito.egi.cuius compoſita mutant in præſenti.a.in.i.vt redigo.igis.egi.adigo.gis.adegi,exigo.gis.exegi.cogo.gis.coegi.a littera diſpũcta ab ago.agis.& .n.quẽadmodũ in redigo redegi.d.littera interpoſita.Lego legis legi,cuius compoſita quædam mutant.e.in.i.vt colligo colligis collegi,ſeligo ſeligis ſelegi,quædam nihil mutant,vt relego.egis.relegi.perlego perlegis perlegi.Ex ijs quæ mutant.e.in.i.quædam etiam mittunt præteritum in.exi.ſunt autem vt ſupra in principio huius capitis dictũ eſt tãtũ tria,intelligo.gis,intellexi.diligo.gis.exi.negligo.gis.neglexi,quæ & ipſa aliquando miſerunt præteritũ cum ſimplici.Frãgo.gis.fregi.cuius compoſita in præſenti mutãt.a.in.i.vt infringo infringis infregi.cõfringo.ingis.cõfregi.refringo.ingis.refregi.Pango pangis pegi.Pacuuius apud Priſcianum.in medio tonſillam pegi læto in littore.ab eo compoſita in præſenti mutant.a.in.i.vt compingo.gis.compegi.impingo impingis impegi.Lucanus in.v.fortunæ q̃ te noſtris impegit arenis.facit quoq; ſecudum Cariſium pepigi & panxi,ſed autore Quintiliano pepigi,non eſt a pango pangis,ſed a pago pagis.ſcribit enim oratoriarum inſtitutio,libro primo.memoria repeto conuictos a me qui reprehenderant:quod hoc verbo pepegi vſus eſſem,nam id quidem dixiſſe ſummos autores confitebantur,rationem tamen negabant permittere,quia prima poſitio paciſcor cum haberet naturam patiendi,faceret tempore præterito pactus ſum.nos præter autoritatem oratorum atq; hiſtoricorum analogia hoc quoq; dictum tuebamur.Nam cũ in duodecim tabulis legeremus ni ita pagunt.inuiniebamus ſimile huic cadũt.inde prima poſitio etiam ſi vetuſtate exoleuerat,apparebat pago,vt cado.vnde non erat dubium ſic pepigi nos dicere,vt cecidi.Quid quod Cicero in.ij.ad Herennium.eo verbo eſt vſus:q. Quintilianus exoleuiſſe dicit.rem inquit vbi pagunt oratione pagunt.Deinde dicit.quod hoc verbum pungo facit in præterito per regulam pũxi,a quo ſunt compoſita,diſpungo.gis.diſpunxi,expungo.gis.expunxi,compungo.gis.compunxi,facit etiam pungo pupugi,a quo eſt repungo.is.quod pro eo q. eſt retaliare facit repupugi,facit præterea pungo pepugi,q. Gell.lib.vij.noct.atti.Actij autoritate confirmat dicentis,in ædilitio,ſi pepugero:metuet.Tango quoq; tetigi facit cuius compoſita mutant.a.in.i.tam in præſenti quã in præterito,vt contingo contingis contigi,attingo.gis.attigi. A clango.gis.Hiero.facit clangui.in.lib.numerorum cap.x.ſi ſemel (inquit) clangueris venient ad te principes. ¶ A veho dic vexi,duo reperiuntur verba in.ho.deſinentia,quæ mittunt præteritum in.xi.veho vehis vexi.traho.is.traxi.¶ Lo.finita.lui,q. huius coniugationis verba finita in.lo,mittunt præteritum in.lui.vt colo.is.colui,molo.is.molui.alo alis alui,volo vis volui,conſulo.is.conſului.occulo occulis occului. Tria verba geminant in præterito primam ſyllabam,ea ſunt fallo.is.fefelli.pello.is.pepuli.tollo.is.tetuli,quando præteritum non eſt in vſu:ſed compoſitum ab eo q. eſt ſubſtollo ſubſtuli.Terentius referente Diomede.huc(inquit tetuliſſem pedem:& Catullus ad ortalum,ſi r..itum retuliſſetis,aut in tempore longo.Plautus in amphytri,me ſalutauiſti & ego te,& oſculum tetuli tibi.Percello.duplex habet præteritum perculſi & perculi,Terentius in andria.perculſit illicio animum.Verg.v.æneid.perculit & fulua moribundum extendit arena,& quemadmodum percello fecit perculi.ita etiam ex analogia excello excellis exculi debuit facere,nam excellui ab eo eſt præteritum quod excelleo excelles.Cicero in epiſtolis ad filium:quare effice & elabora vt excelleas. Sallo ſallis ſalli.Lucillus apud Priſcianum ſallere muraenas mercem in frigidaria ferre.Reperitur etiam per quartam:vt apud Celſum libro ſecundo de medicina.Piſces(inquit) qui ſalem non patiuntur ſolidi ve ſaliuntur. Vello.is.velli vel vulſi.Verg.in bucco.cinthius aurem vellit & admonuit paſtorem.Lucanus in.iiij,caſtrorum ſiccas de ceſpite vulſerat herbas.Pſallo pſallis pſalli,Baſſus calliope princeps ſapienti pſallerat ore.Plau.in amphy.ne ego homo infœlix fui,qui non interuelli alas. ¶ Mo.tibi mittit.ui,diuiſas,q. verba finita in.mo,mittunt præteritũ in.ui.ſyllabas,vt vomo.is.mui gemo.is.gemui,tremo.is.mui,fremo.is.fremui Quattuor tñ verba quæ ſequuntur mittunt præteritum in.pſi.como.is.compſi,demo demis dempſi,ſumo.is.pſi.promo.is.pſi. Præmo tamen facit in præterito præſſi,cuius compoſita in præſenti mutãt.e.in.i.comprimo comprimis compreſſi,imprimo imprimis impreſſi,reprimo.is.repreſſi.Emo.is.facit in præterito emi,ſed ab eo cõpoſita mutant.e.in.i.præſenti,vt redimo.is.redemi.perimo.is.peremi,adimo.is.ademi,dirimo dirimis diremi,quod euphoniæ.cauſa.r.mediam accepit.quemadmodum redimo & adimo.d.litteram acceperunt.Coemo coemis,non mutauit.e.in.i.

¶ Pono ponis poſui, quod in.no deſinentia reperiuntur pauca verba, quæ quia nõ poſſunt ſub regula colligi, ſingularum præterita explicãtur. Itaq; dicit q. pono.is. facit in præterito poſui ꝑ quo antiquiores poſiui dixerũt. Plau. apud Priſc. in vidularia. vitulũ ſequeſtrũ poſiuimus, & Apul. in hermagora. cibatũ quẽ iucundũ eſſe vobis aĩaduerterãt: eo appoſuerũt. Gigno. is. genui qđ veteres geno. is. genui declinabãt. Varro in andabata, ſed qđ hæc aliquid genũt. Lucre. in. iiij. totũ poſſe extra corpus durare: geniq; ꝑ gigni poſuit in infinitiuo. Cano. is, cecini cuius cõpoſita mutãt. a. in. i. mittuntq; præteritum

Pono dat poſui; gigno genui; cecinicq́.
Dat cano; ſed per. ui. quæ componuntur ab illo,
Temno dat tempſi; ſino ſiui; cernoq; creui.
Et ſperno ſpreui; ſed ſterno mittit in aui.
De lino dic lini vel liui; dic quoq; leui.
In. po. pauca dabis mittentia præteritum in. pſi.
Sed ſtrepo dat ſtrepui. de rumpo ſit tibi rupi.
Dat verro verri vel Verſi; dat gero geſſi.
Mittis ab vro vſſi. de curro mitte cucurri.
Quæro quæſiui. tero triui. dat ſero ſeui.
Cuius compoſitum per. ui. mittatur &; eui.
So. tibi dat ſiui: tria dant ſi: viſo capeſſo.
Atq; faceſſo; ſed de pinſo pinſuit exit.
Xi. duo dant plecto cum flecto. Sed duo dant. xi.
Siue. xui necto cum pecto; quod dat & iui.
Dat mitto miſi. de verto ponito verti.
Stertuit a ſterto. meto meſſui. atq; petiui.

in. ui. ſyllabas vt concino. is. nui. præcino. is. ui. occino occinis, occinui. qđ Saluſt. in. i. hiſto. ita cõpoſuit, vt a in. i. non mutaret iuſſu (inquit) Metelli cornicines occanuere. Tẽno. is. tẽpſi, cuius cõpoſitũ cõtemno. is. cõtẽpſi magis eſt in vſu. Sino. is. ſiui. Terẽ. in. adel. quia nõ ſiuit egeſtas. Diomedes etiã ſini in præterito poſſe facere dicit autoritate Publij: q de vita ſua ſcribẽs (inquit) q. ſi me inuitũ abire ſiniſſet: melius tñ vt ait dicimus ſiui, quẽadmodũ Varro in cõplexionũ. iij. ad mortẽ nõ ſiui me producẽs. Plautus in ciſtellaria, nunq̃ ego hãc viduã cubare ſiui. Compoſitũ quoq; ab eo deſino. is. deſiui, facit non deſini. Cerno. is. creui. Plau. in ciſtellaria cũ ego te amaui mea antiphila: & mihi amicã eſſe creui: pro eoq. eſt vidi. Sperno. is. ui. ſterno. is. ſtraui. Lino. is. triplex habet præteritũ, lini. liui. leui. ſed lini vel liui raro ſunt in vſu, vt apud Varronem de re ruſt. cũ obliuerit vaſa. Leui vero potius ab eo ſimplici naſcitur quod non eſt in vſu. leo. les. ui. a quo ſunt deleo. es. deleui, releo. es. eui. dicim9 quoq; a lino. is. relino. is. eui. vt apđ Terẽtiũ in heautõ. releui dolia oomnia, ſimplex etiam protulit Hora. in. i. carminum, conditum leui datus in theatro cum tibi plauſus. ¶ In. po. pauca dabis, q. huius coniugatiõis verba in. po. deſinẽtia pauca ſunt mittentia præteritũ in. pſi. vt carpo. is. carpſi. cuius cõpoſita mutãt. a. in. e. vt decerpo. is. decerpſi. cõcerpo. is. cerpſi. diſcerpo. is. dicerpſi. repo. is. repſi. ſerpo. is. ſerpſi. ſcalpo. is. ſcalpſi. a quo eſt cõpoſitũ exculpo. is. exculpſi. clepo. is. quod raro inuenitur: clepſi fecit in præterito. Strepo. is. ſtrepui: atq; rumpo. is. rupi. alium iñ modũ q̃ ſupiora præteritũ miſere. ¶ Dat verro verri in. ro. verba deſinẽtia cũ non poſſint in vnã quãdã regulã cõtrahi: eorũ præterita ſingulatim explicauimus, nã vero ſecũdũ Seruiũ verſi: & ſcđm Cariſiũ verri facit, qđ magis vſu probatur. Licinius, hiſce etiã reliquias auerrerunt, & Publius cellas (inquit) ſeruorũ cum verri. Gero. is. geſſi. vro vris vſſi. s. duplex in præterito acceperunt. Curro. is. primã geminans ſyllabam cucurri fecit. Verg. ij. æñ. geliduſq; per ima cucurrit oſſa tremor. feciſſe etiam cecurri autor eſt. Gell. lib. vij. noctium attica, dicitq; Probum annotaſſe verba Aeli tuberonis ad Oppium ſcribentis, ſi generalis ſpẽs occecurrit: pro eo quod eſt occurrit. Quæro quæris quæſiui: cuius compoſita mutant. æ. diphthongon in. i. longum. vt cõquiro. is. cõquiſiui. acquiro acquiris acquiſiui: requiro. ris. requiſiui. Tero. is. triui. Sero ſeris ſeui. antiquiores ſerui quoq; per. ui. diuiſas. dixerunt: vt Ennius, quã ſtudio ſerui, ſed compoſita a ſero ſeris cum retinent ſimplicis ſignificationem: faciunt in. eui. vt conſero. is. ſeui. inſero. is. inſeui. aſſero. is. aſſeui. Hora. i. ſermo. nunq̃ tibi vitiorum inſeuerit olim natura. Quod ſi mutant ſimplicis ſignificationẽ, in. ui. ſyllabas mittũt præteritũ: vt conſero. is. ſerui inſero. is. inſerui aſſero aſſeris aſſerui. ¶ So. tibi dat. ſiui. q. verba huius coniugationis in ſo deſinentia mittunt præteritum in. ui. vt acceſſo. is. iui, laceſſo. is. ſiui. quæſo quæſis quæſiui, pro eo q. eſt rogo, a quo iam non extat aliud quã quæſo & quæſumus. Saluſt. in. i. hiſt. curionem (inquit) quæſiui vti adoleſcentior & populi ſuffragijs integer ætati concederet mamerti. In. ſi. tamen mittunt præteritũ tria verba ſecundum Diomedem & Cariſium, viſo. is. viſi. capeſſo. is. capeſſi. faceſſo. is. faceſſi. Cicero in diuina, ne innocenti periculum faceſſeris frequentior tamen vſus habet vt verba huiuſmodi mittunt præteritum in. ui. vt Cicero apud Auguſtinum in. ij. lib. de ciuitate dei. Aeſchines (inquit) cum adoleſcens tragædias actitaſſet. rempub. capeſſiuit. Saluſtius apud Priſcia. libro. ij. hiſto. diuerſas ſolet vti rebus perditis capeſſiuit. Idem in. iiij. legiones pridie in monte poſitas laceſſiuit, & Cicero. pro Roſcio acerſiuit (inquit) aliquem. Inceſſo inceſſis, apud autores varijs modis reperitur: ſed frequentius inceſſi. Seruius in illud. Verg. iiij. Georgicorum regibus inceſſit magno diſcordia motu: inceſſit exponit pro inuaſit. Saluſtius in cathilina. tanta cupido gloriæ inceſſerat. Gellius. lib. xiij. cap. ij. obiurgatiõe iuſta inceſſiuit: niſi forte pro inceſſuit legendum ſit inceſſiuit. Pinſo pinſis in præterito pinſui debere facere Probus autoritate Pomponij affirmat dicentis: neq; molis molui, neq; palatis pinſui. ¶ Xi. duo dant plecto, cum verba huius coniugationis deſinentia in. to. non poſſint ſub vna regula comprehendi: explicat ſingulorum præterita dicens, quod in. xi. mittunt præteritum hæc duo verba plecto, plectis, plexi, flecto, flectis, flexi. Liuius andronicus apud Priſcianum in ſoluto pexi munere. Vergilius. ij. Aeneidos: nec prius amiſſam reſpexi animumue reflexi. ¶ Duo quoq; mittunt præteritum in. xi. ſimul & in. xui. necto nectis nexi vel nexui. Saluſt. in. i. hiſto, nexui (inquit) catenæ modo. Verg. v. æneid. & paribus palmas amborum innexuit armis. Proper. at tibi qui noſtro nexiſti retia læto. Pecto pectis pexi, vel pexui. Mecæ in octaui pexui capillum naturæ muneribus gratum, facit quoq; Capro autore pectiui, a quo Colũe. facit ſupinũ pectitum, ſed penultima breui, vt ſuis locis dicemus. ¶ Mitto mittis miſi. Verto. is. verti in. ui. ſyllabas duo mittũt præterita, ſterto. ſtertui. Perſi. poſtq̃ deſtertuit eſſe mæonides quintus. Meto. is. ſſui. quod in præterito. s. duplex accepit. Cato apud Priſc. in campo (inquit) tiburti, vbi ordeum demeſſiui.

¶ peto.is.iui.ſed ſiſto ſtiti mittit.hoc verbũ ſiſto.is.aut actiuũ eſt:facitq; in præterito ſtitī.aut abſolutũ neutrũ:facitq; ſteti. quemadmodũ & .ſto.ſtas.cui ſimile eſt genere & ſignificatione.ab hoc cõpoſita mittunt præteritũ.e. mutata in.i.obſiſto.is. ſtiti.reſiſto.is.ſtiti.cõſiſto.is.ſtiti.quẽadmodũ & cõpoſita.a ſto.ſtas.vt obſto.as.ſtiti.reſto.as.ſtiti.conſto.as.ſtiti.inſto.as.ſtiti. Quo piaculo mihi ſatiſfacere poſſunt,qui pro eo quod ego ſcripſi.ſiſto.ſtiti. pro ſtiti ſtatui ſupoſuerunt: forte illa ratione ducti quod legerant apud Priſc.ſiſto quãdo actiuã habet ſignificationem in præterito deficere,itaq; vt verbi defectũ reſarcirent,e ſtatuo.is.præteritum ſtatui mutati ſunt,itaq; mihi accidi tale quidam hoc in loco: quale narratur a Gellio accidiſſe.M.Catoni cũ peruerſis quibuſdã ſuorũ operũ emẽdatoribus.Nam ego ſtiti hoc in loco ſcripſerim id quod in archetypis cõmentarijs meis adhuc mõſtrare poſſum:audacul i iſti emẽdatores pro ſtiti ſtatui poſuerũt.verba Gellius.ex.li.ij.noctiũ atti.huiuſmodi ſunt in.li.veteri.M.Catonis q̃ inſcribitur cõtra Tibe. exulẽ.inſcriptũ quidem ſic erat,quod ſi vadimodiũ capite obuoluto ſtitiſſes:& recte(inquit ille)ſtitiſſes ſcripſit:ſed falſi emẽdatores.e.ſcripto per libros ſtitiſſes fecerunt:tãq̃ ſtitiſſes vanũ & nihili verbũ eſſet,cũ potius ipſi neq; & nihili ſint,qui ignorãt ſtitiſſes dictũ a Catone,quoniã ſiſteretur vadimoniũ nõ ſtaretur.¶ Nexo præteritũ:q̃ duo verba repiũtur finita i,xo.mittẽtia præteritũ in.ui.diuiſas. nexo.is.ui.& texo.is.texui.

A peto,ſed ſiſto ſtiti mittit;ſteteratq;.
Nexo præteritum per.ui.dat.texoq; iunges.

¶ De præteritis quartæ coniugationis.

Vartę pteritum prope ſemper mittit in.iui.
In.xi.prætereunt duo ſancio,vincio tãtum.
Dat ſalio ſalui.micui facit ex amicire.
Sepio dat ſepſi.ſed ab haurio mittitur hauſi.
Quorum præterita plærumq; reponis in.iui.
Fulcio;farcio;ſarcio;raucio;ſentio dant;ſi.
Et venio veni;Sed quæ pario tibi format:
Præteritum per.ui.diuiſas mittere debent:
Comperio.dat.eri.cui iungitur & reperire:

¶ De ſupinis verborum. Cap̃.v.

PRæteritis in.bi.tum.iuncta pone ſupinum:
In.ci.finitis.ctum.debes ponere ſemper.
Dat parſi parſum.per.itum.ſed mitte peperci.
Ex.di.præteritis in.ſum.tranſmitte ſupina;
Dum deo præſentis.dio.vel.do.in.ſum.varietur.
S.geminat ſedeo ſeſſum.fodio quoq; foſſum.

DE præteritis quartæ cõiugationis.Quod verba quartæ cõiugatiõis mittũt præteritũ in.ui.ſecũdæ pſonæ præſentis indicatiui modi.s.finali mutata in.ui.vt audio.is.iui.munio.is.iui.inſanio.is.inſaniui.ſcio.cis.ſciui.nutrio.is.iui.Deinde dicit,q̃ tãtũ verba mittunt præteritum in.xi,ſancio.cis.xi.Hora.ij.epiſtola:tabulas peccare vetantes:quas biſquinq; viri ſanxerunt.Vincio.is.vinxi.p eo quod eſt vinculo aſtringere.Duo quoq; dicit reperiri verba huius cõiugationis mittentia præteritũ in.ui.ſyllabas.ſalio.is.lui.Ouid.i.faſtorũ.per flãmas ſaluiſſe pecus ſaluiſſe colonos,cuius cõpoſita mutãt.a.in.i.vt inſilio.is.lui.deſilio.is.ſilui.pſilio.is.lui.Luca.in.iiij.inſilui ſolo nociturus põdere.Verg.v.æñ. haud mora proſiluere oẽs. Idem in.x.portis regina ſub ipſis deſiluit.Amicio.is. Diome.autore amicui quoq; facit.vt Brutus in laudatione Appij claudi.toga(inquit)prætexta amicuit:apd̃ Actiũ quoq; lectũ eſt ab amicio.is.xi.in præterito¶ Sepio.is.pſi.haurio.is.ſi.Verg.i.æñ.at venus obſcuro gradientes aere ſepſit.Idem in.iiij.& vocẽ his auribus hauſi,ſed hæc oĩa verba ex proportione verborum quartæ cõiugationis mittunt aliquãdo præteritum in.iui.vt ſancio.is.iui.vincio.is.iui.ſalio.is.iui.amicio.is.iui.Pompo. ſecundus.ſancierat ius vtile ciuitati,pro ſanciuerat.Papi.ix.theba..excuſſi ſalierunt cuſpide dentes.pro ſaliuerunt.Verg.iij.geor.mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres pro ſaliuerẽ.Varro ad Cice.cũ idem quoq; haurierit pro hauriuerit dixit. Eſa.cap.v.Hiero.interprete.ſepiuit eã & lapides exegit.¶ Deinde dicit,q̃ quinq; verba quæ vno verſu cõplectũtur.mittunt præterita in.ſi.ea ſunt fulcio.is.fulſi.Oui.in epiſtola Deianiræ,hercule ſuppoſito ſydera fulſit Atlas.Phocas tamen hoc verbum in.xi.dixit exire fulxi.Sarcio.cis.ſarſi.farcio.cis.farſi.cuius cõpoſita mutant.a.in.e.vt refercio.cis.referſi.differcio. cis.differſi.Cice.ij.thuſculanarũ.cuius verbis etiam omnia referſerunt. Raucio raucis rauſi. Cice.i.de oratore,æſopum etiam ſi paulo irrauſerit:explodi.Sentio.tis.ſenſi.¶ Venio.nis.præter morem verborum quartæ coniugationis fecit præteritũ veni. Deinde dicit,q; a perio peris,compoſita mittunt præteritum in.ui.ſyllabas,vt aperio.eris.rui.operio.is.operui. cooperio. is. cooperui.¶ Duo tamen a perio compoſita miſerunt præterita in.eri.comperio.is.eri.reperio.is.eri.

DE ſupinis verborum cap.v. Tota coniugationis difficultas verſatur in cognoſcenda prima verbi poſitione.Deinde præterito:tum demũ ſupino,ſed quia ſupina ex præteritis plærũq; naſcũtur:viſum eſt ex præteritorũ varia terminatione ſupina omniũ ſimul coniugationũ elicere ſeruato litterarũ ordine.Dicit igitur in primis,q̃ verba quæ fecerunt præteritum in.bi.mittunt ſupina in.itum. ſuper.i.finalem præteriti addita tum.vt bibo. bis.bi.bitum. glubo. bis.bi.bitum. Lambo.bi.& ſcabo ſcabi.ſupinis carent.¶ In.ci.finitis,q̃ verba quæ fecerunt præterita in.ci.mittunt ſupina in.ctum.ſunt autem duo præcipue.facio.cis.feci.factum.iacio.cis.ieci.iactum.quorum cõpoſita in ſupinis mutant.a.in.e.ſi.in prima poſitione mutauerũt.a.in.i.vt perficio.cis.perfeci perfectum.inficio.cis.infeci.ctum.reficio.cis.refeci refectũ,Ico.icis.horũ rationem ſequens,quia fecit in præterito.ici.in ſupino quoq;.ictũ.fecit.At vero parco.cis.quia duplex habet præteritũ perſi & peperci,a perſi facit pſum,a peperci pepcitũ.Pli.lib.xxxiij.natu.hiſto.Italiæ percitũ eſt vetere interdicto patrũ.Hiero.quoq; ad heliodorum non te patri parciturũ eſſe nõ matri.¶ Ex.di.præteritis,q̃ verba quæ fecerũt præterita in.di.mittũt ſupina in ſum ita tamen q̃ verba ſecũdæ cõiugationis terminata in.deo,& tertiæ in.dio.vel in do.mittunt ſupina.deo.vel.dio.vel.do. muta in.ſum.vt tondeo tonſum,fodio foſſum,ſed hoc.s.geminauit vt ſtatim dicemus. Scando ſcanſum.cado.ſum. & cædo cæſum.¶ Deinde dicit,q̃ quinq; verba hic poſita habent duplex.s.in ſupinis ea ſunt,ſedeo ſeſſum,fodio foſſum,ſcindo ſciſſum,ſindo.ſſum.pando.ſſum.quorum tria poſteriora amittunt.n.in ſupinis quemadmodũ & duo quæ addit.fundo.ſum.

& tūdo tūſum, qđ euphoniæ cauſa Ser. atq; Priſc. dicūt eſſe factū. Sed in cōpoſitione huius verbi tūdo. n. ſemp exteritur, vt cōtūdo, ſum. retūdo. ſum. ptūdo. ſum. in ſimplicitate potius retinetur, vt apđ Verg. ij. æñ. ſupplicitær triſtes & tūſæ pectora palmis. Tēdo. is. duplex hēt ſupinū tenſum & tentū: Luca. in. j. & varias ignis tenſo dedit aere formas. Idem in. ij. tēſiſq; rudētibus actæ. Verg. in priape. tētaq; ad exēplū ſit ſua turba dei. In cōpoſitis quoq; vtrūq; reperitur. vt oſtēdo. is. entū. vel. ſum. prætendo. entū. vel prætēſum. intēdo. tum. vel. ſum. extēdo. tum. vel. ſum. Edo. is. duplex habet etiā ſupinū eſtū & eſum, qđ magis

Scindoq; ſciſſum, findoq; fiſſum, pandoq; paſſū.
N. tamen amittunt cum fundo tundoq; tuſum;
Dat tamen & tunſum, de tendo dicito tenſum;
Vel tētum, ſed edo dabit eſtum; mittit & eſum.
Ado pone datum. Sed quæ componis ab illo;
Si non ſunt primæ, per. itum. miſere ſupinum.
Actum mittit ago; cum pango; tangoq; frango.
Dat fugitum fugio, lego lectum, pungo punctū
Dat fallo falſum, ſallo ſalſum, atq; ſalitum.
Vello vulſum, pello pulſum, tolloq; latum.
Percello culſum dabit; excello quoq; celſum.
Emptum mittit emo. Venio vētum, cano cantum.
Et rumpo ruptum; capio cum cœpio dant. ptum.
Dat linquo lictum; cui iunges cōpoſitiua.
De curro curſum, de varro ponito verſum.

in cōpoſitis apparet. vt comedo comeſtū vel comeſum. Cice. p cluētio, potius comeſtum q̄ epotū in venas atq; oēs ptes corporis pmaneret: & Saluſt. referēte Diome. comeſta (inquit) patrimonio. Iuue. & cito rapturus de nobilitate comeſa qđ ſupeſt, alia potius in eſum quā in eſtū mittūt, vt ambedo. ſus. adedo. ſus. exedo. ſus. Verg. in. iiij. æñ. Ambeſas ſubigat malis cōſumere mēſas. Idē in. ix. & poſtibus hæſit adeſis. Idē. j. georg. nigris exeſa chelydris. ¶ A do pone datū, q. hoc verbū do dās dedi facit in ſupino datū & ab illo cōpoſita ſi ſunt primæ cōiugatiōis habēt etiā ſimplicis rōnem, vt circūdo. das. dedi. datū. Sin vero ſunt tertiæ mittunt ſupina in. itum. vt trado. dis. didi ditū. vēdo. is. didi. ditū. credo. dis. di it. creditū. abſcōdo. dis. di. vel abſcōdidi. ſum. vł abſcōditū. ſed quēadmodū Diome. ait melius dicimus abſcōditū. Pedo. is. pepedi. aut caret ſupinis, aut peditum facit. Catullus, ſubtile ac leue peditum liboni eſt. ¶ Actū mittit ago. in. gi. reperiuntur tātum ſex verba facientia præteritum quorū ſupina ſingulatim explicat, ea ſunt ago. gis. egi. actū. tango. gis. tetigi. tactū. pango. gis. pegi, vel potius, pango. gis. pepigi pactū, frango. gis. fregi fractū q̄ duo in ſupinis euphoniæ cauſa. n. litterā extriuerunt: ſed ab eis cōpoſita etiā ſi in præſenti mutant. a. in. i. in ſupinis illud. a. retinent. vt ago. is. egi. actum. redigo. gis. redegi redactū, adigo. is. adegi, adactum, tango. gis tetigi. tactū. cōtingo. gis. cōtigi. tactum, attingo. gis attigi attactū. frango. is. gi. ctum. infringo. gis. egi. infractum, perfringo. gis. gi perfractū. pango. gis. pepigi. impingo. is. gi. impactum. fugio quoq; q. in præterito fecit fugi, in ſupinis fecit fugitum. Lego. is. gi. fecit lectum. compoſita vero ab illo quæ mutant. e. in. i. retinent illud. e. vt colligo. gis. collegi, collectum, ſeligo. gis. egi. ſelectum, pungo. gis. pupugi punctum, tam ab eo quod eſt pepugi, q̄ ab eo quod punxi. ¶ Dat fallo, falſum, in. li. præteritum mittentia hæc fere repetiūtur mittentia ſupinū in ſum, fallo. lis. fefelli falſum. ſallo. is. pro eo quod eſt ſalem infundere alicui rei, tertiæ cōiugationis fecit in præterito ſali, atq; inde mittit in ſupino ſalſum. hinc Munius dixit, iſthæc ſum multo ſale ſalſurus, & dicimus homines ſalſos & inſulſos reperitur etiā quartæ coniugatiōis: & tunc facit in præterito ſaliui: & in ſupino ſalitum qđ frequentius reperitur q̄ ſalſum. Liuius andro, ſaliturus iſthæc (inquit) mittā ſalē. Cornel. ſeuerus, ad quem ſaliti pomiliones afferebātur. Idem alio loco, diſtractos atq; ſalitos. Saluſt apud Diome. in. iiij. hiſto. reliqua (inquit) cadauera ſalita. Itaq; cū tertiæ coniugationis eſt primā producit poſitione. l. duplicis, vt facile apparet ex Lucilij poetæ verſu illo. Sallere murenas mercem in frigdaria fere. Itaq; ea ratione l. accepit duplex qua relligio & relliquiæ. Cum vero eſt quartæ quia nuſq̄ in carmine reperitur per. l. ſimplex ſcribi debet ſalio. is. Diome. putat ſalitus a ſallo non a ſalio deduci: ſcribit enim his verbis. veteres ambiguitatē appellationis vitantes & analogiā ſalitus ſum dixerunt a ſallo. is. non a ſalio, nos tñ cum apud Cel. lib. ij. de medicina legerimus. piſces qui ſalē nō patiantur ſalidi ve ſaliētur: & apud Lucā, Hiero. interprete, q. ſi ſal euanuerit in quo ſalietur: vtrāq; verbi poſitionē in vtraq; cōiugatiōe poſuimus. reperitur etiā ſalleo. es. ſcđæ cōiugationis apud Fabia, referente Diome. cū caro ſallet, diuturnus eſt (inqt.) Vello velli, duplex habet præteritū. velli vulſi: ſed ab vtroq; miſit ſupinū vulſum, pro quo antiquiores dicebāt vulſum. Mart. ſed mens eſt pāniche volſa tibi. Pello. is. pepuli pulſum. Tollo. is. quod apud antiquiores. vt diximus fecit tetuli in ſupino debuit facere latum, ſed cū in vſu, non ſit quemadmodū loco tetuli poſuimus ſubſtuli: ita pro eo quod eſſe debuit latū, ſuffecimus ſublatū. Percello. is. duplex habet præteritum perculi & perculſi: ſed ab vtroq; miſit ſupinum perculſum. vt apud Verg. quarū ſacra fero ingenti perculſus amore. Excello. is. culi. celſum. nā cum ſcđæ cōiugationis eſt excelleo: vix habere poteſt ſupinū ex proportionis ratione. A pſallo. is. lli. ſuppina non reperiuntur, ideo eius nō meminit hoc in loco. ¶ Emptum mittit emo, q. vnum modo verbum reperitur, q. facit præteritū in mi. emo is. emi. facitq; in ſupino emptum cuius cōpoſita retinent. e. præteriti in ſupinis, vt redimo. emi. redemptum, adimo. emi. ademptum. In. ni duo tantum reperiuntur feciſſe præteritum venio is. ni. q. fecit ventum: & cano. is. cecini. quod fecit cantū. Hiero. tamen in apoca. cap. viij. canituri dixit. ¶ Et rumpo ruptū, in. pi. tria verba mittunt præterita rumpo. is. pi. qđ facit ruptū. capio. is. cœpi, q. facit captum. cœpio. pis. pi. a quo tantum eſt in vſu præteritū cœpi & tēpora quæ formantur ab eo, facitq; in ſupino cœptū. ¶ Dat linquo, q. hoc verbū linquo cū ſuis cōpoſitis mittūt ſupina in. ctū. vt linquo lictū, q. nō eſt in vſu, ſed in cōpoſitis repitur, vt delinquo delictū, relinquo relictū. ¶ De curro curſum, q. tria verba quæ hic ponūtur mittētia præteritū in. ri. mittūt ſupina variū in modū: nā curro. is. cucurri facit curſum, verro. is. ri. facit verritū vel verſum: ſed ab eo, q. eſt verſi videtur eſſe verſum: ab eo q. eſt verri. ritū. Verg. j. æñ. verſa puluis inſcribitur haſta, q. participiū teſte Seruio, ibidem non a verto. is. ſed a verro. is. deducitur quemadmodum & Plau dixit in vētum oīa verſa. Apul. in apologia p magia ab eo q. eſt cōuerro, is. cōuerri. ritū, dixit cōuerritorem ... amidæ gingiuulæ.

Dat pario paritum vel partum. Compoſitumq́;
Quod venit a pario; ſemper mittatur in. ertum.
In. ſi. præteritum plærumq; reponitur in. ſum.
S geminat miſſum de mitto; cædoq; ceſſum.
Et cudo cuſſum; iubeo iuſſum; premo preſſum.
Indulſi indultum; dat & indulſum; gero geſtum.
Tortum vel torſum dat torqueo. at vro vſtum.
Sartio ſartum, fartio fartum, fulcio fultum.
Hauſtũ vl' hauſum dedit haurio. Cãbio cãpſum
Quod ſi pręteritum dat. pſi. ptum. pone ſupino.
Statum ſiue ſtatum dat. ſto. cum ſiſto. ſed illud.
Quod. ſto. cõponit. dat. itũ. quandoq; dat. atum.
Quæ tibi dat ſiſto per. itum, miſere ſupina.
Vertoq; dat verſum. De. xi ctum. mitte ſupina.
N. tamen amittunt hæc pingo, ſtringoq; fingo.
Ringoq; cum meio. ſunt q dicant quoq; mingo.
Necto. fluo. figo. cum pecto, flectoq; dat. xum.
Mittit. itum. quod. ui. diuiſas præteritum dat.

Pario. is q ex deriuatis ab eo poſſumus intelligere, duplex habet ſupinũ partũ & paritũ: nã a partũ diximus partus. a. um. partus. us. parturio, is. ab eo q eſt paritum. Papi. x. theb. dixit atq; hoſti veniat paritura marito. Cõpoſita vero a pario quæ omnia vt diximus quartæ ſunt cõiugatiõis ſiue mittãt præteritũ in. ri. ſiue in. rui. ſemp mittũt ſupina in ertũ. vt cõperio. is. cõperi, cõpertũ. reperio. is. eri. repertũ, aperio. is. aperui, apertũ. operio. is. erui. opertum. ¶ In. ſi. præteritũ, q verba faciẽtia præteritum in. ſi. mittunt ſupina in. ſum. vt mulceo mulces mulſi mulſum. Cicero. apud Priſcia. permulſa atq; recreata: & Varro apud eũdem cap. pmulſo dixit. Saluſt. in. iij. hiſt. poſtera (inquit) die liberalib9 verbis permulſi ſunt. Ludo. is. ſi. ſum. Ledo. is. ſi. ſum. ſentio. is. ſi. ſum. raucio. cis. rauſi. ſum. Luci, rauſuro tragicus, q carmina perdit. Oreſte. quinq; tñ verba q̃ hic ponũtur geminãt. s. in ſupinis. ea ſunt mitto. tis. ſi. ſſum. cedo. is. ſi. ſſum. cudo. is. cudi, vel cuſſi ſſum. ab vtroq; præterito fecit in ſupino cuſſum. iubeo. es. iuſſi. ſſum. præmo. is. ſſi. ſum. indulgeo, indulges. ulſi. ex pportione facit indulſum, ſed & indultus dixit Marcel'. tanq̃ licẽtia (inquit) crudelitati indulta, gero. is. eſſi. eſtũ. torq̃o. es. torſi tortũ vel torſum. vro. is. vſſi, vſtũ. ſartio. is. ſarſi ſartũ. vnde ſartores & ſarta tecta dicuntur. fartio. is. farſi, fartũ, a quo fartus farta. um. & fartores dicti. fulcio. is. fulſi. tũ. Iuue. nos vrbẽ colim9 tenui tibijcine fultã. haurio. is. ſi. vel haurui hauſtũ, vel hauſum vl' hauritũ. Verg. iiij. æñ. q̃ bella exhauſta canebat. Idẽ in eo. lẽ ſupplicia hauſurũ ſcopulis & noĩe Dido ſæpe vocaturũ. Apul. ij. meta. lagena (inquit) facilis hauritu. Idem in. iij. Haurito pluſculo vncto corporis mei mẽbris perfricui. & in. iij. rorẽ rigentem hauritũ iſta cõfeſtim deferto vrnula. Cãbio. is. nunq̃ niſi in Apuleio pro magia legi opas (inqt) tuas cũ vicinis cãbias, eius præteritũ referẽte Priſc. Cariſius protulit cãpſi, qd' ideo nõ poſuimus: quia nuſq̃ã inuenimus. Itaq; ſupinũ hoc in loco extra ordinẽ poſuimus, quoniã ab eo deriuatur frequentatiuũ cãpſo. ſas. quo Ennius vſus eſt, leucatam (inquit) cãpſant, & iuniores ab eo fecerũt cãpſor cãpſoris. ¶ Quod ſi præteritũ: verba illa quæ fecerũt præteritum in. pſi. mittũt ſupina in. ptũ. vt nubo. bis. nupſi nuptũ como. is. cõpſi, cõptũ. ſorbeo. es. pſi. ptum. nã ab eo qd' eſt ſorbui. itum. fit: vnde eſt ſorbito & ſorbitiuncula. Perſius, ſorbitio tollit quẽ dira cicutæ. ¶ Statum ſiue ſtatum. in. ti. tria tantũ verba mittũt præteritã. ſto ſteti, ſiſto ſteti vel ſtiti. verto verti, quod ſine cõtrouerſia facit in ſupino verſum quemadmodũ & verro. is. verri. Sed. ſto, ſteti facit ſtatum prima indifferenti, qd' ſignificatur cũ dicit ſtatum ſiue ſtatũ dat. ſto. nã in priori. ſta. producitur, in poſteriori. ſta. breuiatur. in ſimplicitate tñ ſemper ſtatus. ta. tum. breuiatur ſtaturus pducitur. In cõpoſitione ſi. a. mutatur in. i. breuiatur, vt præſto præſtitũ, inſto inſtitũ. ſi manet integra producitur, vt præſto. as. ſtatum, inſto. as. atum. Sed de his libro. v. diſſeremus. ¶ Nũc vero tantũ dicamus qd' a ſto. ſtas cõpoſita mittunt ſupina in. itum. vel. atum. vt cõſto. as. itũ. vel atum. aſto. as. itum. vel. atũ, præſto. as. præſtitũ vel præſtatũ, a quo freqũẽter in libris digeſtorũ legimus præſtatio. ¶ Siſto. is. cum abſolutũ eſt eandem rationẽ ſequitur in ſupino quã. ſto. ſtas. cũ quo verbo præteritũ & ſupinũ habet cõmũe. vt ſiſto. is. ſteti ſtatũ, ſed cõpoſita ſemper exeunt in. itum. vt circumſiſto. is. ſtiti circumſtitum. aſiſto. ſtis, aſtiti aſtitum. Siſto. is. ſtiti. cum actiuũ eſt, ego nõ abnuerim habere ſupinũ in. atum, ſed prima producta, a quo eſt ſtator pro eo qui ſiſtit aliquem coram prætore vel alio magiſtratu. vnde Iuppiter ſtator qui ſtitit. i. ſtare fecit Romanos fugiẽtes. Ouid. vj. faſtorum tempus idem ſtatoris erat, ſed de his ſuo loco diſputabitur. ¶ Verto dat verſum, & ab vltimo ſupino fit verſus. a. ũ. Verg. verſaq; cũ terga fatigamus haſta. De. xi. ctũ. mitte ſupinis, q verba q̃ fecerũt præterita in. xi. mittũt ſupina in. ctũ, vt lugeo. es. xi. ctũ. vincio vicis. xi. ctũ. dico. is. xi. ictũ. ſancio. is. xi. ctũ, nã ab eo qd eſt ſanciui. citũ. dixim9. Lucr. qđ porro nequeas ſancitũ quãdoquidẽ extat. Quinq; tñ verba quæ hic ponũtur, amittũt. n. in ſupinis, ea ſunt pingo. gis. xi. ctũ. ſtringo. gis. xi. ctum. fingo. gis. xi. fictum. ringo. gis. xi. rictum quod etiã ringor. eris. declinatur. meio. is. minxi. ctum. qd' nonnulli mingo. gis. declinauerũt, ſed quemadmodũ ſupra dixi: ego nuſquã legi. Deinde dicit, quod altera quinq; verba quæ fecerũt præterita in. xi. mittunt ſupina in. xum. ea ſunt necto. ctis. nexi. vel nexui. xum. ſiue enim ſit a necto. ctis. xi. vel nexui: ſiue a nexo. xas, vel nexo, nexis. nexui. ſemp facit in ſupino nexũ. Fluo. is. xi. xum. vnde fluxas veſtes & fluxa corpora. dicimus: & fluxus aquarũ. Antiquiores quoq; autore Priſc. fluctum a fluo. is. dixerunt, vnde eſt adhuc fluctus. us. & murena flucta. Figo gis. fixi. xum. quanq̃ Scaurus apud diome. ſagitta confictus dixerit. Pecto. ctis. xum. n̄ a pectiui pectitũ fecit, a pexui æquæ. xum. Flecto. ctis. xi. flexũ. Plexi quoq; ab eo qd' eſt plecto. is. quod ſumus pene obliti plexum in ſupino facit. Catullus. hos inflictis plexos tulit ipſe corollis: ſi eſt ab amplector, amplexus, a cõplector. xus. ¶ Mittit. itum. quod verba facientia præteritum in. ui. ſyllabas mittunt ſupina in. itum. penultima breui. vt domo. as. ui. itum quanq̃ ab eo quod eſt domatum. Tibull. libro. iiij. dixit te dulce non alias conuerſus terga domator, & domitio nomen participiale. Valla formauit, ſono ſonas ſonitũ: & ſi ab eo qđ eſt ſonatu. Hora. dixit, magna ſonaturũ dies. nominis huius honorem, ſicut a tono. as. atum. Idem in epodo dixit. ſi quos eois intonata fluctibus hyems ad hoc vertit mare. Sene. in. ij. natu. quaſi illa vt ſi dicam comminatio, & tonatio ſine ictu.

¶ Neco tamẽ cũ duplex habeat præteritũ necui & necaui, ab eo qd' eſt necui facit nectũ ab eo, qd' necaui. atũ. Sed int̃ necatus & nectus nõ eſt illa differẽtia quã putauit Priſ. vt necatus ſit ferro. nectus vero alia vi perẽptus. ſed potius necatus eſt oĩno extinctus. vt Cice. veneno necatus dixit, & Quint. fame necatus. nectus vero quaſi exãiatus & mortuo ſilis. Cice. ij. thuſ. nectus ſit Tãtalus. & Hora. in epl'is. bos eſt enectus arando. Frico. as. cui. catũ. Iuue. ſi prurit frict9 ocelli angulus. ab eo tñ qd' eſt fricatũ. Pli. li. viij. dixit, pãtheras per carnes fricatas aconito venãtur barbari Cel. li. vj. ante oleo pfricatus,

Sed necui nectum; fricui frictum, ſeco ſectum.
Cenſeo cenſum; miſceo mixtum, torreo toſtum.
Et doceo doctum, teneo tentum, pateoq́
Dat paſſum, careo cariturus; dat quoq́ caſſus.
Si preſens dat. uo. diſiunctas exit in. utum.
Sed ruitum ſemper. ruo, dat. Quę ducis ab illo
Dant tibi ſemp. utũ. rapio raptũ, meto meſſum,
Conſulo conſultũ, colo cultũ, excelloq́ celſum.
Deq́ alo dic alitũ. dat & altũ. Aſt occulo. cultũ.
Pinſo piſtus. texo textus. nexoq́ nexus.
Petoq́ dat pexus. & pectitus. Et tamen; entum,
Q d' cano cõponit. Pario & ſero mittit in ertũ.
Amicui dat. ctum. dat amixi. dat amiciui.
In. ui. præterito. ui. ſemper vertitur in. tum.
Poto dat potum; lauo lotum, & vtrũq́ dat atũ.
Et caueo cautum, faueo fautum, ſed adultum
Mittitur ex adolet; de paſco mittito paſtum;
Dat gnitus agnoſco; conoſcoq́, dat ſero ſatũ.
Inſitum inſeui, conſeui conſitus. atqui
Dat. utum. ſoluo cum voluo, veneo venum.
Et ſalio ſaltum; mittit ſepelire ſepultum.

& Macer, vrticæ folijs reuocatur vulua fricata. Seco. as. cui. ctũ. Verg. i. geor. via ſecta p ambas. Apul. i. met. a ſecut9 dixit impetu teli præſecata gula. Cẽſeo. es. ſui. ſum. qd' ſcd'm analogiã facit cẽſitũ. miſceo. es. cui. mixtũ. p. x. qd' etiã in marmorib9 antiquis p. s. miſtũ legimus. Torreo. res. rui. toſtũ. Doceo. ces. cui. ctũ. Teneo. nes. nui. tũ. Pateo. es. tui. ſſum. qd' etiã a pãdo. is. & patior. eris. ſupinũ eſt cõe. Ver. i. æñ. Crinib9 iliades paſſis plærũq; ferebãt, qd' a pãdo vel pateo eſſe poteſt. Careo. res. rui. ritũ. vel caſſum. Sed a caritu format̃ participiũ futuri in. rus. cariturus. Iuue. cariturus turture magno mulorũq; iubis. a caſſu formatur pticipiũ præteriti caſſus. Vir. ij. æñ. nũc caſſũ lumine lugẽt. ¶ Si pñs dat. uo. diſiũctas, qd' verba tertiæ cõiugationis deſinẽtia in. uo. vocales mittũt ſupina in. utũ. vt nuo. is. nui. nutũ. ſuo. is. ſui. ſutũ. acuo. is. cui. acutũ. arguo. is. ui. utũ. Plau. in pſeud. Argut9 inqt malorũ facinorũ. Salu. tñ apd Priſ. in. ij. hiſt. arguitur9 q̃ſi ab arguitu dixit, multi (inqt) ex bithynia volẽtes occurrere falſũ filiũ arguituri. Ruo. is. rui. ſemp facit ruitũ in ſupino. Luca. in. iiij. ruituraq; ſemp ſtat moles. ab illo verbo cõpoſita oĩa exeũt ĩ. utũ. vt obruo. is, ui. utũ, diruo. is. ui. utũ, eruo. is. erui. utũ. rapio. is. pui. facit. ptũ. meto. is. ſſui. p. s. duplex facit ſupinum meſſum Conſulo. is. lui. ultum. Colo. is. lui. ultum. Excello. lis. lui. ſiue exculi, excelſum. alo. is. alui. alitum facit p regulã aliquando, ſed frequẽtius altus repitur. Saluſtius in Iugur, oẽm (inqt) ætatẽ arpini altus. repitur etiã altor & altrix ab altu formata. Verg. iij. æñ, & terrã altricẽ diri execramur Vlyſſi. Occulo. lis. cului. ultũ. Pinſo. is. ſui. piſtũ. a quo eſt piſtor. oris. Texo. is. xui. textũ. Nexo. xis. xui. xũ. Pecto. is. pexi. vel pexui. xum. nũ ab eo qd' eſt pectiui. ictitũ exit. Colũme. lib. xiij. præparatæ ſint & pectitæ lanæ. Idem etiã de cura hortorum. verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus. ſed quia penultimam breuiauit, poteſt videri ductum ab eo quod eſt pecto. is. ctui. qd' nullus vnquã poſuit. Compoſita vero a cano. is. mittunt ſupina in. entum. vt occino. nis. nui. entum. concino. is. nui. entum. accino. is. nui. entum. ¶ A pario. is. compoſita tam illa quæ fecerunt in. ri. præteritum de quibus paulo ante diximus, quã illa quæ in. rui. de quibus nunc agimus. mittunt ſupina in. ertum. vt aperio. is. rui. apertum. operio. is. rui. opertum. A ſero. ris. quoq; compoſita quæ mutãt ſignificationem quæq; diximus facere præteritũ in. ui. ſyllabas, mittunt ſupina in. ertũ. vt diſſero. ris. rui. diſſertũ. aſſero. ris. rui. aſſertũ. cõſero. ris. conſerui. ertum. Deinde ſubiungit, q hoc verbum Amicio. icis. amicui. vel amixi, vel amiciui, ſemper facit in ſupino amictũ. ¶ In. ui. præterito. ui. ſemper vertitur in. tũ. q verba facientia præteritũ in. ui. ſyllabã, mittunt ſupina. ui. mutata in. tum. vt amo. as. aui. atum. moueo. es. ui. tũ. cupio. is. iui. itum. audio. dis. iui. itũ. excipiũtur vero pauca verba mittẽtia ſupinũ aliter. ea ſunt poto. tas. taui. qd' facit potum. Verg. in buco. hoc ipſi potũ venient p prata iuuẽci. & ibidẽ: & potũ paſtas age Tityre & inter agendũ. Luca. in. v. poturæ te nile grues. Terẽ. tamẽ proportionẽ ſecutus dixit in phormione. nam apud me potaturus eſt. Lauo. as. laui lotũ, vel lautum, propter affinitatem, quæ eſt inter. au. & . o. vel lauatũ. Terẽt. in eunucho. abeũt lauatũ. Ouid. iiij. faſto. ſacra lauaturas mane petebat aquas. Hora. aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatũ admonuit. qd' nimis licenter dici putatur. Caueo. es. caui. autum. Faueo. es. faui. fautum. ab illo eſt cautus & cautio. ab hoc fautor, quamquã Plau. in Amphytrione. regulam ſecutus dixit fauitor. Adoleo. vel adoleſco. olui. vel adolexi adultus. Paſco. cis. paſtũ. quod ſolum in ſupino. s. retinuit. Agnoſco. cis. noui. gnitũ. cognoſco. cis. noui. itum. Iuuena. agnitus accipiens iubet a precone vocari. Lucan. in. ij. calida mihi cognitus axis Aegypto. Saluſt. tamen regulam ſecutus in ſecũdo hiſtor. dixit, neq; inermes ex prælio viros quemquã agnoturum. Sero. ris. ſeui ſatum. cuius compoſita retinentia ſimplicis ſignificationem, quæ fecerunt præterita in. eui. mittunt ſupina in. itũ. ea ſunt inſero. is. eui. itum. conſero. ris. ſeui. conſitũ. Verg. ij. georg. mutatamq; inſita mala ferre pirum. Cice. quoq; in Verrẽ ab eo qd' eſt obſero. is. ſeui. dixit. vt cum obſitum leontinum agrum vidiſſes, & ab aſſero. ris. ſeui. ſitum. ¶ De facientibus præterita in. ui paulo ante diximus mittere præteritum in ertum. Soluo. is. ui. & voluo. is. ui. fecere ſupina ſolutum & volutum. u. conſonante in vocalem mutata. & extrica. i. atq; ex horum proporitone caluo. is. debuit facere calutum, niſi qd' in vſu non eſt. Veneo, nis. veniui venum, pro eo qd' eſſe debuit venitum, nunquã reperitur niſi coniunctum aut compoſitũ cũ hoc verbo do das dedi. dicimuſq; venũdo. das. dedi. Sepelio. lis. liui. ultum. Verg. ij. æñ. inuadũt vrbẽ ſomno vinoq; ſepultã. Cato proportionẽ ſecutus dixit, mortuus eſt. ſepelius eſt.

DE ſupinis verborum deponentium & communium.cap.vi. Quoniam in capite ſuperiori expoſuit regulas ſupinorum deductas a præteritis verborum actiuæ vocis,hoc in loco oſtendit qua re a verbis deponentibus & cōmunibus formari debeant ſupina. Itaq; dicit in primis,quod ſi volumus ſcire ſupinum alicuius verbi deponentis aut communis, debemus ex analogia fingere vocem illius verbi actiuam, & per regulas ſuperius traditas formare ſupina. vt ecce lætor lętaris ex proportione debuit facere in præterito lętaui,facit igitur in ſupino lętatum,per illam regulam,in.ui.præterito. ui.ſemp vertitur in.tū. prætèrea vereor.eris.ex ꝓportione debuit facere in præterito verui. ergo ī ſupino faciet veritum. per illā regulam, Mitit. itum,qđ.ui. diuiſas præteritū dat. Fungor.eris.ex ꝓportiōe debuit facere in prꝏterito funxi,faciet igitur in ſupino fūctū per illam regulam.de.xi.ctum. mitte ſupina. ¶ Quædam tamen verba non ſeruant regulas atq; proportionem vt Reor reris.qđ debuit facere.rui,atq; in ſupino.ritū. facit tamen ratum.Verg.ij.æn.nos abiiſſe rati & vento petiiſſe Micenas. Miſereor.eris. quod debuit facere in præterito miſerui, & in ſupino miſeritum,facit tamen miſertum. Fateor. eris. debuit facere in præterito fatui,& in ſupino fatitum,& facit faſſum. Gradior. eris.ex proportione huius verbi fodio.is.debuit facere gradi in pæterito, & in ſupino graſſum:& fecit greſſum.Patior.eris.facit paſſum,ſecutus proportionē huius verbi quatio.is.aſſi.aſſum.potius quā huius potior .iris.quod fecit potitus. Loquor. eris. ex proportione huius verbi linquo .is.debuit facere loctum, & interiecta.u.facit locutū.eadem quoq; ratione a Sequor. eris. fecimus ſecutum.q.mutata in.c.propter affinitatē vtriuſq; litteræ. Fruor.eris.debuit facere in præterito frui. & in ſupino frutum,& intericcta.c.facit fructū.quēadmodum ſtruo.is.xi.ctum.Cicero in Hortēſio.autoritate ſumma fructuseſt.Vulpianus tamen fruiturus dicit in participio futuri temporis ſignificationis actiuæ. Labor.eris.debuit facere in prꝏterito lapſi laptū. ſicut ſcribo ſcripſi ſcriptum. & fecit lapſum. Cōminiſcor.eris.debuit facere cōminui,comminitum.& facit commentum. Proficiſcor.eris.debuit facere proficiui.itum,& facit profectū. Nāciſcor nāciſceris.debuit facere nāſciui & nāſcitum. & facit nactum. Paciſcor.eris.debuit facere paciui & facit pactum. Adipiſcor.eris. debuit facere adipiui adipitum,& facit adeptum,Vlciſcor.eris.debuit facere vlciui vlcitum,& facit vltū. Obliuiſcor.eris.debuit facere obliuiui,iuitum,& facit oblitū. Expergiſcor. ceris.debuit facere expergiui ſpergitū. & facit experrectum, quāquā Lucilius penultima breui expergitus dixit. e ſomno pueros cum mane expergitus clamas. Defeciſcor.ceris.quo verbo vſus eſt Terentius in phormione, neq; defeciſcar vſq; adeo experirier. idē quoq; participium fecit,defeſſus ſum iam ambulando,cum ex proportione debuit facere defeciui defecitum. Queror quereris. potius ſecutum eſt proportionem horum verborum gero geſtum, & vro vſtum,quam huius verbi quæro quæſitum.itaq; dicimus quæſtum. Vtor vteris,ſic fecit vſum,ſicut verto verti verſum,& Nitor niteris niſum vel nixum. ſicut verto verti verſum,& flexo flexi flexum. Amplector & complector ideo amplexum & complexum fecerunt.quia illorum ſimplex.plecto plectis plexi plexum fecit. Tueor tueris. pro eo quod eſt cernere,tuitum facit,habētq; idem infinitiuum teſtibus Marcello, atq; Priſciano,hoc eſt tueri, ſed ab eo quod eſt tueor manifeſtum eſt exire tueri. Ouidius de arte. Non minor eſt virtus quam quærere, parta tueri, ab eo vero quod eſt tuor tueris infinitiuus eſt tui. Pomponius apud Marcellum incepi(inquit) contui. Turpilius apud eudem. Oculus longa intercapedine appetunt contui. Sed & in aliis modis & temporibus tuor pro aſpicio fere ſemper tertiæ coniugationis reperitur. Plautus in aſinaria. nam ego illud argentum: tam paratum filio ſuo,quam me hunc Scipionem contui. Papīnius in Achileide.namq; modo infenſos vtero mihi contuor enſes. Seneca in hippolito. hippolite tales intuor vultus tuos,non intueor (vt in omnibus legitur libris) quod ratio carminis iambici reformidat.& apud Terentium in heauton. hic adoleſcens, qui intuitur nos.Lucret.libro quarto, Contuimur miſeri abſynthia tangit amator.Idem in eodem.contuimur miras ſimulachraq; luce carentum.Ergo quantum ego ſuſpicor,tueor pro defendo ſemper eſt ſecundæ coniugationis. tuor pro cerno ſemper eſt tertiæ. ſupina vero habēt mutua. nam a tueor tueris tutus, tutor,& tuitio reperitur.Macro ſecūdo ſatur. ſi tacere talia vis videri tuitione pudoris.atq; ediuerſo a tuor tueris dicimus intuitus & obtuitus. Vergilius primo æneid. dum ſtupet obtutuq; manet defixus in vno. Ordior ordiris,debuit facere ordiui. itum. & fecit orſum. Hieronymus tamen pſalmum ſecundum ex Hebraica veritate interpretans, ego (inquit) orditus ſum regem meum. Ioannes quoq; baptiſta in carmine Alfonſiano bellum orditurus & arma dixit.

¶ De ſupinis verborum deponentium & communium. Cap. vi.

DEponentium & communiū verborum ſupina fiunt ex proportione vocis actiuę; vt lętor lætaris,læto.as,lætaui.lętatum.vereor.eris. vereo veres verui veritum. Fungor fungeris. fungo fungis funxi functum.

¶ Pauca tamē quę ſequūtur aliter exeunt.

| | |
|---|---|
| Reor reris ratum. | Adipiſcor.eris.adeptū. |
| Miſereor.eris,miſertū. | Vlciſcor vlciſceris vltū. |
| Fateor fateris faſſum. | Obliuiſcor.ceris.oblitū. |
| Gradior.eris.greſſum. | Expgiſcor,eris.ſpretū. |
| Patior pateris paſſum. | Defeciſcor,eris.defeſſū. |
| Loquor.eris.locutum. | Queror quereris queſtū |
| Sequor ſequeris ſecutū. | Vtor vteris vſum. |
| Fruor.eris.fructū vel.itū. | Nitor.eris, niſū vel nixū. |
| Labor laberis lapſum. | Cōplector.eris. cōplexū. |
| Cōminiſcor.eris.cōmētū. | Amplector.eris. āplexū. |
| Proficiſcor.eris.fectū. | Tueor.eris.tutū vł tuitū. |
| Nāſciſcor.eris.nactum. | Tuor.eris. tutū vel tuitū. |
| Paciſcor.ceris.pactum. | Ordior.iris.ſum.vł.ſum. |

Experior.iris.debuit facere experiui experitum, & fecit expertum. Metior.iris.debuit facere metiui metitum,& fecit mēſum. Vnde eſt menſor & menſura. Morior.eris.vel moriris, quod tam tertiæ quam quartæ coniugationis reperitur. habetq; ſupinum moritum, a quo eſt participium futuri temporis moriturus, mortuus vero pro eo quod eſſe debuit morituus, participium eſt, aut nomen potius pro participio temporis præteriti. Eodem modo orior oreris vel oriris, tertiæ & quartæ coniugationis reperitur. habetq; ſupinum oritum, a quo eſt oriturus participium tēporis futuri & ortum, a quo eſt ortus participiū temporis præteriti. Adorior adorꝰ facit vel adorſus, niſi forte ab adordior deſcēdit. ſed eiuſdem ſignificationis reperitur. Naſcor quoq; naſceris ſupinum habet naſcitū, a quo eſt participium futuri temporis naſciturus. & natus, a quo eſt participiū præteriti temporis natus.

| | |
|---|---|
| Experior.iris.expertum. | mortuus moriturus. |
| Metior metiris menſum. | Orior.eris. l.iris.ortꝰ,urꝰ. |
| Morior.eris uel moriris. | Naſcor.eris.natus. citurꝰ. |

¶ Verba actiua ſupinis carentia. Cap.vij.

| | |
|---|---|
| ARceo arces arcui. | Scabo ſcabis ſcabi. |
| Vrgeo urges urſi. | Compeſco.ſcis.cōpeſcui. |
| Timeo.es.timui. | Diſpeſco.cis.diſpeſcui. |
| Metuo metuis metui. | Diſco diſcis didiſci. |
| Luo luis lui. | Scando ſcandis ſcandi. |
| Reſpuo reſpuis reſpui. | Ango angis anxi. |
| Lingo lingis linxi. | Ambigo.gis.ambegi. |
| Linquo linquis liqui. | Tollo tollis tetuli. |
| Caluo caluis calui. | Pſallo pſallis pſalli. |
| Lambo lambis lambi. | Cerno cernis creui. |

¶ Neutra ſupinis carentia.

| | |
|---|---|
| Mico.as.cui. | Cōquiniſco.cis.cōquexi. |
| Aeſtuo æſtuas æſtuaui. | Sido ſidis ſidi. |
| Ardeo.es.ſi.Strideo.es.di. | Rudo rudis rudi. |
| Fulgeo fulges fulſi. | Dedo dedis dedi. |
| Turgeo turges turſi. | Satago ſatagis ſategi. |
| Lugeo.es.xi.Frigeo.es.xi. | Sterto ſtertis ſterti. |
| Conniueo.ues.cōnixi. | Obedio obedis obediui. |

¶ Et verba ſecūdę coniugationis mittētia pręteritum in.ui.ſyllabas preter hęc ſex verba.

| | |
|---|---|
| Placeo.ces.cui.placitū. | Doleo.les.dolui.dolitum. |
| Noceo.ces.nocui.nocitū. | Soleo.les.ſolui ſolitū. |
| Valeo.les.valui valitū. | Pateo.tes.patui.paſſum. |

DE verbis carentibus ſupinis. cap.vij. Sunt quædam verba a quibus ſupina in vſu non reperiūtur, qualia ſunt ex actiuis Arceo .es. arcui.qd' ex proportione debuit facere arcitum, ſed non eſt in vſu, niſi in cōpoſitis ab illo, vt coerceo.ces.cui.coercitū.exerceo.es.exercui.exercitum. Vrgeo.es.vrſi. quod debuit facere vrſum.timeo.es.timui.quod timitum. metuo. is. metui.quod metutum.luo.is.lui.quod lutum.reſpuo.is.pui.quod reſputū.lingo.is.xi. qd' linctū.quāquā apud Celſum linctus.us.legimus. Linquo.is.liqui. qd' debuit facere lictum. ſed non reperitur niſi in compoſitione, vt delinquo. is.deliqui.ctū. relinquo. is. reliqui.lictum. derelinquo.is.dereliqui derelictum. Caluo.is. calui.qd' ex proportione atq; Priſ.autoritate debuit facere caluitum. Lambo.is.bi.quod lambitum. Scabo.is.quod ſcabitum. Cōpeſco.cis.cōpeſcui.diſpeſco.is.diſpeſcui.quæ verba Priſ.ex ratione proportionis dicit facere cōpeſcitū quēadmodum diſco.is.ci.citum.& poſco.cis.ci.poſcitū ſed in vſu nō ſunt. Scando.is.di.quod debuit facere ſcāſum, a quo eſt ſcanſilis, & ab eo compoſita aſcendo.is.ſum.deſcendo.is.ſum.cōſcendo.is.cōſcenſum. Ango.is.xi.quod debuit facere anctum. ſed quemadmodum inquid Diome. in voce paſſiua tēpora deficētia circūloquimur per anxius.a.um.loco participij per hoc verbum ſum,es,fui. Ambigo.is.egi. qd' debuit facere ambactū. Tollo.is.tetuli .q. debuit facere latū. ſed non reperitur, niſi in cōpoſitione ſublatū. Pſallo.is.pſalli.q. pſallū. & cerno.is. creui.q.cretū, ſed in hac ſignatiōe nō reperit.

¶ Neutra ſupinis carentia ſunt.mico,cas,cui.& ab eo compoſitum emico,cas.icui .dimico tamen (vt diximus) alio loco dimicatum facit in ſupinis. Aeſtuo. as.aui.a quo quaſi ab actiuo æſtuatum fecit. Hiero. in fine eccleſiaſtici.in medio (inqt) ignis non ſum æſtuatus. Ardeo.es.arſi.qd' ex proportione diximus feciſſe arſum. Algeo. es.alſi.quod alſum. Fulgeo.es. fulſi. quod fulſum. Turgeo turges turſi, quod turſum. Strideo ſtrides. vel ſtrido ſtridis.di. Conniueo conniues connixi. quod debuit facere connictum. Conquiniſco conquexi.quod verbum fuit apud antiquos. ſignificabatq; caput inclinare, & quaſi conniuere. Pompon. ad eum conquexi.interim milites conſpiciunt. Sido,is.di. quod verbum ſupina a ſedeo.es.mutuatur. vel potius caret illis. Rudo rudis rudi.quod debuit facere ruſum. Dego degis degi.quod dactum. Satago ſatagis tegi. quod ſatactum, quia compoſita ab ago agis,egi.actum. Sterto ſtertis ſtertui.quod ſtertitum. Obedio obedis obediui. quod obeditum, a quo Plinius libro.xvij.natu.hiſtor.obediturus dixit.ramo (inquit) oleæ quam maxime ſequaci, atq; obedituro.

¶ Et verba neutra ſecundæ cōiugationis facientia præteritum in.ui.ſyllabas, quæ debuerant mittere ſupina in . itum.vt hebeo.es.hebui.flacceo.flacces flaccui.ſtudeo ſtudes ſtudui. vigeo.viges vigui. oleo oles olui.ab eo tamen Perſi. fecit oletum vt in ſuo loco diximus. tumeo tumes tumui. ſeneo ſenes ſenui.a quo antiquiores ſenectus ſenecta ſenectum participium fecerunt. Pauca tamen huius ordinis verba habent ſupina, ea fere ſunt placeo places placui placitum. a quo ſunt participia placitus pro placens & placiturus. noceo noces nocui nocitum. a quo eſt nociturus. Iuuenalis. nocitura togæ. nocitura petuntur militiæ. Valeo vales valui valitum. a quo teſte Priſ. valiturus fecit Cicero. Doleo doles dolui dolitum. reperitur doliturus. & a caleo cales calui caliturus. a ſoleo ſoles tantum ſolitus ſolita ſolitum reperitur, neq; enim vſquam lectum eſt ſolens, aut ſoliturus. hoc verbum pateo pates patui, vt alijs in locis diximus commune habet ſupinum cum pando pandis. & patior pateris. Illud quoq; notandum eſt hoc verbum fio fis. neq; habere ſupina. neq; participia, neq; enim vſquam reperitur fiens: neq; fiendus, vt inquit Diome. nā factus.cta.factum. atq; faciēdus.da.dum, a facio.cis,eci.mutuatum eſt.

¶Deponentia ſupinis carentia ſunt. Reminiſcor, eris, quod debuit facere reminitum: & veſcor, eris. quod debuit facere vetũ & medeor, eris. q̃d debuit facere meditũ. opperior, iris. quod debuit facere opperitũ, quorũ circunloquia: (vt inquit Diome.) aliũde ſupplentur reminiſcor. eris. recordatus ſum. veſcor. eris, paſtus ſum, medeor, eris. medicatus ſum, opperior, iris. oppertus ſum. liquor, eris. quod debuit facere lictum: in circũloquijs dicimus liquefactus ſum vel fui, liquefactus eram vel fuerã, &c. Liceor, eris, quod debuit facere licitum, quod cum in vſu non ſit: ab eo tamen eſt licitor. aris, eiuſdem prope ſignificationis verbum, per quod ſupplentur circumloquia ſui primitiui. ¶Carent etiam ſupinis omnia verba preteritis carentia: nam cũ ſupina ex preteritis quodãmodo pendeant: merito deficientibus preteritis deficient etiã ſupina, ea ſunt aio ais, quod a dico. cis. preteritũ mutuatur. Furio. ris, quod ſuppletur ab inſanio inſaniui. Sido. dis. quod Priſcia. præterito dicit carere: mutuatur illud tamẽ, vt puta a ſedeo ſedi, atq; cõſequẽter ſupinũ vt paulo ante dicebamus. Ferio. is. quod a percutio mutuatur præteritum percuſſi. Ambro. tñ de obitu Theodoſij imperatoris a ferio feriturus fecit. Iſaac (inquit) per fidem nec gladiũ ferituri parẽtis expauit. Siſto. is. quod præterito carere autores ſunt Phocas, & Priſc, non tamẽ Gellij & Cato, autoritate perſuaſi, cũ actiuũ eſt, ſtiti facere diximus, & in ſupino ſtatum, cum abſo lutũ ſteti & æque ſtatũ in ſupino. Quatio. is. præteri to carere dicit Phocas, q̃ ex analogia quaſſi & quaſſũ facere compoſitis manifeſtum eſt, dicimus enim concutio, is. ſſi, uſſum. percutio. is. ſſi. ſſum. Præteritis etiam caret: vt ſupra dictũ eſt hoc verbũ gliſco. cis. Et verba inchoatiua, quæ ex conſequenti ſupina non habent.

¶Deponentia Supinis carentia.

| | |
|---|---|
| Reminiſcor reminiſceris, | Liceor liceris. |
| Veſcor veſceris. | Liquor liqueris. |
| Medeor mederis, | Opperior opperiris; |

¶Carẽtia etiã ſupinis verba preteritis carẽtia, vt

| | |
|---|---|
| Aio ais. Ferio feris. | Furio furis. Gliſco. cis. |

¶Et verba quæ dicuntur inchoatiua. vt palleſco palleſcis. turgeſco. cis. tepeſco tepeſcis.

¶De varietate quadã Verborũ. Cap. viij.

Verba diuerſis coniugationibus declinata, ſunt

| | |
|---|---|
| Lauo. as, lauo. is. | Fulgeo. ges, fulgo. gis. |
| Arto, tas, artio. is. | Tergeo, es, tergo, gis. |
| Sona ſonas, ſono. is. | Claudeo, es, claudo. is. |
| Denſo denſas, denſeo. es. | Cõniueo, es, conniuo. is. |
| Et cõpoſita a cubo. as. ut | Caueo caues, Cauo, is. |
| Accubo. as. accumbo. is. | Ferueo ferues, feruo. is. |
| Procũbo. as. procũbo. is. | Oleo oles. olo, is. |
| Recubo. bas. recũbo. bis. | Rideo, es. rido. is. |
| Succubo, bas. ſuccũbo. is. | Excelleo. es. excello. is. |
| Nexo nexas, nexo. xis. | Cieo cies. cio cis. |
| Strideo, es, ſtrido ſtridis. | Pario. is. parere & parire. |

DE varietate quadã verborum cap. viii. Et ſi de verborum varietate ſparſim per ſingulas coniugationes aliquid perſtrinximus: viſum tamẽ eſt hoc in loco ſimul de oĩbus huiuſmodi verbis dicere. Ponitur igitur in primis verba primæ atq; aliarũ cõiugationũ. Lauo. as. lauo. is. per tertiam. Verg. ij. æñ. fluidũ lauit inde cruorem. Idem in. x. lauit improbat teter ora cruor, præſentis enim indicatiuũ eſſe vtrobiq; ex quãtitate ſyllabæ deprebendimus: nã in præſenti prima breuiatur, in præterito producitur. Arto. as. artio. is. tiui. quartæ coniugationis. Neu. apud Mart. artiuit linguam in palatũ: cœpit labia ſuggere. Idem apud eundem, conatus (inquit) artiuit mater. Sono. as. ſono. is. per tertiam. Luc. incaligare oculos, ſonare aures. Idem alio loco, littora lata ſonũt. Denſo. as. denſeo. es. per ſecũdam Verg. x. æñ. extremi addenſent acies, ſic enim legendũ eſſe Priſc. teſtatur. Idem. i. geor. denſet erãt q̃ rara modo, q̃ dẽſa relaxat. ¶Cõpoſita a cubo. as, q̃d' alijs in locis diximus ꝑ primã & tertiã declinãtur, habentq; præteritũ cõmune. vt incubo. as. icũbo. is. accubo. as. accũbo. is. ꝓcubo. as. ꝓcũbo. is. recubo. as, recũbo. is. dicimus tñ ſecubo. as. & nõ ſecũbo. is. atq; ediuerſo ſuccũbo. is. & non ſuccubo. as. Nexo. as. & nexo. is. Verg. v. æñ. nexantẽ nodis ſeq; in ſua mẽbra plicantẽ. Liui. andro. apud Priſc. nexe bant multa inter flexu nodorũ dubio. Deinde ponit verba ſecũdæ & tertiæ coniugationis. Strideo. es. ſtrido. is. de quo in ſe cũda cõiugatione diximus. Fulgeo. es. fulgo. is. Verg. v. æñ. ductores auro effulgent. Idem. viij. auroq; effulgere fluctus. Tergeo. es. tergo. is. Iuue. vaſa aſpera tergeat alter. Hora. quã galina tergere palatum. de tertia cõiugatione non ſuccurrit mihi exẽplũ: atq; idcirco de induſtria. Hora. verſum illũ imitati quodã in loco diximꝰ, ſi placare famẽ tibi vẽtris oluſcula poſſent. nõ tua ſordidior tergeret ora cibus. Claudeo. es. claudo. is. ꝓ eo q̃ eſt claudico. as. Cecil. aut vbi vos ſitis: ibi cõſiliũ claudeat Saluſt. iij. hiſto. cõiuratione claudit ꝓ eo q̃ claudicat. Conniueo. es. cõniuo. is. Caluus. cum grauis ingenti, conniuere popula ſomno. Perſius. væ niſi cõniues. Ferueo. es. feruo. is. Verg. i. æñ. feruet opus. redoletq; thymo fragrãtia mella. Idem in. viij. feruere leucatem, auroq; effulgere fluctus. Luci. quoq; apud Quint. lib. i. oratorũ inſtitutionũ. feruit aqua & feruet, feruit nunc feruet ad annum. Caueo. es. cauo. is. nam tertiæ coniugationis etiam fuiſſe ſupra notauimus, cum de verbis in. uo. ſyllabam deſinentibus dictum eſt. Oleo oles, olo. is. Plautus in cornicula apud Diome: olunt ædes Arabicas. Excelleo excelles, excello. is. de quo in tertiæ coniugationis verborum præteritis diximus. Rideo rides, rido ridis. Brutus de patientia apud Diome. Irridunt horum lachrymas. Cieo cies. cio. is. quemadmodum in ſuperioribus dictum eſt, tam ſecundæ quàm quartæ coniugationis reperitur: in compoſitione vero tantum quartæ, quod etiam de pario. is. & ſuis compoſitis dicendum eſt, nam per tertiam dixit Teren. in phormione: ne parere hæc, iam diu per ætatem poteſt: & per quartã Ennius: oua parire ſolet genus pennis condecoratum. Cuius compoſita omnia ſunt quartæ coniugationis. Cupio. is. cum plerumq; tertiæ reperiatur. Lucre. in. i. dixit. portarum clauſtra cupiret. Atq; e diuerſo cum venio. is. per quartam prope ſemper reperiatur. Ennius apud Mar. dixit. ſenex ſum & mortem occupem priuſq̃ eueniat, quaſi per tertiam e veno eueuis declinetur. Sedulius quoq; in paſchali ſecundam perſonam præſentis indicatiui modi numerũ ſingulari, quæ in quarta coniuga tione ſemꝑ tamẽ in fine producitur perinde ac ſi eſſet tertiæ breuiauit dicens, peruenis ad chriſtũ, non chriſtus peruenit ad te.

*Potior.eris.potior.iris.tertiæ cõiugationis plærumq; reperitur:nonnunq̃ etiam quartæ maxime in infinitiuo. Verg.iij.æñ. polydorum ombtruncat & auro vi potitur. Oui.xiij.meta.tuq; tuis armis nos te poteremur Achille. Næuius apud Priſcia. fœcundæ penetrat pœnitus thalamoq; potitur. Lucill.apud eundem, deficit alma Ceres nec plebs pane potitur, in infinitiuo non poti,ſed potiri ſemper facit. Morior.eris. & morior.iris. Luca.in.iiij.non gratis moritur iugulo qui prouocat enſem. Verg.ij.æñ.nunc morere. Ennius, nunc eſt ille dies:cum gloria maxima ſeſe nobis oſtendat,ſeu viuimus ſiue morimur. Terẽ. in eunu.riſu emoriri oẽs,frequẽtiꝰ tñ ĩ infinitiuo mori q̃ moriri repitur. Orior.eris.orior.iris. Verg.ij.æñ. noſtrorũ obruimur oriturq;miſerrima cædes,cuiꝰ infiniti uũ ſemper reperies quartæ cõiugationis.oriri. ¶ Cõplura alia verba reperiuntur diuerſarũ coniugationũ, ſed diuerſi generis & ſignificationis, vt albo.as.primæ cõiugationis actiuum eſt, albeo.es. ſecundæ neutrum, eodem modo nigro.as. nigreo.es.duro.as. dureo.es. atq; etiã tertiæ.albeſco.is.nigreſco.is.dureſco.is. Liquo.as. per primam actiuum eſt. Perſius.vatum & plorabile ſi quid eliquat. Verg.in more, foraminibuſq; liquatur emundata ceres, liqueo.es.per ſecundam & liqueſco.is. per tertiam neutra ſunt abſoluta.liquor.eris. deponẽs eſt abſolutum. Miſeror.aris.per primam, & miſereor miſereris,per ſecũdam,præterea,medico.as,ſiue medicor.aris.per primam, & medeor.deris. per ſecundam ſola cõſtructione & cõiugatione differũt,ſed de cõſtructiõe ſuo loco dicetur. Tueor.eris.ꝑ eo qđ eſt defendo. tuor.eris,ꝑ eo qđ eſt cerno:cõiugatiõe & ſignificatiõe differunt,vt ſupra diximus. ¶ Variæ ſignificationis, ſunt quædam verba, quæ cum eandem habeant poſitionem coniugatione mutata, mutant etiam ſignificationem, vt mando.as.mandaui, quod eſt propemodum cõmendare, mando. dis.quod eſt dentibus conficere cum illud ſit primæ coniugationis, hoc vero tertiæ. Eodem modo fundo.as.pro eo quod eſt fundamentum iacere. fundo.is.pro eo quod eſt ſpargere. Dico.as.pro eo qđ eſt appropriare ſiue conſecrare.dico.is.pro eo quod artificioſe loqui. Prædico.as.pro eo quod eſt laudo, prædico prædicis,pro eo quod eſt ante dicere ſiue diuinare. Volo volas ad aues pertinet, volo vis ad homines atq; deos immortales. Lego legas,eſt mittere legatum aliquo.ſiue teſtamẽto aliquid poſt mortẽ alicui relinq̃re. Lego legis,eſt colligere:furari, & libros legere. Sero ſeras,eſt clauſtra adhibere,ſero ſeris,eſt ſemen ſpargere. Educo educas,pro eo quod eſt nutrire,educo.is. pro eo quod eſt extra vel ſurſum duco. Appello.as. & compello compellas,pro eo quod eſt alloquor ſiue voco,compoſita verba a pello pellas, quod in vſu nõ eſt, at vero appello appellis, & compello,compoſita ſunt a pello pellis.pepuli ſignificatq; illud applicare,hoc vero cogere ſiue adunare. ¶ Eadem præterita,eſt & alia in verbis conſideratio,q; quædam ſunt præterita a diuerſis verborum poſitionibus deriuata:vt aceo aces pro eo quod eſt acidum eſſe, & acuo acuis,pro eo quod eſt acutum facere.idem atq; commune habent præteritum, atq; eodem modo de reliquis verbis quæ hic ponũtur. ¶ Præterita duplicia ab eodem verbo. Sũt econtrario quædam verba duplex habentia præteritũ,vt plico.as,plicui,vel plicaui, & ab eis compoſita,vt explico explicas explicui,vel explicaui:ſed de his copioſius in capite præteritorũ diſputatum eſt. ¶ Eadem ſupina a diuerſis verbis:vt verro.is. & verto vertis.quod vtrumq; facit in ſupino verſum. & pateo.es.patui,pando.is.pandi.patior.eris,quæ omnia commune habent ſupinum paſſum. ¶ Supina duplicia,e diuerſo ſunt quędã verba quæ duplicia ſupina habent:vt torqueo torques tortũ vel torſum. Sed de his omnibus in capite præteritorũ & ſupinorum plenius dictum eſt, nunc tantũ volumus lectorem admonere,quẽadmodũ in verbis diuerſitates huiuſmodi reperiantur.*

Potior poteris & potiris. | Orior oreris & oriris.
Morior.eris. & moriris.

¶ Verba diuerſarum coniugationum ſed diuerſis generis.

Albo albas. Albeo.es. | Miſeror.aris.miſeror.is.
Duro.as.dureo dures. | Medico.as.medeor.eris.
Liquo liquas;liqueo.es. | Tueor.eris.tuor.eris.
Liqueſco.cis.liquor.eris.

¶ Verba variæ ſignificationis & diuerſarum cõiugationum.

Mando.as.mando.is.
Fundo fundas,fundo.is.
Dico.as.dico dicis.
Prædico.as.prædico.is.
Abdico.as,abdico.is.
Volo.as.volo vis.
Lego.as.lego legis.
Sero.as.ſero ſeris.
Educo.as.educo.is.
Appello.as.appello.is.
Cõpello.as.cõpello.is.

¶ Eadẽ preterita a diuerſis inſtantibus.

Aceo.es.cui.acuo.is.acui.
Frigeo.es.xi;frigo.is.xi.
Lueeo.es.xi.lugeo.es.xi.
Fulgeo.es.ſi.fulcio.is.ſi.
Paueo.es.ui.paſco.is.ui.
Pendeo. pependi. pẽdo. pependi.
Cerno.is.eui.creſco.is.ui.
Fero fers tuli.tollo.is.tuli.
Sto.ſtas.ſteti.ſiſto.is.ſteti.

¶ Præterita duplicia ab eodem verbo.

Plico.as.plicaui vł plicui.
Neco.as..aui.vel necui.
Lauo.as.laui vel lauaui.
Sorbeo.es. ſorbui vł.pſi.
Sapio.is.ſapui vel ſapiui.
Parco.is.peperci vel parſi.

Pango.is.pepigi,vt pãxi.
Pũgo.is.pupugi.vel.ñxi.
Vello.is.velli vel vulſi.
Lino.is.lini.vł liui vł leui
Sino.is.ſini vel ſiui.
Verro.is.verri.vel verſi.
Necto.is.nexui.vel nexi.
Pecto.is.xui.vł.xi.vł.ctiui.
Sancio.is.ſanxi vel.ciui.
Vincio.is.vixi vł vinciui
Salio.is.ſalui vel ſaliui.
Amicio.is.amicui vł.ciui
Sepio.is.ſepſi vel ſepiui.
Haurio.is.hauſi vel.iui.

¶ Supina eãdẽ a diuerſis verbis.

Verro.is.verſum. verto. vertis verſum.
Pateo.es. ſſũ.pãdo.is.ſſũ.
Patior pateris paſſum.

¶ Supina duplicia ab eodem verbo.

Torq̃o.es.tortũ vł torſũ.
Tendo.is.tentũ vel teſũ.
Abſcõdo.is.itũ.vł.ſum.
Alo.is.alitum vel altum.
Figo.is.fictum vel fixum
Fluo.is.fluctũ vel fluxũ.
Ruo.is.rutum vel ruitũ.
Nitor.eris.niſũ vel nixũ.

# LIBER SECVNDVS.

DE compoſitione verborum.¶ Præpoſitiones cõponũtur cum reliquis omnibus fere orationis partibus:ſed cum verbis frequentiſſime. Itaq; viſum eſt in hoc loco pauca de compoſitione verborum & aliarum partium orationis cũ præpoſitionibus annotare. Cum igitur præpoſitiones veniunt in compoſitionem cum verbis, aut corrumpuntur verbi integritate manente, vt appono.is.appoſui, quod cum ex.ad.præpoſitione & pono.is.componatur. corrumpitur ad.d. mutata in.p.ipſo.verbo manente integro. Aut corrumpuntur verba ipſis præpoſitionibus manentibus integris, vt perficio perficis perfeci, quod ex.per.præpoſitione & facio.is. componitur:verbum corrumpitur.a. mutata in.i.præpoſitione integra manente. Aut præpoſitiones ſimul & verba corrumpuntur.vt efficio.is.quod componitur ab.ex.præpoſitione & facio.is. corrumpitur.x. mutata in.f.& facio verbum.a.mutata in.i. Aut præpoſitiones ſimul & verba manẽt integra, vt deamo.as. quod ex.de.præpoſitione & amo.as.componitur. Sed quãq̃ de præpoſitionum corruptione in ea parte, quæ eſt de orthographia copioſius diſputetur: ne hoc a nobis intactum omnino relinquatur: libuit pauca delibare.prius tamen de præpoſitionibus : deinde de verbis diſſeremus.¶ Igitur præpoſitiones in.b.deſinẽtes ſunt ab.ob.ſub. Sed ſi componatur ab.cum.dictione incipiẽti a vocali exili vel aſpirata, integra manet.vt abactor abactoris, aberro.as. abigo.is.abominor.aris.abundo abundas.abhorreo.es.¶ Cum incipiẽtibus a.b.non cõponitur, nam abbreuio:& ſi cũ.b.ab aliquibus ſcribatur, ex ad, nõ ab componitur, quod etiam de adbibo dicendũ eſt. ¶ Cum incipientibus a.c.abs.componitur, vt abſcedo.is.abſcondo.is.¶ Cum incipientibus a.d.manet integra, vt abdico.as.abdo.is.abduco.is.¶ Cum incipientibus ab.f.partim manet integra, vt abfui abfuturus, abfore, partim.b.mutatur in.u.vocalem.vt aufero aufugio.¶ Cum incipientibus a.g.non componitur.¶ Cum incipientibus ab.l.manet integra, vt ablacto, ablego, abluo.¶ Cum incipientibus ab.m.non componitur, prꝫterq̃ cum hoc nomine matertera, dicimuſq; abmatertera.¶ Cum incipientibus ab.n.manet integra.vt abnego, abnepos, abnuo. ¶ Cum incipientibus.a.p.non componitur, præterq̃ cũ hoc nomine patruus, dicimuſq; abpatruus. ¶ Cum duobus verbis.b.mutatur in.s.porto.as.& pello.is.dicimuſq; aſporto.as.aſpello.is. ¶ Cum incipientibus ab.r.b.aliquando mutatur in.r.vt arreptus arrepta.um.arripio.aliqñ manet integra, vt abrodo.abrogo.abrumpo.¶ Cum incipiẽtibus ab.s.integra manet.vt abſumo abſorbeo.¶ Cũ incipientibus a.t.abs cõponitur, vt abſtraho, abſtergo, abſtineo.¶ Cum incipientibus.ab.x.vel a.z.non cõponitur.¶ Cum incipientibus ab.i.cõſonãte manet integra, vt abiuro abiudico. ¶ Cũ incipientibus ab.u. conſonãte non cõponitur ab, ſed.a.vt auoco.as.auerto.is. Ob præpoſitio quãdoq; manet integra quando q;trãſit in cõſonantẽ quæ ſequitur, quandoq; abijcit.b.Cum incipientibus a vocali manet integra, vt obaudio, oberro, oborior.obumbro.¶ Cum incipientibus a.b.manet integra.vt obbibo.is.¶ Cum incipientibus a.c.recipit.ſ.mediam aliquando:vt obſcurus, quod ex ob & caruscẽ ponitur, obſcœcũ quod ex ob & cœnum.obſoleo, quod ex ob & oleo, aliquando.b.mutatur in.c.vt occumbo.is.occurro.is. occido.is.¶ Cum incipientibus a.d.manet integra.vt obdo.is.¶ Cum incipientibus ab.f.b.mutatur in.f.vt officio.is.ex ob, & facio, offendo.is.ex ob & fendo, quod verbum non eſt in vſu, diximus tamen ab ob & ſum obſum obſes obfui in præterito.¶ Cũ incipientibus a.g.b.mutatur in ipſam.vt oggãnio.is.ex ob & gãnio.¶ Cum incipientibus ab.l.manet integra, vt oblatus oblecto, obligo, obliquor.obluctor. ¶ Cum incipientibus ab.m.partim manet integra, vt obmurmuro partim.b. obteritur, vt omitto, omuteſco: ſunt qui ſcribant per.b.obmuteſco. ¶ Cum incipientibus ab.n.manet integra, vt obnitor eris.obnuo.is.obnoxius.¶ Cum incipientibus a.p.mutatur in ipſam, vt oppono.is.oppugno.as.¶ Cũ incipientibus a.q.non cõponitur.¶ Cum incipientibus ab.r.manet integra, vt obrado.is.obrepo.is.obruo.is.¶ Cum incipientibus ab.s.manet integra:vt obſideo, obſto.obſtupeo, obſtrepo.¶ Cũ incipiẽtibus a.t.manet integra, vt obtineo, obturo, obtempero, in quibus (autore Quint.) potius.p.q̃.b.ſonat.vnde ſunt qui putent:per.p.ſcribenda eſſe. ¶ Cum incipientibus ab.i.vel.u.conſonantibus manet integra, vt obiuro.as.obiurgo.is.obijcio.is.obuerto.is.obuio.as. ¶ Cum incipientibus ab.x. & .z.non componitur. Sub præpoſitio in compoſitione aliquando manet integra, aliquãdo.b.mutatur in conſonante quæ ſequitur.¶ Cum incipiẽtibus a vocali manet integra, vt ſubaudio.is.ſubeo.is.ſuborno.as.¶ Cum incipiẽtibus a.b.manet integra, vt ſubbibo.is.ſubblãdior.iris.¶ Cum incipientibus a.c.tranſit.b.in.c.vt ſuccurro.is.ſuccũbo.is.¶ Cũ incipientibus a.d.manet integra, vt ſubdo.is.ſubduco.is.¶ Cum incipientibus ab.f.tranſit.b.in.f.vt ſuffero.ers.ſufficio.is.ſuffundo.is.¶ Cũ incipientibus a.g.trãſit etiam in ipſam, vt ſuggero.is.¶ Cum incipientibus ab.l.manet integra, vt ſubleuo.as.ſubligo.as.ſubluo.is.¶ Cũ incipientibꝰ ab.m.b.tranſit in ipſam, vt ſummitto.is.ſumministro.as.ſummoueo.es.¶ Cum incipiẽtibus ab.n.manet integra, vt ſubnecto.is ſubnitor.eris. ¶ Cum incipientibus a.p.b.mutatur in ipſam, vt ſuppono.is.ſupprimo.is. ſupputo.as. ¶ Cum incipientibus a.q.non componitur.¶ Cum incipientibus ab.r.manet integra, vt ſubrado.ſubrepo.ſubruo.is.¶ Cum incipiẽtibus ab.s.manet integra, vt ſubſano.as.ſubſideo.es.ſubſum.es.aliquãdo abijcit.b.ſuſpiro.as.a ſub & ſpiro:niſi forte a ſurſum cõponitur, quemadmodum & ſuſpicio.is.¶ Cum incipientibus a.t.manet integra, vt ſubtero.is.ſubticeo.es.ſubtraho.is.cum hoc verbo teneo.s.accipit loco.b.vt ſuſtineo.niſi mauis a ſurſum & teneo compoſitum eſſe.¶ Cum incipientibus ab.i. & .u.conſonantibus manet integra, vt ſubiungo.is.ſubuenio.is.¶ Cum incipientibus ab.x.& .z.non componitur.

## ¶ De compoſitione verborum cum præpoſitionibus.

PRæpoſitiones cum veniunt in compoſitionem cum verbis; aut corrupuntur verbi integritate manente, vt pono.is.impono.is. Aut ipſis manẽtibus integris verba corrumpũtur.vt incipio.is. Aut inuicem præpoſitiões & verba corrumpũt & corrumpũtur.vt impero.as. Aut vtrumq; manet integrum.vt infundo.is. Sed quemadmodũ præpoſitiones corrũpantur, in ea parte, quæ eſt de orthographia, diſſeritur; nunc quemadmodũ verba corrũpãtur; dicemus, monẽtes imprimis,

Præpoſitiones in compoſitione aliquando augere verbi ſignificationē;vt amo amas;deamo deamas; aliquando minuere;vt doceo doces;dedoceo dedoces;aliquando in totum mutare;vt mico micas; dimico dimicas.

De verbis mutantibus,a,in,e,

Lacto.as.delecto.as.oblecto.as.
Mando.as.commendo.as.
Patro.as.perpetro.as.impetro.as.
Halo halas;anhelo anhelas.
Sacro.as.conſecro.as.execror.aris;
Damno.as,condemno,as,indemno.as;
Apto.as.ineptio,is,vel ineptior.iris.
Tracto,as,obtrecto,as,contrecto,as.
Arceo,es,coerceo,es,aberceo,es.
Pario,is,comperio,is,reperio,is.
Paſco.is.compeſco,is,diſpeſco,is.
Scando ſcandis,deſcendo deſcendis; conſcendo cōſcendis,Parco parcis;deperco depercis.
Fatiſco.is,caret ꝑterito;a quo defetiſcor.eris.

¶ Ad præpoſitio in compoſitione aliqñ manet integra,qñq; tranſit in conſonantem q̄ ſeqtur,qñq; penitꝰ exteritur,cum dictionibꝰ a vocali exili vel aſpirata incipiētibꝰ manet integra:vt adamo.as.adeo.is.adoro.as.aduro.is.adhæreo.es.adhortor.aris.¶ Cum incipiētibꝰ a.b.manet integra;vt adbibo.is.adbreuio.as.¶ Cum incipiētibꝰ a.c.trāſit in ipſam,vt accuro.is.accōmodo.as.¶ Cum incipientibus a.d.manet integra,vt addico.is.addo.is.adduco.is.¶ Cum incipiētibꝰ ab.f.trāſit in ipſam,vt afficio.is.affero.ers.¶ Cum incipiētibꝰ a.g.trāſit in ipſam,vt aggero.as.¶ Cum incipiētibꝰ a.gn.d.penitꝰ expūgitur,vt agnoſco.is.agnitꝰ agnatꝰ.¶ Cum incipiētibꝰ ab.l.trāſit in ipſam:vt alleuo.as.allido.is.alludo.is.allubeſco.is.quo verbo freqnter vtitur Apuleiꝰ atq; nōnūq̄ Martianꝰ Capella cum antiq̄tate.d.quoq; retinuit.Cum incipientibus ab.m.integra manet,vt admitto.tis.admoueo.es.admurmuro.as.¶ Cum incipientibꝰ ab.n.d.tranſit in ipſam:vt annitor.eris.annoto.as.annumero.as.¶ Cum incipientibꝰ a.p.tranſit in ipſam vt apparo.as.appeto.is.Aperio.is.qd' ex ad & pario componitur.d.extriuit atq; primā breuiat.¶ Cum incipiētibꝰ a.q.d.tranſit in.c.vt acqro.iris.acqeſco.cis.¶ Cum incipientibꝰ ab.r.d.vertitur in ipſam,vt arrideo.es.arrogo.as.¶ Cum incipientibꝰ ab.s.d.tranſit in ipſam,vt aſſumo.is.aſſimulo.as.Quod ſi cōponatur cum dictionibꝰ ab.s.& .ſp.incipientibꝰ.d.penitꝰ exteritur,vt aſcēdo.is.aſciſco.is.aſpicio.is.aſpgo.is.aſpnor.aris.¶ Cum incipientibꝰ a.t.in ipſam vertitur,vt attero.is.attingo attingis:attono.as.¶ Cum incipientibꝰ ab.i.& .u.conſonantibꝰ integra manet,vt adiuuo.as.aduerto.is.aduoco.as.Dis & di præpoſitiones inſeparabiles componuntur aliqñ integræ manentes,aliqñ.s.mutata in ſeqn̄tem cōſonantem.¶ Cum dictionibꝰ a.c.p.q.ſ.t.incipientibꝰ cōponitur dis,vt diſcalcio,diſcedo,diſputo.diſpicio,diſquiro,diſſono,diſſoluo,diſturbo.¶ Cum incipiē tibꝰ a.d.g.l.m.r.di.cōponitur,vt diduco.is.digero.is.diluo.is.dimitto.is.diruo.is.¶ Cum incipientibꝰ ab.f.s.mutatur in.f.vt diffido.is.diffundo.is.¶ Cum incipientibꝰ ab.i.cōſonante.dis cōponitur,vt diſiungo.is.diſijcio.is.¶ Cum incipientibꝰ ab.u.cōſonāte di cōponitur:vt diuerto.is.diuēdo.is.Ex præpoſitio in cōpoſitiōe aliqñ manet integra,aliqñ.x.mutatur in cōſonātem q̄ ſubſeqtur,aliqñ.x.exteritur:integra manet cū dictionibꝰ incipiētibꝰ a vocali exili vel aſpirata,vt exaudio.is.exero.is.exigo.is.exoro.ras.exudo.as.exhaurio.is.exhæredo.as.exhibeo.es.exhorreo.es.integra quoq; manet cū dictionibꝰ incipientibꝰ a.c.vt excrucio.as.excurro.is.a.p.vt expello.is.expūgo.is.a.q.exquiro.is.& a.t.extēdo.is.extrudo.is.¶ Cū incipientibꝰ ab.f.x.mutatur in ipſam:vt efficio.is.effugio.gis.¶ Cum incipientibus a reliqs conſonantibꝰ.e.componitur,vt ebullio.is.edico.is.egero.is.eluo.is.emitto.is.enumero.as.erudio.is.euado.is.¶ Cū incipientibꝰ ab.s.integra manet:ſed exteritur.s.ne duo.s.inculcētur:alterū qd'.x.habet implicitū,alterū ipſiꝰ dictiōis cū qua cōponitur,vt exanio.as.exequor.ris.exicco.as.exudo.as.Reliq̄ oēs præpoſitiōes cū in cōpoſitione veniūt fere integre manēt niſi ꝙ in & cō.cū dictiōibꝰ a.b.m.p.incipiētibꝰ compoſitæ.n.mutāt in.m.vt imbuo.is.immitto.tis.imputo.as.combibo.as.commuto.as.computo.as.Cō.etiā cū dictiōibꝰ a vocali incipiētibꝰ cōpoſita exterit.n.literā preterq̄ in hoc verbo comedo ꝙ ex cō & edo cōponitur.n.mutata in m.& in hoc verbo comburo,in quo.b.eſt aſſumpta poſt.m.nā ex cō & vro cōponitur ſicut āburo ex am.& vro.¶ Cū dictiōibꝰ ab.r.incipiētibꝰ.n.mutatur ī.r.vt corrigo.is.corruo.is.Aliqñ etiā detrahit litterā,vt demo.is.qd' a de & emo cōponitur,debeo.es.qd' a de,& habeo,præbeo.es.a præ & habeo,dego.is.qd' a de & ago.is.cogo.is.qd' a cō & ago,a rego.is.ſurgo.is.porrigo.is.pergo.is.Aliqñ additur littera,vt redamo.as.ꝙ a re & amo,redigo.is.qd' a re & ago,redimo.is.qd' a re & emo.Deinde notat præpoſitiōes in cōpoſitione cum verbis aliqñ augere verbi ſignificationem,vt deamo.as.i.valde amo.demereor.eris.pro valde mereor,aliqñ minuere,vt dedoceo.es.ꝙ eſt falſum oſtendere ꝙ alius docuit,deficio.is.pro eo ꝙ factum eſt diminui,aliqñ in totū mutare,vt mico micas,ſignificat ſplendere,dimico dimicas,ferro decertare,emico emicas,cum pro exilio accipitur.Vergil'.in.vj.iuuenum manus emicat ardens littus in heſperium.

DE verbis mutantibus.a.in.e.ſuperiori parte diximus quemadmodum præpoſitiones in compoſitione cum verbis corrumpuntur,nunc dicit ꝙ etiam verba in compoſitione corrūpuntur,vt lacto lactas.ꝙ eſt lac præbere cōponitur cū ab,dicimuſq; ablacto.as.ꝙ etiam depellere atq; a lacte remouere:ſed in illa cōpoſitiōe nihil immutatum eſt,lacto lactas per tranſlationē eſt blandicijs delinire,vnde eſt illd' Salomonis.Hiero.interꝑte:fili mi ſi te lactauerint peccatores,ne acquieſcas ab hoc verbo in hac ſignificatione componuntur oblecto as.& delecto.as.pro eo ꝙ eſt voluptatibus demulcere. Eodem modo de reliquis verbis q̄ hic ponuntur q̄ cum in cōpoſitiōe veniunt:non ſemper mutant litteras alias in alias,vt mādo mandas,demando.as.remando.as.commendo commendas.halo halas,exhalo exhalas,anhelo anhelas,apto aptas,adapto adaptas,ineptio ineptis,tracto tractas,pertracto pertractas,retracto retractas.detracto detractas,obtrecto obtrectas.

*¶ ſpargo ſpargis, diſpargo diſpargis, vel diſpergo diſpergis, cõſpargo.gis.vel cõſpergo cõſpgis, reſpargo reſpargis, vel reſpergo reſpergis, paſco paſcis, depaſco.cis.vel depeſco depeſcis.cõpaſco.ſcis. vel cõpeſco compeſcis.diſpeſco.cis.q. eſt quaſi a paſtu arcere, itaq; cõpeſcere & diſpeſcere ſi orginẽ vnde deriuãtur aſpicias, proprie eſt pecudes a paſtione phibere, ſed per trãſlationem accipiuntur pro eo quod eſt frenare.*

D*E mutantibus a.vel.e.in.i.amico.as.inimico.as. quæ cõpoſitio prius facta eſſe videtur in amic⁹ & inimicus, ſed nihil refert. Mano.es.cum his præpoſitiõibus.per.re.cõ.nõ mutat.a.in.i.vt permaneo pmanes.remaneo.es.cõmaneo.es.cum his præpoſitionibus.e.in.pro.præ. mutat.a.in.i.vt emineo, pmineo, immineo.es.premineo.es.dicimus tñ emaneo.es.immaneo immanes.Placeo.es, cõplaceo.es.cõpoſitũ cũ.dis.mutat a.in.i.vt diſpliceo.es.cũ cõ vero nõ mutat, vt cõplaceo es.Facio.cis.cõpoſitum cũ præpoſitiõib⁹ mutat.a.in.i. vt afficio afficis cõficio.icis cũ alio verbo nihil mutat, vt tepefacio.is.calefacio.is.frigefacio.cis. p eo qđ eſt facere aliq̃ rẽ tepere, calere, frigere. niſi mauis a noĩbus & verbis cõpoſita eſſe, vt ſit calefacio, frigefacio, tepefacio, calidũ, frigidũ. tepidũ facio.cũ quibuſdã noĩbus cõpoſitũ mutat.a.in.i.ſed mutat cõiugationẽ atq; exterit ſuã.vt amplifico, as, magnifico.as.cãdifico.as fortifico.as. p eo qđ eſt amplum, magnũ, cãdidũ, fortẽ facio. Cado.is. & cædo.is.in cõpoſitis ſuis eandẽ habẽt litteraturã, differũt tñ accẽtu, nã a cado cõpoſita breuiãt.ci. a cædo.is. pducũt cãdẽ, vt occido.idis.idi.penultima breui a cado.dis.occido.dis.cidi.penultima lõga a cædo.is. Ago.gis.egi.cũ.p.cõpoſitũ nihil mutat, vt perago.gis. peregi.cum reliquis præpoſitionibus mutat.a.in.i.*

D*E mutãtibus.au.in.e.vt audio.dis.obedio.dis. nã ex ob & audio cõponitur, repitur etiã obaudio.dis: ſed in cõtraria ſignificatiõe ei, q. eſt obedio. Defrudo p eo qđ eſt diminuo: vnde eſt vinũ defrutũ dictũ, qđ fit decoctiõe defraudatum.i.diminutum.*

D*E mutantibus.a.in.u. Scalpo ſcalpis, a quo ſunt exculpo & inſculpo: nam ſculpo & ſculptile: quod in aliquibus libris legimus: mendum eſſe ſuſpicamur, pro exculpo & exculptile, aut pro ſuis ſimplicibus ſcalpo & ſcalptile.*

D*E mutãtibus.e.in.i.Sedeo.es.cũ ſup.cõpoſitum nihil mutat: dicimuſq; ſupſedeo ſupſedes ſupſedi: cũ reliquis mutat.e.in.i. Lego.gis.cum per. & .re.nihil mutat, dicimuſq; perlego plegis perlegi. relego relegis relegi. Cum reliquis mutat.e.in.i.*

D*E quibuſdã alijs verborũ cõſiderationibus. Reperiuntur adhuc in verbis aliæ cõmunes cõſideratiões, qualis eſt illa, qđ ſi in prima poſitiõe (hoc eſt in prima pſona aut ſcđa pñtis idicatiui modi) repitur.a.etiã ſi in præterito mutetur: in ſupino quoq; redditur, vt.ſto.as.ſteti ſtatũ.do das dedi datũ.facio.is. feci, factũ, iacio.is.ieci iactũ, capio.is.cepi captũ. pario paris.peperi partũ.cado.is.cecidi caſum.ago agis egi actũ.frãgo.is.fregi fractum, pãgo.gis. pepigi pactũ. fallo.is.fefelli falſum.cano.is.cecini cãtũ. Gradior tñ in ſupino.a.mutauit i.e.dicimuſq; greſſus nõ graſſus.*

Spargo.is.diſpergo.is.conſpergo.is.
Carpo.is.decerpo.is.cõcerpo.is. Paciſcor.eris.depe
Partior.iris;impertior.iris.diſptior.iris. (ciſcor.eris.
Gradior.eris.cõgredior.eris. Patior.eris.ppetior.
Farcio farcis; confercio.is.refercio.is. (eris.

De mutantibus.a.vel.e.in.i.

Amico.as.amicaui.inimico.as.inimicaui.
Maneo.es.emineo.es.immineo.es.
Taceo.es.conticeo.es.reticeo retices.
Placeo.diſpliceo, complaceo non mutant.a.
Habeo.es.adhibeo.es.cohibeo.es.
Lateo lates latui.deliteo.es.delitui.
Fateor.eris.confiteor.eris.diffiteor.eris.
Iacio.is.adijcio.is.proijcio.is.reijcio.is.
Facio.is.officio.is.perficio.is.deficio.is.
Sapio.is.deſipio.is.reſipio.is.vel reſipiſco.is.
Rapio.is.deripio.is.corripio.is.arripio.is.
Capio.is.accipio.is.percipio.is.concipio.is.
Cado.is.occido.is.concido.is.decido.is.
Cædo.is.cicidi.concido.is.occido.is.incido.is.
Lædo.is.allido.is.illido.is.collido.is.
Quæro quæris; acquiro.is; conquiro.is
Ago agis; adigo.is.prodigo.is.redigo.is.
Frango.is.confringo.is.perfringo.is.
Tango.is.contingo.is.attingo.is.
Pango.is.impingo.is.compingo.gis.
Cano.is.accino.is.concino.is.præcino.is.
Salio.is.aſſilio.is.reſilio.is.deſilio.is.

¶ De mutantibus.au.in.e.o.vel.u.

Plaudo.is.complodo.is.explodo.is.
Claudo.is.concludo.is.diſcludo.is.
Fraudo fraudas fraudaui; defrudo.as.

¶ De mutantibus.a.in.u.

Quatio.is.concutio.is.diſcutio.is.
Salto.as.reſulto.as.aſſulto.as.inſulto.as.
Calco.as.conculco.as.proculco.as.
Scalpo.is.exculpo.is.inſculpo.is.
Capio.is.cœpi.occupo.as.occupaui.

¶ De mutantibus.e.in.i.

Teneo.es.contineo.es.pertineo pertines.
Sedeo ſedes, aſſideo; aſſides, conſideo conſides.
Rego.is.arrigo.is.dirigo.is.erigo.is.
Lego legis; colligo.is.diligo.is.intelligo intelligis.
Emo emis; adimo adimis; eximo.is.perimo.is.
Premo.is.preſſi.apprimo.is.comprimo.is.

¶ De mutantibus.u.in.e.

Iuro iuras; deiero deieras, peiero peieras.

¶ De quibuſdã alijs verborũ conſiderationibus.

Si in prima verbi poſitiõe fuerit.a.etiã ſi in pterito mutetur, ſemper manet in ſupinis: vt do das dedi datũ.ſto.ſtas.ſteti ſtatũ: pario paris; peperi partum tango tãgis tetigi tactum; fallo fallis fefelli falſum; frango frangis fregi fractum; facio facis feci factũ. Iacio iacis ieci iactum. Cado cadis cecidi caſum,

¶ Si in cōpoſitiōe, alia cōſideratio eſt, qđ ſi in cōpoſitiōe verbū mutat. a. in .i. aliqñ in preterito manet .e. ſimplicis, vt iacio. is. ieci. conijcio coijcis coniecī. pijcio. is. pieci, facio. is. feci, cōficio. is. cōfeci. proficio. cis. profeci. capio. is. cepi. cōcipio. is. cōcepi. recipio. is. recepi. frango. gis. fregi. cōfringo. gis. confregi. ago agis egi, exigo. is. exegi. cogo. is. coegi, pāgo. gis. pepigi, vel pegi. cōpingo. gis. cōpegi. impingo. gis. impegi. tāgo. gis. tetigi, & cado. dis. cecidi. ſequūtur in præterito regulā geminātiū primas ſyllabas: In ſupinis vero quęq; retinēt. a. ſimplicis, vt frango fractū infringo. actū. perfringo. actum. tāgo tactum.

Si in compoſitione verbi. a. mutatur in. i. aliquando in præterito manet. e. ſimplicis & a. in ſupinis; vt frāgo frāgis fregi fractū. infringo. is. infregi infractū. Pago. gis. pepigi pactū. Impingo. gis. impegi ipactū. Ago. is. egi. actū. Adigo. is. adegi adactū. Aliquando. a. ſupini verbi ſimplicis vertitur in. e. vt Facio. is. feci factum. Conficio. is. confeci; fectum. Iacio. is. ieci. iactū. Conijcio. is. ieci. coniectū. Capio. is. cepi. captum. Concipio. is. concepi. eptum. Rapio. is. pui. raptū. Corripio. is. ipui. correptum. Cano. is. cecini cātum. Occino. is. occinui. entū.

Sunt verba q̄ in cōpoſitiōe mutāt cōiugationē; vt do das dedi. reddo. is. reddidi. addo. is. addidi. Cubo. as. cubui. accumbo accumbis accubui; pcumbo pcumbis procubui. Facio. is. feci. amplifico. as amplificaui. Sapio. is. ſapere. reſipio. is. reſipire.

Sunt etiam verba quæ mutāt genus in cōpoſitione vt eo is; qđ eſt neutrum; prætereo. is. adeo. is. & fere omnia cōpoſita ab illo q̄ ſunt actiua. Præterea facio. is. qđ nō habet facior faceris. Perficio perficis habet pficior perficeris. Mutat etiam genus in cōpoſitiōe verſificor. aris. qđ eſt depones.

Sunt etiā quę repeniūtur tm̄ in cōpoſitione; vt pello pellas. appello. as. cōpello. as. Clino. as. inclino. as. reclino. as. declino. as. Cuſo. as. accuſo. as. recuſo recuſas. icuſo. as. Sipo. as. diſſipo. as. Frigero. eras. refrigero. eras. Fragor. aris. refragor. aris. ſuffragor. aris. Pleo ples; impleo imples; cōpleo. es. depleo. es. Leo les, deleo. es. releo. es. Spicio. is. deſpicio. icis. conſpicio. icis. reſpicio reſpicis. Licio licis; elicio elicis; pellicio pellicis; allicio allicis; illicio. is. Fendo. is. offendo. is. deffendo deffēdis. Pedio. is. impedio. is. compedio. is. præpedio. is.

¶ Liber tertius; qui eſt de erotematis, hoc eſt de interrogationibus, qbus pueri de omnibus grāmaticæ partibus interrogandi ſunt.

¶ De erotematis Grāmaticæ. Cap. primū.

DIc mihi quam artem profiteris? Grāmaticā. Quid eſt grāmatica? Scientia recte loquendi, recteq; ſcribendi ex doctiſſimorū virorū vſu, atq; autoritate collecta.

cōtingo contactū, intingo intactū. pāgo. ctū. impingo impactū. cōpingo pactū. ago. actū redigo redactū. adigo. actum. cado. ſum. occido occaſum, recido recaſum. ¶ Quandoq̄. a vertitur in. e. vt iacio iactū. cōiicio cōiectū, pijcio piectū. facio factū. cōficio. ectū. proficio pfectū. rapio. ptū. corripio. eptū. diripio. eptū. capio. ptū. cōcipio. eptum. cano cātū. cōcino. cētū. occino occētum. fateor faſſum, profiteor profeſſum confiteor cōfeſſum. ¶ Sunt verba q̄ in cōpoſitiōe, alia cōſideratio eſt quod quedā verba ſunt q̄ cōpoſita mutāt cōiugationem ſui ſimplicis; ſed de hoc in pricipio capitis, qđ eſt de preteritis, dictū eſt. ¶ Sunt quæ mutāt genus, alia cōſideratio eſt, qđ quedā ſunt verba q̄ cōpoſita mutāt genus ſui ſimplicis: & ponit exēpla de cōpoſitis abeo it, & facio facis. ¶ Sunt quæ reperiūtur. alia cōſideratio eſt, quod ſunt quedā verba q̄ tantū in cōpoſitione reperiuntur. vt appello. as, compello. as. quæ a pello pellas componūtur, quod verbum nō eſt in vſu. & eodem modo de reliquis verbis, quæ hic explicātur.

DIc mihi quā artē pfiteris? Poſteaq̄ libris ſuperioribus inſtituti ſunt a nobis pueri in declinatiōe nōis & verbi, in qua velut in quibuſdā cardinibus tota ppe res litteraria verſatur: iā paulatim quaſi manu ducendi ſunt p oēs artis grāmaticæ partes, vt a preceptoribus interrogati ſciāt reſpōdere: qđ de quaq; reſentiāt. Nā & hoc cōtra dialogorū rationē fecimus, in quibus rerū de quibus diſputatur minus eruditi doctiores interrogare cōſueuerūt, illiſq; aſſentiūtur: nos vero preceptorē inducimus pcōtātem qđ de interrogatis diſcipulus ſentiat. Tū quia illud ipſum Quintilianus oratoriarū inſtitutionū lib. i. iubet preceptores facere: vt crebro pueros interrogent ijs de rebus: crebraſq; ab illis operas exigāt. Tū quia in hac re lōge difficilius eſt interrogare q̄ reſpōdere. Tū etiā quia prouectiores iā aliquāto diſcipulos interrogamus. Dicit igitur preceptor diſcipulū interrogās, quā artē pfiteris. i. diſcis. Nam ſi ad preceptorē referas: pfiteris eſt docere, ſi ad diſcipulū, eſt diſcere. Cui diſcipulus rñdet grāmaticā, ſubaudi profiteor. Et eadē rōne ſunt interrogata & reſpōſa q̄ ſequuntur. ¶ Quid eſt grāmatica? Queſtio an aliqua res ſit, quēadmodū inquit Ariſtoteles, reliquas omnes queſtiones precedere debet, ſequēs vero eſſe debet quid res eſt. Sed qa nemo eſt (vt Quin. de rhetorica ait) adeo nō ab eruditione modo, ſed ab omni ſenſu remotus: vt fabricādi & texendi & e luto vaſa fingēdi artem putet: grāmaticem vero exiſtimet ſine arte venire poſſe. Reliqua eſt illa queſtio quid ſit grāmatica, q̄ quia de ſubſtātia grāmatices inquirit: diffinitiōe mōſtrādum eſt qđ queritur. grāmatica eſt ſciētia recte loquendi, & quia (vt Quinti. ait) ſcribendi ratio cū loquēdo cōiuncta eſt, vt rē magis explicaret: ſubiunxit recteq; ſcribēdi. Ex doctiſſimorū virorū vſu, hoc adiecimus ad illorū temeritatē coarguēdā, q putāt in hoc aliud eſſe artē, aliud vſum, cōſuetudinēq;. Dicunt. n. aliqd ex arte poſſe dici. qđ vſus reformidet, atq; e diuerſo aliqd ex vſu poſſe dici, quod ars repudiet: nō enim (vt Quintilianus ait) cū primū fingerētur hoīes analogia miſſa cœlo formā loquēdi dedit, ſed inuenta eſt poſtq̄ loqbantur & notatū in ſermone quid quoquo modo caderet. itaq; nō rōne nititur, ſed exēplo. An propterea hō facit in genitiuo hoīs: quia nos ita dicere ars docuit: an potius hoc in artē reductū eſt, qđ vſus frequētior doctiſſi

morū in ſemone latino virorū hoc habet. Nā quo tēpore Ennius poeta dixit: vulturis in ſiluis miſerum mandebat homonē: ne quis putet ex arte fuiſſe dictū: tā vſus fuit illius ſæculo dicere homo homonis, quā noſtro hoīs, ſed quēadmodū diximus alio loco priſcus ille vſus ab eruditiori ſæculo eſt exploſus, vt vel inde homines intelligāt totā hāc rationē vſu cōſtare quē penes arbitriū vis eſt & norma loquēdi. Sed de quo vſu intelligamus ſubiūgit, doctiſſimorū virorū, nā indoctorū potius abuſus q̄ vſus appellādus eſt. Atq; vt pulchre Quintilianus ait: cōſuetudo nō ex eo accipiēda eſt: q̄ plures faciūt: nā hæc ratio periculoſa eſſet nō modo in ſermone: verū etiā in vita huma: ſed ex eo qđ optimus atq; ſapiētiſſimus quiſq; exequitur: vt ſit cōſuetudo ſermonis eruditorū, quēadmodū viuendi cōſenſus bonorū. Sed dicet quiſpiā: ſi res litteraria vſu cōſtat, quid mihi ars cōferet? Hoc loco repetendū nobis eſt, qđ ſcripſimus in pricipio illius artis: in qua ſermonē Hiſpanū ſub regulas atq; præcepta cōtraximus, artē licet ſit collecta ex vſu doctiſſimorū virorum: ꝓhibere tñ apud hoīes ꝓbati vſus imperitos ne abuſus irrepere poſſit, vt latinū ſermonē corrumpat. Nā quia vſus loquendi multo indiget tēpore, neq; facile niſi ab ijs qui ſunt in tenera ætate comparari poteſt, excogitata eſt ars quæ non modo ſit vtilis latinæ linguæ imperitis, verum etiā peritis, imperitis inq̄, vt per ea ipſa præcepta in vſum illiū facilius deducātur. peritis vero: vt ea q̄ ſunt prope infinita & ſperſim ex lōgo vſu dedicerūt, ſub paucis regulis atq; præceptis cōplectantur.

Vnde dicitur grammatica? A grammatis: hoc eſt a litteris: quaſi ſcientia litteraria.

Quotuplex eſt grammatica? Quintiliano autore duplex, Hiſtorice; quæ in enarrandis autoribus verſatur; ad imitationē propoſita. Et methodice; quæ artis præcepta continet.

Quot ſunt partes ꝓceptiuæ grāmaticę. Quattuor Orthographia; cui reſpōdet littera, Proſodia, cui reſpōdet ſyllaba, Etymologia; cui reſpōdet dictio Syntaxis; cui reſpōdet partiū orōnis cōſtructio.

¶ Vnde dicitur grāmatica? Sequēs quæſtio eſt vnde dicitur grāmatica, hæc quæſtio cum ad oēs qui aliqua de re diſputant pertinere poſſit. vt inquirant vnde id dicatur, de quo diſputāt: tum maxime ad grāmaticū: cuius officium eſt demōſtrare vnde cuiuſq; dictionis origo ſit: ſi modo aliūde dicatur. A grāmatis græce reſpōde, qđ eſt a litteris latine. vt ſit grāmatica ſciētia vel ars litteraria, nō vt indocti dicebāt a grāma littera & tica ſcientia grāmaticā eſſe dictam, nam in grāmatica non plus addit, q̄ vt Cicero ait in topicis. timus infinitimꝰ & legitimꝰ, aut enſis in Hiſpaleñ. Corduben̄. Italicēſis, neq; enim in illis dictiōibus timus & enſis aliud ſunt q̄ ꝓductiōes nominū deriuatiuorum a fine, lege. ede. Hiſpali. Corduba. Italica. Sed homines græcarū litterarum ignari occaſionē errādi habuerunt ex eo quod inueniebant pro grāmtica interpretatū in latinum ſermonē: ſcientia vel ars litteraria, pro dialectica ſcientia vel ars diſputatiua, pro rhethorica ſcientia vel ars oratoria. Nam ſcientiarū nomina quæ ſunt græca plerūq; a latinis in hūc modū verti cōſueuerunt, vt politice reſpublica, æconomice res familiaris. Georgice res ruſtica: & eodem modo grāmatice res litteraria. ¶ Quotuplex eſt grammaticica? Quaſi velit dicere grāmatica in genere accepta in quot partes diuiditur, huic quæſtioni reſpondet ex Quintiliani autoritate, qui oratoriarum inſtitutionum libro primo his verbis inquit. Et finitæ quidem ſunt partes duæ: quas hæc profeſſio pollicetur, ideſt ratio loquēdi, & enarratio autorum, quarū illā methodicē, hanc hiſtoricē vocant. Idem quoq; Diomedes grāmaticus ſentit alijs tamē verbis dicens. Grāmaticæ partes ſunt duæ: altera quæ vocatur exegetice: altera hiſtorice, nā tota grāmatica conſiſtit præcipue intellectu poetarū, ſcriptorum & hiſtoriarū prōpta expoſitione: & recte loquēdi ſcientia. Quā ergo grāmatices partem Quintilianus vocat hiſtoricē, i. narratiuā: quādo hiſtoreo græce interpretatur narro: hanc eandem Diomedes exegeticem nominat, quæ æque narratiua interpretatur. Quā rurſus Quint. methodicē appellat. i. doctrinalem, quoniā methodus doctrina interpretatur: eā ipſam Diomedes vocat hiſtoricē. i. definitiuā, quia horizo græce, eſt latine definio ſiue termino. Ego recte dixit hiſtoricen ſiue exegeticen verſari in enarrādis exponēdiſq; autoribus ad quorū imitationem poſt artis præcepta ſe debent pueri cōponere. Methodicē vero ſiue horiſticē verſari circa eadem ipſa artis præcepta, quæ vt diximus, ex optimo autorū vſu collecta ſunt. ¶ Quot ſunt partes præceptiuæ grāmaticæ. Omiſſa altera grāmatices parte, quā diximꝰ hiſtoricē ſiue exegeticem, quod non eſt huius conſiderationis. rurſus interrogat quot ſunt partes methodices ſiue horiſtices: hoc eſt præceptiuæ grāmaticæ & reſpondet eſſe quattuor illius partes, quæ vero illæ ſint, & quæ cuiq; ſubiecta materies: enumerat. Nā orthographia diſputat de littera, proſodia de ſyllaba, etymologia de dictione, ſyntaxis de partium ſiue dictionum inter ſe conſtructionem. Ex quo Ioannis Paſtranæ conuincitur erratum atq; artis dialecticæ ignorātia, quæ in principio illius operis q̄ in perniciem ſermonis latini caſſo labore compoſuit: ſcripſit partes orationis eſſe quattuor quas nos partes grāmatices eſſe diximus litteram ſyllabā, dictionem, orationē. Aliud enim eſt grāmatica, aliud oratio, illius partes ſunt cōſiderare de litteris, qđ eſt minimū in oratione aut de ſyllabis, quæ litteris cōſtat, aut de dictiōibus q̄ ſyllabis cōficiūtur aut de oratiōe, q̄ ex dictiōibus cōſtruitur, huius vero ptes ſunt in quas oratio ipſa diuiditur: quēadmodū aliud eſt rhetorica, aliud eſt oratio qđ eſt opus rhetorices, nā ptes rhetoricæ ſunt inuētio, diſpoſitio, elocutio, memoria, ꝓnūciatio. Oratiōis vero exordiū, narratio, partitio, cōfirmatio, cōfutatio cōcluſio: quēadmodū. n. nulla eſt pars oratiōis rhetoricæ in qua nō ſit inuentio. diſpoſitio, elocutio. memoria ꝓnūciatio, eadē quoq; rōne nulla eſt pars orationis grāmaticæ, in qua nō cōſideremus quibus litteris ſcribēda ſit, quo accētu queq; ſyllaba enūciāda, quid dictio ſignificet, & quæ habeat accidētia, & qua rōne in cōſtructiōe orationis veniat. Nō recte igitur Paſtrana cōfundit partes oratiōis cū partibus grāmatices. Quēadmodū enim dialectici definiūt: & vſurpatur a Cice. ij. li. de finibus bonorū & malorū, vitioſum eſt in diuidendo, partem in genere numerare, quod hic noſter facit, qui litterā, q̄ pars ſyllabæ eſt, & ſyllabā q̄ pars dictiōis, & dictionē q̄ pars orationis, ſub vno genere hoc eſt oratione ex æquo diuidit, qđ eſt, vt Ciceronis verbis vtar, nō partiri, ſed frāgere, nō aliter q̄ ſi quis animalis corpus diuidat in caput, oculum & pupulā, cum pupula pars oculi ſit. oculus capitis, caput vero totius corporis.

¶ De erotematis Orthographiæ. Cap. ij.

Q Vid eſt orthographia? Sciẽtia docens quib⁹ lr̃is queq; dictio ſcribẽda ſit. Vnde dicitur orthographia? Ab orthos, qđ eſt rectũ, & grapho ſcribo: quaſi ſcientia recte ſcribendi.

Q uid eſt littera? Vox que ſcribi poteſt indiuidua. Vnde dicitur littera? a lituris quod antiqui tabulis ceratis ſcribere ſolebant, & poſtea delere.

Q uot ſunt litteræ in vſu apud latinos? Duæ & viginti, & .h. quæ nõ eſt littera ſed aſpiratiõis nota.

Q uot ſunt genera litterarum? Duo. quædã enim ſunt vocales, quædam vero conſonantes.

Q uid eſt vocalis? Littera quæ per ſe & puta pronunciari poteſt. Vnde & vocalis dicitur, quod ꝑ ſeipſam vocem habeat.

Q uod ſunt vocales? Sex. a. e. i. o. u. ypſilon.

De erotematis orthographiæ. Totũ artis grãmaticæ negotiũ (Quint. autore) in duobus maxime ſiſtit, in recte loquẽdi recteq; ſcribendi ratione. Recte loquendi regulas continet proſodia, etymologia. ſyntaxis. Recte ſcribendi vero ea quam græci orthographiã vocant, & a qua potiſſimum tota grammatica nomen aſſumpſit. ¶ Quærit igitur in primis, quid eſt orthographia. Cui reſpondet. Scientia docens litteris quæq; dictio ſcribenda ſit. Breuius & fortaſſe melius dixiſſet ſcientia recte ſcribendi. Cuius ratio (vt inquit Fabius) non in hoc poſita eſt: vt nouerimus quibus quæq; ſyllaba litteris conſtet, ſed tota eius artis ſubtilitas verſatur circa rectam ſcriptionem dictionũ græcarũ, atq; etiam latinarum, quæ non ſunt in vſu frequenti. & q̃ diphthongo, quæ vocalibus aſpiratis, aut conſonantibus, quæ per ypſilon ſcribantur: nam ſi Ariſtotele autore virtus & ars circa difficile verſantur, hic labor, hic tota difficultas orthographiæ verſatur. Quæ & ſi cõſuetudini ſeruit, ideoq; ſæpe mutata eſt (quẽadmodum ait Quintilianus.) illã tamen ſcribendi rationem ſequemur, in quã doctiſſimus quiſq; conſentit. Atq; vbi illi inter ſe varij ſunt, in quod plures illorũ cõueniunt. ¶ Rurſus quærit vñ dicitur orthographia, & q̃a græca dictio atq; compoſita eſt, reſpondet, ꝙ ab orthos (qđ interpretatur rectum) & grapho (qđ eſt ſcribo) componitur, vt ſit, qđ ipſa orthographiæ diffinitio explicat, ſciẽtia recte ſcribẽdi. ¶ Quid eſt littera? Quia (vt diximus) orthographia circa litteras, quaſi circa ſubiectã materiam verſatur, Iterum quærit: quid eſt littera? memineris aũt litteras ab elementis autore Priſc. diſtare: ꝙ litteræ ſunt ductus ſiue characteres qui ſcribũtur. Elemẽta vero ſunt ꝓnũciationes ipſæ q̃ ſcribũtur, cõfundunt tñ autores hãc differẽtiã alterũ ꝓ altero accipiẽtes. Rñdet vero ex diffinitiõe Priſ. dicẽs littera eſt vox indiuidua, q̃ ſcribi põt. hic litterã ꝓ elemẽto accipit: ſed quia, vt inqt Fabius, ſic qdq; ſcribẽdũ eſt, quẽadmodũ ſonat: quia hic eſt vſus litterarũ, vt cuſtodiãt voces, & veluti depoſitũ legẽtib⁹ reddãt, ꝙ de littera ꝓlata dicimus, de ſcripta quoq; eſt intelligẽdũ, recte igitur Priſ. definiuit: littera ẽ vox q̃ ſcribi põt indiuidua. Si enim ſcribi nõ põt, quales ſunt volucrũ voces, & mugit⁹ boũ, & gemit⁹ hoĩm: quas Priſ. illiteratas vocat: illa nõ recte appellabitur littera. Indiuidua aũt ſubiecit, quia (vt alia diffinitiõe Priſ. oñdit) littera eſt minima pars vocis cõpoſitæ: minimũ aũt eſt quod ampli⁹ diuidi nõ põt, cui⁹modi eſt littera. Ex quo infertur, pſi, litterã apđ græcos & .x. apđ græcos & latinos nõ eſſe litteras: q̃nquidẽ altera in. ps. altera in. cs. vl̃. gs. diuiditur. ſed poti⁹ dicẽdũ eſt, vtrãq; figurã binarũ litterarũ eſſe cõpẽdiũ. ¶ Vñ dicit littura? Rñdet ex Priſ. verbis, litterã dici a lituris. verba Priſc. ſunt. dicitur aũt littera quaſi legitura: eo qđ legẽdi iter præbeat, vl̃ a lituris vt q̃buſdã placet, qđ plærũq; antiq in ceratis tabulis ſcribere ſolebãt: & poſtea delere. Ideo aũt ex hac rõne. t. geminauit: quia litura primã ſyllabã breuiat, ꝙ in littera lõga ergo hic de littera ſcriptili rñdet. ¶ Quot ſunt litteræ in vſu hic quoq; de nũero litterarũ, q̃ ſcribũtur, inquirit. Neq; enim recte duo & viginti rñdiſſet, cũ apud latinos ſex & viginti ſint ꝓnũciatiões litterarũ diſtinctæ, & totidẽ cõſequẽter debeãt eſſe litteræ, quẽadmodũ paulopoſt dicem⁹: & exactius diſputatũ eſt in repetiõe, quã de litteris habuim⁹, & in ope illo ꝙ de ſermõis Hiſpani grãmatica fecimus, quib⁹ in locis deductũ eſt octo eſſe vocales apud latinos. & duo de viginti cõſonãtes. Ergo figuræ litterarũ, q̃ ſcribũtur: duæ ſunt & viginti, & .h. q̃ (& ſi quãtũ ad figurã littera ſit, atq; in ordine litterarũ ponatur) nõ eſt elemẽtũ, quia nõ ſonũ, ſed tãtũ ſpiritũ ſiue flatũ habet: vñ & illã flatilẽ plures dixerũt: q̃ cũ additur litteris. c. p. t. quodãmõ ſonũ illarũ alterare videtur: & aliud genus litterarũ efficere: qđ quia in vocalibus & .r. littera nõ apparet: græci. c. p. t. aſpiratis diuerſos characteres dederũt. r. vero nõ dederũt, quia aſpiratio illi nõ cohæret, ſed potius vocali q̃ ſeqtur. vocalibus vero, quia in illis nõ eminet, atq; ideo græci vocalibus aſpiratis apices aſpirationẽ deſignãtes imponũt. ¶ Quot ſunt gñaa litterarũ, ac ſi dicat, litteræ in quot ꝑtes ſiue ſpẽs diuidũtur, vt littera ſit genus: & quærat de eius ꝑtibus ſiue ſpeciebus, vt dicũt dialectici: qđ tñ Cic. dicere, reformidat. Rñdetq; duo eſſe gñaa: alterũ vocaliũ: alterũ cõſonãtiũ. ¶ Quærit inde, quid eſt vocalis? Rñdet vero & quid ſit, & vñ dicatur. Eſt. n. vocalis littera q̃ ꝑ ſe & pura. i. nulli alteri littera admixta, ꝓnũciari põt. vt cũ dico. a. ſic ſonat pura & impermixta, vt a nulla vndiq; alia littera feriatur. Ex qua diffinitiõe originẽ vocalis oſtẽdit dicẽs, qđ vocalis ex eo dicitur, ꝙ ꝑ ſeipſam vocẽ habeat. ¶ Poſtea de nũero vocaliũ inqrit dicẽs, quot ſunt vocales? Rñdet aũt eſſe ſex. a. e. i. o. u. ypſilõ. Ex quo facile apparet q̃ſtionẽ hãc de vocalibus eſſe q̃ ſcribũtur, nã q̃ a tẽpeſtatis noſtræ hoĩb⁹ enũciãtur, quiq; ſunt tãtũ. q̃ vero ab antiqorib⁹, octo. a. e. i. o. u. y. pſilõ, et duæ aliæ vocales, altera q̃ ſonat inter. e. i. altera inter. i. u. quẽadmodũ in repetitiõe ſuperi⁹ memorata ſatis copioſe deduxim⁹. Illud tamen interim nõ eſt diſſimulãdũ, vocales illas oẽs in eadẽ gutturis ꝑte formari, ſed oris labiorũq; diſtorſionẽ facere illarũ diuerſitatẽ, vt eo vel facile intelligi poſſit: cũ innũere ſint oris labiorũq; figuræ, infinitas quoq; eſſe poſſe vocales nedum octo illas, quas ſupra memorauimus, differẽtias tñ illarũ nõ ſentiri. Nã quẽadmodũ in arcu cæleſti, qui (vt Verg. ait) mille trahit varios aduerſo ſole colores, oculi nõ ꝑcipiũt niſi tres tãtũ, & in quo, vt Oui. ait, niteãt cũ mille colores, trãſitus ipſe tñ ſpectãtia lũina fallit, vſq; adeo ꝙ tãgit idẽ eſt: tñ vltima diſtãt, eodẽ mõ cũ aures noſtræ tãtũ vocales quiq; ſentiãt: rõ tñ intelligit, tot eſſe, quot ꝑñt eſſe oris diuerſitates, nã & mathematici dicũt, quãtitatẽ cõtinuã nõ habere finẽ in diuidẽdo.

Quid eſt cõſonans? Littera; quę niſi feriat vocalẽ, pronunciari non poteſt; vnde & cõſonãs dicitur, quod cum vocalibus ſonet.

Quot ſunt cõſonãtes? Sedecim reliquę a vocalib⁹.

Quot ſunt ſpecies conſonantium? Duæ, quædam enim ſunt mutæ; & quædam ſemiuocales.

Quot ſunt mutæ? Nouem. b. c. d. f. g. K. p. q. t.

Quot ſunt ſemiuocales? Septem. l. m. n. r. ſ. x. z.

Quare dñr mutę? Quia in comparatione vocaliũ & ſemiuocalium nihil prope ſonent.

Quare dicuntur ſemiuocales? Quia in ſonoritate proxime ad vocales accedunt.

Quot accidũt litterę? Quinq; Nomẽ, Figura, Poteſtas, Cognario, Ordo.

Quid eſt nomen in littera? Vocabulum; quo vna quęq; appellatur ad aliarũ litterarũ diſcretionẽ.

*¶ Quid eſt conſonans? & reſpondet eſſe litterã quæ per ſe non poteſt enunciari, niſi vocalem feriat. vt ſi velis pnunciare. b. non poſſis efficere niſi vocalẽ ſequentẽ aut præcedentẽ feriat: & poteſt tñ ſequentẽ media altera conſonãte ferire. Ex hac cõſonantis diffinitione infert originẽ vnde dicitur, quia ab eo quod cũ vocalibus ſonet. ¶ Quot ſunt conſonãtes, quia de numero quæſiuit, reſpondet eſſe ſedecim reliquas a ſex vocalibus, cũ tamen ſint aliquanto plures quẽadmodũ e veſtigio deducemus. ¶ Quot ſunt ſpecies cõſonãtiũ? quærit adhuc an cõſonans quæ erat litteræ ſpecies, poſſit in partes diuidi, & dicit eſſe duas adhuc conſonãtium ſpecies, alterã mutarũ, alterã ſemiuocaliũ. Sed cũ dixit nouẽ eſſe mutas, & ſeptem ſemiuocales, manifeſtũ eſt de ſimplicibus litterarum figuris reſpondiſſe, nam pronunciatiões. vt diximus, duo de viginti ſunt, duodecim mutarũ, ſex ſemiuocaliũ: q̃ ſic probari poteſt, ait Pli. li. natu. hiſto. vij. latinos habere vim omniũ litterarũ, quas græci habẽt, nã dictiones græcas cũ litteratura in latinum ſermonẽ trãſſere placuit. Illi nãq; nouem habent mutas in triplici differentia poſitas. p. c. t. ſubtiles. ph. ch. th. craſſas. b. g. d. medias quarũ ſubtiles & medias habẽt latini. habent quoq; & ſpiſſas, ſed tãtũ in dictionibus græcis, vt philoſophia, chorus thalamus, quas quia figuras non habemus per ſubtiles aſpiratione addita repræſentamus, cum diuerſæ omnino ſint ab illis, multoq; magis in pronũtiatione diſtent, quam ab illis quas diximus eſſe medias. Cũ ergo diuerſitas litterarum non in figuris. ſed in pronũciatione ſit, manifeſtũ eſt. ph. ch. th. alterius eſſe generis quã. p. c. t. cũ nõ aſpirantur. Habẽt præterea latini tres mutas, quas ignorant græci. f. i. u. cõſonãtes. vt enim alio in loco pbauimus inter. f. & . ph. tãta eſt differẽtia, vt inter duas litteras eiuſdem generis nulla maior eſſe poſſit. f. vero mutã eſſe omnes grammatici teſtantur, a qua multum in pronunciatione differt. u. conſonans q̃ antiquiores digama æolicum appellabant. i. cõſonans, quem habeat ſonum fateor me ignorare: nam quemadmodum compertum habeo non eum eſſe, quem Hiſpani proferunt, quemq; ego contenderim non aliunde q̃ a pœnnis Hiſpaniã accepiſſe, ita ſuſpicor proxime accedere ad ſonum. i. vocalis. niſi ibi q̃. i. ſiipſi inſidet, reliquaſq; vocales frangit, ſed interim reijciamus illam in numerum mutarum. Colligamuſq; duodecim eſſe mutas, tres græcorum pprias ch. ph. th. tres latinorum. f. i. u. conſonantes. ſex communes græcis & latinis. b. c. d. g. p. t. nam. k. q. ocioſæ ſunt, cum eundem ſonum habeant quem habet. c. neq; figurarum diuerſitas debeat numerum augere litterarum. ſex tamen eſſe ſemiuocales diximus, cum reliqui omnes grammatici, græci, & latini, dixerint eſſe ſeptem, & quem fecimus reſpondentem diſcipulum ſeptem quoq; eſſe dixit. Sed hi omnes de figuris loquuntur litterarum, nos vero de illarum vi poteſtateq; diſſerim⁹. cuius ratio conuincit. x. non. eſſe litteram, ſed vt ſupra memorauimus, duarum litterarum compendium: quarum altera hoc eſt. c. vel. g. ad mutas, altera hoc eſt. s. ad ſemiuocales referenda eſt. ¶ Quare dicuntur mutæ, cui quæſtioni reſpondet: mutas ideo dici non quia illæ partes vocis non ſint: ſed quia comparatione vocalium & ſemiuocalium nihil prope ſonent. Quod exemplo Priſcianus oſtendit ſic. quemadmodum informis dicitur mulier non quæ caret forma. ſed quia eſt male formata: ſic etiã muta dicitur non quia omnino caret voce, ſed quod exiguam partem habeat. Immo vero poſſem ego dicere mutas iccirco appellatas. q̃ per ſe nulla ratione poſſint enunciari: cum in ea oris parte formentur, qua nullo modo poſſit vocis eſſe iter: nã. p. b. ph. ore clauſo labriſq; preſſis effinguntur. t. d. th. lingua inter dẽtes cõpreſſa priori parte. c. g. ch. ipſius arteriæ faucibus clauſis. f. vero. & . u. cõſonans prioribus dentibus inferiori labro impreſſis quod. f. (vt Quint. ait) per dentium diſcrimina extrorſum efflatur. u. vero. ſpiritum quodãmodo intus attracto. i. vero cõſonans quam habeat vocem iam confeſſi ſumus nos ignorare. Cum igitur omnibus in his locis ea ſit oris figura, vt nulla ratione vox exire poſſit, quia per ſe non poteſt enunciari, niſi vigore duntaxat vocalium, merito dicuntur mutæ; quippe quæ nullam per ſe vocem habeant ¶ Quare dicuntur ſemiuocales, reſpondet ideo ſic appellatas, q̃ in ſonoritate proxime ad vocales accedant. Nam (vt ait Priſcia.) ſic appellatæ ſunt, quia plenam vocem non habeant, vt ſemiuiros appellamus, non quod dimidiam partem habẽt virorum, ſed quia pleni viri non ſunt. Cur autem magis quã mutæ. minus autem q̃ vocales ſonent ratio eſt quia in ea oris parte figuraq; formantur, in qua hoc effici poſſit. Nam ore faucibuſq; ſemiapertis lingua ad palatum cælumq; ipſum illiſa ſemiuocales enunciatur præterq̃. m. q̃ & ipſa potius inter mutas enumerari deberet, propterea quod in pronunciatione ad. b. proxime accedat: niſi q̃. b. labiis clauſis cum vocali ſequenti erumpit. m. quodammodo per nares efflatur. ¶ Quot accidunt litteræ? poſteaq̃ dixit quid eſt littera, atq; illam in partes diuiſit, quærit quot ſunt illius accidẽtia, reſpõdetq; eſſe quinq; Nomen eſt. quo vna quæq; appellatur. Figura, qua deſcribitur. Poteſtas, quã pronunciatur. Cognatio, quam cum alia habet littera. Ordo, quo cum alio ſyllabicatur. ¶ Quid eſt nomen in littera, vocabulum (inquit), quo vnaquæq; appellatur, vt quam græci vocant alpha, hebræi aleph, pœni alpha. nos ipſius vocis nomine appellamus. a. magna profecto vtilitate illorum, qui ex illis litteris incipiunt ſyllabas coniungere; nam græcis hebræis & pœnis euaneſcunt poteſtates litterarum cum in ſyllabicãdo illas longo circuitu nominum ſuarum appellant, ex quo fit, vt hac vna in re multo plus latini triduo proficiant: quam illi menſe.*

Quid eſt figura in littera? Eius deſcriptio certis li-neamentis terminata, puta lõga, breuis; rotũda.

Quid eſt poteſtas in littera? Ipſa litterę pronũciatio ꝓpter quã & figurę & nomina ſunt inuenta.

Quid eſt cognatio in littera? Quædam affinitas q̃ alia in aliam cõmutatur, aut per interpretationẽ vt a lida leda; aut per deriuationem. vt a tego toga: aut per compoſitionem, vt ab amicus inimicus; aut per declinationem: vt a facio feci.

Quid eſt ordo in littera? Ratio demõſtrans q̃ pręponi; quæ ſubſequi debeat in pronunciatione.

Quotuplex eſt ordo in litteris? Duplex, ſcilicet, in vocalibus & in conſonantibus.

Quid eſt ordo in vocalibus? Quod cum in diphthongon coeunt; quędam ſemper præponũtur, vt: a. o. y. quædam ſemper poſtponuntur. vt. i. u, quædam aliquando præponuntur, aliquando poſtponuntur. vt. e.

Quid eſt diphthongus? Conglutinatio duarum vocalium in eadem ſyllaba ſuã vim retinentiũ.

Vnde dicitur diphthongus? A dis quod eſt bis & phthongus ſonus; quaſi duplex ſonus.

Quot ſunt diphthõgi quibus vtuntur latini? Sex æ, vbi ſupprimitur. a. & profertur. e. vt muſę. au. vbi ꝓfertur. a. & rapitur. u. vt audio, ei, ubi ſup-

*¶ Quid eſt figura in littera? Deſcriptio (inquit) ſiue litterarum ductus certis lineamentis & characteribus terminata: ac exemplo declarat. vt. l. longa, i. breuis, o. rotunda, & compoſita ex longa & rotunda. b, d, p. ex breuibus. m. n. & eodem modo de reliquis. Illud modo memineris lineamentorum varietatem non facere diuerſitatem litterarum. ¶ Quid eſt poteſtas in littera? Ipſa reſpondet litteræ pronunciatio, nam quemadmodum litterarum diuerſi ductus atq; tractus non diuerſificant litteram: ita ediuerſo ſi vna litteræ figura plures ſoni repræſententur, plures quoq; litteras illam vnam eſſe intelligemus ¶ Quid eſt cognatio in littera? Hanc litteræ accidentiã. Quintil. præcepit vt pueri ſciant. ſcribit enim his verbis, quare diſcat puer quid in litteris propriũ: quid commune, quæ cum quibus cognatio: nec miretur cur ex ſcanno fiat ſcabellum, neq; has modo nouerit mutationes, quas afferunt declinatio aut præpoſitio. ſed & quæ rectis caſibus ætate tranſierunt. Quibus in verbis quattuor modo mutationis litterarum in alias litteras tangit. Deriuationis cum dicit: cur ex ſcanno fiat ſcabellũ: quid propter eam cognationem q̃ eſt. m. cum. b. Declinationis, vt cum ſubdit ſecat ſecuit. Præpoſitionis per quam intelligimus compoſitionem, quia præpoſitiones plærumq; veniunt in compoſitionem, vt cum ſubdit cado excido. De interpretatione ſiluit, tamen adiecit alium modum cognationis cum dicit: quæ rectis caſib⁹. i. manẽte prima nominis poſitiõe: ætate. i. tẽporis vetuſtate trãſierũt. i. litteræ ĩ alias mutatæ ſunt: vt valeſij & faſij in valerios & furios. s. mutata in. r. Ergo a lida fit leda. i. mutata eſt in. e. a tego toga. e. mutata eſt in. o. ab amicus inimicus. a. mutata eſt in. i. a facio feci: a mutata in. e. propter eam quam dixim⁹ litterarum cognationem: cuius cõſideratio: quia latiſſime patet: ſatis erit in præſentiarũ pueros admonuiſſe cognationis litterarum, ne poſtea mirentur cur aliæ in alias tranſeãt. ¶ Quid eſt ordo in littera? Accidit præterea litteræ ordo: non quemadmodum Iſidorus ait, quod. a. ponitur ante. b & . b. ante. c. & . c. ante. d. quoniã ille ordo litterarum eſt quæ ſcribuntur: nihilq; ad grammaticum pertinet: ſed quærit de ordine litterarum enunciatarum: cum in vnam ſyllabam colliguntur, ideo reſpondet, ordinem in littera eſſe rationem, quæ demonſtrat, quæ præponi, quæ ſubſequi debeat: non in ſcriptura: ſed in pronunciatione. Sed quia litteræ aut ſunt vocales, aut conſonantes: quærit primo de ordine vocalium dicens. ¶ Quis eſt ordo in vocalibus, quia tantũ vocales in ſyllabam coire non poſſunt niſi diphthongon: reſpondet q, cum in diphthongon coeunt, quædam ſemper præponuntur, quædam ſemper poſtponuntur, quædam aliquando præponuntur aliquando poſtponuntur. Cum enim apud latinos ſex in vſu diphthongi ſint. æ. au. ei. eu. yi. œ. facile colligitur. o. a. y. præpoſitiuas eſſe. i. u. poſtpoſitiuas. e. vero communem. nam in ei. præponitur in. æ. poſtponitur. ¶ Quid eſt dipthongus? occaſione habita ex eo quod diphthongi meminit: quærit rurſus quid eſt diphtongus, cui reſpondet. eſt conglutinatio. i. conſtricta quædam & ferruminata coniunctio duarum vocalium, nam tres, Quintiliano autore, nunq̃ poſſunt coire in ſermone græco, aut latino: cum tamen in hiſpano frequenter coeant: quamadmodum alio loco probauimus. Quod ſi quis obiecerit has particulas quæ, quæro, væ, vecordia. in quibus priores ſyllabæ ternas habent vocales: dicimus in prioribus illis. u. non eſſe vocalem ſed vocalem liquidam, in poſterioribus vero eſſe conſonantem. Quod. n. Horat. in. ſ. carmi. dixit, nunc mare nunc ſiluæ. vbi. u. ex ratione carminis vocalis eſt, dicimus factam eſſe illic ſolutionem vt. u. iam non pertineat ad diphthongon quæ ſequitur, ſed per ſeipſam ſyllabam efficiat. Et ſubiungit deinde in eadem ſyllaba ſuam vim retinentium, quod ſi verum eſt, idq; omnes grãmatici antiqui & iuniores fatentur, ego non video cur tanta iniuria debeat fieri vocalibus illis, quæ exteruntur: vt omnino illas ſupprimamus. Quod ſi Quint. & cum illo omnes qui de orthographia ſcripſerunt: recte dixiſſe putantur: cum aiunt ſic ſcribẽdum eſſe vt pronunciamus, atq; ediuerſo ſic pronunciandũ vt ſcribimus: ego non intelligo quid ad rem pertineat diphthongos ſcribere, ſi proferendæ non ſunt, aut ſi in eadem ſyllaba ſuam vim retinent: cur ambæ illæ vocales enunciari non debeant, quod vero quidam dicunt. Illud ſuam vim retinentium debere intelligi quantum ab ſyllabæ quantitatem: ridiculum eſt, cum vel ex ipſa diphthongi deriuatione facile appareat vtramq; vocalem debere enunciari. ¶ Dicit enim dipthõgus, vt ſtatim ſubiungit, a dis græce, quod eſt bis latine, & phthongus ſonus: quaſi duplex ſonus. Sed quid ego hac de re ſentiam in ſequenti erotemate declarabo. ¶ Quot ſunt diphthongi? ſex diphthongi ſunt apud latinos. æ. au. ei. eu. yi. œ. quarum tres. ei. eu. yi. in dictionibus tantum græcis reperiuntur. Reliquæ tres. æ. au. œ. in græcis pariter & latinis. Sed quemadmodum vocales in dipthongis ꝓnunciari debeãt: ſignificauimus in hunc modũ, vt in. æ. ei. œ. priores vocales ſupprimantur, ideſt, paululũ quiddã*

primitur.e.&profertur.i.vt penthei.eu.vbi.pfertur.e.&rapitur.u.vt pentheus.yi.vbi vtraq; vocalis.in.i.longum pfertur vt harpyia.œ.vbi ſupprimitur.o.& profertur.e.vt pœna.

Quid eſt ordo in conſonantibus? q̃d plures q̃ tres non poſſunt pręcedere vocalẽ,nec plures q̃ totidem ſuccedere.vt ſcrobs.ſtirps.&quod ſi ſequẽs ſyllaba incipiat a vocali,neceſſe eſt p̄cedentẽ in vocalẽ deſinere,quodq; ſi pręcedẽs ſyllaba in cõſonantẽ deſinit; neceſſe eſt ſequentẽ a conſonante incipere,quodq; nõ eſt neceſſe,ſi ſequẽs ſyllaba a conſonante inceperit;præcedentem quoq; in cõſonãtẽ deſinere.Quę regulæ ſunt veræ in dictionibus ſimplicibus,nõ tamen in compoſitis;

## ¶De erotematis Proſodiæ. Cap.iij.

QVid eſt proſodia? Sciẽtia demõſtrans quo accẽtu quæq; dictionis ſyllaba pferatur.

atq; obſcurum ſonent,quomodo Ouid.i.meta.dixit ſuppremit extẽplo vocem, ſequẽtes vero vocales plene enuncĩẽtur:in reliquis vero tribus.au.eu.yi.priores.vocales enuncientur integre:ſequentes vero rapiãtur.i.raptim proferãtur,vt inter ſupprimere & rapere faciamus differentiã quantũ adhunc pertinet locum:quod ſupprimere ſit minus q̃ rapere quẽadmodum & rapere minus eſt q̃ pronunciare ſiue enunciare ſiue proferre.Quod vero in.yi.diphthongõ,diximus vtrãq; vocalẽ in.i.longũ pferri:volebamus ſignificare,q; cũ.y.ſubtilis ſonus ſit nobis incognitus.i.vero latinis oĩbus notus vtraq; vocalis in ſonũ nobis cognitũ cõfunderetur. ¶Quid eſt ordo in conſonãtibus:hæc quæſtio per quã vtilis eſt tum librarijs:tum incipientibus primas litteras in ſyllabam coniungere:tum deniq; ipſi pronunciationi cuius cauſa & libri ſcribuntur & litteras legimus.Librarijs inq̃ & reliquis ſcriptoribus,quod cum in fine linearum dictiões longiuſculas diuidere neceſſe eſt,neſciunt quas conſonantes in ſequentẽ lineam transferant, quaſue relinquãt,in quem errorem ne Auguſtus Cæſar incurreret: conſueuit lineas cum dictionibus finire:ſcribit.n.Trãquillus in vita illius his verbis.Notaui & in chirographo eius illa præcipue non diuidere verba, nec ab extrema parte verſuum abũdantes litteras in alterũ trãsfert,ſed ibidem ſtatim ſubijcit circunducitq;,hoc quoq; obſeruamus hodie,fieri ab hebræis & pœnis,quod Suetonius dicit Auguſtum obſeruaſſe. Prodeſt etiã pueris illorumq; pædagogis,vt in ſyllabicãdo ſciant quas cõſonantes præcedenti vocali,quas in ſequenti cõiungere debeant.Confert quoq; ad pronunciationem,vt in proferendo ſciamus quæ conſonans cui vocali adhæreat. Quod plures q̃ tres,ponit primo hui9 negotij regulas quaſdam generales,deinde ſubiungit particulares. ¶Prima igitur regula eſt,q; in eadem ſyllaba nunq̃ poſſunt præcedere vocalem pluſq̃ tres conſonantes.vt ſcribo.ſtratum.ſcrobs.nec rurſus poſſunt ſubſequi vocalẽ pluſq̃ totidẽ,vt ſtirps.Et q; ſi ſequens ſyllaba.¶Secũda regula eſt,q; ſi in dictione pluriũ ſyllabarũ ſequens ſylaba incipit a vocali,neceſſe eſt præcedẽtem in vocalem deſinere,vt deus tuus.Ratio autem huius eſt,quia aut inter duas vocales nihil eſt mediũ,aut eſt vna conſonans,aut duæ,aut plures,ſi nihil eſt mediũ,habet locũ ſecũda regula.Si fuerit media vna tantũ cõſonans,habet locũ quarta regula:quoniã illa ſemp pertinet ad vocalem ſequentẽ,præterq̃ in dictiõibus cõpoſitis,vt ſtatim differemus. Si vero plures fuerint conſonantes,aut pertinent ad ſequentem ſyllabã omnes,vt ſcriptus,reſcribo,aut quedam etiam pertinent ad præcedentem,vt forte.perſcribo,quo in caſu habet locũ tertia regula.Sed quando cõſonantes pertinent ad vocalẽ præcedentẽ,quãdo ad ſequẽtem ſtatim explicabimus.Dicit tamen regulas ſupiores eſſe veras in dictionibus ſimplicibus,quoniã in cõpoſitis cõſonantes erunt illius vocalis,cuius fuerant ante cõpoſitionem.vt inimicus cõponitur ex in & amicus,quis ...m cõſonãs ſit in medio duarũ vocalium:deberetq; ex ratione regulæ ſuperioris ad vocalẽ ſequentem pertinere,ex hac limitatione non pertinet niſi ad præcedentem. Eodẽ modo ſi fuerint plures cõſonantes,vt reſto:reſcribo,quæ cõponuntur ex ſto & ſcribo cũ hac præpoſitione,re,manifeſtũ eſt omnes illas cõſonantes medias pertinere ad ſequentes vocales. Quint.li.i.eſt etiã in diuidendis verbis obſeruatio mediã litterã conſonãtem priori an ſequenti adiungas ſyllabæ.Aruſpex enim,quia a ſpectando pars eius poſterior eſt.s.litterã tertiæ dabimus,abſtemius,quia ex abſtinentia temeti compoſita vox eſt:primæ relinquetur. Sed videamus quando in dictionibus ſimplicibus cõſonãtes mediæ pertinent ad vocalem ſequentẽ,quãdo ad præcedentẽ,quã de re huiuſmõi regulas dabimus.in quib9 etiã oſtẽdem9 q̃ cõſonãtes añ quas eſſe poſſunt in pricipio & in medio dictioniũ. ¶B.põt.ante.d.poni.vt bdeliũ.abdera ante l.vt blãdus hybla.añ.r.vt breuis.fabrica.añ.s.vt abſyrtus.¶C.põt poni ante.l.vt clarus.amyclas.ante.m.vt pyracmõ.ante.n.vt cnidos.aracne.ante.t.vt cteſiphõ.doctus.ante.s.habet ſonũ,q nunc per.x.repreſentatur.¶D.poteſt poni ante.l.vt abodlas.ante.m.vt admetus.ante.n.vt cidnus.ante.r.vt draco.cedr9.¶F.põt.poni.ante.l.vt flagellũ.pflo.ante.r.vt frãgo refringo.¶G.poteſt poni ante.l.vt gladius.ægle.ante.m.vt agmẽ.ante.n.vt gnau9.ignis.ante.r.vt gratus pigritia.¶L.ante nullã cõſonãtẽ poni põt,ſed ipſa poſtponitur.b.c.d.f.g.p.t.¶M.añ nullã cõſonãtem põt poni preterq̃.n.vt mnemoſyne.amnis.ſomnus.ſolẽnis cõtemno.p quo imperiti hui9 ratiõis.p.interiecta ſcribebãt ſompn9.ſolẽpnis.cõtẽpno.¶N.ante nullã cõſonantẽ ponitur:ſed ipſa poſtponi poteſt alijs.¶P.poteſt poni ante.l.vt placeo duplico.ante.n.vt pneuma.ante.r.vt pratũ capra.ante.s.vt pſalmus.ante.t.ptolemę9.¶Q.ante nullã cõſonãtem poni poteſt, quia ipſa ſemp ponitur ante.u.liqdã.¶R.ante nullã cõſonãtẽ ponitur,ſed ipſam reliq̃ precedũt.¶S.põt poni ante.b.vt asbeſtos.ante.c.vt ſcribo,aſcra.ante.l.vt ſlatari9.ante.m.vt ſmaragdus.ante.p.vt ſpaciũ.aſpicis.ante.q.vt ſqualor.ante.t.vt ſtat9 iſte.¶T.põt poni ante.l.vt tlepolemus.atlas.ante.m.vt molus.ante.n.vt etna.¶X.ante nullã conſonantẽ poteſt poni.

DE proſodiæ erotematis. Secundum partitionem grammatices,qua ſuperius vſi ſumus,hec eſt ſecunda pars,in quã quærit de proſodia & de ſyllaba,hoc eſt materia,circa quã proſodia verſatur.¶Et principio quærit quid eſt proſodia?Scientia(inquit) demonſtrans quo accentu quæq; dictionis ſyllaba proferatur.Nã in vnaquaq; dictione, vt paulo poſt dicemus,eſt vna ſyllaba,in qua eſt accẽtus prædominans acutus vel circunflexus,reliquæ oẽs pferũtur accẽtu graui.

*¶ Vnde dicitur proſodia? Reſpondet, á pros præpoſitione græca, q; eſt ad, & ode odes, quod interpretatur cantus, vt ſit verbum ex verbo accētus, quē latini, vt autor eſt Gell'. tū voculationē, tū tenorē, tū tonū interpretati ſunt. Nam quēadmodū (ait Boetius) in arte muſica. poetarū carmen inter ſermonē & catilenā eſt, ac ſi velit dicere q; hō cū loquitur: & poeta cū in carmine quoſdā flexus facit: & muſicus cū cātus modulatur: oēs ſuo modo canunt. Igitur quia qui loquitur, quaſdā in dictionibus attollit voces: quaſdam deprimit, quaſdā circunflectit: quodāmō videtur canere, & huiuſmodi modulatio eſt accē-*

Vnde dicitur proſodia? A pros quod eſt ad, & ode cantus, quaſi accentus; hunc latini tum voculationem; tū tenorem; tum tonū interpretati ſunt.
Quid eſt ſyllaba? Cōprehēſio litterarum enūciata q̄ vno accentu & vno ſpiritu indiſtāter profert.
Vnde dicit̄ ſyllaba? A ſyllabin qd̄ eſt cōprehēdere.
Quot accidunt ſyllabæ? Quattuor. tenor. ſpiritus tempus & litterarum numerus.
Quid eſt tenor in ſyllaba? Modus quo aut leuatur aut deprimitur, aut eleuatur ſimul & deprimitur.
Quot ſunt tenores? Tres. Acutus. Grauis, & circūflexus. Acutus eīn eſt quo ſyllaba eleuatur. Grauis quo ſyllaba partim eleuatur ptim deprimit̄.
Quid eſt ſpiritus in ſyllaba? Qualitas quędā, quaaſpere vel leniter ſyllaba profertur.
Quid eſt tempus in ſyllaba? Duratio vel tractus in quo ſyllaba pronunciatur.
Quotuplex eſt tēpus in ſyllaba? Duplex: quia aut habet vnum tempus in quo profertur & dicitur breuis, aut habet duo tempora & dicitur longa.
Quid eſt numerus in ſyllaba? Cōprehenſio litterarum ſyllabam conſtituentium.
Quot poſſunt eſſe litteræ in ſyllaba? Vt multū ſex, vt minimum vna. Sed tunc proprie non dicitur ſyllaba, cum plures litteras non comprehēdat.

## De erotematis etymologiæ. Cap. iiij.

QVid eſt etymologia? Sciētia oſtēdens verā dictionū originē cū reliquis accidētibus.

*tus, hoc eſt quaſi cātus. ¶ Quid eſt ſyllaba? Ad diffinitionem Priſciani addit enunciata & indiſtanter: & tollit qd' ille dixit cōſequens. Ait enim: ſyllaba eſt cōprehēſio litterarū cōſequēs ſub vno accētu, & vno ſpū prolata. Cōprehēſio (inquit) litterarū: nā ſi vna vocalis ſyllabā facit per ſeipſam: non appellabitur proprie ſyllaba, cū etymologia & diffinitio ſyllabæ nō cōueniat illi: quæ eſt, ſyllaba eſt cōprehēſio litterarū, enūciata (inquit) quia ſyllabæ forma enūciatio eſt, nō ſcriptio, & quod Priſcianus addit cōſequens, magna ex parte explicat ſyllabæ diffinitionē, qa ſi litteræ nō ſunt cōſequētes. i. nō poſſunt ſyllabicari: nō erit ſyllaba prolata ſub vno accētu, & vno ſpū: quia vt diximus, quælibet ſyllaba habet vnū accētū, qui eſt forma illius ſyllabæ, adiecimus aūt indiſtāter, quia oēs illæ litteræ colligēdæ ſunt ſub vnū vocis ictū. ¶ Vnde dicitur ſyllaba? Et qa originem habet græcā: dicit q; a ſyllabin græce, qd' eſt comprehendere latine, vt ſit qd' ipſa diffinitio demōſtrat cōprehēſio litterarū. ¶ Quot accidūt ſyllabæ? Quattuor eſſe reſpōdet ſyllabæ accidētias: quas enūerat: atq; iterū de ſingulis illarū quærit, & primo. Quid eſt tenor in ſyllaba? Diximus ſupra, quē accētū grāmaticorū vulgus appellat: tū voculationē, tū tenorē, tū tonū, a viris doctis fuiſſe vocatū: & reſpōdet eſſe modū ſiue modulationē: quo ſyllaba eleuatur. cū profertur accentu acuto, aut deprimitur cū ꝓfertur accētu graue, aut eleuatur & deprimitur cū ꝓfertur accētu circūflexo, ſimul autē dicit, non qd' eodem tempore eleuatur & deprimitur. ſed quod prior pars duratiōis in ſyllaba eleuatur, poſterior vero deprimitur, & ita fit quaſi quidā flexus a ſurſum deorſum. ¶ Quot ſunt tenores? Quia dixit quid tonus eſſet, quærit rurſus de nūero partium illius. Reſpōdetq; eſſe tres & noīatim exprimit quid vno quoq; illorū efficiatur, ſed quia hoc negociū ad quinti libri diſpoſitionē pertinet, q̄ hoc loco curſim tetigimus, in illū reijciēda ſunt: vbi copioſus diſputabūtur. ¶ Quid eſt ſpiritus in ſyllaba? Ex quattuor ſyllabæ accidētibus: ſpiritus pertinet ad qualitatē: tenor & duratio ad quātitatē cōtinuā, nūerus litterarū ad quātitatē diſcretā. Itaq; reſpōdet ſpiritū eſſe qualitatē qua ſyllaba aſpere vel leniter ꝓfertur. Aſperū enim & lene quāq; ſunt differētiæ tāgibiliū, trāſferūtur tū ad ſonos, q perueniūt ad aures demulcēdo, aut exaſperādo ſenſum auditus. ¶ Quid eſt tēpus in ſyllaba? Hic de lōgitudine durationis in ſyllaba quærit, quēadmodū de tenore interrogatus de ſyllabæ profunditate quærebat: & quia pars maior quinti lib. eſt de hac re: hic tātū dicit eſſe durationē ſiue tractū ſiue extenſionē ſiue porrectionē in qua ſyllaba ꝓnūciatur. ¶ Quotuplex eſt tēpus in ſyllaba? Quod eſt ſatis puero nōdū in re ſcrupuloſa erudito. Reſpōdet eſſe duo tēpora, breue & lōgū. li. tū quinto dicturi ſumus, alios iſta exquiſitius diſtinxiſſe in quinq; tēporū diuerſitates, hoc eſt vnū, vnū & ſemis, duo, duo & ſemis, tria. ¶ Quid eſt numerus in ſyllaba? Hic de quātitate ſyllabæ diſcreta quærit, hoc eſt quot litteris cōſtat. Nā quēadmodū littera indiuidua eſt, ita ſyllaba in litteris diuiditur. Itaq; rūdet ex ſyllabæ diffinitiōe eſſe cōprehēſionē certi nūeri litterarū ex qb⁹ ſyllaba cōſtituitur. et rurſus q̄rit de nūero. Rūdetq; eſſe poſſe ſex cū plurimæ vt ſcrobs, ſtirps, pōt eſſe vna min⁹, vt trās. pōt eſſe quattuor, vt trā. pōt eſſe tres. vt tra. pōt eſſe duæ vt ra. vt minimū pōt eſſe vna, vt. a. ſed vt ſupra memorauimus, tūc ꝓprie nō dr̄ ſyllaba cū neq; diffinitio neq; etymologia ſyllabæ illi cōueniat.*

*DE erotematis etymologiæ. cap. iiij. ¶ Quid eſt etymologia. Incipit inquirere de tertia grāmatices parte, hoc eſt de etymologia, q̄ circa dictiones ſingulas verſatur. etymologia præcipuæ quærit de origine dictionū. vnde ſunt deductæ. vt an cælebs dicatur: quia cæleſtis ꝯo quod onere grauiſſimo vacet (vt vult Gabinus) an ab eo (vt putauit Moleſt⁹) quia cælo Saturnus genitalia abſtulerit, hoc nomine appellatum qui vxore careat, ſed cōſiderat etiam de reliquis accidentibus ſingularum partium orationis. vt ad dictionum ſubſtantiam pertineat, quid ſignificēt: & vnde dicantur. reliqua vero ſint illarum accidentia. Quomodo autem etymologia quæ eſt accidens dictionis demonſtret ſubſtantiam ipſam & accidentia illius, nihil ad grammaticum pertinet, qui pinguiori Minerua res huiuſmodi conſiderare debet.*

Vde dicitur etymologia? Ab etymon, quod eſt verum, & logos ſermo, quaſi veriloquium, q̄d Cice. reformidans notationē appellat, hæc ab Ariſtotele ſymbolum; a quibuſdam originatio dicitur.

Quid eſt dictio? Minima pars orationis conſtructæ, ideſt in ordine compoſitæ.

Dictioni quot accidunt? Quattuor. Significatio. Etymologia. Figura. Ordo.

Quid eſt ſignificatio in dictione? Illud quo breuiter oſtenditur, quid dictio ſignificet.

Quid eſt etymologia? Dixi eſſe ſcientiam, qua oſtēditur vera dictionum origo.

Quid eſt figura in dictione? Forma, qua dictio ſimplex a compoſita diſtinguitur.

Quid eſt ordo in dictione? Qualitas, qua in oratione alia ſemper præponitur, alia ſemp̄ poſtponitur, alia modo pręponitur, modo poſtponitur.

Partes orationis quot ſunt? Octo. Nomen. Pronomen. Verbum. Participium. Præpoſitio. Aduerbium. Interiectio. Coniunctio.

Quot ſunt partes oratiōis declinabiles? Quattuor Nomen. Pronomen. Verbum. Participium.

Quot ſunt p̄tes oratiōis indeclinabiles. Quattuor Præpoſitio. Aduerbiū. Interiectio. Cōiunctio.

¶ *Vnde dicitur etymologia? ab etymon quod ex græco intepretatur verū & logos ſermo quaſi ſit latine veriloquium. hic locus ex Quintil. ſumptus eſt qui lib. i. inſtitutio. orato. ait his verbis. etymologia, quæ verborū originē inquirit, a Cice. dicta eſt notatio, quia nomē eius apud Ariſtotel. inuenitur ſymbolū, q̄d eſt nota: nā verbū ex verbo ductū. i. veriloquiū ipſe Cicero qui finxit reformidat, ſunt qui vim potius intuiti originationem vocent. hæc Quintil.* ¶ *Quid eſt dictio? quia etymologia circa dictiones verſatur: quærit quid eſt dictio, reſpōdetq; ex Priſcia. verbis in hunc modū diffiniētes. Dictio eſt pars minima orationis cōſtructæ. i. in ordine cōpoſitæ. Pars inquit Priſcia. quantū ad totū intelligendū. i. totius ſenſus intellectū, quia ſi dictio diuidatur, nō ad totū intelligēdū hæc fit diuiſio: vt ſi diuidas vires in vi & res, nihil partes illæ ſignificāt quantū ad totius rationem pertinet, & quemadmodū vna littera proprie nō facit ſyllabam cū ſyllaba proprie ſit cōprehēſio litterarū, ſic nec ſyllaba dictionem cū debeat dictio cōſtare ſyllabis, nec dictio orationē, q̄ debet cōſtare dictionibus, quæ ſunt partes orationis, poteſt tamen vna littera facere nō modo ſyllabā, ſed dictionē & orationē, vt ſi dixeris. I in ſecūda imperatiui perſona ab hoc verbo eo, is. iui. ſed nō in quantū eſt littera, aut ſyllaba, aut dictio, ſed quatenus orationis habet vim.* ¶ *Dictioni quot accidunt? Ac ſi dicat dictiōis ſic ī genere acceptæ quot ſunt accidētiæ? reſpōdetq; eſſe quattuor, quas enumerat: & rurſus de ſingulis quærit, & primo de ſignificatiōe quā dicit eſſe illud, quo breuiter oſtenditur, quid dictio ſignificet, hoc per diffinitionē maxime exprimitur, ſed quod ad grāmaticū ſpectat, ſatis eſt digito (vt aiunt) quid quæq; dictio ſignificet oſtendere, quā partem aſſecuti ſumus in octo codicibus, quos de vocabulorū ſignificatione partim ædidimus, partim ſunt ædendi. Quærit rurſus.* ¶ *Quid eſt etymologia? Etymologia hic propriæ accipitur pro illa ſilicet grāmatices parte, quæ oſtēdit verā dictionū originē, & tunc pars ſiue ſpecies eſt eius etymologiæ, quā ſupra diffiniuim9, ad quā pertinet cōſiderare nō ſolū dictionū originē: ſed & ſignificationē & alias cuiuſq; dictionis accidētias.* ¶ *Quid eſt figura? Quāquam figura omnibus accidat orationis partibus præcipue de illa diſſeremus in capite erotematū nōis & verbi, quia numeroſior eſt illic figuræ diſputatio.* ¶ *Quid eſt ordo? De ordine quoq; pauca diximus libro. i. nōnihil etiā dicēdū eſt in fine huius tertij cū de ſyntaxi agemus, nā totus liber quartus hac de re eſt. Dicit igitur quaſdā dictiōes ſemp̄ præponi. vt nomen verbo, adiectiuo ſubſtantiuū, relatiuo antecedēs, præpoſitio dictioni, quæ p̄ caſus declinatur, verbū aduerbio. Sed hic ordo nō pro ſerie partiū oratiōis accipitur, ſed pro ordine quo in diſponendis clauſulæ cuiuſq; dictionibus vtimur, nā in ſerie oratiōis ſola præpoſitio & cōiunctio aliq̄n præponitur. vt ad, apud, & at, aliquādo poſtponitur vt tenus, verſus, q;, quoq;: aliquādo præponitur & poſtponitur, vt cōtra, cū, ergo, itaq;. Interiectio & præponi & poſtponi pōt, quia idcirco dicta eſt interiectio, quia interponitur reliquis partibus orationis quarū ſeriē poteſt abrūpere.* ¶ *Quot ſunt partes orationis? Quia dictio nihil aliud eſt quā pars orationis, quærit de numero partium orationis, ac ſi velit dicere. quot ſunt genera dictionū, ex quibus veluti ex quibuſdā partib9 integralibus oratio cōſtruitur. Reſpondet autē eſſe octo, qui nūerus Ariſtarcho primū placuit: quē deinde ſecuti ſunt græci & latini artis grāmaticæ ſcriptores. Sed quēadmodū, lib. i. diximus, græci interiectionē aduerbio annumerāt, articulū vero a pronōie diſtingūt, quē latini, quia nō agnoſcūt, in pronomē reiecerūt. Fuerūt tñ qui pauciores orationis partes q̄ octo poſuerunt, fuerūt etiā q plures nā referēte Quint. Ariſto. & Theod, verba modo & nōīa cōiunctiones tradiderūt, videlicet q̄ in verbis ſermōis formā in nominibus materiā, in cōiunctionibus autē eorū cōplexū indicauerūt. Dialectici cæteras oratiōis partes a nōie & verbo ſyncathegoremata vocant, i. cōſignificātia. paulatim deinde a philoſophis auctus eſt nūerus.* ¶ *Stoici nomini verbo & cōiunctiōi pronomē & vocabulū addiderūt, articulū pronomini annumerātes. poſt adiectæ ſunt præpoſitiōes nōibus, appellatio deīde: & participiū deinde mixtū verbo. Sed (vt diximus) Ariſtarchus octo partes orationis poſuit. Nomē. p̄nomē, articulū, verbū participiū: præpoſitionē, aduerbiū, cōiunctionē. Palæmō vicētinus apud latinos. itē octo. Nomē. Pronomē. Verbū. Participiū. Præpoſitionē. Aduerbiū. Interiectionē. Cōiunctionem, hunc ſecuti ſunt autores grāmaticæ, q̄ poſt illū fuere. Hic eſt ille Palæmon, qui interrogatus quo diſtaret gutta ab ſtilla: gutta (inquit) ſtat, ſtilla cadit, quoq; dixit Verg. de ſe vaticinatum dixiſſe in buc. audiat hæc tātū, vel qui venit ecce Palæmō, quippe multas in grāmatica enodaturus erat quæſtiones, quemadmodū ille iudex arbitrarius fuit inter Dametā & Menalcā diſceptātes. Qui vocabulū a nōie diſtinxerūt: nouē faciunt, qui rurſus appellationē a vocabulo decē: vt nomē eſſe tātū id, q̄d nos p̄priū diximus, vt Cæſar. Pōpeius Vocabulū, q̄d ſignificat rem corporeā viſu tactuq; manifeſtā, vt aqua, lapis. Appellatio. cui alterū deeſt. vt cœlū. aer. vel vtrūq; vt deus. virtus. Fuerūt*

qui adijcerent aſſeuerationẽ.vt heu.Quidã attractionẽ.i.cõtractionẽ.i.cũ aliqd per multa trahitur,vt viritim.alij infinitiuã quidã nomẽ infinitũ,quidã verbũ infinitũ dixerũt.Sed nos appellationẽ & vocabulũ ad nomen: aſſeuerationẽ ad interiectionẽ.attractionẽ ad aduerbiũ,infinitũ ad verbũ reduximus.gerũdia vero & ſupina alias ab octo ſuperiorib⁹ poſuimus.

¶De erotematis nominum. Cap.v.

MVſa,quæ pars orationis eſt? Nomen. Quid eſt nomẽ? Pars orationis declinabilis corpus;aut rem proprie communiterve ſignificãs.

Vnde dicitur nomen? Ab onoma græce; quod latine interpretatur nomen

Quotuplex ẽ nomẽ? duplex.ſubſtãtiuũ & adiectiuũ

Quod eſt nomen ſubſtãtiuum? Quod ſubſtantiã vel quaſi ſubſtãtiam ſignificat; vt homo,albedo.

Quod eſt nomẽ adiectiuum? qđ adiectũ ſubſtantiuo ſignificat in eo aliqđ accidẽs; vt homo bonus.

Muſa igitur quale nomẽ eſt? Subſtantiuũ,ſignificat enĩ rẽ per ſe ſubſiſtentẽ,obnoxiãq; accidentib⁹.

Nomini quot accidunt? Sex;qualitas;ſpecies; genus,numerus;figura;caſus cum declinatione.

Quid eſt qualitas in nomine? Accidẽs,per qđ propriũ nomẽ a cõmuni ſiue appellatiuo diſtinguit.

De erotematis nomininũ.cap.v.¶ Muſa,quæ pars orationis eſt? Incipit de erotematis nominũ diſſerere:& cũ interroganti muſa,quæ pars orationis eſt? reſpõdiſſet nomẽ:ſubiecit rurſus;quid eſt nomen,reſpondetq; iam non tanq̃ rudis in arte.vt.i.lib.nomen eſt quod declinatur per caſus,& nõ ſignificat cum tempore; ſed nomen eſt pars orationis declinabilis corpus,aut rem proprie cõiterue ſignificans;hæc enim diffinitio dialecticaeſt cõſtãs ex genere & generis differẽtijs.Declinabilis autem dicit ad differentiam indeclinabiliũ.Corpus aut rem dixit:vt ſub hac diffinitione cõprehendat vocabulum & appellationem.Proprie cõmuniterue ſignificans.vt intelligamus nomen non tantũ dici de proprio,qđ faciebãt qui vocabulum & appellationem a nomine diſtinguebant.Corpus autem a re diſtinxit,perinde ac ſi corpus non ſit res: quemadmodũ & iuriſconſulti diſtingunt actionem in rem & in perſonam,quaſi perſona nõ ſit res: ſed hi rem accipiunt,pro eo quod quiſq; poſſidet. in diffinitione vero nominis pro re intelligimus omne qđ non eſt corpus:nã omnis res,aut eſt corporea,aut incorporea,res corporea dicitur corpus. res incorporea quia non habet nomen,appellatur nomine ſui generis, quod multis in locis fit,vt cum ſpecies caret nomine: generis nomen accipiat.Donatus in diffinitione adiecit cum caſu.Diome.cũ caſu ſine tempore,vt diſtingueret nomẽ a verbo & participio.Priſcia.Paulo obſcurius, ſed tñ verbis idem ſignificãtibus definiuit:nomẽ eſt pars orationis,q̃ vnicuiq; ſubiectorũ corporũ ſeu rerũ cõmunem, vel propriã qualitatẽ diſtribuit.¶ Vnde dicitur nomẽ? Et reſpõdet ducere originẽ ex græco:illi enĩ onoma.atos.dicũt a quo detracta.o.priori fecimus nomẽ noĩs.Priſcia.mauult a nemeo, qđ eſt diſtribuo deducere:qđ ipſum verbũ in diffinitione noĩs expreſſit:vel poteſt dici nomen,(vt ait Seruius)ab eo qđ res notas efficiat:vt ſit nomen.quaſi notamen media ſyllaba.(vt Diome. inquit) per ſyncopã ſubtracta.¶ Quotuplex eſt nomen? Inquirit de quadã differentia,quæ ad noĩs diſtinctã cognitionem eſt neceſſaria:reſpõdetq; eſſe duplex nomen ſubſtantiuũ & adiectiuũ,& ſubiungit.Subſtãtiuũ eſſe,quod ſubſtantiã;vel quaſi ſubſtãtiam ſignificat,vt homo,albedo.Adiectiuũ vero eſſe,quod adiectũ ſubſtantiuo ſignificat in eo aliquod accidẽs,atq; ideo adiectiuũ dicitur,quod adijci ſolet noĩbus proprijs,aut appellatiuis ſubſtantiã ſignificantibus ad manifeſtandã eorũ qualitatem, aut quãtitatem,q̃ augeri vel minui ſine ſubſtãtiæ cõſumptiõe poſſunt:vt bonus hõ.arbor procerior,albedo intenſa: nigredo remiſſa.Vides queadmodũ puer iã dedignatus eſt reſpõdere ex eo,qđ lib.i.didicit Nomen ſubſtantiuũ eſſe,quod declinatur per vnum articulũ,vel per duos,adiectiuũ vero qđ per tres articulos,vel per tres diuerſas terminationes:neq; enim ꝓpterea eſt nomẽ ſubſtãtiuũ,vel adiectiuũ,qa illo vel illo modo declinatur? Nã quia adiectiuũ põt iũgi noĩbus ſubſtãtiuis,q̃ ſunt aut maſculina,aut fœminina,aut neutra,ideo eſt cõmune triũ generum:declinaturq; vel per tres articulos,vel per tres diuerſas terminationes.¶ Muſa igitur quale nomẽ eſt? Reſpõdetq; eſſe ſubſtantiuũ:& ex eo qđ ſupra dixerat cauſam reddit,cur ſit ſubſtantiuũ;quia(inquit)ſignificat rem per ſe ſubſiſtentẽ obnoxiãq; accidentibus.vt muſa docta,pulchra,canora.¶ Nomini quot accidunt? Cum noĩs accidentias alij aliter enumerauerint,reſpõdet eſſe ſex accidentias ſiue obſeruationes nominis.(vt ait Diome.)qui cũ Donato numerat inter eas cõparationem:ſilet ſpeciem. Priſcia.tollit cõparationem,& addit ſpeciem:quæ qualitatem quaſi ꝓprietatem quandã in noĩs diffinitionem reiecit.¶ Quid eſt qualitas in nomine? Per qualitatem nominis voluerunt grãmatici ſignificare illud,per qđ nomẽ ꝓpriũ diſtinguitur a cõmuni ſiue appellatiuo:& rurſus quærenti,quid eſt nomen ꝓpriũ? reſpõdet eſſe,qđ vni tantũ cõuenit,i.quo res indiuidua demõſtratur,denominaturq;,vt Caliope eſt nomẽ propriũ:quia eo deſignamus vnam ex nouem muſis,hoc eſt principẽ illã ſui chori.Sed eſt aduertendum quattuor eſſe proprius noĩs ſpecies,prænomen.nomen.cognomen.agnomen. Prænomen, quod præponitur nomini gentilicio, vel differentiæ cauſa,qđ plures in eadem familia vno nomine vocabãtur.vt.P.ſcipio.L.ſciopio.vel potius in ſignum nobilitatis,aut honoris.vt Hora.ij.ſermo.Quinte puta,aut Publi:gaudent prænoĩe molles.vnde & ſerui prænomina non habuerunt.vt colligitur ex Perſi.carmine.hic dama eſt,non treſſis agaſo: & ſequitur, momento turbinis exit. Marcus dama. hui Marco ſpondente recuſas credere tum nummos? quin potius male meritis de republica in notam ignominiæ (quãuis eſſent nobiles) detrahebãtur.vt.M.manlio,qui capitolium defenderat,affectati regni crimine damnato conſtitutum,ne quis in illius familia Marci prænomen haberet. Scribuntur autem prænomina in compendium ſingulis,aut binis,aut ternis litteris.ſingulis.ſi a vocali,aut ſimplici conſonante incipiant,vt.A.pro aulus.C.pro gaius.D.pro decius.L.pro lucius.M.pro Marc⁹. P.pro Publius.Q.pro Quintus.T.pro Titus.Binis,vt.Cn.pro Gneus.Sp.pro Spurius.Ternis,ſi a conſonante incipit prima prænominis ſyllaba,& in conſonantem deſinit.vt Sex,pro ſextus.Tul.pro Tullius.q fit differentiæ cauſa.ne ſi primas tantum litteras poneremus:aliud poſſet intelligi.vt ſi pro Tullio.T.poneremus,quiſpiam legeret non Tullius,ſed Titus.

¶ Nomen ꝓpriũ eſt vniuſcuiuſq; ꝓpriũ.(vt Priſcia.inquit)addit Diome.eſſe gentiliciũ.i.qđ originẽ gẽtis,velfamiliæ decla rat:ut Portius.Cornel.Iulius.Et aduertẽdũ eſt nomẽ,q̃ prius erat genus ad propriũ nomẽ & appellatiuũ:nunc eſt nominis ꝓprij ſpecies.Cognomẽ eſt totius cognationis & familiæ cõmune.vt Scipio,Cicero.ſubiungiturq; ſemꝑ gẽtilicijs nominibus. Agnomen eſt,quod aliquo euẽtu imponitur:vt affricanus.põticus.Iſauricus,qui affricã,pontũ.Iſauros deuicit:deq; eis triũ phauit,vt ſi dixeris.P.Cornelius,Scipio affricanus.P.prænomen eſt ad cn.differentiã:ſiue ad nobilitatis inſigne mõſtrandũ.

Quod eſt nomen proprium? Quod vni tantum conuenit,vt calliope;vni ex nouem muſis.

Quod eſt nomen commune? Quod pluribus cõ-uenit;vt muſa,calliopæ,vraniæ,clio.

Quid eſt ſpecies in nomine? Illud quo primitiuũ nomen a deriuatiuo ſeparatur.

Species nominum quot ſunt? Duę,Primitiua,quæ aliunde non trahitur,vt mons. Deriuatiua,quæ aliunde deriuatur,vt montanus a monte.

Muſa igitur cuius ſpeciei eſt? Deriuatiuæ ſpeciei. dicitur enim a moſo,quod eſt inquiro.

Deriuatiuorũ nominũ quot ſunt differẽtię? Nouẽ. Patronymicũ.Poſſeſſiuum.Denominatiuũ. Di-minutiuum.Cõparatiuum.Superlatiuum.Ver-bale.Participiale.Aduerbiale.

Quod eſt nomen patronymicum. Quod ſignifi-cat filium vel filiam,nepotem vel neptem; vel aliquem ex poſteris illius,a quo deriuatur.

Cornelius nomen propriũ,q̃ originẽ Corneliæ gentis oſtendit.Scipio cognomen,q̃ in ea familia ſic omnes co gnominabãtur,qđ in illo prio Scipione fuit agnomẽ: qui Scipione.i.baculo innitebatur.Affricanus aũt a de-uicta Affrica.eodẽ modo.M.portius.Cato Cenſorius. M.tullius.Cicero arpinas ſiue orator.Eſtq; illđ animad uertendũ noĩa propria aliqñ poni pro appellatiuis:& ediuerſo appellatiua pro ꝓprijs.vt Venus ꝓ venuſtate aut libidine.Bacchus ꝓ vino:& Cupido ꝓ illo deo amo rum præſide.Donatus.fœlix.Macer. & fere nullũ eſt nomen propriũ quod non fuerit aliqñ appellatiuũ:niſi qđ in pleriſq; originẽ neſcimus.Eſtq; hoc mirũ in He-braico ſermone propria eſſe appellatiua cũ præſertim antiquior ſit græco atq; latino. Ponuntur quoq; præ-noĩa pro noĩbus ꝓprijs: & cognomina & agnomina ꝓ ſe inuicẽ.¶ Quod eſt nomen cõe? Quærit de altero diuiſionis mẽbro,qđ eſt nomẽ cõmune:q̃ alij appellati-uũ appellãt,dicitq; eſſe illud,qđ pluribus cõuenit.i.de pluribus dicitur,aut quemadmodũ dialectici dicunt de pluribꝰ prædicatur:vt muſa,quæ dicitur de qualibet ſo rorũ:cõe eſt calliopæ.vraniæ. clio. melpomenæ, hõ cõe eſt Cæſari,Põpeio,Marcello,& reliqs indiuiduis ſub ſpecie hũana cõtinẽtis.¶ Quid eſt ſpecies in noĩe? Inquirit de ſcđa no minis accidẽtia.i.de ſpecie,& primo quærit qđ ſit ſpecies in noĩe:nã cũ ſpecies multis modis dicatur,quãtũ ad grãmaticũ attinet:ſpecies in noĩe accipitur ꝓ illo quo primitiuũ a deriuatiuo diſtinguitur.¶ Itaq; occaſione inde accepta quærit de nu-mero,vt ſic dixerim ſpecierũ:& dicit eſſe duas primitiuã & deriuatiuã:vt ſit primitiua,q̃ nõ trahitur.i.deriuatur aliũde.vt mõs,ſchola.Deriuatiua,quæ aliũde deriuatur.vt mõtanus a mõte.ſcholaris ſcholaſticus a ſchola.Sed cũ nullũ ſit nomẽ non modo apud latinos:verũetiã,vt Plato in cratylo deducit,apud græcos,qđ nõ aliunde ducatur: dicimus tñ illud nomen eſſe primitiuũ:ſiue(vt Varro dicit)primogenitũ,cuiꝰ deriuatio nõ eſt in prõptu,cũ forte a Græco,vel Oſco vel Opico,vel deniq; alterius linguæ,vł antiquioris,vel incognitæ verbo deriuetur.¶ Muſa igitur cuius ſpeciei eſt? Muſa,aut primitiuũ eſt,aut a moſo,q̃ eſt interrogo,vel inqro deriuatur:vt ſint muſæ quaſi inqſitrices rerũ,aut inuẽtrices.¶ Deriuatiuorũ noĩm.i.noĩm quæ aliũde deriuãtur:quot ſunt ſpecies,ſiue differẽtiæ,ſiue modi? Reſpõdetq; eſſe nouẽ.Quas primo enumerat,deinde proſe quitur de ſingulis earũ.¶ Quod eſt nomen patronymicũ? Quærit de pria noĩm deriuatiuorũ ſpecie,q̃ eſt patronymicũ,di ctũ quia plerũq; a noĩbus patrũ formatur? Reſpõdetq; eſſe illud,qđ ſignificat filiũ vel filiã.nepotẽ vel neptẽ,vel aliquem ex poſteris,vt ſic dicã,deſcẽdẽtibus ab illo:vnde nomẽ patronymicum formatur,vt æacides ſignificat filiũ æaci,hoc eſt peleũ.vł nepotẽ,hoc eſt achillẽ:vel aliquẽ ex poſteris.vt pyrrhũ achillis filium & Pyrrhũ regem epirotarũ,qui ab illo ducebat origi nem.Formãtur etiã patronymica a noĩbus matrũ.vt ab ilia Iliades Romulus,a maia Maiades Mercurius,a phyllira Phylli rides Chirõ.Oui.xiiij.met.quas obice fimo clauſerat iliades.fit etiã a noĩbus fratrũ.vt Verg.in buc.tũ Phaetõtiadas muſco circundat amaræ corticis.i.ſorores phaetontis.& Ouid.j.meta.mala tanta phoronidos vltra.i.Ius,quæ fuit ſoror phoro-nei:& a filijs.vt althea meleagris ab ibico dicta eſt:referente Diomed.fiunt præterea a nominibus principũ.vt Cecropidæ & Theſeidæ dicti ſunt Athenienſes a cecrope primo vrbis cõditore & a Theſeo illorũ quoq; rege. Patronymica maſculina in noĩbus primæ declinationis formantur a genitiuo.æ.mutata in.ades.vt æneas æneæ æneades.æ.maia.æ.maiades.æ.In noĩbus ſecundæ declinatiõis fiunt a genitiuo addita.des.vt eacus eaci eacides.æ.priamus.i.Priamides.Quæ tñ in.eus.diphthongon terminãtur cũ duplicem habeãt genitiuũ in.ei.alterũ ſolutas,& in ei diphthõgon alterũ: formãt ex ſe patronymicũ ab hoc ſecũdo genitiuo addita.des.vt prometheus ꝓmethei,vel promethei promethides.æ.Theſeus theſei,vel theſei theſides theſidæ. Ouid.j.meta.inde promethides placidis epimethida dictis:& Verg.ij.geor.premiaq; ingentes pagos & cõpita circũ theſidæ poſuere. In noĩbus tertiæ declinationis patronymica formantur a datiuo addita.des.vt neſtor,oris.ori.neſtorides. antenor antenoris nori.rides.Verg.vj.æñ. tris antenoridas cereri ſacrũ polybetõ.Sed hæc regula nõ vſq;quaq; vera eſt.nã autores aliquãdo addunt aliquid.aliquãdo detrahunt,vt ab atlas atlãtis atlanti atlantiades.amphytrio,onis,oni,amphytrioniades. Ouid.riſit atlantiades & me mihi decipis(inquit.)Verg.viij.æñ.Amphytrioniadæ magno diuiſq; ferebat.Ouid.in epiſtola penelopes:ſiue menœciadem falſis cecidiſſe ſub armis. Ab æneas quoq; fecit Verg.ænides.viij.æneiđ.ſit ſatis ænide telis impune numanum. Idem quoq; ſcipiades fecit pro Scipionides dicens.duo fulmina belli ſcipiades: & Hora.ij.ſermo. virtus ſcipiade & mitis ſapientia Læli.& Oui.deucalides pro deucalionides:declinanturq; oĩa per primã noĩs declinationẽ. Patronymica fœminina fiunt a patronymicis maſculinis ablata de.vt priamides.æ.priamis.idis.æclides.dæ.æclis. idis.

*aliquãdo tamen aliter exeunt, vt ab æneades.æ.æneis.idis.a theſeides.æ.theſeis.idis.Papi.lib.xij.Theba, viue precor, nec tu diuinam æneida tẽta. & Iuue.vexatus toties rauci theſeide codri.declinãtur per tertiã nõis declinationẽ. Reperiũtur quoq; nõia fœminina patronymica terminata in.ne.ꝑ primã nõis declinationẽ variata, vt nerine filia nerei.adraſtine filia adraſti. Acriſione filia acriſii.Verg.in buc.nerine galathea thymo mihi dulcior hyblæ.Patronymica nõ ſunt in vſu apud eos, qui in oratione ſoluta ſcribunt: ſed tantum apud poetas, & raro quidem a nominibus latinis: nã illa quæ videntur patronymica:*

vt Priamides, filius, vel nepos vel aliquis ex poſteris Priami.

Quod eſt nomen poſſeſſiuum? Quod cum genitiuo ſui principalis ſignificat aliquid ex his, quæ poſſidentur, vt Euãdrius enſis. ꝑ Euandri enſis.

Quod eſt nomen denominatiuum? Quod a nomine deriuatur, nec denominatur ab aliqua ſpeciali ſignificatione, vt a iuſtus iuſticia, a ſapiens ſapientia.

Quod eſt nomen diminutiuum? Quod ſignificat diminutionem ſui principalis, vt a rege regulus.

*Iuſtinus iuſti filius.albinus albi filius.longinus longi filius, potius dicendũ eſt eſſe poſſeſſiua pro patronymicis, ſicut ediuerſo ponuntur patronymica pro poſſeſſiuis, vt Verg.æñ.pro opere illo Verg.ſed de patronymicis alias diſſeretur pluribus.¶ Quod eſt nomẽ poſſeſſiuum? Secunda ſpecies nominũ deriuatorũ eſt eorũ quæ dicũtur a græcis: ctetica, a latinis poſſeſſiua dicta: vt diſcipulus ex Priſ.verbis reſpondet: ꝙ cũ genitiuo principali.i.illius nominis vnde deriuatur, ſignificat aliquid ex iis quæ poſſidentur.Cũ enim genitiuus poſſeſſionem plerumq; ſignificet, nomen quod dicitur poſſeſſiuum æquipollet genitiuo illi vnde deducitur, vt ꝙ Verg.x.æñ.dixit.nã tibi tymbre caput euãdrius abſtulit enſis.perinde eſt ac ſi dixiſſet euãdri enſis.Sunt etiã quedã nomina, poſſeſſiuis ſimilia, hoc eſt, quæ cum non ſint poſſeſſiua, proprie tamen habent formam poſſeſſiuororum. vt Quint.Iulia.Gentilia quoq; poſſeſſiuis ſimilia ſunt, vt Romanus, Hiſpanus.Exeunt autẽ huiuſmodi poſſeſſiua ſiue gentilia in varias terminationes.eus.penultima breui.vt æthereus.a.um.neſtoreus.a.um.In.æus.penultima.e.diphthongo ſcripta.vt thebæus.a.um.achæus.a.um.actæus.a.um.ꝙ ꝓpria ſunt græcorũ. In.ius.penultima breui.vt perſeius.a.um.phineius.a.um. In.ius penultima lõga.vt dius.a.um.chius.a.ũ.phthius.a.um.quæ & ipſa ꝓpria ſunt græcorũ. In.ous.quoq; græca ſunt. vt argous.a.um.herous.a.um.myrtous.a.um. In.us.quacũq; præcedẽte cõſonante, vt arabus.a.um.lybicus.a.ũ.indus.a.um. Exeunt præterea nõia gentilia plærũq; in.enſis.vt ab ithaca ithacenſis.ab athenis athenienſis.a carthagine carthaginenſis. Exeũt & i.as.vt a ceſena ceſenas.atis.ab arpino.as.atis.a ſaſina.as.atis.Exeũt & in.er.is.e.vel.is.er.e.vt cãpeſter.ſtris.ſtre. ſilueſter.ſtris.ſtre.equeſter.ſtris.ſtre.a campo ſilua equo. ¶ Quod eſt nomen denominatiuũ? Reſpondet ex Priſcia.verbis. Denominatiuum nomẽ eſt, ꝙ a nomine deriuatur: quia patronymica & poſſeſſiua, de quibus ſupra diximus, diminutiua, comparatiua & ſuperlatiua, de quibus infra dicendum eſt, a nomine deriuantur, poſſetq; aliquis illa ratione ductus appellare denominatiua, ſubdit neq; denominatur ab aliqua ſpeciali ſignificatione. Nam patronymicum ex eo dicitur, ꝙ a nomine patris deriuatur: poſſeſſiuum ex eo, ꝙ ſignificat aliquid ex iis quæ poſſidentur. Diminutium, ꝙ ſignificat diminutionem ſui principalis. Comparatiuũ, quod cum intellectu poſitiui ſignificat magis aduerbiũ. Superlatiuum, quod omnibus ſuperponitur. At vero denominatiuũ non aliqua huiuſmodi ſpeciali ſignificatione: ſed tantum a generali appellatur denominatiuum, quia (vt ſæpe diximus) quoties ſpecies nomen nõ habet, neceſſe eſt, vt a nomine generis appelletur. Exeunt itaq; denominatiua.in.a.vt a iuſtus iuſticia, a prudens prudentia, a cautus cautela.a cantus cantilena. Exeunt in.o.vt a capite, capito capitonis.a naſo, naſo naſonis.a fronte, fronto frontonis. Exeunt in.al.vt a ceruice ceruical.a tribuno, tribunal, a puteus puteal. In.il.vt a pugilus pugil. In.ium.vt a ſole ſolarium.a roſa roſarium. In.etum. vt oliuctum ab oliua.coryletum a corylo. In.bulum.vt a cunis cunabulum. a veſta veſtibulum. In.ar. vt a lupa lupanar.a lacu lacunar. In.er.vt ab oleo oleaſter.a pyro pyraſter. In.as.vt a bonus.itas. a probus.itas. In.es.vt ab equus eques.a pes.pedes. In.is.vt a fides fidelis.a crudus crudelis. In.os.vt a lepus lepos. In.us.vt a tribus tribunus. In.ceus.cea.ceum.& in.cius. quæ materiam ſignificant.vt triticeus, harundinaceus, cementicius, ex materia tritici.arundinis.cementi. In.eus.vt terreus, aureus.frondeus.arbuteꝰ.ex materia terræ.auri.frondis, arbuti. In.oſus.habitionem ſiue copiam ſignificant.vt animoſus, ſaxoſus.ideſt habens animi vehementiam & copiam ſaxorum.¶ Quod eſt diminutiuum? Ex Priſcia.propemodum verbis reſpondet, diminutiuum eſt, quod diminutionem ſui principalis ſiue primitiui demonſtrat.vt a rege regulus, a fratre fraterculus. Priſcia.addit abſolute ad comparatiuorum differentiam, quia comparatiua aliquando minuunt vim primitiui: ſed non abſolute, ſed comparatiue.Exeunt diminutiua in varias terminationes: ſed plærumq; in.ulus.ula.ulum.vt a frater fraterculus.a ſoror ſororcula.a munus munuſculum.a bonus.bellus, bellulus bellula bellulum.a bimus, bimulus bimula bimulum. Exeunt aliquando in.io.vt ab homine homuncio.a ſene ſenecio.aliquando in.aſter.tra.trũ.quæ proprie nõ ſunt diminutiua: ſed imitationem quandam ſignificantis, vt a pyro.raſter.a filia filiaſtra.a menta mentaſtrum. Exeunt & in.olus. ola. olum.vt a ſergia ſergiolus.a corona corola.a pallio palliolum. Aliquando in.ellus.a.um. vt a cane catelus. a puera puella, a ſcanno ſcabellum.a tener tenera tenerum, tenellus tenella tenellum. Aliquando in illus illa illum. vt a pugnus pugillus.ab horeſte.ſtilla.a paruo, puſillus puſilla puſillum. Aliquando in.eus.vt ab equo equuleus.Aliquando in.iſcus. vt a pan paniſcus.a petrus.iſcus.a ſyro ſyriſcus: ſed hæc forma eſt a nominibus græcis.Sunt quædam quæ cum formam diminutiuorum habeant, diminutiua non ſunt.vt abauunculus.i.cuniculus cuniculi.muſculus muſculi. pro neruoſa toroſitate. pediculus.i.cuculus.i.cicercula cicerculæ, nouacula nouaculæ.lẽticula lenticulæ.acicula aciculæ.auricula.e.mẽtula mentulæ. fidicula fidiculæ.cubiculum cubiculi.curriculum curriculi, vmbraculum vmbraculi. crepitaculum crepitaculi: quæ videntur acta ab ano, cunno, mure, pede, cicere. nouo. lente. acu. aure. mente. fide. cubili. curru, vmbra, cubitu.*

Quod eſt nomen cōparatiuum? Quod cū intellectu poſitiui, vel aliquo participe ſenſus poſitiui ſignificat magis aduerbiū, vt iuſtior magis iuſtus inferior magis infra.

Cōparatiua vnde formantur? A nominibus adiectiuis, quæ poſſunt incremētum diminutionēq; ſuſcipere, vt a bonus.a.ū. melior. a doctus.a.um. doctior. Et a verbis, vt a detero deterior. & ab aduerbijs & præpoſitionibus; vt a pridem prior. ab vltra vlterior.

Cōparatiua quomodo formantur? In nominibus adiectiuis ſecūdę declinationis formātur a genitiuo terminato in.i. addita.or. vt albus albi albior. In nominibus vero tertiæ declinatiōis a datiuo addita.or. vt fortis forti fortior. A nominibus habentibus vocalem ante.is. vel.us. comparatiua nō formantur, ſed ſupplentur ex hoc aduerbio magis & poſitiuo, vt tenuis, magis tenuis; arduus magis arduus.

*¶ Quod eſt nomen comparatiuū? Comparationem (vt ſupra memorauimus) Diomed. & Donatus in nominis accidētia numerant: nos autem plæroſq; grāmaticorum ſecuti cōparationem in ſpeciei partes reiecimus illa perſuaſi ratione, quod non omnibus, ſed certi cuiuſdam generis & ſignificationis nominibus accidit cōparatio. Cuius gradus cum ſint tres, hoc eſt poſitiuus, cōparatiuus & ſuperlatiuus, omiſſo poſitiuo, hoc eſt primo cōparationis gradu. a quo tanq̄ a prima poſitione reliqui duo formantur, tria de quolibet illorum quærit. Primū, quæ ſint comparatiua & ſuperlatiua. Secundū, a quibus nominibus deriuantur. Tertiū, quomodo debeāt formari. Cū quibus caſibus conſtruantur lib. iiij. dicturi ſumus.*

*Igitur interroganti, q̄ eſt nomen comparatiuū, reſpōdet, non quid eſt, ſed quid ſignificet dicens ex Priſcia. verbis, comparatiuum eſt, quod cū intellectu poſitiui. i. vltra illud, qđ ſignificat nomē poſitiuum, aut aliquo participe ſenſus poſitiui. i. quacūq; alia parte oratiōis q̄ ponitur loco nōis poſitiui. puta verbo, participio, præpoſitiōe: aduerbio, a qbꝰ (vt mox dicetur) cōparatiua poſſunt deriuari, ſignificat aduerbiū magis. vt fortior, magis fortis. Nā oīa cōparatiua in magis & ſuum poſitiuū reſolui poſſunt: præterquā ipſum magis. q. cū ſit comparatiui aduerbiū, ab eo quod eſt maior & maius litterarū facta mutatione, nō poteſt in aliqđ aliud reſolui. Quod vero Lauren. ait, cōparatiua æque poſſe reſolui in plus, vehementius & validius: vt fortior plꝰ fortis, vehemētius fortis. validius fortis: nō inficior: ſed ea ipſa rurſus in magis reſoluūtur: vt plus. i. multo magis. validius magis valide. vehementius, magis vehemēter. ipſum magis in aliud non poteſt, nam iſto modo nullus in reſoluendo terminus occurreret. Sed cum cōparatiuꝰ aliquid addere velit poſitiuo: quoties reperitur abſolutū (hoc eſt nō cōparatū) aut idem ualet, qđ poſitiuus, dicente Quin. i. inſti. vtimur vulgo cōparatiuis p poſitiuis, vt ſi quis ſe infirmiorem appellans: non dixit pro minus, quā infirmus, aut etiam minus ſignificat, quā poſitiuum vt Priſcia. exponens illud Verg. i. æn. triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. triſtior (inquit) pro ex parte triſtis. Seruius pro triſtis tantum, hoc eſt pro poſitiuo exponit. Neq; aſſentior Vallæ, qui audiuſcule reprehendit Serui. & cum illo Varronem, Plinumq; dicentes, ſenior & iunior eſſe comparatiua per imminutionem: vt ſit ſenior nondum aut non ſatis ſenex: iunior non ſatis iuuenis. Qui mihi rectius quam Valla ſentire videntur. Quoties namq; non exprimitur is, ad quem ſit comparatio, quemadmodum ſupra memorauimus, compatiuum minus ſignificat, quam poſitiuum, aut tantundem: vt Vergil. vj. æneid. de Carone: iam ſenior: ſed cruda deo viridiſq; ſenectus, quid enim amplius deſideramus: cum ipſe Vergil. exponit, quid ſit ſenior ſubijciens: ſed cruda deo viridiſq; ſenectus, hoc eſt non adulta, aut præceps, ſed viridis & cruda, hoc eſt incipiens, quod vero Laurentius affert ex Ouid. de triſtibus, ſopite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes: & olim imperium regat hoc cum ſeniore ſenex. Non videt homo auiditate carpendi cæcus ſignificationem hoc loco ſeniores augeri: quia ſit comparatio ſenioris ad ſenem. Priſcia. autem Seruius, Varro & Plinius de abſoluto: non de comparato intelligebant. Eadem quoq; ratione comparatiuus, vt mox dicetur, poteſt tranſcendere ſuperlatiuum ſi illi ſuperponatur. vt ſi dixeris. Hector fuit fortiſſimus, ſed Achilles fortior, idem quoq; dicendum eſt de eo, q. affert ex Quin. de Iſocrate. eoq; iam ſeniore. octauum enim & nonageſimum compleuit annum. manifeſtum eſt enim comparari Iſocratem ſuum ſeniorem ſibiipſi ſeni. vt ſi dicat ſenex ad decem annos ſum futurus ſenior. Cice. in fine. iij. offi. Vale mi Cicero tibiq; perſuade, te mihi eſſe chariſſimum: ſed multo fore chariorem, ſi talibus monumentis præceptiſq; letabere. ¶ Comparatiua vnde formantur? reſpondetq; non paſſim ab oībus partibus orationis formari: ſed tantū a nominibus adiectiuis quæ poſſunt incrementum diminutionemq; ſuſcipere, aut quemadmodum aiunt Diomed. & Donatus, quæ qualitatem, aut quantitatem ſignificāt. Nam, quod ab ipſeipſa ipſum, Plau. fecit ipſiſſimus: & in penulo nullus me eſt penus penior: & qui a Nerone neronior. a lapide lapidior, fecerunt, nimis licenter abuſi ſunt comparatiuo & ſuperlatiuo. A participio futuri in. rus. ſiue in. dus. comparatiua & ſuperlatiua non formantur, niſi q. Plautus more ſuo in rudente finxit a periturus perituriſſime: cædo (inquit) ſis mihi talentum magnum argenti perituriſſime: & quod iuniores dicunt reuerendiſſimus & obſeruandiſſimus. Ex quo infertur, comparatiuum non poſſe formari a nominibus: quorū ſignificatio non poteſt creſcere, aut minui, qualia ſunt ingens, vnicus. ſummus. imus. omnipotens, quāq̄ Macro. dixit omnipotentiſſimus. Nomina etiam numeralia ſiue ſint diſtributiua ſiue ordinem ſignificantia, vt primus, ſecundus, tertius. &c. non reperiuntur cōparatiua neq; ſuperlatiua. Sunt præterea quædam cōparatiua & ſuperlatiua ſine poſitiuo vt ocyor. ocyſſimus. ¶ Comparatiua quomodo formantur? reſpondetq;, q. cum nomina adiectiua ex quibus poſſunt comparatiua formari. aut ſint primæ declinationis, & ſecundæ, aut etiam tertiæ. in illis prioribus formantur a genitiuo terminato in. i. poſterioribus a datiuo addita. or. a præpoſitione, aduerbio, & verbo nullam certam rationem ſequuntur.*

Quod eſt ſuplatiuum nomē? Quod ad plures ſui generis comparatum, omnibus ſuperponitur, vel per ſe platum ſignificat quantum poſitiuum cum hoc aduerbio valde, vt Plato grecorum doctiſſimus, & Plato doctiſſimus. i. valde doctus.

Superlatiua vnde formātur? Ab eiſdem nominibus adiectiuis, vnde formantur comparatiua.

Superlatiua quomodo formātur? In nominibus adiectiuis in. er. delinētibus ſuperlatiua formantur addita. rimus. vt tener tenerrimus, pauper pauperrimus. Alias vero aut poſitiua ſunt ſecundæ declinationis, aut tertiæ. Si ſecundæ, declinationis ſuplatiua formātur a gtō terminato in. i. addita. s. & ſimus. vt albus albi albiſſimus. Si tertię, formātur addita. ſimus. tātum. vt fortis. is. fortiſſimꝰ.

Patiunt̄ iſtę regulę exceptionē? Nimirum patiūtur, quoniā & a verbis & ab aduerbijs & a ꝓpoſitionibus aliquādo formant̄. Sed & a nominibꝰ irregularia quędā nō legitime formant̄, de qbꝰ alias.

¶ Quod eſt nomen ſuplatiuū? quærit rurſus tria eadē quæ de cōparatiuo. Reſpondetq; primū ex Priſcia. verbis ſuplatiuū eſſe: quod cōparatū ad plures ſui generis: quia cōparatiuus etiam ad vnū & ad plures diuerſorū generū poteſt cōparari: omnibus ſupponitur. i. oēs in ſignificato ſuperlatiui tranſcēdit. vt Plato græcorū longe doctiſſimus: plato enim cū ſit græcꝰ ad reliquos oēs cōparatus oībus ſuperponitur: neq; enim recte atq; latine diceretur: plato latinorū doctiſſimus: cū plato latinus nō fuerit. At vero ꝑ cōparatiuū recte dixeris græci doctiores ſunt latinis: & plato eloquentior Cicero. & addit vel per ſe prolatū. i. nō facta cōparatione, ſed abſolute poſitum ſignificat quantū poſitiuum cū hoc aduerbio valde, vt plato doctiſſimus. i. valde doctus qđ inepte a Priſci. exponi Valla his verbis oſtēdit, quid (inquit) abſurdius q̃ cū exponamus cōparatiuū per cōparatiuum: exponere ſuperlatiuum per poſitiuum? ſed quēadmodū hoc auidius. ita illud iuſtiſſime reprehēdit, quod Priſcia. expoſuit: fortiſſimꝰ græcorū fuit Achilles i. ſup omnes græcos fortis, eſſet enim ſuper ſe fortis Achilles niſi ſubintelligatur relatiuū diuerſitatis, hoc eſt ſup cæteros græcos, cū ſit græcus. Itaq; infert exponendū fuiſſe potiꝰ Achiles fuit græcorū maxime fortis quādoquidem fortior exponitur magis fortis: ſed de graduū cōparatione lib. iiij. qđ reliquū eſt, dicturi ſumus. ¶ Superlatiua vnde formantur? ab eiſdem reſpōdet noībus adiectiuis: a quibus formātur cōparatiua, hoc eſt ab ijs, quæ incrementū diminutionēq; poſſunt recipere. ¶ Superlatiua quemadmodū formentur: ſatis explicite demōſtrat. Regulæ tamen ſuperiores, quæ de cōparatiuis & ſuperlatiuis traditæ ſunt, patiuntur ex parte aliquādo exceptionem. vt in his. Bonus. a. um. a quo debuit eſſe bonior boniſſimus. & dicimꝰ, melior optimus. Malus. a. um. ꝑ malior. iſſimus. dicimus peior. ſſimus. Magnus. a. um. ꝑ magnior. iſſimus. dicimus maior. ximus. Paruus. a. um. pro paruior paruiſſimus. dicimus minor. imus. Multus. a. um. ꝑ multior. iſſimus. dicimus plus. tantum genere neutro in ſingulari: & in plurali plures & plura cōmune triū generū, in cōparatiuo, & in ſuperlatiuo plurimus. a. um. Dexter. a. ū. qđ etiā per ſyncopam dexter. tra. trū. dicitur ꝑ dextrior. triſſimus, vel dexteriſſimus: dicimus dexterior dextimus. Saluſt. in iugur. Sylla cū equitatu apud dextimos. Varro de hæreſibus, a primo cōpito dextimā viam munit. Eadem quoq; ratione a ſiniſter. a. um ꝑ ſiniſtrior. iſſimus. dicimus ſiniſterior ſiniſtimus. Senex ſenis cū ſit ſubſtātiuū generis maſculini: fecit ex ſe cōparatiuū tantum ſenior, quēadmodū & iuuenis. nior. pro iunior, neq; tamen dicimus ſeniſſimus. iuueniſſimus. Neq̄, cum indeclinabile ſit: tamen ex proportione regulariū formauit nequior nequiſſimus. Maturus. a. um. debuit formare ſuperlatiuū maturiſſimus: & fecit maturrimus. vt Cice. de ora. quippe qui omniū maturrime ad cauſas publicas acceſſerim. quāq̄ idē in. v. ad Herenniū dixit: in ætate maturiſſima velint cōparare. Eadē quoq; rōne vetus formauit ſuplatiuū veterrimus ꝑ veteriſſimus. Verg. ij. æn. ingēs ara fuit iuxtaq; veterrima laurus, quāq̄ videri poteſt eſſe deriuatū ab eo q, antiquiores veter dicebāt. vt Ennius. cū veter occubuit primus ſub Marte pelaſgo. Magnificus & reliqua huius formæ a facio cōpoſita qualia ſunt munificus. mirificꝰ. maleficus. beneficus. a formatione aliorū deſcēdentia fecerūt cōparatiuū in. entior. & ſuperlatiuū in. entiſſimus, vt magnificus magnificentior magnificētiſſimus. munificus, centior. cētiſſimus. mirificus. mirificētior mirificentiſſimus, maleficus, cētior. cētiſſimus. beneficus. cētior. cētiſſimus. antiquiores tū ꝓportionē ſecuti magnificiſſimus & beneficiſſimus dicebāt. vt Cato de Ptole. regē beneficiſſimo. & Actius magnificiſſimo excellētiſſimoq; honore: & Teren. in phor. quidnam arbitrare neſcio, atqui mirificiſſimus. Maledicus quoq;, benedicus. veridicus in hūc modū gradus formant maledicentior. cētiſſimus, benedicentior. centiſſimus. veridicentior. tiſſimus. Beneuolus. maleuolus. ad ſuperiorem formā beneuolētior. tiſſimus. & maleuolentior. tiſſimus. faciunt. Vaniloquus. multiloquus: & ſimilia a loquor. eris. cōpoſita, eodem modo mittūt cōparatiuū & ſuperlatiuū. vt Magniloquus. entior. entiſſimus. multiloquus. entior. entiſſimus. vaniloquꝰ. entior. entiſſimus. Facilis. agilis. humilis. gracilis. ſimilis. ſuplatiuū miſere in. limus. vt facilis. llimus. agilis. llimus. humilis. llimus, gracilis. llimus, ſimilis. llimus. A verbis duo venerunt cōparatiua, & totidem ſuperlatiua. quāq̄ ſunt, qui illa eadē a nominibus deriuare cōtendāt. a deter, quod in vſu nō eſt, deterior. rrimus, qđ a detero potius deriuatur, & a potis & pote potior. iſſimus, quod a potior. iris magis deriuari videtur: cū a ſignificatione potis & pote receſſerit. ¶ Ab aduerbijs quoq; & præpoſitionibus formātur cōparatiua & ſuplatiua. vt a penitus. tior. tiſſimus. Apule. Socraticus. in Harmag. trahere (inquit) ſe in penitiorē partē domus. Plau. præterea in perſa. furtiuā aduectā ex arabia pœnitiſſima, quāq̄ poſſunt videri formata a nomine priſco pœnitus. a. um. quo Plau. in aſinaria eſt vſus. Age quæſo Hercule vſq; ex pœnitis faucibus. A pridem prior primus, nā ſuplatiuū eſſe hoc ex conſtructione intelligitur. dicimus enim primus omniū. Ab extra dicimus exterior extimus, ab intra. rior. intimus, a citra. rior. citimus. ab vltra. rior. vltimus. quāq̄ exterior extimus & extremus: a quo iterū cōparatiuū fecit Apul. i. meta, dicens. ſi quid eſt tamen nouiſſimo extremius. poſſunt videri formata ab exter. era. erū. quo Verg. eſt vſus. iiij. æn. & nos fas extera quærere regna, & Papi. xi. Theba. ne quis ſuæ pignora curæ exter honos. a citer. a. um. quo eſt vſus Cato, & Affranius: citerior

*citi tus. Cicero. vi. de repu. ea minima, q̄ vltima a cælo citima a terris lucebat aliena. A ſupra ſuperior. emus. ab infra. erior. nfimus, quæ ipſa poſſunt videri formata a ſuperus. a. um. & inferus. a. um. quibus eſt vſus. Liui. Andro. inferus an ſuperus tibi fert deus funera Vlyſſes. nūc tantū in plurali dicimus ſuperi. orū. & inferi. orum. Poſt quoq; format ex ſe poſterior & poſtremus, quāq̄ videri poteſt deductū a poſterus. a. um. Ante format comparatiuū anterior, ſuperlatiuo caret: ſicut a ſene ſenior. Prope fecit cōparatiuum proprior, & ſuperlatiuū proximus, qđ & ipſum ex ſe facit comparatiuū proximior. Vulp.*

**Quod eſt nomē verbale? Quod a verbo deriuat. vt ab amo. as. hic hęc amabilis & hoc amabile. Quod eſt nomen participiale? Quod a participio deriuatur. vt a lectus, lector & lectio.**

*ad edictū. ſi quis proximior cognatus naſceretur, & Vege. proximior dextra ſit; quæ plagā poſſit inferre. A nuper Cice. fecit nuperrime ſcribēs ad herē. quod nuperrime (inquit) dictū eſt: facile memoriæ mādatur. pōt & ab eo q; nuperus. a. um. quo Plau. vtitur in captiuis deriuari. recens (inquit) captū hominē nuperū & nouicium. Ocyor pro velocior nō habet poſitiuum latinū, vnde formetur. ocyſſimus habet pro velociſſimus: deriuantur tamen ab ocys græce, q veloх interpretatur. Comparatiua quoq; & ſuperlatiua, nō formantur a nominib9 adiectiuis habētibus. i. vel. u. vocales ante. is. vel. us. vt pius. arduus, quæ ſupplenda ſunt per aduerbia illa magis & valde. antiquiores tamen pientior pientiſſimus dicebant: & ab Egregius Iuue. dixit. egregius cœnat meliuſq; miſerrimus, pro egregijus: & Pacu. mulier egregiſſima forma. & a ſtrenu9 ſtrenuior fecit Plau. in epid. dicēs. nā ſtrenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas: & Lucil. villicus ſtrenuior ſi euaſeris. Ab induſtrius quoq; induſtrior. C. gracchus in tuberonē. vt in me induſtrior ſis quā in te: & ab innoxius. oxior. Cato antiquiorem animum inducent eſſe quā inoxiorem. & a perpetuo perpetuior & perpetuiſſimus. idem Cato fecit dicens. Idq; perpetuius atq; firmius repſi. & alio loco idem, fugit maxima flagella perpetuiſſime curriculo. ¶ Quod eſt nomen verbale? verbalia nomina ſub varijs formis exeunt a verbo. In. a. vt a candeo candela. a ſuadeo. ſuadela. a caueo cautela. ſiue ſit a cautus. a. ū. In. e. vt a ſedeo ſedile. a cubo cubile. In. o. vt a lateo latro. a lenio leno a palpo palpas palpo palponis. In. il. & in. ul. vt a vigilo. las. vigil. a conſulo. lis. conſul. ab exulo exulas exul. a præſum, præes præſul. In. bulum. vt a voco. as. vocabulum. a ſto ſtas ſtabulum. a paſco paſcis pabulum. In. culum. vt diuerto. tis. diuerticulum. ab oro oras oraculum. a propugno. as. propugnaculum. Alia exeūt in. mentum: vt ab induo. is, mentum. a munio. is, munimentum. a fulcio. cis. fulcimentum. In. men. vt a foro. as. foramē, a certo. as. certamen. a nuo. is. numen. & ſunt huiuſmodi noīa plerūq; poetica. vt ſolamen. inis. munimen. inis. molimen. inis. oblectamen. inis. In. er. vt a rubeo. es. ruber. a macero, macer. a lacero lacer. In. or. vt a coloro color. ab honoror, honor. a laboro, labor. In. ur. vt a murmuro. mur. ab auguro. gur. a ſaturo. tur. In. es. vt a tego gis. teges. etis. a mergo. is. merges, itis. a ſtruo. is. ſtrues. is. In. bilis. quæ paſſionem ſignificāt. vt ab amo. bilis. a lego, bilis. ab audio. bilis. i. quod poteſt amari legi audiri. Exeunt in. ilis. alijs conſonantib9 præcedentibu.. vt a doceo. lis. a ſentio, ſilis. Lucre. in. ij. ex inſenſibili ne credas ſenſibile naſci. ab vtor. ilis. i. quod poteſt docerī ſentiri, & quo poſſumus vti. penetrabilis tamen actiue reperitur, Verg. i. geor. penetrabile frigus adurat: & xij. æn. aſpice non mage ſit noſtrum penetrabile telū. & Ouid. xv. meta. penetrabile fulmen. Idem tamen lib. xij. eiuſdē, paſſiue dixit. nullo penetrabile telo. Greſibilis, quod graditur, rationabilis actiue & paſſiue. Terribilis, quod terret, & quæ dialectici finxerunt riſibilis. hinnibilis. pro riſiuus. hinnitiuus & ſimilia. vt cruciabilis & diſſociabilis. In. os.. vt a cuſtodio. is. cuſtos. dis. a do das. dos dotis. In. us. vt a ſuperbio. is. ſupbus. ab orbo. as. orb9. a parco, cis. parcus. In. būdus. ſignificat cū participio præſentis temporis & quadam nimiet, atenon (vt Priſcia. putauit) ſimilitudinem: vt vitabundus valde vitans. moribundus valde moriens. In. ax. vt a voro. ras. vorax. cis. a teneo. es. tenax, cis. a peto. is. petax. cis. a ſagio. gis. ſagax. cis. In. ex. vt a lateo. tes. latex. icis. a verto. tis. tex. icis. In. ox. vt a voco. cas. vox. cis. In. ux. vt a luceo. ces. lux, a duco. cis. dux. In. nx. vt a cōiungo coniunx, ſunt qui malint coniux a coniugo. gas. In. rx, vt ab arceo. ces. arx. a mercor, aris, merx. ¶ Quod eſt nomen participiale. Nomina participialia ſunt, quæ a participijs ſiue a verbis participialibus, quæ alij dicūt ſupina, formātur. horum quædam terminantur in. io. fiuntq; ab vltimo ſupino. u. finali mutata in. i. & addita. o. vt a lectu lectio. ab auditu auditio. a. viſu viſio. dicimus tamen a cubo, bas. bitum. bitu. non cubitio. ſed cubatio. Varro de origine linguæ latinæ. a cubatione (inquit) cubiculum eſt. a domo domas domitum: domitu, non domitio: ſed domatio: quia (vt in ſupinis diximus) etiam domator a domitu deducitur. a lauo lauas lotū, non lotio: ſed lauatio ab alio ſupino, quod eſt lauatū. Cicero ad Varronem: ante te certiorem faciam: vt lauatio parata ſit. a frico fricas. ictum. ctu. ctio. ab eo quod eſt fricatum fricatio. Celſus. lib. primo in ipſo quoq; itinere frequens frictio. Plini. libro. xxxiiij. frictiones inhibeat oculorum. Columel. lib. vij. cum fricatio nihil profuit. ſacrificatione demitur. eodem modo autore Valla a tonatu potius dicimus tonatio: quam a tonitu. tonitio. a ſonatu. natio. potiuſquam a ſonitu ſonitio. a præſtatu præſtatio. potiuſquam a præſtitu præſtitio. Quædam terminantur in. or. quæ formantur ab vltimo ſupino. u. finali mutata in. or. vt ab amatu amator, ab auditu auditor, & omnia ſignificant actionem, præter vnū vector, quod actionem & paſſionem ſignificat, cum videlicet, qui vehit, & qui vehitur. Luca. in. iiij. vectoris patiens tumidum ſuperenicat amnem. Indem in. v. cauſa timoris vectorem non noſſe tuum. vtrobiq; paſſiue. Martial. poſuit actiue. per te perq; tuam vector laſciue puellam: & Seneca in hercule furente, tyriæ per vndas vector Europæ nitet. Ab his rurſus formantur fœminina nomina terminata in. trix. tor, mutata in. trix. vt amator. atrix. creator. creatrix, altor altrix. Ab eo, quod eſt nutritu nutritor, euphoniæ cauſa diximus nutrix & non nutritrix. Propter in conſequentia quoq; litterarum a nominibus terminatis in ſor. formantes fœminina. t. interponimus, vt ab aſſeſſor aſſeſtrix, a poſſeſſor. proſſeſtrix. a tonſor tonſtrix, ab expulſor. s. littera extrita expultrix. A ffranius aſſeſtricem me ſibi adeſſe vocat: & Philo. Hierony. interprete. da mihi ſedium tuarum aſſeſtricem ſapientiam. Martia. tonſtrix ſuburæ faucibus ſedet primis, ſed iſta tonſtrix Amiane non tondet. Cice. v. thuſc. de philoſophia. indagatrix (inquit) virtutum expultrixq; vitiorum.*

Quod eſt nomen aduerbiale? Quod ab aduerbio deriuatur; vt perendie perendinus. dina dinum.

Quid eſt genus in nomine? Illud quod maſculinũ a fœminino diſtinguitur; & neutrum ab vtroq;.

Genera nominum quot ſunt? Septem; maſculinũ; fœmininum. neutrum; commune duorum; cõmune trium; dubium, promiſcuum.

Quod eſt nomen maſculinum? Quod declinatur cum hic, vt hic dominus, hic ſermo.

Quod eſt nomen fœmininum? Quod declinatur cum hæc, vt hæc muſa, hæc terra.

Quod eſt nomẽ neutrum? Quod declinatur cum hoc, vt hoc templum, hoc regnum.

Quod eſt nomen cõmune duorũ? Quod declinatur cũ hic & hęc: vt hic & hæc ſacerdos; cõuiua.

Quod eſt nomen commune trium? Quod declinatur cum hic & hęc & hoc: vt hic & hęc & hoc prudens; fœlix.

Quod eſt nomen dubiũ? Quod declinatur cũ hic vel hæc: vt hic vel hæc finis, hic vel hæc cortex.

Quod eſt nomẽ ꝓmiſcuum? Quod cum articulo hic vel hęc ſignificat animalia vtriuſq; ſexus; vt hic miluus, hic mus, hæc aquila hæc dorcas.

Muſa igitur cuius gñris eſt? Fœminini generis, declinatur enim cum hoc articulo hęc. vt hęc muſa muſæ. Da regulam generis. Nomen quod ſit in.a. finitum dic muliebre, neq; enim ab ea excipitur muſa.

Quid eſt numerus in nomine? Incrementum quãtitatis ab vno vſq; ad plura procedens.

*Sunt tamen quedam, a quibus nemo audeat formare fœmininum in trix. vt a curſor curſtrix, a deriſor deriſtrix. a morſor morſtrix. a perſuaſor. auſtrix. Plau. in bacchidib. probri perlecebræ & perſuaſtrices, & ſimilia. In tilis, ſilis, & ilis deſinentia in ſignificatione ſimilia ſunt participijs vnde formantur, vt fictilis, raſilis, nexilis, quod fictum raſum, & nexum eſt. In cius quoq; terminata eiuſdem prope ſunt ſignificationis cũ participijs vnde formantur, vt ſcripticius. facticius; dediticius, qđ factum, ſcriptum. & deditum eſt. in iuus, iuua, iuum, tum actionem, tum paſſionem ſignificãt. vt actiuus q agit. paſſiuus q patitur. indicatiuus q indicat. inſitiuus non q inſerit. ſed qđ inſeritur. Hora. in epo. vt gaudet inſitiua de cerpens poma. ¶ Quod eſt nomẽ aduerbale? aduerbialia dicuntur nomina, non tantũ quæ ab aduerbijs deriuantur, ſed etiam quæ a præpoſitionibus, quæ quoties caſualibus ſuis nõ opponũtur, aduerbia potius dicuntur. vt ab hodie. ernus. ab heri heſternus, a cras. ſtinus. a perendie. dinus. ab infra infernus. a ſupra ſupernus. ab extra externus. ¶ Quid eſt genus in nomine? genus in nomine aut naturale eſt, aut ab vſu, atq; autoritate deſcẽdit. naturale earum rerum quæ ſexu diſtinguntur, hoc eſt, marium & fœminarũ, quæ ſunt in natura generatiõis principia, vnde ab his duobus genera dicta ſunt a generãdo, de quib9 Priſ. dixit. duo genera ſunt quæ ſola ratio naturæ nouit maſculinum; & fœmininũ. Genus illud alterũ qđ ab autoritate defluxit, nullum ſexum præſefert, ſed illud tantum ſequitur, qđ vſus cõfirmauit. vt lapis, terra, cũ in natura nullius certi ſunt ſexus, alterum maſculino. alterum fœminino genere vſus protulit. Ergo recte dici genus in nomine eſſe notionem quandãquá maſculinum a fœminino diſtinguitur, aut natura duce, aut vſu: & neutrũ ab vtroq; nã ex illis duob9 & ex hoc reliqua gñra ſunt. ¶ Gñra noĩm quot ſunt? ad gña q lib. j. & .ij. poſuit duo reliqua adiecit dubiũ & ꝓmiſcuũ de quib9 iterũ ſingulatim q̃rit. ¶ Quod eſt nomen maſculinum? nõ magis ſatiſfacit hec loco, quã lib. j. nam (vt illic dicebamus) nõ propterea dominus eſt maſculini generis, quia declinatur per hic, ſed declinatur cum hic, quia eſt generis maſculini, ſed in hoc ſequitur vulgarem rationem. nam vera ratio erat, cur dominus ſit generis maſculini, aut quia reperitur coniunctus cum nominibus adiectiuis generis maſculini. aut ratione ſignificationis, quæ ad maſculos tantum pertinet, aut deniq;, quia ſecundæ eſt declinationis in.us. terminatũ, ſed (vt in capite gñis dictũ eſt) illa ratio valet apđ græcos plurimũ, q loquũtur per articulos, apud latinos nullus eſt momenti. ¶ Quod eſt nomen dubium? quia de dubijs ſiue incertis generibus in fine capitis, q de genere ſcripſimus, ſatis copioſe dictum eſt, nihil aliud hoc loco dicimus, quã q dubiũ genus differt a cõmuni duorum in eo q dubiũ eſt, quo autores nulla ratiõe ducti, ſed ſola autoritate ſub alio genere vſi ſunt. Cõmune vero eſt, vbi viſu ſecernimus ſexũ, quẽ vtrumq; ſub vna terminatione proferimus, vt hic & hæc homo, hic & hæc canis, in quo etiam epicæno differt, vt ſtatim dicemus. ¶ Quod eſt nomen promiſcuum? q græce epicænum, latine interpretatur promiſcuum, ſiue confuſſum, inter quod & commune hoc diſtat, q commune eſt, vbi viſu ſecernimus ſexum, epicænum vero vbi viſu nõ ſecernimus ſexum, & ſub vno articulo, quem videlicet firmauit autoritas, vterq; ſexus intelligitur. Cum enim naturaliter non poſſumus in promiſcuis ſexum deprehendere, vocem illius ſexus ſequimur, quem vſus elegit, nam cum in natura ſit diſtinctus ſex9 cuiuſq ſpeciei animalium perfectorum, puta milui, aliquæ, cum nos alterũ ab altero diſtinguere non poſſumus, placuit in altero maſculinum, in altero fœmininum eligere, ita tamen vt ſub altero illorum ſubintelligeremus alterũ. ¶ Muſa igitur cuius generis eſt? reſpõdetq; adhuc primo tanquã rudis in hac generis ratione, ſed iterum interrogatus affert regulã, ꝑ muſa propterea eſt generis fœminini, quia terminatur in.a. potuiſſet etiam illam rationem ſiue regulam afferre, q nomina fœminarum, aut quaſi fœminarum generis ſunt fœminini. Cum igitur muſæ quaſi fœminæ dicantur genitæ ex ioue & mnemoſyne, ideſt memoria, iuſte generis fœminini dicendum fuit eſſe muſa.*

*¶ Quid eſt numerus in nomine? reſpondet eſſe incrementũ quantitatis, ſubaudi diſcretæ, procedens ab vno, qui numerus finitus eſt, ad plura procedens, quia ad infinita numero extenditur illius ſignificatio, ad quam infinitatem determinandã numeri ſunt inuenti, vt centum homines, mille homines, nam cum dixi tantum homines, nil definite locutus ſum.*

Numeri nominum quot ſunt? Duo,ſingularis,qui vnum ſignificat:vt homo. Pluralis qui plura, vt homines.

Muſa igitur cuius numeri eſt?Singularis numeri quia vnum ſignificat tantum.

Quid eſt figura in nomine?Illud quo nomen ſimplex a compoſito diſtinguitur.

Figuræ nominum quot ſunt? Duæ,ſimplex quæ nõ poteſt diuidi in partes ſignificatiuas eius,qđ integrum ſignificat, vt parens. Compoſita quæ poteſt diuidi in partes ſignicatiuas eius quod ante compoſitionem ſignificabat; vt parricida.

Muſa igitur cuius figuræ eſt?Simplicis,nihil enim ſignificant.mu.&.ſa.per ſe ſeparata.

Quid eſt caſus in nomine?Quidam gradus declinationis per quos nomen inflectitur.

Caſus nominum quot ſunt?Septem.Nominatiuus. Genitiuus,Datiuus.Accuſatiuus.Vocatiuus. Ablatiuus.Effectiuus ſemper ablatiuo ſimilis.

¶ Numeri nominũ quot ſunt?duo(inquit) ſed vnius propriæ numerus non dicitur,ſed quia principium eſt numerandi,& in ipſum cæteri qui numeri reſoluuntur,quodammodo numerus eſt,quemadmodum nominatiuus inter caſus numeratur, non q̃ in declinatione ab alio cadat,ſed q̃ ipſe principium eſt cadendi. Illud quoq; animaduertendum eſt grecos tres numeros habere,ſingularem,qui ad vnum pertinet, dualem qui ad duos. pluralem, qui ad plures quam duo,at vero latinus ſermo dualem non habet:niſi tantum in his nominibus ambo ambæ ambo,duo duæ duo,quæ non minus carent numero multitudinis,quam ſingulari. Sed quæ nomina ſingulari,quæ plurali numero carent, libro ſuperiori diſputauimus. Quid eſt figura in nomine?Figura in nomine dicitur a ſimilitudine figuræ quantitatis in corpore: nam quemadmodum corporis figura lineamentis protrahĩtur:ſic in noĩe alia eſt figura quantitatis in ſimplici, alia in compoſito. Dixit ergo,q̃ figura in nomine eſt illud, quo ſimplex nomen a compoſito diſtinguitur. Deinde rurſus quærit.¶ Figuræ nominum quot ſunt? reſpondet ex autoritate Donati atq; Seruij cum Sergio,duas eſſe figuras in nomine ſimplicem atq; compoſitam.Priſcia.græcos ſecutus addit etiam decompoſitã, hoc eſt quæ deriuatur a dictiõne iam compoſita,vt parricidium a parricida,magnanimitas a magnanimo.addit Priſcia.cauſam cur decompoſita figura non ſit idẽ q̃ cõpoſita,quoniam compoſita poteſt diuidi in partes quæ per ſe aut integræ ſunt, aut corruptæ vnaquæq; illarum aliquid ſignificat,neq; rurſus ſimplex:quoniã a compoſita deriuatur.Magnanimitas vero parricidiũ & huiuſmodi non poſſunt diuidi in partes aliquid ſignificantes,animitas enim & cidiũ nihil per ſe ſignificat.Sed hæc ratio.Priſcia.atq; græcorum quantum valeat cõtra Donati autoritatẽ nemo eſt qui nõ intelligat, ſi conſideret eandem eſſe rationem partiũ corruptarum cum in cõpoſitionem veniunt,parri enim & cida nihil magis per ſe ſignificãt,quã cidium & animitas.Vtcunq; tamen ſit;nos dicamus figuram cõpoſitam eſſe dictionum,quæ per ſe cõponuntur,aut deriuantur a dictionibus p ſe cõpoſitis.Dicit vero in partes ſignificatiuas eius,quod integrum ſignificat,ideo quia parens poteſt diuidi in partes ſignificatiuas hoc eſt in par & in ens:ſed ſignificatiuas eius quod integrũ ſignificabat,quod eſt pater aut mater.Compoſita quæ poteſt diuidi,& c.q̃ intelligendum ſi compoſitio fiat ex duobus nominibus,aut ex nomine & verbo,aut ex alijs partibus orationis,præterq̃ ſi fiat compoſitio ex præpoſitione,quæ plærumq; ſignificationem mutat.vt ab emo perimo,a facio interficio.Componuntur autem nomina quattuor modis. Ex duobus integris,vt reſpu. ſuburbanus. E duobus corruptis,vt efficax municeps.Ex integro & corrupto,vt ineptus, q̃ ab in & aptus componitur. inermis,q̃ ab in & armis. Ex corrupto & integro,vt omnipotens,ex omnis & potens,nugigerulus.a nugis & gerulus. Componũtur etiam ex pluribus,vt imperterritus,ex in & per & territus. Inexpugnabilis:ex in & ex & pugnabilis,ſine præpoſitionibus raro fit trium dictionum compoſitio,atq; (vt Quintil.inquit:)hoc latino ſermoni inconceſſum eſt:quã uis:capſis Cicero dicit in lib.de perfecto orato.cõpoſitum eſſe ex cape.& ſi vis.& ſolitaurilia ex ſuæ,ouæ.& tauro.dicente Varro. in.ij.de re ruſti. Populus Rom.cum luſtratur ſolitaurilibus:circunaguntur verres,aries, taurus. Sed vt Quintilianus ſubdit:hæc nõ tã ex tribus quã ex particulis trium coeunt. Ex duobus nominatiuis compoſita ab vtraq; parte declinantur:vt reſpublica reipublicæ. Ex recto & obliquo a parte nominatiui tantum,vt ſenatuſconſultum, ſenatuſconſulti. Præfectus prætorio præfecti prætorio. Alteruter,tam etſi ex duobus rectis componatur,a priori parte non inflectitur,itaq; dicimus alteruter.vtrius.alterutri.& cur ita fiat laborat Priſcia. afferre cauſam. ¶ Quid eſt caſus in nomine? Et reſpondet eſſe quoſdam gradus declinationis per quos nomen inflectitur.i. gradatim cadit. Priſcianus dicit caſus eſt declinatio nominis,quæ maxime.i.plærumq; fit in fine:nam & aliquando fit in medio:vt in dictionibus compoſitis quales ſunt plæruſq; plæraq; plærumq;,quilibet,cuiuſlibet,cuilibet. ¶ Caſus nominum quot ſunt? Et reſpondet eſſe ſeptem, nam & ſeptimum adiecimus contra communem doctrinam:propterea,q̃ autores plærumq; illius meminerunt, & q̃ noſter Quintil.grammaticum iubet inquirere, an ſit apud latinos vis quædam ſeptimi caſus.Nam ſubdit, cum dico haſta percuſſi:non vtor ablatiui natura. Laborat Priſcianus,& quidem iudicio meo fruſtra:probare non eſſe caſum ſeptimum apud latinos:idq; præcipue illa ratione, q̃ nulla differentia vocis diſtet a ſexto,quæ ratio (ſi vera eſſet)neq; ex diuerſitate ſignificationis potius,quam terminationis caſus diſtingueretur: idem eſſet ablatiuus pluralis cum datiuo eiuſdem numeri: & vocatiuus cum nominatiuo, quia in terminatione ſemper ſibijpſis ſimiles ſunt, Quod vero idem Priſcianus ait,neminem appellare ſeptimum caſum illum,cum quo conſtruitur comparatiuum: immo nullus autor eſt, qui ſeptimum caſum admittat,qui idem non dicat comparatiuum conſtrui cum ſeptimo caſu, nunq̃ vero cum ablatiuo. Ergo cum dicit ſemper ablatiuo ſimilis,intelligendum eſt in terminatione:non in ſignificatione,quoniam ſimile cum datiuo iunctum ſimilitudem quantitatis & lineamentorum ſignificat.

*quare dicitur nominatiuus. Caſus omnes ſiue ab ſpeciali quadam illorum ſignificatione dicti ſunt, vt nominatiuus: quia per eum nominamur, vt ego vocor Antonius; cur non & factiuus, vel actiuus, cum per eum quid facimus, vel agimus? cur non paſſiuus, cum per eum patimur? ¶ Eodem modo genitiuus dicitur, quia in eo caſu ponimus nomen genitoris, cur non poſſeſſiuus, cum eius ſignificatio communior ſit poſſeſſiois cur non ſuperlatiuus: quando quidem ſuperlatiuus gratius cum illo conſtruitur? Et eodem modo de reliquis preter vocatiuum, cuius ſignificatio ſemper habet vocandi vim. Nominatiuus vocatur etiam rectus, quia cum cæteri caſus ab illo cadant, vnde etiam obliqui dicuntur, ipſe etiam in prima ſua poſitione rectus ſubſiſtit. vnde etiam improprie caſus nominatur: vt paulo ante memorauimus: cum de numero agebatur. Vocatiuum quoq; græci rectum appellant, & ſi nonnunq̃ a nominatiuo cadat. Genitiuus quoq;, tum caſus patrius, tum paternus tum gignendi vocatur. P. nigidius teſte Gell. li. xij. interrogandi caſum appellat, vt cuius? Datiuus eodem modo dandi caſus. & Accuſatiuus accuſandi caſus, quem etiam Diomedes incuſatiuum nominat. Vocatiu⁹ etiã vocandi, & ablatiuus etiam auferendi caſus dicitur. ¶ Effectiuum quoq; nouo nomine ad ſuperiorem ſimilitudinem nos primum appellauimus, cum ab alijs ſemper ſeptimus vocetur vt ablatiuus ſextus latin⁹ a Diomed. vocatur. Et quãq̃ effectiuus alias habet ſignificationes quã cum ꝑ inſtrumentũ aliquid efficimus, nominatur tamen ab hac ſpeciali ſignificatiõe, quemadmodum de reliquis ſuperioribus dicebamus. Sunt qui octauum caſum ponant, cum ſcilicet vtimur datiuo pro accuſatiuo & præpoſitione (vt Verg.) it clamor cælo. i. in cælum. Illud quoq; eſt aduertendum nomina aptota dici, quando tantum nominatiuo caſu reperiuntur: vt Iupiter. fas. inſtar. ſed in illis caſus nominatiuo ſimiles etiam reperiuntur. vt in maſculinis & fœmininis vocatiuus, in neutris accuſatiuus & vocatiuus, vt hic Iupiter o Iupiter. hoc fas, accuſatiuo fas. vocatiuo o fas: & diciuur aptotum. ab. a. quod priuat & ptoſis caſus, quaſi reliquis caſibus carens. ¶ Quid eſt declinatio in nomine? Declinatio dicitur a declinãdo, hoc eſt diſcedẽdo, diſcedunt enim atq; declinant, vt diximus, reliqui caſus a recto, idq; fit per quoſdam veluti ſcalarum gradus, quæ declinatio fit in fine. ¶ Declinationes nominũ quot ſunt? quinq;. Alij ſeptem declinationes fecerunt. Nam tertiam fecerunt ex nominibus, quæ mittunt genitiuum in. ius. & datiuum in. i. atq; ex tertia noſtra fecerunt quartam, & rurſus ex quarta noſtra nominũ maſculinorum & fœmininorũ fecerunt quintã, & ex quinta fecerunt ſextam. Septimam vero fecerunt ex nominibus neutris in. u. terminatis, quæ nos per quartam nominum declinationem inflectimus. ¶ Muſa igitur quotæ declinationis eſt? Quoties de ordine quærimus per quotus quota quotũ interrogare debemus, de ſubſtantia vero per quis vel qui. Itaq; cum quærimus muſa quotæ declinationtionis eſt? reſponderi debet per nomen ordinale, quod eſt primus prima primũ. Quod ſi quærerem⁹ cuius declinatiõis eſt, reſpõdẽdũ fuiſſet eius quæ mittit genitiuũ in. æ. diphtõgon. ¶ Quotuplex eſt nominũ inflexio? De formis declinationũ quærit, quot ſunt, & reſpondet ſex eſſe formas. Monoptã, quæ pro omni caſu vna eademq; terminatione fungitur, qua inflexiõe declinãtur omnia noĩa litterarũ & noĩa nũerorũ a tribus vſq; ad centũ. Mille quoq; cũ eſt adiectiuũ pluraliter declinatur: nã cũ eſt ſubſtãtiuũ hoc mile milis mili milia miliũ milibus declinatur: hac quoq; forma declinãtur noĩa barbara; quæ per noſtrã declinationẽ inflecti nõ poſſunt, in quibus ſola cõſtructio facit caſuum diuerſitates, non articuli, cũ latini illos nõ habeãt.*

Quare dicitur nõĩs? Quia per illũ nominamur. Rectus vero idẽ dicitur; quia aliunde nõ cadit.

Quare dicitur gtĩũs? Quia per eum oſtẽdim⁹ cuius ſumus filij. vt Antonius Ioannis.

Quare dicitur datiuus? Quia in eo caſu ponim⁹ illum, cui aliquid damus. vt do tibi pecunias.

Quare dicit̃ accuſatiu⁹? Quia in eo caſu ponim⁹ illum, quẽ accuſam⁹; vt Põpeius accuſat Cęſarẽ.

Quare dicitur vocatiu⁹? Quia in eo caſu ponim⁹ illum, quem vocamus, vt o Muſa mihi cauſas memora.

Quare dicitur ablatiuus? Quia in eo caſu ponimus illum, a quo aliquid auferimus; vt ego aufero a te libros.

Quare dicit̃ effectiu⁹? Quia in eo caſu ponim⁹ inſtrumẽtũ, quo aliqd efficit̃; vt ego peto te ſaxo.

Muſa igitur cuius caſus eſt? Nominatiui, ſiue vocatiui, ſiue ablatiui; quia in his caſibus declinando reperitur.

Quid eſt declinatio in noĩe? Vocis declaratio, q̃ circa finẽ tãtum oſtẽditur; vt muſa muſę muſã.

Declinationes nominum quot ſunt? Quinq;. Prima quę mittit genitiuum in. æ. dipthongon. vt muſa muſæ. Secunda quę mittit genitiuum in. i. vt dominus domini. Tertia quę mittit genitiuum in. is. vt ſermo ſermonis. Quarta quę mittit genitiuum in. us. vt ſenſus ſenſus. Quinta quę mittit genitiuum in. ei. vt dies diei.

Muſa igit̃ quotę declinatiõis eſt? Primę. mittit eñ genitiuum in. æ. diphthongon: vt muſa muſæ.

Quotuplex eſt nominum inflexio? Sexcuplex. Monoptota inflexio eſt, cum per omnes caſus nuſq; nomen variatur. vt nominatiuo ador genitiuo ador datiuo ador. &c. Diptota inflexio ẽ cum per duos caſus tantum nomen variatur. vt ſapho ſaphus. Triptota inflexo eſt, cum per tres caſus nomen variatur. vt templum templi templo. Tetraptota inflexio eſt cum per quattuor caſus nomẽ variatur. vt deus dei deo deũ. Pentaptota inflexio eſt; cum per quinq; caſus nomẽ variatur. vt ſermo ſermonis ſermoni ſermonem a ſermone. Hexaptota inflexio eſt. cũ per ſex caſus nomen variatur. vt vnus vnius vni vnũ o vne ab vno.

### ¶ De erotematis Pronominum. Cap̃. vi.

Ego quę pars orationis eſt? Pronomen. Quid eſt pronomen? Pars oratiõis declinabilis; quę pro nomine ꝓprio cuiuſq; accipitur; perſonaſq; finitas recipit; vt ego, tu, ille.

Vnde dicitur pronomẽ? A pro prępoſitione & nomen; quia pro eo ponitur in oratione.

Pronomini quot accidunt? Sex. Species. Genꝰ. Numerus. Figura. Perſona. Caſus cum declinatiõe.

Species p̃nominum quot ſunt? Duę ſicut in nomine. Primitiua, vt ego; Deriuatiua, vt meus.

Quot ſunt pronomina primitiua? Octo. ego, tu, ſui hic. iſte. ille. ipſe. is.

Quot ſunt pronomina deriuatiua? Septem. meus; tuus. ſuus. noſter. veſter. noſtras. veſtras.

Ego igitur cuius ſpeciei eſt? Primitiuę. nõ enim aliũde trahitur; quanq; græce dicitur. Fac ex eo deriuatiuum. meus mea meum.

Genera pronominũ quot ſunt? Quattuor. Maſculinum, vt meus. Fœmininum. vt mea. Neutrum. vt meum. Cõmune trium. vt ego. noſtras.

Numeri pronominũ quot ſunt? Duo ſicut in nomine; ſingularis. vt ego. pluralis vt nos.

Figurę pronominum quot ſunt? Duę ſicut in nomine: Simplex. vt hic hęc hoc. Cõpoſita vt iſthic iſthæc; iſthoc.

Quot modis cõponũtur p̃nomina? Quattuor. Primo cũ nominibus, ut eiuſmodi. huiuſmodi. Secũdo cum altero pronomine; ut iſthic; iſthęc; iſthoc.

*Ego q̃ pars orationis eſt? Reſpõdetq; ex Priſc. diffinitione, p̃nomẽ eſt pars orationis, adiecit tamẽ declinabilis ad differentiã partiũ indeclinabiliũ, quæ pro noĩe proprio cuiuſq; accipitur, nõ tamen (vt ait Ser. in artẽ Donati) p̃noĩa ideo dicuntur eſſe noĩa, quia noĩm fũgũtur officio, quoniã & ſi nominũ vim exprimũt, nõ tñ plene exprimũt. vnde in pronoĩm diffinitiõe Diomedes & Donatus pene aduerbiũ adiecerũt dicentes: p̃nomen eſt pars orationis, quæ pro nomine proprio poſita idẽ tantũdẽq; pene ſignificat, perſonaſq; finitas recipit, ſed nõ oĩa pronoĩa p̃ſonas finitas recipiũt, vt mox dicemus, quare Diomedes & Donatus non dixerunt ſimpliciter perſonas finitas recipit, adiecerũt in pronominis diffinitione, p̃ſonaſq; finitas interdũ recipit, vt ego tu ille. hæc tria pronomina (vt ait Ser.) p̃ſonas finitas tãtũ recipiunt, quia ad præſentẽ perſonã referũtur, quãq̃ ille variat, vt ſtatim dicemus. ¶ Vnde dicitur pronomen? Origo pronoĩs ſatis expreſſa eſt in diffinitione illius. ¶ Pronomini quot accidũt? Rñdet ex Priſc. ſeñia ſex eſſe pronominis accidẽtias, quas enũerat. Diomedes & Donatus adiecerũt ſuperioribus qualitatẽ, & ſubſtulerunt ſpeciem. Diomedes etiã adiecit ordinẽ. Quint. in pronomine & oẽs grãmatici antiquiores p̃ſonã poſuerunt. Ea triplex erat. finita. infinita. minus q̃ finita. Finita eſt, quæ notat certũ numerũ, & geſtũ dirigit ad certã perſonã. vt ego. tu. Infinita, quæ certã nõ recipit p̃ſonã, ſed cuilibet poteſt aptari, qualia ſunt illa ſeptẽ, quæ illi inter pronoĩa, nos inter noĩa ponimus quis. talis. qualis. tantus. quãtus. tantus. quotus. Nomina enim (quẽadmodũ & tertiæ verborũ p̃ſonæ) infinita ſunt: cũ nulla in eis certa finiatur p̃ſona: niſi pronomini finito adiũcta. Minus q̃ finita eſt, quæ certis & incertis perſonis aptari poteſt: qualia ſunt illa, ſui. hic, ille. iſte. ipſe. is. Pronomina aũt poſſeſſiua & infinita & minꝰ quã finita eſſe poſſunt. ¶ Pronominũ ſpecies duæ ſunt ſicut in noĩe. Primitiua & deriuatiua: & enũerat pronomina primitiua, q̃ dicit eſſe octo, & rurſus deriuatiua, quæ dicit eſſe ſeptẽ, vt ſint oĩa quindecim, cum alij duo & viginti. Diomed. aliquãto plura poſuerit. ¶ Ego igitur cuius ſpeciei eſt? Ex ſuperiori enũeratione, reſpõdet eſſe primitiuæ, cũ tamen videatur ex græco ſermone deriuatũ. Sed quẽadmodũ diximꝰ paulo ante cũ de ſpecie noĩm agebamus, cũ in prõptu nõ habemus vñ nomen vel quæcunq; alia dictio deriuetur: dicimus eſſe primitiuũ. Fac ex eo deriuatiuum, & facit meus mea meum, fac rurſus, noſter noſtra noſtrum. fac adhuc, noſtras noſtratis. ¶ Genera pronominum quot ſunt? Et reſpondet eſſe quattuor, quod inductione probat, nam aut habent tres articulos, vt hic & hæc & hoc noſtras. & ſic ſunt cõmunia trium generũ, aut habent tres diuerſas terminationes, vt meus mea meum, & ſic primæ reſpondet genus maſculinum, ſecũdæ fœmininũ, tertiæ neutrũ, aut illorum ſignificatio cõmunis eſt tribus generibus, vt ego, tu ſui. ¶ Numeri pronominum quot ſunt? Omnia repetenda ſunt ex ijs, quæ diximus, cum de numero nominũ diſſerebamus. ¶ Figuræ pronominum quot ſunt? Et dicit eſſe duas ſicut in nomine, ſimplicem & compoſitam, & ſubdit modos quattuor cõpoſitionis pronominũ. Cum noĩe, vt huiuſmodi huiuſcemodi, quæ Priſc. in nominibus annumerat. ¶ Cũ altero p̃nomine. vt iſthic ab iſte & hic, ſed aduertẽdũ hanc cõpoſitionẽ non fieri niſi p̃ noĩatiuũ accuſatiuũ & ablatiuum ſingulares, & per noĩatiuũ accuſatiuũ plurales tantum generis neutri, vt iſthic iſthæc. iſthoc. iſthunc. iſthanc. iſthoc. ab iſthoc. iſthac. iſthoc. Plurali nominatiuo iſthæc accuſatiuo iſthæc, quæ p̃ aſpirationẽ non eſſe ſcribenda miror placuiſſe Priſciano. ¶ Cum præpoſitione quoq; pronomen componitur per anaſtrophen: hoc eſt inuerſionem pronominis præpoſitionis, ea fit tantum in caſu, cui ſeruit hæc præpoſitio cum: ex qua cõponuntur tria tantum pronomina trium perſonarum, hoc eſt mecum. vobiſcum. tecum. nobiſcũ: ſecum in vtroq; numero. ¶ Cum quis, vel qui etiã, quod ipſum inter p̃nomina antiquiores numerabant, vt quicum quibuſcum. ¶ Componuntur quoq; cum aduerbio, ſiue ſyllabicis adiectionibus. vt idem, quod ab is & demum facta vtriuſq; finis abſciſione, vt ſit idẽ, quaſi iterum. is. In neutro quoq; geminatur compoſitio, dicimuſq; identidem, quod magis videatur aduerbio cedere, vt ſignificet idem quod ſæpe. Cicero in. vj. de repub. hæc ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem. Idem in lib. iij. thuſcu. quæſtio. ſcindens dolore identidẽ intonſas comas. Eccũ. eccã. ellum. ellam. eccos. eccas. ellos. ellas. Priſc. & Sergius in Donati artem pronomina eſſe dicunt ab ecce & is. ea. id. & ille illa illud compoſita, quæ tamen Laurentius in aduerbia reſoluit. Ex eo quod dicit, aut ſyllabicis adiectionibus.*

Querit rurſus, quot ſunt huiuſmodi ſyllabæ, dicitq; eſſe quattuor. met. te. ce. pte. ¶ Met, iungitur pronomini primæ perſonæ per oēs caſus. vt egomet, meimet, mihimet, memet, a memet, eodem modo in plurali. Cū pronomine vero ſecūdæ perſonæ tan tū iungitur obliquis ſigularib⁹ & omnibus caſibus pluralis dicimuſq;. tuimet, tibimet, temet, a temet. & eodē mō in plu. in ntō ſignulari nō dicim⁹ temet, ne videtur coincidere cū tertia pſona ſingl̄i pñtis indicatiui huius verbi tumeo, es, tumet. ¶ Dicim⁹ tñ p tumet, tute. te ſyllaba breui adiecta, aut tutemet. Lucre. in. i. accipe præterea q̄ corpa tute neceſſe eſt. Idē in eo dem. tutemet a nobis iam quouis tēpore vatū. iungitur quoq; met tertiæ pſonæ triptoto. ſuimet, ſibimet. ſemet. a ſemet. ¶ Pte, quoq; iūgit ablt̄o tātū qnq; pnominū poſ ſeſiuorū mea. tua. ſua. noſtra. veſtra. Dicimuſq; meapte. tuapte. ſuapte. noſtrapte. veſtrapte. Cice. in. i. de finib⁹ bo norū. qua vos doceat & ad ſe alliceat ſuapte natura. Et idē. iij. de pfecto oratore. P. Craſſū ſuapte interfectū ma nu. Idē etiā maſculino gn̄e ptulit in. i. thuſ. q̄ſt. ſuopte inqt nuptu, & ſuo pōdere ad pares angulos feratur. ¶ Ce. particula tantū additur caſib⁹ illorū pnominū hic. ille. cū i. s. litterā terminātur. vt huiuſce. hiſce. hoſce haſce. illiuſce. veteres tñ hicce. hocce. illice. illuce. dicebāt, qđ vſus reformidat, at vero Priſ. ex his particulis non fieri cōpoſitionē aſſeuerat. cū per ſe & ſeparate nihil ſi gnificēt, q̄ ratitio, ſi vera eſt, neq; ex præpoſitionibus inſeparabilib⁹ poſſet fieri cōpoſitio, quoniā nuſq̄ niſi in cōpoſitione reperiūtur, qđ nemo vnq̄, ſed nec ipſe Priſ. dixit, qdeqđ eodē Priſ. teſte additæ ſignificāt aliquid: neputētur (vt ille dicit) eſſe pnominū porrectiōes ſiue ex tēſiones, vt qđ affert ex Terē. in adelph. egomet rapui. intelligitur ego, & non alius, ac ſi dixiſſet ego ipſe. Quæ igitur partes orationis ſunt dicet aliquis? Ego ad uerbia inſeparabilia dicerē quēadmodū particulas illas re. cū. ſe. di. an. præpoſitiones inſeparabiles. ¶ Perſonæ pnominū quot ſunt? Reſpōdetq; eſſe tres, & quid pro prietatis q̄libet habeat, ſubiūgit dicēs. Prima pſona eſt q̄ de ſe loquitur: hæc ratio nō placet Priſ. ſed dici, prima pſona eſt, cū ipſa q̄ loqtur, de ſe pnūciat, qa videlicet pōt prima pſona nihil de ſe loqui, ſed de ſecūda pſona vl' ter tia, eſſetq; dubitatio. Itaq; videtur Priſ. facere differētiā inter loqui & pnūciare de ſe, eſt loqui de ſe, vt aliqd de ſe ipſo dicere, pnūciare de ſe, eſt ex pſona ſua aliquid de ſe vel alijs dicere. Quod ſi in hoc vlla differētia eſt, ma gis exprimeretur p has præpoſitiões de & ex. quā per verba loquor & pnūcio. vt loquor & pnūcio de me, ſit habere ſermonē de me. loquor & pnūcio ex me, ſit habere ſermonē in pſona mea, vel de me, vel de te, vl' de alijs. ¶ Quod ſunt pnomīna primæ perſonæ? & reſpondet eſſe vnū tantum ego, idq; in ſingulari tantum. Nam in plurali cōceptionē facit aliarū pſonarū ſecūdarū, qn̄ ad ipſas præſentes loqmur. vt ego & vos faciamus. Tertiarū qn̄ ad ſecūdam & alios vel præſentes, vel abſentes ſibi adiūgit, vt ego & vos & illi fecimus. ¶ Eodē quoq; mō dicit eſſe vnū tantū pno mē ſecūdæ pſonæ, ſed in vtroq; numero, ſed adijcit oēs vocatiuos nominū & reliquorū pnominū cū participijs. ¶ Caſus pro nominū quot ſunt? Dicitq; eſſe ſeptē, niſi qđ carēt voct̄o oīa præterq̄ tu. meus, noſter. noſtras. & quēadmodū pauloante di ximus, ntō ego: & vt lib. primo dictū eſt, ntō ſuus ſua ſuū. ſed illa nō proprie, ſed figurate. ¶ Declinationes propnominū quot ſunt? Et oſtēdit p excpla eſſe quattuor. Nam per primam declinātur tria. ego. tu. ſui. Per ſecundam quinq;. hic. iſte. ille. ipſe. is. per tertiam quinq; meus. tuus. ſuus. noſter, veſter. Per quartam duo. noſtras veſtras.

Tertio cū ppoſitione. vt mecū, tecū. Quarto cū aduerbijs aut ſyllabis adiectiōibus. vt egomet.

Quot ſunt adiectiones ſyllabicæ? Quattuor. met. te. ce. pte. vt egomet. tute. hicce. meapte.

Perſonę pronominū quot ſunt? Tres, prima, quę de ſe loquitur. Secunda, ad quam prima loqui tur. Tertia, de qua prima loquitur.

Quot ſunt pronomina primę perſonæ? vnum tā tum Nominatiuo ego. Genitiuo mei.

Quot ſūt pnoia ſecūdę pſonę? Itē vnū. Ntō tu. Gtō tui. cū oib⁹ vocatiuis noim, pnoim, & pticipiorū.

Quot ſunt pnomina tertię pſonæ? Reliqua oīa.

Caſus pronominū quot ſunt? Septē ſicut in nomi ne, carēt tamē vocatiuo omnia pronomina pręter quā tu. meus. a. um. noſter. a. um. noſtras. atis. caret etiam nominatiuo cū vct̄o. Genitiuo ſui.

Declinationes pnominum quot ſunt? Quattuor. Prima, q̄ mittit genitiuū in. i. vt ego mei, tu tui. Gtō ſui. Secunda, quę mittit gtm̄ in. ius. vt hic huius. iſte. iſtius. ille illius. ipſe ipſius. is. eius. Ter tia, quæ mittit gtm̄ in. i. ę. i. vt meus. a. um. mei meę mei. tus. a. um. tui tuę tui. ſuus. a. uū. ſui ſuę. ſui. noſter. a. um. noſtri. æ. noſtri. veſter. a. um. veſtri veſtrę veſtri. Quarta, quę mittit genitiuū in. is. vt noſtras noſtratis, veſtras veſtratis.

¶ De erotematis verborum. Cap. vij.

AMo, quę pars orōnis eſt? Verbū. Quid ē ver bū? pars orōnis declinabilis cū modis & tē poribꝰ ſine caſu agēdi vel patiēdi ſignificatiua.

Vnde dicit̄ verbū? A verbero. as. qa verberato aere orō pfertur, quę ſine verbo eſſe nō poteſt.

Verbo quot accidūt? Octo. Gen⁹. Modus. Tēpus. Numerus. Perſona. Species. Figura. Cōiugatio.

DE verbo. Amo quæ pars orationis eſt? Reſpondetq; eſt verbū, dicitq; eſſe partē orationis declinabilē ad differētiam partiū indeclinabiliū: cū modis. ad differētiam nois, & participij & tēporibus, Ad differētiā nois ſine caſu. ad diffe rētiā participij, agēdi vel patiēdi ſignificatiua. Donatus addit. aut neutrū ſignificās pꝑter verbū imperſonale, qđ proprie neq; actionē, neq; paſſionē ſignificat. ¶ Vnde dicitur verbum. Dicitq; a verbero. beras. deriuari, quia verberato aere oratio profertur. qđ licet omnib⁹ orationis partibus accidat: tamē præcipue in hac dictione quaſi proprium eius accipitur: qua frequētius vtimur in oratione, atq; in cuius vi reliquæ orationis partes ſignificant. Vnde & in illius diffinitione Diomed. adiecit præcipue, dicens. Verbum eſt pars orationis præcipue ſine caſu. ¶ Verbo quot accidunt? Dicitq; octo eſſe verbi acci dentias: quas enumerat. Deinde quærit, Reſpondetq; de ſingulis illarum.

Genera verborū quot ſunt? Quinq;. Actiuū, Paſſiuum. Neutrum, Commune, Deponens.

Quod eſt verbum actiuū? Quod deſinit in.o. & habet paſſiuū in.or. vt amo amas, amor amaris.

Quod eſt verbū paſſiuum? Qđ deſinit in.or. & habet actiuū in.o. vt amor amaris; ab amo.as.

Quod eſt verbum neutrum? quod deſinit in.o. & non habet paſſiuum in.or. vt ſeruio.is.

Quod eſt verbū deponens? Quod deſinit in.or. & tamē habet actiui ſignificationem, vt loquor. loqueris.

Quod eſt verbū commune? Quod deſinit in.or. & habet actiui & paſſiui ſignificationem, ut amplector amplecteris.

Amo igitur quot verbum eſt? Actiuum.

Modi verborum quot ſunt? Quinq;. Indicatiuus. Imperatiuꝰ. Optatiuus. Subiunctiuꝰ. Infinitiuꝰ.

Quis eſt indicatiuus modus? Quo indicamus aliquid fieri. vt ego amo, tu amas, ille amat.

Quis eſt imperatiuus modus? Quo imperamus vel prohibemus, vel exhortamur; aut permittimus aliquid fieri. vt o Antoni lege. ne legas.

Quis eſt optatiuus modus? Quo optamus aliquid fieri. vt vtinam ego legerem.

Quis eſt ſubiunctiuus modus? Qui indiget altero verbo, vt perfectum ſenſum ſignificet, vt ſi legeris; audiam.

*Genera verborum quot ſunt? Genus in verbo alij ſignificationem verbi appellant, vt enim in nominibus ſunt genera quibus explorantur ſexus: ita in verbo genus eſt, quo ſignificatur vtrum actiuū ſit, an paſſiuum. Sunt autē quinq; genera verborū. loquimur autē de verbis integris, nā reperiūtur quædā verba defectiua quorūdā prædictorū accidētiū, quæ reduci nō poſſunt ad vnū quoddā ex his quinq; generibus, qđ fit (vt Priſ. ait) vel naturæ neceſſitate. vel fortuna & caſu, vel differētiæ cauſa naturæ neceſſitate, vt pluo. ſereno. q̄ verba cū ſimilibus, cū ad ſolā ꝯtineant naturā. quātū ad ſermonē noſtrū attinet, defectiua ſunt, niſi fiat proſopopeia, i. perſonæ fictio. Fortuna & caſu, aut quia inuſitata ſunt, aut quia turpia & incōcinna. Inuſitata: vt quia a faris & fare & daris vel dare, nō habemus for & dor, inconcinna & turpia. & qđ a metuo non habemus participia metutus & metuturus, differentiæ cauſa. vt a facio. duco. fero in ſecunda perſona ſingulari imperatiui dice. duce. face. fere non diximus, ne coincideret cum obliquis caſibus quorūdam nominū. ¶ Quod eſt verbum actiuū? quod deſinit in.o. ſubaudi in prima verbi poſitione, & habet paſſiuū in. or. Quid autem dicendum eſt de hoc verbo do? qđ vt paulo ante dicebamꝰ: nō habet in voce paſſiua dor. Diximus hoc verbum eſſe mancum, nō repugnante ſignificatione, ſed vſu, nuſquā enim apud autores lectū eſt dor. ergo quantum ad rationem ſignificationis actiuū eſt. Idē quoq; de facio facis dicendū eſt. qđ non miſit paſſiuū in.or. ſuppletur tamē ab alio verbo qđ eſt fio fis. ¶ Quod eſt verbum paſſiuū? quod deſinit in.or. & habet actiuū in.o. Inuenimꝰ tamē aliqua in voce atq; ſignificatione paſſiua, quæ nuſquā reperiūtur in actiua, ut cōſternor, pro exanimor. Oui. ij. meta. conſternantur equo. atq; idem. xij. cōſternatiq; timores. & Liuius. xviij. ab vrbe condi. conſternati e cornibus in mediam aciē ſeſe intulerant, nuſquā tamen legimus conſterno conſternas. Eiuſdem prope ſignificationis reperitur in voce & ſignificatione paſſiua tantum linquor animo. vt Suet. in vita Ceſaris. niſi qđ extremo tēpore linqui animo ſolebat. nemo tamen diceret animus linquit me. aut ego linquo te animo. ¶ Quod eſt verbum neutrum? huiꝰ generis ſignificatio latiſſime patet. aliud nāq; actionem ſignificat. vt ambulo. curro. aliud paſſionem. vt vapulo. exulo. aliud in quo nec agentis, nec patientis ſignificatio dignoſcitur. vt ſedeo. ſudo. algeo. eſurio. quāquā quo ad grammaticum attinet, hæc potius actionem ſignificare dicendum eſt. hæc quidam ſupina, alij abſolutiua, nonnulli depoſitiua appellāt. ¶ Quod eſt verbū deponens? Deponens verbum dicitur (vt ait Diomedes) vel per antiphraſim. hoc eſt econtrario, quia verbum. r. littera finitum deponere eam non poteſt, vel quia cum omnia verba deponentia apud antiquiores communia eſſent alterā, id eſt paſſiuā ſignificationem depoſuerunt. vt loquor loqueris. ſequor ſequeris. ¶ Quod eſt verbum commune? Verbum commune dicitur. qđ ſub vna voce actiuam & paſſiuam ſignificationē habet, quemadmodum & nomen commune dicitur, quod duo aut tria genera ſub vna voce complectitur. Imperſonalis verborum ſignificatio in actiuam paſſiuamq; vocem referuntur. ¶ Modi verborum quot ſunt? Modus in verbo quem Quintilia. appellat qualitatem, eſt inclinatio varios animi affectus demonſtrans. hi ſunt quinq;. Indicatiuus, quem alij finitiuū: alij difinitiuū, alij pronunciatiuum appellant. Imperatiuus, qui & percontatus. Optatiuus. Subiunctiuus, qui & coniunctiuus. & adiunctiuus ab alijs dicitur. Infinitiuus. qui & imperſonatiuus dicitur, quia perſonas diffinitas non habet dicitur & perpetuus, quia finē nō habet. ¶ Quis eſt indicatiuus modus? Quo indicamus (inquit) ſiue oſtēdimus, ſiue pronunciamus aliquid fieri, ſine vlla alterius modi inclinatione: vnde & finitiuus a Diomede dicitur, ꝗ quaſi finita & ſimplici vtimur expoſitione, cum per ipſum mentis ſenſum depromimus. ¶ Quis eſt imperatiuus modus? Quo imperamus (inquit) aliquid fieri. plerumq; autē & per eum præcamur. vnde ab Ariſtote. deprecatiuus dicitur. vt Vergilius. muſa mihi cauſas memora, neq; enim tam imperat, quam præcatur. habet & alias complures ſignificationes, vt alibi diximus.*

*¶ Quis eſt optatiuus? Hunc modum vſurpamus cum præcibus aliquid a dijs expoſcimus (vt inquit Diomedes) vnde optandi aduerbijs illum adiungimus. vt videlicet & vtinam, & o. & oſi. in ſermone Hiſpano mutuamur a Pœnis oxala, quod interpretatur deus velit deus faciat. Reperitur etiam ſine aduerbio optandi. vt Lucanus in. j. dij viſa ſecundent, & fibris ſit nulla fides. ¶ Quis eſt ſubiunctiuus? Subiunctiuus qui dubitatiuus dicitur, ideo dictus eſt, quod p ſe nō exprimit ſenſū, niſi alteri verbo iungatur alterum, quod fit media cōiunctione, vt ſi audieris, legam. Cū amaueris, docebo.*

¶ Quis eſt infinitiuus? Qui caret (inquit) numeris & perſonis, hoc imperſonale verbum habet. indiget verbo alterius mo‍di, hoc & ſubiūctiuus habet, ſed vtrumq; ſimul ſolus infinitiuus. His quinq; ſuperioribus modis quidā adiecerunt ſextū, quē appellauerūt promiſſiuum. vt ego amabo, ego docebo. ſed hunc indicatiui futurū nos fecimus. quidā imperſonalem modū coniūgunt, vt ſint modi ſeptē, ſed nos (vt diximus) in actiuā paſſiuāq; vocē hunc modū reduximus. Adue alij cōmendatiuū ab imperatiuo ſeparant: quoniā per imperatiui præſens ſiue inſtans, vt confeſtim aliquid fiat, imperamus, quē ideo impera‍tiuū dixerūt. p futurū vero tpis, vt aliquid in pptuū & ad multa tēpora fiat, cōmēdamus. atq; ideo hūc quaſi diuerſum a ſuperiorib⁹ modū mādatiuū appellauerūt. fuerūt adhuc, qui cōiūctiuū ab ſubiūctiuo ſepararēt, vt eſſent modi nouē. adhuc alij adhortatiuū ab imperatiuo ſeparāt. Gerūdia quoq; & ſupina verbi modos eſſe dicūt. Sed nos quinario modorū numero cōtēti fuimus, ad quos reliq ſunt reducti. niſi q gerūdia & ſupina nō recuſamus ab octo partib⁹ orationis ſeparare. ¶ Tēpora uerborū quot ſunt? Tps in verbo (vt inquit Diome) eſt viciſſitudo rerū triformi mutabilitate cōprehēſa. Cū vero tēpus (vt philoſophi dicūt) indiuiduū ſit, nos illud in partes diuidimus, ſed nō tā ipſū tēpus, quā actiones noſtras p tēpora diuidētes, ea quātū ad nos attinet: tria ſunt. præſens. q a quibuſdā inſtās appellatur. preteritū & futurū, qđ a nōnullis (vt ſupra dictū eſt) pmiſſiuus dicitur modus. qđ alij infinitiuū tēpus appellāt, quia incertū ſit. qđ duplex quoq; eſt, imperfectū alterū, & alterū pfectū. de quo alibi plra dixim⁹. ¶ Præteritū in triplici differētia eſt. imperfectū, perfectū, & pluſquā perfectū. ¶ Præteritū impfect. qđ inchoatiuū alij dicūt, eſt p qđ ſignificamus. nos aliquid in tēpore pfecto incepiſſe, nec pfeciſſe tñ. vt ego amabā. ¶ Præteritū perfectū eſt, p qđ ſignificamus nos aliquid in tēpore preterito incepiſſe atq; perfeciſſe. vt ego amaui.

Quis eſt infinitiuus modus? Qui caret numeris, & pſonis; & indiget verbo alterius modi; vt aliquid determinatum ſignificet; vt cupio legere.

Amo igitur cuius modi eſt? Indicatiui modi.

Tēpora verborū quot ſunt? Sex. Preſens, Preteritū impfectū. Preteritū pfectū; Preteritum pluſq̄ pfectū. Futurū impfectū, & Futurū pfectum.

Quod eſt tēpus preſens? Quo aliquid in preſentiarum fieri oſtendimus. vt ego lego.

Quod eſt preteritū imperfectū? Quo oſtēdimus qđ aliqd fiebat, ſed nō fuit pfectū. vt ego legebā.

Quod eſt preteritū pfectum? Quo oſtēdimus aliquid iā factum; atq; perfectum eſſe. vt ego legi.

Quod eſt pteritum pluſq̄ pfectum? Quo oſtēdimus id quod factum eſt; inueteraſſe circa preteritū pfectum, vt ego legerā antequā tu veniſti.

Qđ eſt futurū impfectū? Quo oſtēdimus aut promittimus nos aliqd inchoaturos. vt ego legā cras.

Quod eſt futurum perfectum? Quo oſtēdimus aut promittimus, quod ad certum tēpus aliquid erit a nobis factum. vt ad horam legero,

¶ Pluſq̄ perfectū oēs antiqui & iuniores grāmatici videtur mihi nō recte diffiniuiſſe. dicunt enim eſſe cū tēpus iam pridē exactum demoſtramus, ita vt per præteritū perfectum rem factam breui, aut nō multo tēpore ante oſtendimus. per pluſquā perfectū vero illud quod iam longo tempore inueteratum eſt. Quæ ratio, ſi vera eſt, non poſſemus latine atq; grāmatice dicere, quod in ipſo ſtatim ſacrarum litterarum initio ſcriptum eſt. In principio creauit deus cælum & terram. & quod ſequitur. dixit deus, fiat lux, & facta eſt lux. qua actione nulla prior. nulla antiquior eſt. Sed neq; ruſus diceremus recte cum tu veniſti. ego iam legam. quod de re paulo ante facta dici poſſe, nemo eſt adeo ſtupidus, qui non confiteatur. Sed hæc duo tempora non eo modo cenſentur, quo iſti putāt, ſed illo potius, quod præteritum pluſquā perfectum præterito præfecto comparatum antiquius eſt, ſiue id in multo, ſiue in paruo tempore exacto ſit, atq; ideo adiecimus inueteraſſe citra præteritum perfectum, vt ſi dixerim, ego legerā cum tu veniſti, dico te veniſſe poſt id tempus quo ego legi. ſic Oui. i. meta. ſic modo quæ fuerat rudis, & ſine imagine tellus. induit ignotas hominum conuerſa figuras. qđ ſi præteritum pluſquā perfectū præterito perfecto non comparetur, nihil aliud quā ipſum preteritum perfectum ſignificat. vt Oui. legerat huius amor titulum nomenq; libelli. id eſt legit. Sed indicatiuus & optatiuus cum ſubiunctiuo habent omnia quinq; tempora, quoniā per illa omnia poſſumus indicare, quid facimus. fecimus, aut facturi ſumus. cuius eſt per omnia ſimilis ſubiunctiuus. Imperatiuus duo tantum habet tempora, inſtans & futurū, ſed in ſingulari primam non admittit perſonā. Abſurdū nāq; eſſet quēquā ſibi imperare, cū pmptus ſua ſponte ſit, immo vltro facere quod vult. externæ vero perſonæ imperio indigēt, niſi figurate, quaſi ad alium loquens, in ſecūda perſona ſeipſum proferat. vt Iuue. tecū prius ergo voluta hæc. in plurali vero etiam primā adhibet, quia cū imperat, ſe quoq; ad idē mun. tertiū vocat. Sed animaduertēdum, qđ per imperatiui præſens imperamus aliquid eueſtigio fieri, vt puer lege, id eſt fac vt ſtatim legas. Per futurū vero imperamus aliquid in poſterū faciendum atq; (vt ita dicam) in perpetuū. Eſt quoq; eadem differentia inter futurū imperatiui & aliorū modorum futura. qđ hæc indifferenter futurū tempus ſignificant, qđ eſt per aduerbia diſtinguendum. vt ego legam mox. cras. perendie. die quarti, die quinti, die pximi. Imperatiui vero futurū non ſignificat, vt confeſtim aliquid fiat: ſed (vt diximus) ſemper impoſterū faciēdū eſſe. vt ſi vis eſſe doctus, legito libros. id eſt fac vt ſemper legas libros, qđ poſſis commode facere. neq; opus eſt adiūgere aliquid, quod temporis diuturnitatem illam exprimamus. Inuenitur tamen apud antiquiores futurū pro præſenti, vt Terē. in heauton. loquitor paucula. & idē in adelphis. de te largitor puer. p eo qđ eſt loquere. largire. quos Verg. antiqtatis amotor ſecutus dixit. v. æneid. primus equū phaleris inſignem victor habeto. & paulopoſt. tertius argolica hac galea contentus abito. pro eo quod eſt habeat & abeat. in voce paſſiua plurale futuri temporis huiuſmodi reperitur, id q; apud antiquiores tantum in legibus & fœderibus, quæ fiunt, & promulgantur. vt ſic dixerim, ad perpetuam rei memoriam. Optatiuus quinq; tempora habet, vt alibi diximus, quāquā fuit tempus quo putabamus tria tantum habere tempora.

¶ Sunt, qui ab optatiuo præſens tempus excludant, quoniã futura ſunt quæ optamus. Sed dicet quiſpiam quomodo poſſumus præterita optare? Ad quod dicendũ, quod non ſolũ futura optare poſſumus: verũetiam plerũq; optatamus nos aliquid feciſſe, quod tamen non fecimus, vt vtinam ego legiſſem. Infinitiuus tria tempora habet, preſens, preteritum & futurum. Vſurpatur tamen plerumq; præſens infinitiui pro preterito imperfecto indicatiui, quo genere dicendi plerumq; vtuntur hiſtorici. Salu. equitare curſu. cum æqualibus certari: cũ omnis anteiret: oĩbus tamen charus eſſe. pro equitabat, certabat, erat.

Amo igitur cuius temporis eſt? Preſentis tẽporis.
Numeri verborum quot ſunt? Duo ſicut in nomine. Singularis, qui de vno loquitur, vt ego amo. Pluralis, qui de pluribꝰ loquitur. vt nos amamꝰ.
Amo igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri.
Perſonę verborũ quot ſunt? Tres. Prima, quę de ſe ſola, vł de ſe cũ alijs loqtur. vt ego amo, nos amamꝰ. Secũda, ad quã ſolã, vel cũ alijs prima loquitur, vt tu amas, vos amatis. Tertia, de qua ſola; vł de qbꝰ prima loquit̃. vt Cicero legit hoies; legũt.
Species verborũ quot ſũt? Duę ſicut in nomine. Primitiua. vt lego legis. deriuatiua vt lectito. as.
Deriuatiuorũ verborum formę quot ſunt? Septem Inchoatiua. Mediatiua. Deſideratiua. Frequẽtatiua. Diminutiua. Denominatiua. Aduerbialia.
Quę dicuntur inchoatiua? que Laurẽtius dicit continuum incrementum paſſionis innatæ ſignificare; fiuntq; tantum a verbis neutris abſolutis ſecundę coniugationis. formanturq; ſecunda perſona præſentis indicatiui modi addita. co. vt a tepeo. pes. tepeſco. is. ideſt, in horas magis tepeſio.
Quę dicuntur verba meditatiua? quæ Laurẽtius appellat deſideratiua, fiuntq; ab vltimo ſupino addita. rio. hæc fere; ab edo. is. eſu. eſurio. a cœno. nas. atu. cœnaturio. a pario. is. partu. parturio. a meio. is. mictu. micturio. a caco cacas cacatu. cacaturio. ab emo. is. emptu empturio.

¶ Numeri verborũ quot ſunt? Duo inquit ſicut in noĩe. Fuerũt tñ qui in tertia pſona plurali præteriti pfecti indicatiui modi dualẽ numerũ a plurali diſtinxerũt in illis duabus vocalibus amauerũt vel amauere, vt amauerũt, ſit ad plures, amauere, ad duo tãtũ referendũ, ſed (vt Quin. refert) apđ noſtrorũ neminẽ hæc obſeruatio reperitur: cũ ecõtrario Verg. i. æñ. dixerit. deuenere locos: vbi nũc ingẽtia cernis. Et idem in. ij. cõticuere oẽs: intentiq; ora tenebant. & Ouid. xiij. metamor. conſedere duces: & vulgi ſtante corona. hi aperte nos docent: nihil horũ ad duos pertinere. ¶ Perſonæ verborũ quot ſunt? Tres (inquit) & repetẽdũ eſt hoc loco id quod de pſona in capite ſuperiori diximus: cũ de perſonis pronoĩs agebatur. Illud tantũ addimus, qđ Diom. ait perſonã eſſe rationabilẽ ſubſtãtiã, qđ ꝓprie in prima & ſcđa perſona reperitur: niſi fiat ꝓſopopeia. ¶ Species verborũ quot ſunt? Duæ (inqt) ſicut in noĩe. Primitiua & deriuatiua. Deriuatorum rurſus ſeptẽ dicit eſſe formas: qs Diom. & Donatus ad verbi referũt qualitatẽ. alij ad genus ſiue ſignificationẽ. Deinde quæris, reſpõdetq; de ſingulis ſeptẽ verborũ formis. ¶ Quæ dicũtur inchoatiua? Oẽs grãmatici qui vnq̃ fuere añ Laurẽtiũ Vallã, appellauerũt verba inchoatiua, quæ in. ſco. deſinũt qualia ſunt frigeſco. tepeſco. albeſco. dixeruntq; inchoationẽ quandã ſignificare, qđ eſſe falſum validiſſimis rationibus cõuincit. quin potius hæc verba incrementũ paſſionis innatæ ſignificare videtur, quã ſignificãt verba a quibus deriuãtur, vt ægreſco. i. magis magiſq; ægeſio. albeſco, nigreſco, i. indies magis magiſq; albeo & nigreo, & vel (vt [illegible] exponit) albeſio & nigreſio. Hæc verba alij ante Laurentiũ dixerũt a verbis neutralibus tantũ deriuari: nos autẽ adiecimus a verbis neutris, nõ quidẽ oĩbus, ſed tantũ ſecũdæ cõiugationis. nã ab alijs cõiugationibus deducta, nõ tã inchoatiua, quã inchoatiuorũ ſimilia eſſe dicẽda ſunt, vt illa labaſco. cis. integraſco. cis. & ab hio hias hiſco hiſcis. a cõcupio. pis. cõcupiſco. cis. Sunt preterea huius formæ verba, quorũ primitiua in vſu nõ ſunt. vt herbeſco herbeſcis. ſilueſco. eſcis. ligneſco. eſcis. igneſco igneſcis, iuueneſco iuueneſcis, & ſimilia q̃ poſſunt videri a noĩbꝰ herba. ſilua, ligno. igne. iuuene. potius q̃ ab herbeo herbes. ſilueo. ues. ligneo lignes, igneo. es. iuueneo. nes. deriuata. Nã verba huius formæ certis regulis cõſtãt: quarũ vna ſi defuerit: inchoatiua ſiue, vt Laurẽtius mauult, augmẽtatiua nõ erũt. Prima eſt qđ in. ſco. deſinãt. Deinde qđ a ſecunda perſona præſentis indicatiui modi verborũ neutraliũ ſecũdæ cõiugatioĩs paſſionẽ innatam ſignificantiũ formẽtur. Preterea qđ deficiant in præterito perfecto indicatiui modi, & in reliquis tẽporibus, quæ formãtur ab eo, quodq; per tertiã verborũ cõiugationem declinẽtur. ¶ Quæ dicũtur meditatiua? Scđa verborũ forma eſt. meditatiua, q̃ Laurẽtius, & quidẽ recte, deſideratiua ſiue optatiua eſſe dicit, neq; enim eſurire eſt meditari comedendũ eſſe, qđ ad intellectũ pertinet: ſed cupere ſeu optare, qđ eſt opus partis apetitiuæ. Formãtur aũt ab vltimo ſupino addita. rio. repiturq; hæc verborũ forma in paucis verbis: apđ antiquiores fortaſſe in pluribꝰ: ſed quorũ ego memeni in his fere. ab edo edis. eſum eſu eſurio. is. a cœno. as. atum. atu. aturio. a pario. is. partũ partu parturio, a meio. is. mictũ mictu. urio. a caco, as. atũ. cacatu caturio. ab emo. is. emptũ emptu empturio. i. cupio ſiue libido mihi inceſſit edere. cœnare, parere. meiere. cacare. emere. Iuue. eſurit intactã paridi niſi vẽdat agauẽ. Mart. xi. epigra. cœnaturit Vacerra, nõ cacaturit. Iuue. noctibꝰ hic ponũt lecticas micturiũt hic. Verg. in buc. nũc omnis parturit arbos. Varro. ij. de re ruſt. te empturiẽtẽ in cãpos macros adducũt crebro pedes. ex quibꝰ exẽplis facile colligitur, inter meditatiua & formæ pfectæ ſiue abſolutæ verba illã eſſe differẽtiã, qđ abſoluta actũ, meditatiua effectũ mẽtis non meditationẽ ſignificãt. vt Liuius qđ diu parturiuit animus veſter, aliqñ pariat: & illud pſalmographi. Ecce parturit iniuſticiã, cõcepit dolorẽ, & pepitit iniquitatẽ. ergo parturire eſt cupere a partu liberari, parere illud ipſum cõceptũ eſt. qđq; cuperimus parere, in lucẽ edere. Dicturio a dico. is. dictu Macro. vi. ſatur. vſus eſt. quid duces (inquit) & milites: q fortiter a ſe facta ſemp dicturiũt. Idẽ lib. i. ne vltra te dicturientẽ tardem. & Apuleius. a nubo. is. nuptu nupturio. ſine vlla vnq̃ magia iã olim nupturiſſe. Inter ſcaturio. is. quod videtur huiꝰ formæ verbũ eſſe, & ſcateo. es. a quo deriuari

Quæ dicuntur deſideratiua? Quæ Laurentius non mentis affectum, ſed actum corporis ſignificare dicit. Sunt vero quã rariſſima, vt viſo vi ſis. laceſſo. is, faceſſo. is, capeſſo. is.

Quæ dicũtur frequentatiua? Quæ aſſiduam in agendo vim habere ſignificant. fiuntq; ab vltimo ſupino. u. mutata in. o. vt a curro curris, curſu. curſo curſas. a duco ducis ductu. ducto ductas. Animaduertendum tamen eſt in verbis primę coniugatiõis ſupina, a quibus formãtur frequẽtatiua, mutare a penultimã ſupini in. i. breuẽ, vt ab impero imperas impatu. imperitõ impitas. Dicimus tñ ab ago agis, actito actitas & agito. tas. a dico dicis; dicto dictas, & dictito. tas.

Quæ dicuntur diminutiua? Quæ a ſuo principali diminutionem ſignificant, vt a garrio garris. garrulo garrulas. a ſorbeo ſorbes. ſorbillo, ſorbillas. a caluo caluis. cauillor cauillaris.

*videtur nulla talis differentia reperitur, idem nanq; eſt ſcaturio, & ſcateo. declinantur autem huiuſmodi formæ verba oĩa per quartam verborum coniugationem.* ¶ *Quæ dicuntur deſideratiua? Tertiũ verborum forma eſt eorum quæ dicuntur deſideratiua. Laurentius tamen non affectum mentis deſideriumq; hec ſignificare dicit, ſed actũ corporis. Nam quod Priſ. aſſert illud Vergil. in. viij. nam memini heſionem viſentem regnã ſororis Laomedontiadem Priamum. exponitq; viſentẽ pro cupientem videre, omnino ratione caret. nam ſi viſere eſt cupere videre, ſemper Priam' ſororem Heſionem viſebat, poſtea quã ablata fuit, nec minus, cũ erat in Troia, quã cum (vt illam videret) profectus eſt Salaminam. Ergo viſere, nõ cupere videre, ſed ire ad videndum ſignificat: quod ſi viſo, cupio videre ſignificaret, nunquã Cice. ad atticum ſcripſiſſet, cupio Alexandriam reliquamq; epirum viſere, ſed viſo Alexandriam. reliquãq; Aegyptum. Vſurpatur tamen hec verba pro ipſorum primitiuis. vt laceſſo, pro eo ad lacerandum, vel lacero. faceſſo. eo ad faciendum, vel facio. Verg. iiij. æneid. ocyus omnes imperio leti parent ac iuſſa faceſſunt. Reperitur tamen pro eo quod eſt recedere, vel ire ad recedendum. Cice. j. de legibus, pauliſper faceſſant rogemus. Reperitur etiam faceſſo, pro prohibeo. Cice. in verrẽ, ne innocenti periculum faceſſeris. Idem quoq; in eodem, cũ audiuiſſent ei negocium faceſſitum. Capeſſo. is. pro capio, vel eo ad capiendum. Verg. j. ænei. mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Cicer. j. thuſcu. is animus ſuperiora capeſſat neceſſe eſt. accerſo. is. vel arceſſo litteris inuerſis. pro eo ad vocandum. Teren. in andria. obſtreticem accerſo, ſed cum omnia huius formæ verba ſunt tertiæ coniugationis, & in. ſo. deſinant. hoc reperitur etiam in. io. terminatum, declinatumq; per quartam coniugationem. vt Cicero de claris orato. accerſiuiſti ex vrbe ea quæ domus eſt, ſemper habita doctrinæ. Et actuũ cap. x. mitte in ioppem & accerſe Simonem quẽdam. Ex quibus exemplis colligimus verum, aut vero proximum eſſe, quod Valla ſuſpicatur, prædictarum formarum verba ab antiquiſſimis aliter fuiſſe appellata, quam a grammaticis iunioribus nunc dicuntur, & illorum nomina ſic fuiſſe inuerſa, vt pro meditatiuis dixerint inchoatiua, pro deſideratiuis meditatiua. pro actum corporis ſignificantibus deſideratiua. Sed quæ nos ex eo quod ſignificant, nouo nomine dicimus augmentatiua. Laurentius opinatur ab antiquioribus fuiſſe meditatiua appellata ex illa reconditiore ſignificatione, qua meditor ſignificat exerceri, vt apud Iuuena. ſtatua meditatur prælia luſca. & alibi Marmorea meditatus prælia villa. vt ſit caleſco. quaſi exerceor calore. frigeſco exerceor frigore, & ſimilia eodem modo.* ¶ *Quæ dicuntur frequentatiua? Frequentatiua verborum forma, quam Diomedes iteratiuam appellat, eſt quæ aſſiduã vel potius frequentem in augendo vim habet. vnde & appellationem habet, quoniam frequenter augendo iterat affectum. formantur autẽ ab vltimo ſupino, u. finali mutata in. o. declinanturq; per primam coniugationem. vt a curro curis curſu, curſo curſas. a quo eſt occurſo occurſas. ideſt frequenter occuro. Verg. in buc. occurſare capro cornu ferit ille caueto. A duco ducis ductu. ducto ductas. ideſt frequenter duco. Saluſt. in catilina. L. ſylla exercitum, quem in Aſia ductauerat. A mergo mergis merſum. merſo merſas, ideſt frequenter mergere. Verg. j. geor. fluuio merſare ſalubri. eſt & frequentatiuũ a frequentatiuo curſito curſitas. Hora. ij. ſermo. veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. in verbis tamen primæ coniugationis mittentibus ſupinum in. atum. fiunt frequentatiua a penultima in. i. breuem mutata. vt ab impero imperas imperatu imperito imperitas. Hora. j. ſermo. olim qui ſummis legionibus imperitarunt. A volo volas volatu volito volitas, a rogo rogas rogatu rogito rogitas. ab ago agis actu. non dicimus acto actas, ſed actito actitas. Marti. cogit me Titus actitare cauſas, dicimus etiam ab ago agis in alia ſignificatione agito agitas. Verg. ij. geor. ipſe dies agitat feſtos fuſuſq; per herbam. a dico dicis dictu dicto dictas. quod eſt alio ſcribente dicere. Iuuẽ. celſo dictare parate. dictito dictitas. quod videtur eſſe frequentatiuum a frequẽtatiuo, eſt frequenter dicere. Hora. ij. epiſtola. dictitet Albano muſas in monte locutas. A quæro quæris. debuit eſſe quæſito quæſitas penultima longa. ſed dicimus quærito quæritas, eadem breui. A ſcribo ſcribis ſcriptu ſcriptito ſcriptitas. A ſcio ſcis ſciui ſcitu. ſcitor ſcitaris. & ſciſcitor ſciſcitaris. A noſco noſcis noui notu. noto notas. noſcito noſcitas. A cogo cogis coegi coactu, non coacto coactas, ſed cogito cogitas. dicimus. & a ſequor ſequeris ſecutu, non ſecutor ſecutaris, ſed ſector ſectaris formatur.* ¶ *Quæ dicuntur diminutiua? Eſt quinta verborum forma eorum, quæ dicuntur diminutiua: eo quod ſignificat diminutionem a ſuo principali vnde deriuãtur. vt a ſorbeo ſorbes ſorbilo ſorbilas, quaſi minutim ſorbere. a garrio garris. garrulo garrulas. a caluo caluis. cauillo cauillas, & cauillor cauilloris. Sunt præterea quædã diminutionũ formã habẽtia ſine origine formæ perfectæ. vt pitiſſo. as. p minutim bibere. vacillo. as. p eo qd' eſt alterno motu fluctuare. Terẽ. i heau. pitiſſando modo mihi, qd vini aſſumpſit. Cice. de cla. ora. cũ ex eo toto corpore vacillante quæſiuit: quis loqueretur e lintbre. huius ordinis videtur mihi eſſe verba illa, quæ paulo ante frequentatiua eſſe diximus. vt dormito dormitas. ſcriptito. tas. quod eſt non profunde dormire, aut plene ſcribere, ſed per interualla id facere ſignificãt. vt ſit dormitare, minus quã dormire, ſcriptitare minus quã ſcribere, vt illud, dormitauerunt oẽs, & dormierunt.*

Quæ dicuntur denominatiua? Quę a nomine deriuātur;vt a patre patriſſo.as.a grę́co grę́ciſſo.as.& græcor.aris.a frumento frumentor.aris.a pabulo.lor.aris.a rure ruſticor.aris.

Quę dñr aduerbialia? Quę ab aduerbio deriuāt.vt a perendie.perēdino.as.a ſupra ſupero.as.ab intra,intro intras.

Amo igitur cuius ſpeciei eſt? Primitiuę ſpeciei.Nō enī habet(quod ego ſciam)vnde poſſit deriuari.

Figuræ verborū quot ſunt? Duæ ſicut in nomine Simplex,vt amo.as.Cōpoſita vt deamo deamas.

Amo igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ.Nō enī poteſt diuidi in partes ſignificatiuas eius;qđ integrum ante compoſitionem ſignificabat.

Coniugationes verborū quot ſunt? Quattuor.Prima,quę ſcđam perſonā ſingularē pręſentis indicatiui modi mittit in.as.productam in voce actiua.Et in.aris,vł.are.in voce paſſiua.vt amo.as.lętor.aris.vel.are.Secūda,q̄ eandē ſcđam perſonā mittit in.es.productam in voce actiua,& in.eris.vł.ere.i voce paſſiua.vt doceo.es.medeor.eris.vł.ere.Tertia,q̄ eādē ſcđam perſonā mittit in.is.correptā in voce actiua.& in.eris.vel.ere.penultima correpta i voce paſſiua.vt lego.is.loquor.eris.vł.ere.Quarta q̄ eādē ſcđam perſonā mittit in.is.pductā in voce actiua.& in.iris.vł.ire penultima pducta in voce paſſiua.vt audio.is.audior.iris.vł.ire.

¶De erotematis participiorū. Cap.vij.

Amās quę pars orōnis eſt? Participiū.Quid eſt participium? Pars orationis declinabilis.quæ p verbo accipitur.ex quo deriuatur:genus & caſus habēs ad ſimilitudinē nominis,& accidētia verbi ſine diſcretione modorū & perſonarū.

Vnde dicit participiū? Quaſi particapiū:quia partem accipit a noie,partē a verbo,partē ab vtroq̧.

Participio quot accidūt? Sex,genus.tempus.ſignificatio.figura.numerus,caſus cum declinatione.

¶Quæ dicūtur Denominatiua? Sexta verborū forma eſt eorū,quæ dicuntur denominatiua,eo qđ a nominibus deriuātur.vt a patre patriſſo.iſſas,a græco græciſſo.iſſas.& græcor.aris.ab attico atticiſſo.ciſſas,quæ verba imitationē quandā ſignificant:dicimus quoq; a pabulo.lor.aris.a frumēto.entor.aris.a ligno lignor.aris.ab aqua aquor.aris.p eo qđ eſt ire quæſitū pabulū.frumentū.ligna.aquā.Liui.xxv.ab vrbe condita.lignatū pabulatūq; progreſſos excipere.Gel.lib.xvj.noct.atti.ea figura eſt captātur,qua lignātur,pabulātur & aquātur.Liui.xxij.tertiā partē militū frumētatū dimiſit.Dicimus quoq; a rure ruſticor.aris.Cic.ij.de.ora.Lęliū ſemp ferē cū Scipiōe ſolitū ruſticari:p quo antiquiores ruro.ras.& ruror.aris.dicebāt.a philoſophia philoſophor.aris.a poeta poetor.aris.quæ poſteriora ſignificāt dare operā philoſophiæ,poeticæ.¶Quæ dñr aduerbialia? Septima verborū deriuatorū forma eſt eorū,q̄ dicūtur aduerbialia,eo qđ ab aduerbijs deriuātur.vt a perēdie perēdino.as.qđ eſt in diē tertiā differre.a cras craſtino.as.ab intra.intro.as.¶Amo igitur cui9 ſpeciei eſt? Primitiuæ(inqt)neq; enī habet,vñ deriuetur.ſed tēperamētū adiecit,qđ ego ſciā:fieri enī pōt,vt originē habeat vñ dicatur.Sed neq; format ex ſe inchoatiuū.vt iſti dicūt amaſco.aſcis.neq; deſideratiuū amaſſo.ſſis.nec meditatiuū amaturio amaturis,neq; frequētatiuū amito.as.¶Figuræ verborū quot ſunt? Duæ(inqt)quēadmodū in noie.Simplex vt amo.as.clamo.as.cōpoſita,vt deamo.as.declamo.as.cōponūtur aūt verba quattuor modis ſicut et nomē.ex duobus integris,vt examo.as.deamo.as.ex de & amo amas,ex integro & corrupto.vt diligo.gis.ex di & lego.gis.aut ex corrupto & integro.vt alligo.as.ex ad & ligo.gas.aut ex duobus corruptis.vt officio.ex ob & facio.cis.Cōponūtur enim verba frequenter cū præpoſitiōibus:ſed nōnūq̄ cū noībus,vt tepefacio a tepidus & facio.verſificor a verſus & facio.belligero a bellū & gero.Cōponūtur etiā ex præpoſitione,noie,& verbo.vt perterrefacio.cis.a p & terrore & facio.ex duabus præpoſitiōibus & verbo,vt recōpēſo.as.recōdo.is.Sed quēadmodū in cōpoſitione corrūpātur:in fine li.ſupioris dictū eſt.¶Cōiugationes verborū quot ſunt? Antiquiores grāmatici fere oēs tantū ponebāt cōiugationes tres,ſed tertiā rurſus diuiſerūt in breuē ſiue correptā.& in lōgā ſiue productā.Nos autē iuniores ſecuti grāmaticos,quia nihil referebat:quattuor cōiugationes poſuimus.Cōiugatio eſt cōſequēs verborū declinatio.dicta,q vna eadēq; rōne declinationis plurima cōiugātur verba.vt ad ſimilitudinē amo.as.oīa verba primæ cōiugatiōis.hæc a græcis ſyzigia dicitur.¶Pria q̄ ſcđā pſonā.Iā puer nō rñdet ex eo qđ li.j.didicit,pria coniugatio eſt,quæ habet a.productam ante.re.in infinitiuo,quod ex ipſa pronunciatione atq; accentu poterat intelligere,ſed ex eo quod iam lib.v.audiuit,ſecūdā perſonā præſentis indicatiui modi primæ coniugatiōis in numero ſingulari in.as.longam terminari.Secundæ vero in.es.æque lōgam.Tertiæ in.is.bre... [illegible] Quartæ,in.is.longā,quæ ratio,& ſi eadem eſt cum ſuperiori,hic reſpondit quaſi prouectus ex Diome.Donati.Phocæ.Priſcia.omniumq; antiquorum verbis,qui ex ſecunda perſona indicatiui colligunt diuerſitatem coniugationum,illic vero quaſi rudis didicit rem ex eo,qđ erat intellectu facillimum.

¶De participio.

AMans,quæ pars orationis? Deinde reſpondet,participiū eſſe partem orationis declinabilem ad differentiā indeclinabiliū,quæ pro verbo accipitur ex quo deriuatur:nā verborū ſignificationes habet,atq; p verbo ponitur,ſed ab eo differt,quoniā genus & caſus habet ad ſimilitudinē nominis,a quo rurſus differt:quia accidētia verbi habet modos & pſonas,quib9 participiū caret.¶Vñ dr participiū? ab eo reſpōdet,qđ duarū partiū,q̄ ſunt pricipes in oratiōe,hoc eſt noīs & verbi partē capiat & participet,vt ſit participiū,quēadmodū cū Seruio dicit Sergi9,quaſi particapiū.accipit enī(vt dixim9)a noīe gn̄a & caſus:et a verbo tpa & ſignatiōes.ab vtroq; nūerū & figurā.¶Participio quot accidūt? Sex(inqt)duo,q̄ dixim9 accepiſſe a noīe.i.gen9 et caſus.Duo quoq;,q̄ a verbo,hoc ē tps & ſignatio.Duo præterea,q̄ ab vtroq;,hoc ē,figura et nūer9.

Genera participiorũ quot ſunt? Quattuor, maſculinũ, vt amatus, fœmininũ, vt amata, neutrũ, vt amatũ, cõmune triũ, vt hic & hæc & hoc amãs.
Amans igitur cuius generis eſt? Commune triũ.
Tpa participiorũ quot ſũt? Tria pręſens vt amãs, pręteritũ vt amatus, futurũ vt amatur⁹, amãd⁹.
Amãs igitur cuius tẽporis eſt? Pręſentis tẽporis.
Significationes participiorũ quot ſunt? Duę; actiua vt amans. paſſiua, vt amatus.
Quę participia ſignificant actionẽ? A verbis actiuis & neutris actionẽ ſignificantibus, actionẽ ſignificãt participia pręſentis & futuri in. rus. vt amãs amaturus. ſeruiẽs. turus. A verbis paſſiuis vel neutris paſſiuis, vł neutris paſſionẽ ſignificãtibus participia oĩa ſignificãt paſſionẽ; vt amatus; amãdus. vapulãs; vapulaturus. A verbis deponẽtib⁹ participia p̃ñtis & p̃teriti & futuri in rus. ſignificant actionẽ. futuri vero in. dus. paſſionẽ. vt loquẽs. locutus. locuturus, loquẽdus.

¶ Genera participiorũ quot ſunt? Quattuor eſſe dicit genera participiorũ, maſculinũ eorum quæ terminãtur in. us. vt amaturus, amatus, amandus, fœmininũ eorũ quæ terminantur in. a. vt amatura. amata. amanda. Neutrũ eorũ q̃ terminãtur in. um. vt amaturũ, amatũ, amandũ. Cõmune trium eorũ q̃ terminantur in. ns. vt hic & hæc & hoc amans, hic & hæc & hoc docens. Reperiũtur tamẽ participia in. ns. terminata in genere maſculino, quaſi ſubſtãtiue poſita, ex eo q͛d in illis ſubintelligitur nomẽ ſubſtãtiuũ generis maſculini. vt hic oriens: hic occidens. vbi intelligitur ſol. Verg. v. æñ. & me ſæuus equis oriẽs efflauit anhelis. aliquãdo tamen ipſum ſubſtantiuũ exprimitur. dicimuſq; ab oriente ſole, ab occidente ſole. rudens quia intelligitur funis. torrens, q͞a fluuius. generis quoq; ſunt maſculini. profluens & confluens, quia ſubintelligitur aquas, gñis ſunt fœminini. Liu⁹. i. ab vrbe condita, pueros. p̃fluentẽ aquam mitti. Cæſar in cõmentarijs. cum ad profluentem moſæ & rheni cõueniſſent. & Iuſtinus in trogi epitome. pars quædam in confluentem Danubij & Sabij conſedit. Eſt aũt pro fluens in ea parte fluminis, qua eſt violentior aquæ vena, confluens vero qua duo flumina iunguntur. quam Ptolomæi interpres ſciſſionem fluminis appellat. Continens quoq; pro terra, quæ non eſt inſula, etiam generis fœminini, quia ſubintelligitur terra. Pli. lib. vi. alymnũ a proxima continente abeſt ſeptem mille centũ quinquaginta paſſus. Conſonãs quoq; pro littera quæ non eſt vocalis hoc genere profertur. Animans tum genere maſculino reperitur. vt Hora. ij. ſer. ſed hic ſtilus haud petet vltro quẽquã animantẽ. tum fœminino. vt Cice. in. i. de legibus, nam cum cæteras animãtes adieciſſet ad paſtũ. Reperitur quoq; genere neutro, ſed in plurali tantum animantia. Serpens fœmininum reperitur. Iuue. & mouiſſe caput viſa eſt argentea ſerpẽs. Verg. ij. æñ. maſculinũ protulit, dicẽs. ſerpẽs cõplex⁹ vterq;. Prægnãs quoq; q͛d participij formã habet ſine origine verbi rõne ſignationis, tãtũ gñis eſt fœminini. In neutro gñe participia reperiũtur quaſi ſubſtãtiua. vt antecedens cõſequẽs. decẽs, cõueniẽs. ¶ Tẽpora participiorũ quot ſunt? Tria inquit. ſed adnimaduertẽdũ eſt q͛d nõ ex oĩ verbo oĩa tẽpora naſcũtur, quẽadmodũ ſtati de ſignĩtionib⁹ participiorũ dicem⁹. illud quoq; eſt cõſiderãdũ. q͛d licet latini nõ habeãt p̃ticipia præteriti imperfecti tẽporis & pluſquã p̃fecti. inueniũtur tñ p̃ illis participia præteriti poſita. vt apud Verg. i. æñ. & quavect⁹ abbas & qua grãdæu⁹ alethes. q͛d Seru. p̃ vehebatur exponit. ¶ Significiões participiorum quot ſunt? Duæ inq̃t, actiua & paſſiua, ſed q̃ participia ſignificẽt actionẽ. q̃ paſſionẽ ſubiũgit. dicẽs. q͞a verbis actiuis & neutris non quidẽ oĩbus, ſed q̃ ſignificãt actionẽ, participia p̃ñtis & futuri in. rus. ſignãt actionẽ. vt amãs., qui amat. amaturus, qui amabit. ſeruiẽs, qui ſeruit. ſeruitur⁹, qui ſeruiet. A verbis paſſiuis vel paſſionẽ ſignificãtibus, qualia ſunt. exulo. vapulo. caleo. ardeo. participia oĩa ſignãt paſſionẽ. vt amatus, quẽ amauit quiſpiã, amãdus, qui amabitur. vapulãs, qui verberatur. vapulaturus, q verberabitur. exulãs, q mittitur in exiliũ. exulaturus. q mittetur. Quin. in. i. adde q͛d vapulãtibus multa dictu deformia. Cice. iij. tuſ. quæſt. Thelamonẽ pulſum patria exulantẽ, atq; egentẽ. Iuſtinus in epito. trogi. illæ quaſi in perpetuum cũ viris exulaturæ. ¶ A verbis deponẽtib⁹ quattuor. veniũt participia, ſed p̃ñtis, præteriti & futuri in. rus. actionẽ ſignificant. futuri vero in. dus paſſionẽ. q͛d quia Alexandrini nõ recipiebãt, autoritate probãdũ eſt. a loquor loquẽdus. Hora. iiij. car. prælia cõiugibus loquẽda, a ſequor ſequẽdus. Oui. in epiſ. phillidis. nõ tibi ſic dices phylli ſequẽdus erã. ab inficior inficiandus. idẽ in ep̃la deianiræ. Decolor & factis inficiãda tuis. a patior patiẽdus. Idẽ in. iij. de arte. multaq; tyroni nõ patiẽda feret. ab imitor imitãd⁹. Idẽ in epiſtola phed. arcus & arma tuæ tibi ſunt imitanda Dianæ. a fateor fatẽdus. Oui. in. i. de triſtibus. Sunt tñ euẽtu dura fatẽda meo. & ab illius compoſito p̃fiteor profitẽdus. Idẽ in. i. de arte. nec ſpecies Veneris ſemp̃ p̃fitenda rogãti. a tueor tuẽdus. Idẽ in. iij. de arte. huic eq̃tes illi ſigna tuẽda dedit. A modulor modulãd⁹. Hora. in. ij. epiſ. fidibus modulãda latinis, & fere ab oĩbus verbis deponẽtibus, quæ cũ accuſatiuo cõſtrũtur, paſſim reperies huiuſmodi participia. Sũt etiã ex deponẽtib⁹ quæ cũ alijs caſibus cõſtruũtur. vt ab vtor vtẽdus. Gel. lib. vij. qui iumẽtũ aliorũ duxerat. quã quo vtẽdũ acceperat. Et in digeſt. titu. de acqrenda poſſeſſione. l. ſi quis rẽ vtẽdã dederat. ſed hoc verbũ etiã cũ actõ cõſtrui poteſt. vt apud Cice. ij. de ora. ſi ærarii corp⁹ vtimur ad belli adiumẽta & ornamẽta pacis. & Gel. li. xviij. quas voces nos poſſem⁹ vti. Quid? q͛d & actiuũ reperitur. vt apud Neuiũ. quia ſupellex multa q̃ nõ vtitur, emi. Eodẽ modo a veſcor, legimus veſcẽdus. quia Pli. li. viij. dixit caprinũ iecur ſi veſcatur. ab eo q͛d eſt veſco veſcis. & a fungor fungẽdus, quia Terẽ. in adel. dixit æſchinus tuus neq; boni neq; liberalis functus eſt officiũ viri. & q͛d Plau. in trinũmo etiã actiue protulit, dicẽs. munus fungas tuũ. Quod ſi dixerit quiſpiã hæc verba olim fuiſſe cõia, atq; inde p̃ueniſſe hec participia futuri in. dus. ego nõ inficior. ſed illud dico, q͛d aut nullũ eſt verbũ deponẽs, aut ſi q͛d eſt quod deponẽs dicatur. ſi cũ actõ cõſtruitur. poſſe habere participiũ futuri in. dus, q͛d paſſionẽ ſignificet. Participiũ quoq; præteriti aliqñ ſignãt paſſionẽ illa rõne, q͛d olim cõia fuerũt. vt a comitor comitaris comitatus. Verg. i. æñ. ipſe vno graditur comitatus achate. ab imitor imitatus. Oui. ix. met. nec abeſt imitata voluptas.

A verbis cõmunibus participia preſentis & futuri in.rus.ſignificant actionem, præteriti actionẽ & paſſionem.futuri in dus.tantũ paſſionem. vt criminans,criminaturus, criminatus,criminandus.

Eſt ne hoc ſemp verum? Propemodum id quidẽ, niſi quod a verbis actiuis & neutris participia præteriti ſignificant nonnunquam actionem. vt

| | |
|---|---|
| Agutus.a.ũ. ab arguo.is. | Excretꝰ.a.ũ.ab excreſco. |
| Auſus.a.ũ. ab audeo.es. | Exoletus.a.exoletum.ab exoleſco.is. |
| Adultꝰ.a.ũ.ab adoleſco.is. | Euaſus.a.ũ.ab euado.is. |
| Aſſuetus aſſueta aſſuetũ ab aſſueſco.is. | Falſus.a.um.a fallo.is. |
| Cautus.a.um.a caueo.es. | Fluxus.a.um.a fluo.is. |
| Caſſus.a.um.a careo.res. | Iuratus.a.um.a iuro. as. |
| Circunſpectꝰ.a.um.a circunſpicio.is, | Ignotꝰ.a.ũ.ab ignoſco.is. |
| Cõſuetus.a. um.a cõſueſco,conſueſcis. | Oſus.a.um.ab.odi.ſti. |
| Conſideratus.a.um.a cõſidero.as. | Paſſus.a.um.a pateo. tes. |
| Contẽtus cõntenta.um. a contineo.es. | Placitus.a.um.a placeo.es |
| Cœnatus.a.ũ.a cœno.as. | Potus.a.um.a poto.as. |
| Decretus.a.ũ.decreſco.is. | Prãſus.a.um.a prãdeo.es |
| Defectus.a.um.deficio.is. | Profuſus profuſus.a.um. a pfundo.is. |
| Diſceſſus.a.ũ.a diſcedo.is. | Scitus.ta.tum.a ſcio.cis. |
| Diſertꝰ.a.um.a diſſero.is. | Sparſus.a.um.a ſpargo.is |
| | Tacitus.a.um.a taceo.es. |
| | Titubatus.ta. tum.a titubo.as. |

*¶ A verbis cõmunibus quattuor veniũt participia,præſentis & futuri in.rus.quæ ſignificãt actionem. & præteriti quod ſignificat actionem & paſſionem. & futuri in.dus.quod paſſionem.vt criminans,qui accuſat:criminaturus,qui accuſabit: criminatus qui accuſauit, & qui accuſatus eſt,criminandus, qui accuſabitur. Reperitur quoq; nonnunq̃ a verbis neutris participium in dus.vt a careo carendus.Ouid.in epiſto.penelopes. virq; mihi dempto fine carendus abeſt. & ab imperſonalibus,vt a pudet pudendus.vt Ouid.in epiſt. Deianiræ,huic victor victo nempe pupendus eras.a piget pigẽdus.Cicero. de cla.ora.ad miſericordiã inducitur ad pudendũ ad pigendũ.a facio.is.faciendus.non fiendus dicitur.A verbis quoq; neutris abſolutis,vt a reuiuiſco. Pli.lib.vij.ſimilis de aſſeruandis corporibus hominum ac reuiuiſcẽdis promiſſa,pro reuicturis.¶ Eſt ne hoc ſemper verũ? propemodũ id quidẽ & fere verũ eſt.facit tamen exceptionem dicens, quod a verbis actiuis & neutris participia præteriti aliquando ſignificãt actionem. Vt ab arguo arguis, quod eſt actiuum.argutus arguta argutum.i. acute arguens & inueſtigans. inde argutiæ dictæ ſunt ingenij cautelæ. & argutor argutaris argute loqui. Adultus adulta adultum, qui adoleuit: ab adoleſco adoleſcis.quod eſt neutrum. Auſus.a.auſum. qui audet:ab audeo.des.quod etiam paſſiue acceptũ reperitur.Mar.hoc tibi pro meritis & talibus imprecor auſis.& ab eo cõpoſitũ inauſus.ſa.ſum. Idem. nil intentatum.Selius nil(inquit)inauſum.Aſſuetus.ta.tum. ab aſſueſco.is.qui aſſueuit: & quod aſſuetum eſt paſſiue:& eodem modo conſuetus,qui conſueuit, & quod eſt conſuetum. Cautus.a.um.i.qui cauet,& quod cautum eſt.Conſideratus,qui cõſiderat:& quod eſt cõſideratũ. Inſuetus,qui inſueuit,& quod eſt inſuetũ. Circunſpectus,quid circunſpicit, & quod circunſpectum eſt. Contentus,qui cõtinet: & quod cõtinetur.Caſſus, qui caret tantum:nã a verbis neutris huiuſmodi participia actionem tantũ ſignificant:quemadmodũ ab actiuis actionem & paſſionem. Cœnatus, qui cœnauit. Diſertus,qui diſſerit:quod a ſuo ſimplici alterũ.s.expũxit,vnde & prima breuis reperitur.Defectus,quæ deficit.Mart.Dulcia deffecta modulatur carmina lingua. Quint.Deffecta labore ſenectus.Diſceſſus,qui diſceſſit: quemadmodum occaſus,qui occidit: & obitus q obijt. Cecilius.cuſtodibus diſceſſis multi interficerentur. Lucillius,q̃ horis ſublata duabus omnia ſunt ſole occaſo ductoq;.Liuius andro.cupidius miſerulo obito.ſic Claudius quadrigarius ab intereo interitus fecit,acriter (inquit)cõmiſſa pugna multis interitis. A ſeneſco ſeneſcis.Saluſti.fecit ſenectus ſenecta ſenectũ,omnibus(inquit)quibus ſenecto copore animus militaris erat. Decretus decreta decretũ,qui decreuit,a decreſco decreſcis.Liuius androni.nocte dieq; decretum & auctum. Excretus,quoq; qui excreuit. Exoletus, qui exoleuit & adultus eſt, aut quemadmodum Feſtus ait: qui adoleſcere deſijt.Verg.iij.Georg.multi iam excretos prohibent a matribus hædos.& Mart.ſtat exoletus ſuggeritq; ructanti. Euaſus qui euaſit. Liuius.xxij.ab vrbe condita,exercitum(inquit)cæſum ſeq; euaſum eſſe. Falſus,qui fallit,& quod falſum eſt:hoc eſt deceptum.Verg.j.Georg.ſolem quis dicere falſum audeat.i.fallentem. Fluxus,quod fluit:vnde & veſtes fluxas & ætatem fluxam ſenectutem dicimus. Iuratus,qui iurauit:& iniuratus qui non iurauit. Iuue.quãuis iurato metuam tibi credere teſti.Gellius lib.vij.atq; iureiurando ſatisfacto iniurati abijſſent. Ignotus,qui ignouit,hoc eſt ignorauit.Quint.ne quis tamen erret,ignotus non eſt filij mei nouerca. Profuſus,qui profundit. Saluſt.alieni appetens,ſui profuſus. Paſſus pro patens, ſiue quod patet.Vergil.j.æneidos,crinibus illiades paſſis peplumq; ferebant. Placitus,qui placet. Idem.ij.Georgicorum.placitum paci nutritor oliuam.i.placentem. Pranſus,qui prandit. Horatius in poetria,nec pranſæ lamiæ viuũ puerum extrahat aluo. Potus,qui potauit.i. bibit. Terent.in æcyra. cum virgine vna cubuerit plus potus. Scitus ſcita ſcitum,qui ſcit & ſapit. Ouidius.ix.metamorph. Neſus adit.membriſq; valẽs.ſcituſq; vadorum. Sparſus ſparſa ſparſum.ideſt qui ſpargit. Vergil.iiij. Georgicorum.prius hauſtus ſparſus aquarum,pro ſpargens. Tacitus tacita tacitum, qui tacet.Vergil.ij.tacita per amica ſilentia lunæ,hoc eſt tacentis.alias tacitus quod tacetur. Idem in. vj. quis te magne Cato tacitum,aut te Coſſe relinquat. Titubatus,ideſt qui titubat. Idem in.v. æneid. veſtigia preſſo haud tenui titubata ſolo,pro titubantia. Exoſus & peroſus actionem ſemper ſignificant, quemadmodum & ſuum ſimplex oſus:itaq; cum accuſatino conſtruuntur.*

¶ Reperiuntur quoq;. Cum a verbis actiuis participia præſentis temporis ex idiomate ſermonis latini ſemper ſignificent actionem: aliquando ad imitationem græcorum reperiuntur ſignificare paſſionem, vt voluēs pro eo quod voluitur. Verg. i. geor. tardaq; eleuſinæ matris voluentia plauſtra. i. quæ voluuntur. Idem i. æn. olim voluentibus annis. Volutans. i. quod volutatur. Idē in. iij. genibuſq; volutās hærebat, pro volutatus. Quaſſans pro quaſſatus. Idē. i. geor. ſiliquæ quaſſante legumen. & Apule. ij. meta. tunc illa capite quaſſanti abi (inquit) fatue. Idem in iij. quaſſanti capite ac demuſſata contumelia. Plautus in aſinaria. quaſſanti capite incedit. Inuehens. pro inuectus. Quadrigarius apud Gelliū lib. ij. ſi conſuli pater pconſul obuiam in equo vehens venit, pro vectus. Inuehens quoq; pro inuectus. Cice. in. ij. philippica. in te inuehens quæſitus eſt. Idem in iiij. in me abſentem inuehens. Intolerās etiam pro intolerabilis poſuit Neuius apud Gelliū lib. xviij. curis (inquit) intolerātibus. Præcipitans quoq; pro præcipitatus. Verg. vi. æn. præcipitās traxi mecum, qđ Diome. fruſtra dicit eſſe figuratū, vt ſubintelligatur me. Nā ſi in carmine id poterat ex licētia poetica fieri: vt accuſatiu9 ille in pſona patiēti ſubijceretur, quomō poterit excuſari Cice. qui in. iij. de ora. dixit. in amne præcipitāte nō poſſum9. p præcipiti ſiue præcipitato? Sed potius dicendū eſt, præcipito eſſe verbū neutrū paſſiuū quale eſt exulo, vt in ſequēti lib. dicetur cū de verbis neutris quartæ ſpeciei agemus. Atq; eodē modo de vibro dicendū vibrans pro vibratus. Verg. ij. æn. linguis vibrantibus ora ſibila lambebāt. ¶ Figuræ Participiorū quot ſunt? Duæ (inqt) autoritate Donati, Simplex & compoſita. & ſi Priſcia. contendat nullū eſſe participium compoſitæ figuræ, quia participiū per ſe non componitur, ſed compoſitionem verbi ſequitur. ¶ Numeri participiorū quot ſunt? Numeri participiorū duo ſunt, quēadmodū in nomine, pronoīe & verbo. Caſus vero ſeptē quēadmodū in nomine & pronomine. ¶ Declinatiōes vero ad nomē referūtur, vt ſint tres quia nullū eſt participiū quartæ & qntæ declinationis noīm. Cōpoſita vero ab iens, quēadmodū & ipſum mittunt genitiuū in eūtis. vt rediens. ūtis. præteriens prætereuntis. iniens ineuntis. Sunt vero quædam noīa participijs ſimilia, vt tunicat9, galeatus. togatus: quædam rurſus ſine verbi origine. vt innocens. indoctus.

Reperiūtur quoq; participia pſentis tēporis a verbis actiuis ſignificātia paſſionē, vt voluens. volutans quaſſans, præcipitans, pro eo qđ voluitur, volutatur, quaſſatur, præcipitatur. Et qđ dicitur euidēs negocium. i. quod videtur, & perſpicuum eſt.

Amās igiť cui9 ſignificatiōis ē? Actiuę ſignificatiōis

Figuræ participiorum quot ſunt? Duæ. Simplex. vt amans, Compoſita vt adamans. Quanq̃ ſunt qui dicant (quia participium per ſe nō componitur) non eſſe compoſitæ, ſed de cōpoſitæ figuræ.

Amans igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ.

Numeri participiorum quot ſunt? Duo ſicut in nomine. Singularis, vt amans. Pluralis, ut amantes.

Amās igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri.

Caſus participiorū quot ſunt? Septē ſicut in noīe.

Amans igitur cuius caſus eſt? Nominatiui caſus.

Declinationes participiorū quot ſunt? tres. Nā participia præteriti & futuri tā in. rus, q̃ in, dus. declinātur p primā & ſecūdā nominis declinationē. Preſentis vero per tertiā, niſi q iens participiū ab eo, is. mittit gtm̄ in eūtis cū cōpoſitis. vt iens. euntis. abiens abeūtis. Ambiēs; tamē facit ambiētis.

Amans igitur quotæ declinationis eſt? Tertiæ noīs.

## ¶ De erotematis præpſitionum. Cap. ix.

AD; quæ pars orationis eſt? Prepoſitio. Quid eſt prepoſitio? Pars orationis indeclinabilis; q alijs partibus orationis præponitur; aut per compoſitionem; aut per appoſitionem.

Vnde dicitur præpoſitio? Ab eo q alijs partibus orationis prepōnitur. Nam cōtra naturā præpoſitionis eſt, q poſtponatur. vt cum. tenus. verſus.

Prepoſitiōi quot accidunt? Tria. figura. ordo. caſus.

Figure præpoſitionū quot ſunt? Duæ. ſimplex. vt abs. circum. Compoſita. vt circum circa. abſq;.

Ad igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ; quia non poteſt diuidi in partes ſignificatiuas.

AD, quæ pars orationis eſt? Poſtea quā de partibus oratiōis declinabilibus diſſeruit, accedit ad indeclinabiles, inter quas a præpoſitione incipit. Nam quēadmodū in partibus declinabilibus a noīe orſi ſumus, ita indeclinabilibus a præpoſitione propter affinitatem, quā habet cū noīe: cui appoſita ius ſibi dictionis defendit. Deinde ponit diffinitionē præpoſitiōis dicens, q eſt pars orationis. i. vna ex octo partibus orationis indeclinabilis ad differentiā partiū declinabiliū: q alijs partibus orationis præponitur: aut p cōpoſitionē, vt pduellis, indoctus. aut per appoſitionē, per vicos, in vrbē. ¶ Vnde dicitur præpoſitio? Suū atq; pprīū eſt præpoſitiōis præponi, atq; inde ſibi nomē vſurpauit, nā cōtra naturā. ſuā præponere ponitur, vnde & accētū mutat, quēadmodū lib. v. dicturi ſumus, vt in his dictiōibus tecū, pube, tenus. ¶ Præpoſitioni quot accidunt? tria (inqt) figura, ordo, caſus. ¶ Figuræ præpoſitionū duæ ſunt ſicut in noīe. Simplex, vt ab. abs. circū. Cōpoſita vt abſq;, ex abs & q; coniunctione, & circūcirca, ex circū & circa præpoſitionibus. Cōſiderādū tn̄ præpoſitiones eſſe q̃ nunq̃ reperiūtur niſi in cōpoſitione, & ſunt ſex. con. re. ſe. an. di. dis. vt cōduco. reduco, ſeduco. anquiro. diuido. diſtraho. Sunt quoq; q̃ nunq̃ in cōpoſitiōe reperiuntur, vt apud, iuxta. pone. penes. Sunt quæ cōponi & apponi poſſunt. vt ad. ante. per. in. Componuntur autē præpoſitiones cum noībus, vt perbonus. iniuſtus, deformis. Cū pronominibus. vt mecū. tecū, ſecum. nobiſcū. vobiſcū. Cum verbis, vt adamo. deamo. dedoceo. Cū participijs, vt indoctus, perlectus. Cū aduerbijs, vt perpulchre, iniuſte. Cū coniunctionib9. vt abſq;. Cū alijs præpoſitiōibus, vt circū circa. Illud quoq; hoc loco eſt annotandū, qđ Quint. lib. i. ſcribit, quæri ſolere in ſcribēdo præpoſitiones ſonū quē iunctæ efficiunt, an quē ſeparatæ obſeruare cōueniat. Nam cū dico obtineo ſecūdā. b. litterā ratio poſcit, aures magis audiūt. p. atq; hæc potiſſimū fuit ratio, cur præpoſitiones in cōpoſitione corrūperētur.

Quotuplex eſt ordo præpoſitionum? Triplex. prepoſitiuus, poſtpoſitiuus, communis.

Quis eſt ordo prępoſitiuus? Qui prępoſitionem in conſtructionem ſemper debere prępon oſtẽdit, ut ad, ab.

Quis eſt ordo poſtpoſitiuus? Qui præpoſitionẽ in conſtructionem ſemper debere poſtponi oſtẽdit, ut tenus, uerſus.

Quis eſt ordo communis? Qui prępoſitionem in conſtructione modo præponi; modo poſtponi debere oſtendit, vt cum, pre, propter.

Ad igitur cuius ordinis eſt? Præpoſitiui: quia ſemper in conſtructione præponitur.

Caſus prepoſitionum quot ſũt? Tres. Accuſatiuus & ablatiuus; & nonnunquã Genitiuus.

Prepoſitiões genitiuo deſeruientes quot ſunt? Tres Pridie, poſtridie, tenus.

Prepoſitiones accuſatiuo deſeruientes quot ſunt? xxx octo. Ad, apud, ante, aduerſus, aduerſum.

*¶ Quotuplex eſt ordo? Accidit etiam præpoſitioni ordo: & ſi, quemadmodum diximus: proprium illius ſit. ſemper debere preponi. Quæ veniunt in compoſitionem ſemper præponuntur illis dictionibus, cum quibus componuntur. Poteſt etiam præponi alteri præpoſitioni iam compoſitæ, vt perterritus, imperterritus, inextricabilis. Cum vero pronominibus poſtpoſita eſt, non dicitur proprie cum illis componi, ſicut nec tenus cum hac. quãquam videtur in vnam dictionem vtraq; particula coaleſcere. vt hactenus aruorum cultus, & ſydera cæli. Per appoſitionem accidit præpoſitioni ordo: quoniam ſunt, quæ ſemper præponuntur. vt ad. in. vt eo ad vrbem. perueni in vrbẽ. ¶ Sunt quæ ſemper poſtponuntur. vt tenus, verſus. dicimus enim capulo tenus, & nõ tenus capulo, dicimus quoq;, eo vrbem verſus, & non verſus vrbẽ. ¶ Sunt quæ præponi & poſtponi poſſunt: vt cum, quæ ſemper præponitur ablatiuo nominum, pronominum, & participiorum, præterquã ablatiuis triũ pronominũ, & huius nominis quis vel qui, qđ ipſum plerią; pnominibus annumerãt. dicimuſq;. mecũ. tecũ. ſecũ. nobiſcũ. quocũ. quacũ. quicũ. quibuſcũ. & nõ ecõtrario, ſed hac præpoſitionis inuerſione neceſſario vtimur in proſa oratione, nedũ in carmine, in reliquis huius ordinis præpoſitionib9 hac præpoſtera immutatione vti non poſſumus, niſi tantũ in carmine. vt Verg. i. æñ. errabãt acti fatis maria omnia circũ. Idẽ in. v. immiſſis Vulcanus habenis trãſtra per & remos. atq; iterum in. iiij. te propter lybicæ gẽtes numadũq; tyranni odere: infenſi tyrij te propter eundẽ. Cum præpoſitiones ponũtur mediæ ĩter relatiuũ & antecedẽs, aut adiectiuũ & ſubſtantiuũ, illis vti poſſumus indiferenter in proſa & in verſu, vt quãobrem. quas ob res, quẽadmodum, quẽ in modũ. bonas ad artes, multis in in locis. quãquã illa, quẽadmodum quãobrem, cõiunctiones poſſunt videri, ſicut quapropter, eapropter, idcirco. ¶ Caſus prepoſitionũ quot ſunt? tres inquit. nã cũ alij duos tantum poſuerint caſus præpoſitioni accidere, nos genitiuũ adiecimus, ꝓpterea qđ hæc præpoſitio tenus reperitur gtõ in numero tãtũ plurali poſtpoſita, Verg. iij, geor. & crurũ tenus mẽto palearia pẽdent. Idẽ in, x, exterrẽt freta cui laterũ tenus hiſpida nãti. Quin, qui hæc non vocibus ſibi nota atq; nominib9 aurũ tenus in vſum lingua præcepit. Curtius, pauci hoſtiũ tenus exacti penetrauere ad portũ. Apule. i. florido. aquila eũ ſenubiũ tenus altiſſime ſublimauit. Oui. tñ cũ ablt̃o plurali iunxit in. xiiij. meta. atq; iterũ in. xv. dicẽs pectoribuſq; tenus. Pridie quoq; gtõ reperitur coniũctũ. vt pridie illius diei. & in digeſtis titulo de teſtamentis. l. qua ætate. ſi teſtamentũ pridie calendarũ fecerit. reperitur etiã pridie cum accuſatiuo iunctũ. vt Cice. ad atticũ. pridie compitalia. & in digeſtis titulo de diuortijs. l. fructus. Nã ſi mulier pridie vindemias doti dederit. poteſt tamen pridie aduerbiũ eſſe, ea ratione qua Serui. dicit eſſe aduerbium. nos tamẽ recte prepoſitionibus annumeramus, ſiquidem caſibus apponitur, quemadmodum econtrario præpoſitiones aduerbia fiunt ſi caſualibus non ſint appoſitæ. Quodq; de pridie diximus, de poſtridie quoq; dicendum eſt. poſtridie iduum & poſtridie idus, poſtridie calendarum, & poſtridie calendas. Liuius. lib. vj. poſtridie idus rebus diuinis ſuperſederi iuſſi. ¶ Prepoſitiões accuſatiuo deſeruientes quot ſunt? Cum antiquiores grãmatici omnes dicant eſſe triginta, nos octo adiecimus, quas illi inter aduerbia numerant. nos inter præpoſitiones poſuimus, quoniam caſibus inueniuntur appoſitæ. hæ ſunt propius, proxime. pridie. poſtridie. ꝓcul. verſus. verſum. & ab eo compoſita aduerſum. de quibus ſuo loco dicemus. ¶ Ad. præpoſitio tam in cõpoſitiõe, quã in appoſitione reperitur. ſignificatq; prope ſemper proximitatem. vt adſum, prope ſum. ad vrbem eo. ideſt acce do. nã Diome. atq; Dona. teſtibus: ad vrbem venire, aut ire, eſt ad vrbẽ accedere, etiam ſi non ingrediaris in vrbem. venire eſt intrare. Ad villã confero me recte dicitur, quẽadmodũ & in villam cõfero me, ſed non æque poſſumus dicere in Catonẽ cõfero me, quẽadmodũ ad Cato. cõfero me. nã cũ dicimus contuli me. nõ licet per in. ſed per ad addere alterã perſonã. ad. plerũq; gtõ nõis alicuius Dei iũgitur, vbi tẽplũ, vel ædẽ ſubintelligimus. Liui. li. i. ab vrbe. ad Murtiæ (inquit) datæ ſedes latinis. ſubaudi ad ædẽ Veneris q̃ murtia dicta eſt. Terẽ. vbi a Dianæ Veneris: abito ad dexterã. Hora. i. ſermo. vẽtũ erat ad Veſtæ. Cice. in epi. ad atticũ. ſenatus ad Appolinis datus eſt. Pophiriõ in illud Hor. ventũ erat ad veſtæ. ſubaudiendũ inquit ædẽ, vel aliquid tale. amant enim eclypſim in relatione ſui ſacra loca. ſic deniq; Teren. ait. vbi a dianæ Veneris. ſic deniq; nos hodie in Claudij, vel Telluris dicimus: nec addimus tẽplum aut ædẽ. hæc prophirõ cui Acron aſtipulatur. ¶ Apud, nunquã niſi ꝑ appoſitionẽ reperitur. ſignificatq; in loco ſiue perſona, autore Feſto, vt apud forũ. ideſt in foro, apud Platonẽ. ideſt in plato. vel in loco vbi eſt Pla. Ad. vero ſignificat ad locũ, & ad perſonã. vt eo ad forũ. eo ad Antoñ. Aliqñ etiã reperitur ad. pro apud, Verg. prima qđ ad Troiã ꝓ charis geſſerat argis. Ante. reperitur in cõpoſitiõe & appoſitione, idẽq; & vtrobiq; ſignat. vt. Verg. iiij. æñ. q̃ quib9 anteferã? Idẽ in. i. quis ante ora patrũ Troiæ ſub menib9 altis. Reperitur etiã ſine caſu ꝓ aduerbio ante appoſitũ. vt Verg. in buc. ante leues ergo paſcẽtur in æthere cerui, Aduerſus, aduerſum. ꝓ eo qđ eſt cõtra vel erga. vt Terẽ. in andri. idẽ; aduerſum te gratũ fuiſſe, habeo gratiã. Cõponũtur ex ad & verſus, vel a verſum, quoniam vtrũq; reperitur, vt ſuo loco dicemus. Compoſitum vero cum ex, aduerbio cedit. vt idẽ in phormio, ei loco ex aduerſum tonſtrina erat quædam.*

Cis.citra,inter.cis.& citra nulla penitus differẽtia eſt:niſi q̃ antiquiores,vt autor eſt Gellius.li.xi.has tres particulas.citra. intra.vltra.quibus certi locorũ fines demõſtrantur ſingularibus apud veteres ſyllabis appellabantur cis.in.vls.quæ quoniã paruo exiguoq; ſonitu obſcurius promebatur:addita eſt his tribus eadẽ ſyllaba, & qđ dicebatur cis tyberim.& vls tyberim.dici ceptũ eſt,citra tyberim,& vltra tyberim.hæc Gell. Cõponitur hæc præpoſitio.cis.dicimuſq; gallia ciſalpina.i. quæ citra alpes eſt.citra nunq̃ cõponitur,vtraq; tñ ſeparata apponitur noĩbus fluminũ,aut mõtiũ,aut deniq; alicui9 rei cuius ſit traiectio paulo difficilior,vt cis rhenũ. cis taurũ montem,citra taurũ montẽ.Extẽditur eius ſignificatio etiã ad tẽpus.vt citra calendas.cis natale chriſtianũ.Reperitur etiã citra pro ſine apud iurecõſultos maxime vt in

cis.citra.circiter.circũ.circa.cõtra. erga. extra.inter. intra.infra.iuxta.ob.pone.per. ꝓpe,ꝓpius. ꝓxime,

digeſtis titul.de diuortijs.l.quoties,citra polũtatem(inquit) filiæ ſtipulari,& in titul.de donationibus.l.in ædibus citra corporis dationem.Circiter ad tẽpus tantũ pertinere Priſcia.dicit:vt apud Hora.i.eplá.octauam circiter horam dum redit.poteſt etiam autore Valla ad numerũ locũq; pertinere,vt circiter mille equites.circiter decem mille homines: affertq; Caſſij heminæ verba dicentis,lapidẽ quadratum circiter in medio aræ iunctũ candelis.vbi circiter aduerbiũ eſt,locũq; ſignificat.Circũ circa,pro eo quod eſt in circuitu loci,Sed circũ reperitur in cõpoſitione cũ nomine,vt circũforanus:cum verbo,vt circunfero: cum participio,vt circuncíſus:cum aduerbio,vt circunſcripte:componitur etiam cũ circa teſte Donato,dicimuſq; ex circũ & circa circũcirca. Ipſum vero circa rurſus cõponitur cum quo:fitq; coniunctio quo circa. Verg.i.æñ.quocirca capere ante dolis & cingere flãma.Cõponitur quoq; cũ id.a.finali mutata in.o.dicimuſq; idcirco,quæ eſt cõiunctio æque cauſalis.Circũ reperitur poſitum aduerbialiter.vt apud Verg.iiij.æñ. Anna vides toto properari littore circũ.Cõtra,cõpoſita & appoſita reperitur.Cõponitur enim cũ nomine,vt cõtrouerſia:cũ verbo,vt cõtrauerto:cũ participio,vt cõtrouerſus:cũ aduerbio,vt cõtrouerſim. Verg.ineſt nõ, ſi controuerſim diſſenſio ſubijciet, non per appoſitionem cõſtruitur cum accuſatiuo.Verg.viij. æñ.cõtra Neptunũ & venerem cõtraq; Mineruã.Reperitur quoq; aduerbialiter poſitũ. Idem in.i.ſic Venus & Veneris cõtra ſic filius orſus,pro e diuerſo.Erga ſemp affectus proximitatem ſignificat Cice.in epi.ego omni officio,ac potius pietate erga te.ſemel tamen reperi ſignificare loci propinquitatem in digeſt.titu.de verborũ ſignificatione.l.ſtatuæ.Extra cõpoſita eſt ab.ex.& .tra.ſyllaba,quæ in aliarũ præpoſitionũ cõpoſitionem quoq; venit.Reperiuntur in cõpoſitione.vt extra ordinarius:& in appoſitione,vt apud Teren.in phor.extra vnã aniculã.& Iuue.extãtem extra pocula caprũ, & pro aduerbio poſita,vt apud Perſi.pinge duos angues pueri locus eſt ſacer,extra meite. Inter,intra,eodem modo fiũt ab in,quo propter a pro.ſubter a ſub.extra ab ex,citra a cis.Inuenitur inter in cõpoſitione cũ nomine,vt internũcius.cũ verbo,vt interpono:cũ aduerbio vt interdiu:& ſignificat tã in cõpoſitione q̃ in appoſitione duo extrema inter,quæ fit vel eſt aliquid.Verg.xi.conuerſiq; oculos inter ſe atq; ora ferebant,hoc eſt qđ alter alterũ intuebatur:vt ſi dicas:inter prodigũ & auarũ media eſt liberalitas,dicis quod inter illa duo extrema certis interuallis diſtãs,media eſt liberalitas. Intra vero ſignificat fere idem quod in aliqua re:vt intra domũ.i. in domo:intra calẽdas.i.in calendis.intra oppidũ.i.in oppido:ſic enim exponit A.Gell.lib.xi. vbi multa de vi huius præpoſitionis intra diſſeruit. Sed fortaſſe adhuc arctius ſignificat intra:vt in Cice.pro Seſtio.anthiocum maiores noſtri intra mõtem taurũ regnare iuſſerunt.i.in locis,qui finibus mõtis tauri claudũtur: & ſi nõ oĩbus,certe quibuſdã,vt ego ſum intra domũ.i.in aliqua parte q̃ clauditur terminis domus.Infra ab in præpoſitiõe,quẽadmodũ inter & intra deriuatur. Sed intra ad numerũ & ſpaciũ refertur,vt intra vigĩti dies,nõ infra viginti dies.intra cubiculũ,nõ infra cubiculũ. Infra ad locũ & dignitatẽ,vt infra tectũ,& qđ Terẽ.in.eu.dixit,ego te eſſe infra oẽs infimos puto.Deniq; infra habet relatiuũ ſupra,intra vero hẽt extra.Sed intra nõ põt eſſe aduerbiũ ꝓ quo vtimur intro & intus. Infra vero aduerbiũ eſſe põt,vt ego ſedeo infra,tu ſupra. Iuxta præpoſitio eſt,& idẽ ſignificat qđ ꝓpe.Reperitur etiã aduerbiũ de eo qđ eſt ſimiliter.vt Liui.ab vrbe cõdi.lib.vi.parere atq; imperare iuxta paratos.Saluſt.in.in catili.corũ ego vitã mortẽq; iuxta æſtimo,quoniã de vtraq; ſiletur:& alio loco,iuxta bonos & malos libidinoſe interficere.Ob.reperitur in cõpoſitiõe,ſignificatq; cõtra vel circa,ut obuius.a. um.obãbulo.In appoſitione aliqñ ſignificat ꝓpter cauſale.Verg.i.æñ.cũctus ob Italiã terrarũ clauditur orbis,Aliqñ ꝓ eo qđ eſt ꝓ.Idẽ.iiij.geor,haud quanq̃ ob meritũ. Pone,ab omnibus grãmaticis inter præpoſitiões accuſatiui numeratur,ego aũt (niſi ſemel) nõ memini me legere pone niſi pro aduerbio poſitũ.Verg.ij.æñ.pars cætera pontum pone legit. Idem in eodẽ,pone ſubit coniux,& Georg.iiij.ſuperas veniet ad aures pone ſequẽs,Luca.in.i.patriaq; a ſede reuulſos pone ſequi.i.retro.Pli.lib.iiij.natura.hiſto.pone eos mõtemq; vltraq; aquilonem gens fœlix. Per,in cõpoſitione pro valde plerũq; accipitur cũ omnibus poſitiuis illorũq; aduerbijs,vt perpulcher perpulchre.perfacetus.cete.perdoct9.cte. Nõnunq̃ ſignificat in malũ,ut periurus,perfidus,pertinax.peruerſus.perfuga.ſæpe accipitur quaſi per mediũ:vt plucidus, perſpicuus,pfluo.is.perpluo.is. Aliqñ ſignificat ad finẽ deducere:vt perficio,peruigilo.plego.In appoſitiõe aliqñ ſignificat inter.ut Verg.in.i.geor.circũ perq; duas in morẽ fluminis arctos,ſignificat etiã ꝑ locũ & tẽpus:ut ꝑ forũ.ꝑ viã, ꝑ noctẽ, ꝑ diẽ.ſignificat etiã ꝑ cauſam,vt per virtutẽ fio laudabilis.Eſt aliqñ obteſtãtis,vt Verg.in.iiij.æñ.ꝑ ego has lachrymas dextrãq; tuã te oro. Prope,Propius,Proxime præpoſitiões ſemp reperiũtur appoſitæ.Verg.vij.æñ.eſt ingens gelidũ lucus ꝓpe ceritis amnẽ.Cice.in phi'ipicis,nec propius vrbẽ milia paſſuũ ducẽta. Cæſar in cõmen.parte inſulæ,q̃ propi9 ſolis occaſum: nam cũ datiuo potius aduerbiũ eſſe putãdũ eſt.ut Sil.lib.i.puni.propiuſq; fuere periclo.& Verg.in.viij.propiuſq; periclo it metus. Cice.pro milone.proxime deos acceſſit clodius.Et in digeſtis titu.de ſer.pre. vrb.l.ſi ꝓpius ædes tuas. Et in eadẽ.l. Seruitutes,quæ in cliuos propius ianuã meam facere poſſum. Saluſt.in iugur.ea loca, quæ proxime carthaginẽ numidia appellatur ,& paulopoſt,proxime hiſpaniã mauri ſunt.& Cice.ad atticũ. officium meum putaui exercitum habere proxime hoſtem,Et cæſar in cõmenta.proxime atteguã flumen vt ſit.& Gellius.lib.xiiij.quercum vidit proxime viã. Reperitur quoq; prope in eadem ſignificatione aduerbium.Terentius in andria,prope adeſt,cum alieno more viuendum eſt mihi.

Reperitur & cōpoſitum ex prope & modus propemodū pro quaſi. Cice. de perfe. orato. de ſyllabis propemodū annumerandis & dimetiendis. Pridie & poſtridie diximus poſſe conſtrui cum genitiuo. Conſtruuntur etiam cū accuſatiuo, vt paulo ante probauimus. Procul quoq; tum præpoſitio reperitur huius ordinis, vt apud Pli. in fine noni li. hiſto. natu. pauiſippū villa eſt campaniæ, haud procul Neapolim. Curtius quoq; procul vrbem dixit, tum aduerbium, & Iuue. procul o procul eſte profani, clamatur. Poſt in compoſitione reperitur, vt poſthumus poſtpono, poſtea. poſthac, & in appoſitione. Verg. iij. geor. poſt montē appoſitum. Reperitur quoq; pro aduerbio poſitum. vt idem in primo, poſt mihi non ſimili pœna cōmiſſa luetis. Idem in buc. reſpexit tū, & lōgo poſt tpe venit. vbi Ser. dixit poſt. antiquiores etiā cū ablatiuo iunxiſſe. Penes non reperitur in compoſitione, in appoſitiōe ſignificat dominium ac poteſtatem: nam inter apud & penes (autore Feſto) illa eſt differentia, q vt ſupra memorauimus: apud perſonam & locū ſignificat, penes perſonā & dñium, vt ſi dixerim penes me eſt liber, ſignificat qđ & habeo in poteſtate mea librū. & meus eſt, quod ſi dixero apud me eſt liber: eſt quod habeo illū domi etiā ſi non ſit meus. Preter in compoſitione reperitur, vt præterlabor, prætervehor præterfluo, ſignificatq; ſemper prope, in appoſitione vero magis ſignificat extra accipere, vt ſi dicas omnes ſapiunt, aut ſapere volunt Hiſpanos. Propter eadem modo componitur a pro interpoſita. p. quo præter a præ, in compoſitione nuſq̃ reperitur, in appoſitione tum cauſalis eſt, vt Verg. iiij. æn. te propter libycæ gentes numadumq; tyranne, odere infenſi tyrij te propter eundem, tum pro eo quod eſt prope accipitur, vt Verg. in buc. propter aquæ riuū viridi procumbit in vlua, quod Ser. exponit pro iuxta & iiij. geor. propter aquam tardus ingēs vbi flexibus errat mincius. & ix. æn. athesim ſeu ppter amœnū. Repitur quoq; præter ppter præpoſitio ex duabus præpoſitionibus cōpoſita. vt Ennius apud A. gelliū, Imus huc. hinc. illuc. cū illuc ventū eſt, ire illinc libet, Incerte errat animus præter ppter vitā viuitur, quid vero præter ppter in eo loco ſignificet, nec ipſe Gellius auſus eſt exponere. Præter pro ſine in abltō. Saluſt. in catill'. præter rerū capitaliū condēnatis. Priſcia. lib. viij. Supra in compoſitiōe nō reperitur. in appoſitione ſignificat in parte ſuperiori. Verg. iij. æn. olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber. In eadem quoq; ſignificatione reperitur p aduerbio poſitum. Saluſt. in iugur, pauca ſupra repetam. Secundum in appoſitione ſemper reperitur, ſignificatq; aliquando iuxta. Verg. iij. geor. dulcibus illa quidem illecebris, aut plena ſecundum flumina, & in digeſtis de via pub. l. ædiles. eas quæ ſecundū ciuitates ſunt vias. Aliquando ſignificat poſt, Quint. in gladia. Nam qđ vnum mihi fortuna ſecūdū partem videbatur paraſſe præſidiū. Cice. proxime autem & ſecūdū deos hoīes hoībus maxime eſſe vtiles poſſunt, accipitur etiam pro eo qđ eſt pro. vt Gell'. lib. v. ſin vero ſecundum te iudicatū erit. & lib. xiij. tunc illi vnde petitur credere, & ſecundū eum iudicare. In eo vero, qđ diximus, ſecundū Tho. ſecundū Cice. ſecundū pro iuxta accipitur. Secus præpoſitio pro iuxta raro inuenitur apud autores: in ſacris litteris ſæpe, quale eſt illud pſal. primi, & erit tanq̃ lignū quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarū. aduerbialiter vero poſitū ſecus ſignificat aliter. Perſius, nō ſecus ac ſi oculo rubricā dirigat vno. Verg. lib. xij. haud ſecus accēſo gliſcit violētia turno. Trās reperitur in cōpoſitione frequēter, vt trāſtyberinus. trāſalpinus, trāſcribo. traduco. In appoſitione quoq; Verg. iij. Georg. illas ducit amor trans gargara tranſq; ſonantem Aſcaniū. Vltra nō reperitur in cōpoſitione. in appoſitione vero ſignigcat contrarium eius, quod eſt citra, nam citra eſt ante locum: vltra eſt poſt locum, intra vero eſt in loco. Iuue. vltra Sauromatas fugere hinc libet, reperitur etiam pro aduerbio poſitum, vt apud Cenſorium, nil vltra facies. Vſq; præpoſitio non videtur multis: quia ſine alia præpoſitione nunq̃ reperitur: vnde vtriq; ſui adiungitur pro qualitate præpoſitionis illius cui fuerit copulata, vnde Sergius ait, nouo quodam modo ſibi ſemper adiungere aliam præpoſitionem. Verg. xj. protei Menelaus adusq; columnas exultat. nam ſi coniuncta ſit, iam non aduerbium erit, ſed potius habet naturam ſuam. Verſus & verſum. ſolus Valla inter præpoſitiones numerauit, ſemperq; contra naturam ſuam poſtponuntur. Saluſtius. in iugur, quem locum Aegyptum verſus imperij finem habuere Carthaginenſes. Cicero. de diuinatione, quæ cum exercitu luſtrato Arctium verſus caſtra mouiſſet, dicimus quoq; deorſum verſus, vel deorſum verſum, quoquo verſus, & quoquo verſum, nam ſic verſus & verſum dicimus, ſicut aduerſus & aduerſum.

pridie; poſtridie, procul, poſt, penes, preter, ppter, ſupra, ſecūdū, ſecus, trās, vſq;, vltra, verſus, verſū.

Præpoſitiones ablatiuo caſui deſeruientes quot ſunt? Quindecim. A, ab, abs, abſq;, cum, coram.

¶ Præpoſitiones ablatiuo deſeruientes quot ſunt? quindecim ſunt præpoſitiōes ablatiuo deſeruientes. quarū. a. ab. abs. tam in compoſitione quam in appoſitione reperiuntur, ablationemq; ſignificat. In appoſitione vero ſignificant tum ablationem. vt rapio a te libros. tum locum. vt diſcedo a te, tum tempus. vt a meridie te expecto. tū ordinem. vt tertius ab Hercule. tum verbis paſſiuis iunguntur cum perſona agente vel faciente, vt a me amaris. Vtimur tamen præpoſitione. ab. cum dictionibus incipiētibus a vocali exili vel aſpirata. vt ab Antonio. ab homine, Vtimur vero. a. cū incipiētibus a conſonante. vt a Bruto. a Catone. a Decio. Cū incipientibus tñ vel ab. i. cōſonāte. vel ab. l. vel, ab, r. plerūq; apponimus ab. vt Verg. in bucco. ab Ioue principiū muſæ, Iouis omnia plena. Et ibidē. hinc tibi quæ ſemp vicino ab limite ſepes. Idē. xj. pacē Troiano ab rege petendum. Cū incipientibus præterea a. q. t. nōnunq̃ apponimus abs. Vt Terē. in adelphis. abs quouis homine beneficiū accipere, & Hector ille Næuij. apud Cicero. letus ſum laudari me abs te pater laudato viro. Abſq; quod ab abs & que particula cōponitur, ſignificatq; idem quod præter, ſiue ſine: vt abſq; iniuria abſq; metu. Cum nunq̃ niſi appoſita reperitur, quia illius loco componitur con. ſignificat vero cum præpoſitio quandam veluti comitantiam. vt ego cum Antonio miſimus tibi libros cum pecuniis, neq; iungitur nomini ſignificanti inſtrumentum quo aliquid fit. vt nunc vulgo loquuntur, percuſſit illum cū gladio, ſcribit cum calamo, in quo loquendi genere non ablatiui: ſed effectiui natura vtimur. quemadmodum cum de ſeptimo caſu loquebamur, explicitum eſt: componitur autem, vt paulo ante diximus, cum ablatiuis illis trium pronominum, vt ego tu ſui. Coram non componitur, in appoſitione præſentiam perſonarum ſignificat: vt coram iudice, coram teſtibus,

Reperiuntur frequentius aduerbialiter poſitum.vt Verg.i.æn. coram quem quæritis adſum,& in eſde. Poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Clam non venit in compoſitionem, in appoſitione habet contrarium ſignificationem ei, quæ eſt coram,& ei quæ palam. Teren.in andria, nec clam te eſt quã illi nũ vtræq; res inutiles. Inuenitur etiam pro aduerbio poſita,vt Verg.i.æn.clam ferro incautum ſuperat ſecurus amorum. De plærumq; in cõpoſitionem venit,atq; aliquando auget, vt deamo.demei cor.i.valde amo.valde mercor,aliquando minuit.vt dedoceo,deſpero, ſignificat aliquando deorſum,vt deſpicio,deſcendo, In appoſitione tum localis eſt,vt de villa venio,tũ memoratiua,vt de re ſubtiliſſima diſputo tum ablatiua.vt Cato de re ruſt. de domino bono, colono bonoq; ædificatore melius emetur. Cice.in epiſtolis.emi domum de Craſſo.E. Ex. tam in compoſitione, quã in appoſitione inueniuntur,atq; aliquando augẽt, vt eluceo,edoceo.i.valde luceo,valde doceo,aliquãminuunt, vt enodis ſine nodo. exlex ſine lege,aliquando ſignificant extra.vt emitto,extra mitto, effundo,extra fundo.

¶ clam.de.e.ex.pro.præ.palam.ſine.tenus.
Præpoſitiones accuſatiuo : vel ablatiuo deſeruientes quot ſunt? Quattuor.in.ſub.ſuper.ſubter.
Præpoſitiones inſeparabiles, hoc eſt, quæ nunq̃ niſi in compoſitione reperiuntur,quot ſunt? Sex.

In appoſitione cum dictionibus a vocali incipientibus ſemper ponimus ex. Cum incipientibus a conſonante.tum.ex.tum. e.apponimus : vt ex vrbe,ex domo, vel e domo. Cum incipientibus tamen ab.r.ſemper ponimus.e.vt e regione.e.rep.e.re mea,in compoſitione vero cum incipientibus a vocali dicimus.ex.vt exaudio.exhæredo. Cum incipientibus a conſonante partim componitur.e.vt ebullio.edico.egero,eludo,emano.enato.euito,partim ex.vt excindo,expromo.expiro.extimeſco. partim.x. mutatur in conſonantem, vt effundo,efficio. In appoſitione tum localis eſt,vt venio ex vrbe,tum temporalis,vt ex anno ſperiori ſcribo,tum materiæ apponitur.vt annulus ex auro,domus ex latere,ponitur etiam teſte Valla pro eo quod eſt pro,vt e republica.i. pro re publica. Quintil.ſaluos eſſe eos magis e republica ſit:quam puniri.i.pro reip.vtilitate. Dicimus præterea hic poteſt ex tẽpore orationem habere.i. impræmeditatus & ex improſo.(ſic Perſius inquit).ex tempore viuis.laborat e dolore,vel ex dolore renum, vel laborat e renibus. Dicimus quoq; ex ſententia hoc mihi euenit.i. vt ego cupiebã. ¶ Præ in compoſitione & appoſitione accipitur pro ante,vt præcedo.præpono.præ oculis,præconſpectu.Inuenitur quoq; in compoſitione pro valde, vt prædiues. prædulcis.prædurus.præclarus,præcelſus. Inuenitur & pro ab.Teren.in eu. præ amore hunc excluſiſti foras.i.ex parte amoris. Inuenitur aliquando cõparatiue.vt idem in eodem, hic ego illum contempſi præ me, pro ad comparationem mei, præ me fero,præ te fers,præ ſe fert.eſt ipſa ſtatim fronte qualem opinionem de aliqua re habes confiteri Cice.in epiſtolis,præ te fers perſpectum mihi quidem,ſed tamen dulcem & optatum amorem. Quint.fiduciam igitur præ ſe ferat orator. Pro.in compoſitione & appoſitione complures habere ſignificationes Gellius. libro.x.colligit. aliquando namq; accipitur pro ante vt pro roſtris, pro curia, prouideo, proſpicio. Saluſt. in catili, q̃ in maturaſſet pro curia ſignum ſocijs dare. Terentius. tibi proſpexi & ſtultitiæ tuæ. Aliquando pro in,vt pro muro. Saluſt.in iugurtha. Pro muro dies noctesq; agitare.i.in muro,aut pro defenſione muri,dicimus quoq; pro patre habeo te.i.loco patris,proconſul loco conſulis, prouinciæ præfectus. Palam ſemper apponitur, differtq; a Coram,quod hoc ad perſonas,illud ad omnia pertinet,vel potius,vt dicit Vulpianus in lib.digeſtorum titul.qui eſt de verborum ſignificatione.i.palam eſt coram pluribus,coram etiam vno præſente.vnde Donatus pro exemplo poſuit palam omnibus. Reperitur etiã aduerbialiter poſitũ. Terentius in eunuch.ſi falſum aut factum continuo palam eſt. Sine,nunq̃ in compoſitione reperitur,nam quod quidam dicunt ſyncerus dictus quaſi ſine cera,... Valla,cum potius a ſyn præpoſitione græca compoſitum ſit.in appoſitiõe valet quantum abſq;.Verg.iij. Georgicorum,te ſine nil altum mens inchoat. Tenus, quam poſtpoſitiuam eſſe diximus contra naturam præpoſitionum: conſtruitq; in plurali cum genitiuo. Apul.ix.metamorph. Coſtas oſſium tenus renudati. Cicero ad Cælium. illi rumores Cumarum tenus caluerunt, & Vergil.iij.Georgicorum.crurum tenus a mento palearia pendent. Ouid. tamen.xv.meta. pectoribusq; tenus dixit, & iterum in. xiiij. Firmicus in proœmio. Matth.de ſtate (inquit) corporis brachia humeris tenus diſſoluta ceciderunt. ſignificatq; vſq; ad. Seruius vero apud Vergiliũ dicit eſſe aduerbium. Feſtus, quod ſignificat finem,vt cum dicimus hactenus.in ſingulari ſemper poſtponitur ablatiuo. Idem in.ij. æneidos. capulo tenus abdidit enſem. Idem.in.iij.pube tenus poſtrema immani corpore piſtrix. ¶ Præpoſitiones vtriq; caſui deſeruiẽtes quot ſunt? Quattuor ſunt huius ordinis præpoſitiones. In. ſub. ſuper.ſubter. In.cum ſignificat ad locum vel contra locum accuſatiuo apponittur.vt Verg.in.vj.itur in antiquam ſiluam. Idem.in.ix.ibant in Eurialum:& cum affectum ſignificat. vt Cice. quæ fuit pietas in omnis ſuos:quando vero ponitur pro in loco, iungitur oblatiuo,vt in domo.in vrbe. In.compoſitione præter ſignificationes ſuperiores aliquando auget,vt inſignis. aliquando minuit,vt infamis. Sub quoq; cum pro ante ponitur,vel per,accauſatiuum ſibi adiungi vult:vt Verg.i.Georgicorũ ſub ipſum arcturum tenuit ſaterit ſuſpendere ſulco. Idem in.iij.ſub lucem exportant calathis.pro ante arcturum,& ante lucem. Ablatiuum vero deſiderat cum pro in loco ponitur.Verg.viij.æneid.arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. & in.vj.ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbram. In compoſitione modo minuit, vt ſubluſtris:ſubrideo.modo locum inferiorem deſignat. vt ſubeo ſuburbanus. Super & Subter componuntur,vt ſuperpono ſubterlabor, In appoſitione autem differunt tantum poſitione. Nam ſuper, partem ſuperiorem.ſubter:inferiorem,atq; vtraq; ſine interuallo ſignificat. vt ſuper aquas natat,ſubtus aquas vrinatur.ſuper lapidem ſedeo.ſubter terram iacet,econtrario differunt ſub & ſupra,vt ſub cælo eſt terra,ſupra terram ignis. Cum ablatiuo quoq; conſtruuntur,quando ponuntur pro ablatiui præpoſitione,Verg.i.æn.Multa ſuper priamo rogitans. ſuper hectore multa,pro de priamo,de hectore. ¶ Præpoſitiones inſeparabiles,præpoſitiones quemadmodũ ſupra dixim9,aut ſeparabiles ſunt,aut inſeparabiles.Sed de ſeparabilibus dictũ eſt,nũc incipit de inſeparabilibus diſſerere,dicitq; eſſe numero ſex. ſcilicet

*An.q̃ valet circũ.vt amburo.is.ambio.is.ex an atq; vro & eo.amplector amplecteris.amputo.as.anquiro.is. anſanctus anſancta anſanctũ.Con.quæ tantũ valet quãtũ ſimul & cũ alijs,vt cõcors,cõpono,cõquiro.Dis.di.quæ ſeparationẽ ſignificãt. differunt tñ:quoniã dis cõponitur cum dictionibus quæ incipiunt a.c.vt diſcutio diſcutis,vel.p.vt diſputo diſputas,vel.q.vt diſquiro diſquiris.vel.ſ.vt diſſuo.is.vel.t.diſturbo.as,vel ab.i.conſonãte,vt diſiungo.is.Cũ incipientibus ab.f.euphoniæ cauſa.s.mutatur in.f.vt a dis & fundo.is.diffundo.dis.Di.vero cõponitur cum dictionibus incipientibus a quacunq; alia cõſonante:vt diduco,cis.digero.ris.diluo.is.diminuo.is.dirimo.is.vel.u.conſonãte.vt diuello.is.Re aliquãdo ſignificat retro.vt reſpicio.cis.reuertor.eris.aliquã ſignificat iterũ.vt repeto.tis.requiro.ris.aliquã vertit ſignificationem in cõtrariũ.vt recludo.dis. id qd eſt clauſum aperio.regelo.las.qd eſt gelatũ liquefacio.recingo.is.retego.gis.refero.ras.Se.quæ valet ſeorſum.vt ſeduco.cis.ſeparo.as.ſeiungo.gis.ſecerno ſecernis.*

*V*Bi quæ pars orationis eſt: Secunda pars ex indeclinabilus eſt aduerbium:quæ ſic deſiderat verbo ſubiungi.quẽadmodũ præpoſitio caſualibus præponi.Diffinitur autẽ:aduerbiũ eſt vna ex octo partibus orationis,quæ addita verbo,vnde & adiectiuũ verbi dicitur:eius ſignificationẽ cõplet. Nam cũ dico Antonius legit:nõdũ ſatis plane dixi:niſi adiecero qualiter legit:hoc eſt bene vel male. Nã eo modo ſe habent aduerbia verbis,quo adiectiua noĩbus ſubſtãtiuis adiũcta.vt prudens homo prudẽter facit:bonus hõ,benefacit.Sed modus ille determinandi verbũ,aut complet augetq; verbi ſignificationẽ,vt faciã ſatis:valde,niminũ.iã aut mutat.i.in totũ tollit.vt non faciã,nequaq̃ legã:minime audiã.aut minuit.aliquidq; ex verbi ſignificatione remittit,vt parũ facit,tepide legit,frigide audit. ¶ Vñ dicitur aduerbiũ:reſpondet aduerbiũ ab eo dici qd' in illius diffinitiõe eſt expreſſum.hoc eſt,qd' verbo ſemper adiungi deſiderat,ſed adiecit fere quoniã & noĩbus adiectiuis nõnũq; adiũgitur,atq; participijs adhuc frequẽtius,ipſaq; tanq̃ verba modificatur,vt valde bon9,nimis doctus.ſatis facet9,vehemẽter iratus. ¶ Species aduerbiorũ quot ſunt: Aduerbia,aut a ſe naſcũtur,vt nuper,ſæpe.aut aliũde deriuãtur.Idq; fit,vel a noĩe ꝓprio.vt a Tullio tulliane,vel ab appelatiuo,vt ab oſtio oſtiatim,vel a pronoĩe:vt meatim vel tuatim a meus & tuus,vel a verbo,vt a curro curſim. vel a nomine & verbo.Vt a pede & tento pedetentim,vel a participio.vt ab amans amanter,vel ab altero aduerbio.vt a nuper nuperrime.a ſæpe ſæpius & ſæpiſſime.aut a præpoſitione,vt ab inter interim.Exeunt autẽ aduerbia in varias terminationes:quẽadmodũ inueſtigare volenti,facile apparebit. ¶ Figuræ aduerbiorũ quot ſunt:duæ(inquit)ſicut in nomine.Simplex vt diu.Compoſita,vt interdiu.Eccũ vero Valla contra Priſ.Sergiuq; contendit,non eſſe compoſitũ ex ecce & eũ.vt ſit eccũ,ideſt ecce eũ.vel potius ecce hunc.ſed ex ecce & hic.vt ſit eccũ.i.ecce hic,ſubaudi de quo loq̃bamur.nã ſi eccũ in ecce eũ reſoluetur,cũ Terẽ.ait,eccũ Parmenonẽ.qd ſibi volebat:an qd' iſti dicũt ecce eũ,aut ecce hũc Parmenonẽ,qd' purgata mẽte nemo auderet dicere. ¶ Significationes aduerbiorũ quot ſunt:cõplures ſunt aduerbiorũ ſigñationes,ſed illas oẽs ad paucas ſpecies reduximus. Quarũ prima eſt aduerbiorũ,q̃ ex noĩbus numeralib9 deducũtur,vt ſemel,qd' vna(vt ſic dixerim) vice fit.bis duab9.eodẽ mõ ter,quater,quinquies.ſexies.ſepties.octies.nouies.decies.vndecies.duodecies. tredecies.quattuordecies,quindecies.ſexdecies,ſeptẽdecies,duodeuicies. vndeuicies.vicies.vicies ſemel,vel ſemel & vicies.vicies bis,vel bis & vicies.vicies ter.vel ter & vicies,vicies quater. vel quater & vicies,vicies quinquies.vel quinquies & vicies,vicies ſexies,vel ſexies & vicies.vicies ſepties,vel ſepties & vicies.vicies octies,vel octies vicies.vl' duo de tricies. vicies nouies,vel nouies & vicies,vel vndetricies.tricies.quadragies,quinquagies.ſexagies. ſeptuagies.octogies.nonagies.cẽties.ducẽties.trecẽties,quadringẽties.quĩgẽties.ſexcẽties.ſeptingẽties.octingẽties.noningẽties.vl' nõgẽties.milies.bis milies.ter milies.quater milies.quinquies milies.ſexies milies.ſepties milies.octies milies.nouies milies.decies milies.vicies milies. tricies milies.quadragies milies.quinquagies milies,& eadem ratione cõiungendo aduerbia aduerbijs,quẽadmodum numeros numeris adiũgere cõſueuimus. Pro eo qd' vulgo dici cuẽto,latine dicimus decies centum milia,pro eo qd' dos cuentos.vicies centum milia.pro tribus,tricies centum milia. pro quattuor,quadragies centum milia.pro quinq;,quinquagies centum milia.pro ſex,ſexagies centum milia.pro ſeptem,ſeptuagies centum milia.pro octo,octogies centum milia.pro nouem,nonagies centum milia.pro decem,centies centum milia.pro vndecim.centies decies centum milia,pro viginti,ducenties centum milia.ꝓ triginta,tricenties centum milia.pro quadraginta,quadringinties centum milia,pro quinquaginta,quingenties centum milia.pro ſexaginta,ſexcenties centum milia. pro ſeptuaginta,ſeptingenties centum milia. pro octoginta,octingẽties centum milia.pro nonaginta,noningenties,vel nongenties centum milia.pro centum,milies centum milia.pro ducentis,bis milies centum milia.pro tercentis,ter milies centum milia.*

an.con.dis.di.re.ſe.

Ad igitur,cui caſui deſeruit: Accuſatiuo quoniam tali caſui appoſita ſemper reperitur.

¶ Derotematis Aduerbiorũ. Cap.x.

VBi quę pars orationis eſt: Aduerbiũ. Quid eſt aduerbium: Pars orationis indeclinabilis quæ addita verbo ſignificationem eius,aut complet,aut mutat,aut minuit;vt iam faciam,non faciam,parum faciam.

Vnde dicitur aduerbiũ: Quaſi ad verbũ, quoniã verbo fere ſemper adiungi deſiderat.

Species aduerbiorũ quot ſunt: Duæ ſicut in noĩe. Primitiua,ut nuper. Deriuatiua,ut nuperrime.

Vbi cuius ſpeciei eſt: Primitiuæ,neq; enim habet aliquid vnde deriuetur,quod ſit antiquius.

Figuræ aduerbiorum quot ſunt: Duæ ſicut in nomide.Simplex,vt ecce.Compoſita,vt eccum.

Vbi igitur cuius figuræ eſt: Simplicis figuræ,neq; enim poteſt diuidi in partes ſignificatiuas.

Significationes aduerbiorũ quot ſunt: Innumeræ. Nũeralis,ſemel;bis,ter;quater,quinquies,ſexies.

Et eodẽ modo de reliqs que ſequũtur, q̃ numerandi ratio ex eo prouenit, quod antiquiores autore Plinio.xxxiij.naturalis hiſto.nõ nũerabãt niſi ad cẽtũ milia deide numerũ illũ ꝑ aduerbia repetebãt, vt ſupra docuimꝰ, ſed de his in editione vltima introductionũ plura diximus. ¶ Tẽporalis, aduerbia tẽporalia, aut ſunt tpis preſentis aut preteriti, aut futuri, pñtis ſiue inſtãtis eſt nũc, diei pñtis hodie, ꝓxime preteriti eſt heri & deinceps nudius tertio, nudius quartus nec amplius hec rõ ꝑdit, quãq̃ Plau.poetica vel potius ſua licẽtia dixit nudius quĩtus, nudius ſextus, nudius ſeptimꝰ, & deinceps. Cic.quoq; in x philippica. Recordamini, q dies nudius tertius decimus fuerit, & paulopoſt iterũ Philelphꝰ quoq; in quadã ep̃la dicere auſus eſt nudius decimus ſeptimus, hæc enim aut aduerbia ſunt, aut aduerbialiter poſita. De die ꝓximo futuro dicimꝰ cras, poſtea perẽdie, die quarti, die quĩti,

Temporalis.ut hodie;cras;perendie;heri;nuper.
Localis.ut hic;iſthic;illic;Huc;iſthuc;illuc.
Negatiua.ut non;haud;minime;nullatenus.

die ſexti, die ſeptimi, & deinceps nã & hæc aduerbia eſſe A. Gellius autor eſt, q ſcribit die quarti, die quĩti die ſexti & ſimilia in aduerbijs copulate poni, & ſubdit hoc igitur intererit, qđ die quarto de præterito dicimus, die quarte vel die quarti de futuro, eodẽ quoq; modo dicẽdũ eſſe putat die priſtini pro pridie, die de craſtini pro cras, die perẽdini ꝑ perendie. De tẽpore vero præſenti ꝓximo ſiue illud ſit præteritũ, ſiue futurũ mõ, iã dudũ, vt mõ feci, modo faciã, iã feci, iã faciã, dudũ feci, dudũ faciã. Verg.ij.æñ.iam dudũ ſumite pœnas. Iuue.in.iij.dudũ vigilantibus orbis: hoc de preterito, illud de futuro, ſignificatq; autore Valla ſpaciũ horæ vnius, aut paulo plus minus ve, ꝓ qualitate rei de qua loqmur. de futuro quoq; preſenti ꝓximo dicimus: ſtatim, mox, cõtinuo, illico. Nuper vero paucis diebus ante. Pridem, & iãpridem paucis mẽſibus. Olim & quondã de tẽpore a pæſenti remoto, ſiue illud ſit præſens ſiue futurũ, aliqñ de tẽpore indifferẽti, de præterito Hora. olim trũcus erã ficulneus inutile lignũ. Cice.in catilinam, fuit iſta quõdã in hac repu.virtus. de futuro. Verg.i.æñ.certe hinc Romanos olim voluentibus annis: & ſi dicas veniet quõdã illa dies, de tempore indifferenti. Verg.v.æñ.quod tumidis ſummerſum tunditur olim. Idem.ij.æñ.quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Eodem quoq; modo aliquando: vt aliquando factum fuit, aliquando fiet. Sunt & alia complura aduerbia temporis: vt ſemper, nunq̃, ſæpe, raro. ¶ Localis, aduerbia quoq; loci complura ſunt, ſed nunc tantum de diſcretis dicendum eſt: cum communia paſſim reperiantur. Itaq; aduerbia localia in quadruplici ſunt differentia: nam aut ſunt in loco, aut de loco, aut ad locum, aut per locum. Vbi & vbinam quærit de loco in quo: vt vbi eſt Antonius. Vnde, quærit de loco a quo. vt vnde veniſti? Quo & quorſum, quærit de loco a quem. vt quo is? Qua, quærit de lolo per quem. vt qua iturus es? Significantia locum in quo. hic vbi ego ſum ponitur etiam pro illic. Verg.i.æñ.hic illius arma, hic currus fuit pro illic, ponitur etiam pro tunc aduerbio temporis. Iuue.hic tunc Vmbritius: quando artibus (inquit) honeſtis. Iſthic, hoc eſt vbi tu es. Verg.ij.æñ.patet iſthic ianua leto. Illic vbi aliquis eſt. Iuue.viuat Arturius illic & Catullus. Vbi, quando grauatur ſignificat in quo loco relatiue. Verg.in.i.æñ.ſæuus vbi æacidæ telo iacet Hector. Reſponſiue quoq; grauatur. vt vbi eſt Cæſar interroganti, ſi dixeris vbi Pompeius: in primo ſyllaba finalis acuitur, in ſecũdo grauatur. Eodẽ modo dicimus ſicubi, pro ſi in aliquo loco, Necubi, pro ne in aliquo loco. alicubi ꝑ aliquo loco, vbiuis, vbiq;, vbilibet, vbiubi, vbicunq; pro in quocunq; loco. Ibi pro in eo loco, ibidem pro in eo ipſo loco. Alibi pro in alio loco. Inibi pro in eodẽ loco. Vſq̃ pro alio in loco. Nuſquã pro nullo in loco. Intus pro in parte interiori. Foris pro in parte exteriori. Supra ꝑ in parte ſuperiori. Infra pro in parte inferiori. Noĩa vrbiũ & oppidorũ propria: ſi ſunt primæ & ſecundæ declinationis ſingularia ponuntur in genitiuo aduerbialiter, vt Romæ, pro in vrbe Roma. Tarenti, pro in oppido tarento. Si vero ſunt tertiæ declinationis, aut pluralia, ponuntur in datiuo, vt carthagini, pro in vrbe carthagine. Plaut.in prologo caſſinæ. Ego aio hoc fieri in græcia & carthagini, Idem in ciſtella. fuere Sicyoni iam diu Dionyſia. Verg.iiij.æñ.tyria carthagine qui nũc expectat. Quanq̃ Seruius in locũ illum Verg.dicit, noĩa huiuſmodi locorũ cum aduerbialiter ponuntur, non in ablatiuo, ſed in dtõ debere poni. Ait enĩ his verbis tyria carthagine ꝑ carthagini. & pro aduerbio in loco de loco poſuit. Apuleius in libris floridorum ſemper carthagini, nunq̃ carthagine ponit aduerbialiter. ſic Hora. Roma tybur amẽ vẽtoſus tybure romã. Idem quoq; dicendum eſt de pluraliter declinatis, vt piſis, fundis, trallibus, hoc eſt in illis vrbibus. Sed in his nihil refert cum datiuus in terminatione ſimilis ablatiuo ſit. Ad ſimilitudinem ſuperiorum ponuntur aduerbialiter illa togæ, i.in pace, militiæ, i.in bello. domi, i.in domo. ruri, in rure, veſperi, i. in veſpere. luci ꝑ in die, quod ſi hæc in ablatiuo reperiantur, aut aduerbia non ſunt, aut ablatiuus pro datiuo ponitur, vt Hor.i.epi.quinq; dies tibi pollicitus me rure futurum. Significantia locũ ad quẽ huc, i.ad hunc locũ in quo ego ſum. iſthuc. i.ad iſtũ locũ in quo tu es. illuc. i.e. ad locũ in quo aliquis eſt. Si quo. i. ſi aliquem locum. Ne quo. i.ne ad aliquem locum. Alio. i.ad alium locum. Vtroq;. i.ad vtrunq; locũ. Quoquo. quocunq;. quolibet. quouis. i.ad quemcunq; locum. Eo. i.ad eum locum. Eodem. i.ad ipſum eũdem locum. Intro. i.ad partem alicuius loci interiorem. Foras. i.ad partem loci exteriorem. Surſum. i.ad partem loci ſuperiorem. Deorſum. i.ad partẽ inferiorem. Siniſtrorſum. i.ad ſiniſtram partem. Dextrorſum. i.ad dextram. Horſum. i.ad aliquem locum. Noĩa quoq; vrbiũ & oppidorũ ꝓpria ponuntur aduerbialiter in accuſatiuo, vt romã. i.ad vrbem romam. tarentum. hiſpalim. piſas. fundos, hoc eſt ad illas vrbes. Significãtia locũ per quem. hac. i.per locũ vbi ego ſum. iſthac. i.per locum vbi tu es. illac. i. per locũ vbi aliquis eſt. Si qua. i. ſi per aliquẽ locũ. Ne qua. i. ne per aliquẽ locũ. Alia. i.per aliũ locũ. Quauis, qualibet, quacũq;. i.per quacũq; partẽ. vtraq;. i. per vtrãq; partẽ. Ea. i.per eũ locũ. Eadẽ. i.per eũdẽ locũ. Intus. i.per locũ interiorẽ. Foris. i.ꝑ locũ exteriorẽ. Noĩa quoq; vrbiũ & oppidorũ propria ponũtur in ablatiuo. vt roma. i.per vrbẽ romã. tarento. hiſpali. piſis. fundis. trallibus per illas vrbes. Significãtia locũ a quo. hinc. i.ab eo loco. vbi ego ſum. Iſthinc. i.ab eo loco vbi tu es. Illinc. i.ab eo loco vbi aliquis eſt. Sicunde. i. ſi. ab aliquo loco. Necunde. i.ne ab aliquo loco. Aliunde. i. ab alio loco. Vtrinq;. i. ab vtroq; loco. Vndiq;. vndelibet, vndeuis. vndeunde. vndecunq; pro ex quacunq; parte ſiue loco. Inde. i. ab eo loco. Indidem. i. ab eodem ipſo loco. Intus. i.a loco interiori. Foris. i.a loco exteriori. Superne. i.a loco ſuperiori. Inferne. i.a loco inferiori. Cælitus. i.a cælo.

Nomina quoq; vrbium & oppidorum ponũtur in ablatiuo aduerbialiter. vt Roma.i.ab vrbe Roma. Eodẽ modo tarento. Hiſpali. Piſis. Fundis. Trallibus.i.ab illis vrbibus. Reperitur tamen ſæpe apud autores huiuſmodi nominibus vrbium proprijs adiuncta præpoſitio. vt Cicero in Verrẽ. Ea die verres ad Meſſanam venit. Saluſt. in iugurtha. ad cirtham oppidum iter conſtruunt. Item in catilina. nam Brutus ab Roma aberat. Liuius. viij. ab vrbe condita, & ab lauinio venerant antiqua auxilia. Econtrario cũ nominibus regionũ & prouinciarum præpoſitiones addi debeant. aliquando ab autoribus detrahuntur. Verg.i.æñ. Italiam fato profugus lauinaq; venit.i.ad Italiam. Et in eodem: ſi datur Italiã ſocijs & rege recepto tendere. Negatiua ſunt aduerbia etiã negandi, per quæ aliquid negamus, vt non. qđ imperatiuo iungi non poteſt, ſed alijs modis. vt non lego. haud amo. minime doceo. nullatenus audio. Ne particula potius eſt dehortatiua. Virg. ij. æñ. tu ne cæde malis, ſed contra audentior ito. Sed in carmine iungitur hæc particula imperatiuo & optatiuo. in proſa oratione aut optatiuo, vt Terẽ. in phor. qđ vtinam ne phormioni id ſuadere in mente incidiſſet. aut ſubiunctiuo. vt ſi dixeris, oro te, ne facias. ſed tunc coniunctio eſt, & accipitur ꝓ eo qđ eſt vt non. Affirmatiua aduerbia affirmandi ſunt: per quæ aliquid affirmamus. vt etiam cum pro aduerbio conſentiẽtis accipitur. vt eſt in digeſtis titu. de verborum oblig. reſponderit etiã. quid ni? nam & quid ni interrogatiue prolatum aduerbiũ eſt affirmandi, exponiturq;.i. cur non? profecto. nimirũ. nempe, certe: & alijs ſimilia. Demonſtratiua. demonſtrandi aduerbia ſunt. quibus aliquid quaſi digito indicamus, vt en. ecce. quæ nominatiuo & accuſatiuo iungi poſſunt. Vergilius. i. æneid'. en Priamus ſunt hic etiam ſua præmia laudi. Item in buc. en quattuor aras, ecce duas tibi daphin, duoq; altaria phoebo. Teren. in eunu. ecce autẽ alter: qui ſi occeperit amare. nam alter nõ alterũ eo loco eſſe legendum Donatus præcipit. Plau. in bacchidibus. opus ne erit tibi aduocato triſti iracũdo? ecce me. hem. magis eſt poeticũ affectui deſeruiẽs atq; admirationi. Optatiua. optandi aduerbia ſunt, quæ optatiuo modo iũgi poſſunt. vt Verg. in buc. o tantum libeat mecũ tibi ſordida rura. Si, idem. vi. æñ. ſi nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus. vt. Hora. ij. ſer. Iupiter vt pereat poſitũ rubigine telũ. Vtinam. Verg. i. æñ. atq; vtinam rex ipſe noto compulſus eodem afforet Aeneas. iũgimus etiã hæc, vt o ſi. o vtinã. Ouid'. in epi. Penelopes. o vtinã tũc cũ Lacedæmona claſſe petebat. Perſi9. o ſi ebuliat patrui præclarũ funus. & o ſi argenti crepet mihi ſeria. Ordinatiua. ordinandi aduerbia ſunt, quibus medijs plura ordinamus, vt continuo. Verg. vi. æñ. cõtinuo auditæ voces vagitus. Deinde. idem in eodem. proxima deinde tenent mæſti loca. Deinceps. Cice. iiij. thu. q. vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam. Interrogatiua. quibus interrogamus. vt cur. Iuue. cur deſiderio bibulæ ſertorius ardet? quare. Mar. nec poſſum dicere quare. ideſt quamobrem, & quapropter. nunquid, & nũ. Ouid. in epi. ſapphus. nũquid vbi aſpecta eſt ſtudioſæ littera dextræ. Dubitatiua quibus ſignificam9 nos dubitare. vt fors, Verg. xi. æñ. fors vt vota facit cumulataq; altaria donis. pro forte & fortaſſe, forſam. forſitã. forſit. Hora. i. ſer. quia non vt forſit honorem iure mihi inuideat. Vocatiua, quibus aliquem vocamus. vt o regina nouam cui condere Iupiter vrbem. neq; enim articulus eſt, quoniã ſexum non demonſtrat. heus, quod vocantis ſimul & hortantis eſt. vt idẽ in eodem. ac prior heus (inquit) iuuenes monſtrate, oho vocantis quoq; eſt, ſed magis poeticum. Diſcretiua. quibus diſcernimus & ſeparamus. vt ſeorſum. ſeorſis. Verg. ineſt & non pariter nõnũquã ſæpe ſeorſis, diuiſim, ſeparatim, ſigillatim, diſtincte: bifariam, trifariã, multifariã. Cõgregatiua, quibus multa in vnũ cõgregamus. vt ſimul, vna, pariter, quæ tẽporis & loci ſunt. Iuratiua. ſunt & aduerbia iurãdi, vt Hercule. me hercle, mehercule. ideſt per Herculem. vel ita me Hercules amet. caſtor, mecaſtor. ideſt per Caſtorẽ. vel ita me caſtor amet. & ſic mediuſfidius. ideſt per Iouis filium. Hortatiua, exortandi aduerbia ſunt. eia. Hora. i. ſermo. eia. quid ſatis? Age. agite, agedum. ſed per age vnum exortomur. per agite plures. per agedum vnum & plures. Quintil'. agedum ſi videtur, extra portas proſpicite, dicimus quoq; coniunctim. eia agite. Verg. in. iiij. æñ. eia age rumpe moras.

Intenſiua. intenſiua ſunt quibus intenſe, ac nimiũ aliquid fieri, aut eſſe ſignificamus. vt valde. penitus. omnino, vehementer. funditus. Remiſſiua ſunt his contraria, per quæ aliquid fieri remiſſe & frigide dicitur, vt ſenſim, paulatim, pedetentim. frigide, tepide. Diminutiua. vt clam. clãculum. & quæ ab adiectiuis diminutiuis fiunt. vt a bellus belle. ab argutulus argutule. a molliculus mollicule. Comparatiua. quæ a comparatiuis deriuantur. vt a maior magis. a melior melius. a fortis fortius. Superlatiua. quæ a ſuperlatiuis deriuantur. vt ab optimus optime. a maximus maxime. a fortiſſimus fortiſſime. Similitudinis aduerbia ſunt, quaſi. ceu, velut. veluti. vt. vti. ſicut. ſicuti. hæc etiã coniunctionũ vim habent cauſalium. vt poſtea dicemus in ſuo loco. Quantitatis aduerbia ſunt. multum. minimũ, parũ. nimis. Qualitatis aduerbia latiſſime patent. nã & ab oĩbus adiectiuis dicuntur. vt a bonus bone. a malus male. & a participijs, vt a docto docte. ab amãte amanter.

Affirmatiua. vt etiam. profecto. nimirum.
Demonſtratiua. vt. en, ecce.
Optatiua. vt, o. ſi. vt. vtinam.
Ordinatiua. vt continuo. deinde: deinceps.
Interrogatiua. vt cur? quare? quãobrem? nũquid?
Dubitatiua. vt fors. forte. fortaſſe. forſan. forſitan.
Vocatiua. vt. o. heus. oho.
Diſcretiua. vt ſeorſum. diuiſim. bifariam.
Congregatiua. vt ſimul. vna. pariter.
Iuratiua. vt ædepol. me Hercule. mecaſtor.
Hortatiua. vt eia. age. agedum. agite.
Intenſiua. vt ualde. penitus. uehementer.
Remiſſiua. vt ſenſim. paulatim. pedetentim.
Diminutiua. vt belle. argutule. clanculum.
Comparatiua. vt magis. melius. fortius.
Sperlatiua. ut maxime. optime. fortiſſime.
Similitudinis. ut ceu. ſicut. tanquam.
Quantitatis. ut multum. parum. minimum.
Qualitatis. ut bene. docte. ſapienter.
Vbi igitur cuius ſignationis eſt? Localis.

*Sunt multæ aliæ aduerbiorum ſignificationes: vt quæ dicitur atractiua, quæ (vt ſupra memorauimus) autore Quintiliano a quibuſdam pars orationis diſtincta ab alijs partibus ponitur, vt viritim, per ſingulos viros. oppiditatim, per ſingula opida. municipatim, per ſingula municipia.*

*De interiectione. Cap. xj. Interiectionem, quēadmodum ſupra memorauimus, græci inter aduerbij ſignificationes annumerant, quia hæc quoq; ſicut & aduerbium verbo adiūgitur, aut expreſſo: aut ſubintellecto. vt ſi dicas, pape quid video, vel ſi ꝑ ſe dicas: pape ſubauditur miror: vl̓ aliud verbū, qd̓ admirationē ſignificet. Latini vero interiectionē ab aduerbio ſeparantur, aut quia videtur in ſeſe affectū habere verbi, & plenā motus animi ſignificationē: etiā ſi nō addatur verbū: vl̓ quia cū articulis careāt voluerūt æquare cū græcis partes oratiōis, vt hac vna rōne octo eſſent apud noſtros, quēadmodū & apud illos. Dicit igitur partes diffinitionis explicās: interiectionē eſſe vnā ex octo partibꝰ orationis: ſed quia ex illis quattuor ſunt declinabiles & quattuor indeclinabiles: dicit vnā eſſe ex quattuor īdeclinabilibꝰ ſignificātē affectū, i. paſſionē: in quo (vt diximꝰ) latini eā ab aduerbio differre voluerūt: qd̓ vero additur voce īcōdita, hoc etiā illā ab aduerbio ſubiungit, quoniā ꝑ exclamationē quādā & vocē incōditā, i. prope inarticulatā ꝓfertur. Interiectio autē ideo eſt appellata: qd̓ ſeriē oratiōis rūpens interijcitur: & cū aliquo mētis affectu profertur. vt Virg. j. eñ. nauibꝰ infandū amiſſis vniꝰ ob irā ꝓdimur. Ordo enim erat nos prodimur nauibus amiſſis ob irā vnius iunonis, ſed cū exclamatione interiecit infandū (quaſi dicat) ꝓ ſcelus īdignū. Habet igitur īteriectio varias ſignificationes. Lugētis Terē. in eu. cū inducit Dorū lugētē, hei hoi. dicit. heu quoq; & hei, quæ dolētis diximus etiā lugētis ſunt, dolētis. Verg. lib. j. hei mihi qualis erat. Idē in. x. o dolor atq; decus magnū. Idē in buc. ah ſilice in nuda cōnixa reliquit. Timētis. Terē. in and. hei vereor ne quid Andria opporter mali. Idē in eadem. hei metui a Chriſide. Vergi. in buc. ah ne te frigora lædant. ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Exultātis. Terē. in heautū. vah ergo mea antiphila. Idē in adel. oh lachrimo prægaudio. Admirātis. Terē. ī eu. papæ, facie honeſta. & iterū. papæ noua figura oris. Idē in and. vah cōſiliū calidū. Exclamātis. Luc. ꝓ ſi remeaſſet in vrbē. Terē. in and. vah perij: hoc malū ītegraſcit & illud ex euāgel. vah q deſtruis tēplū dei. Ridētis. Terē. in and. ha ha he. mirū vero. Idē in eunu. ha ha. ha. defeſſa iā miſera ſum te ridēdo. Deridētis. Terē. ī and. hui tā cito: ridiculū. Idē ī eu. hui mihi illā tu laudes. Silētis. Terē. in. eu. au me cōparādus huic quidē ad illū eſt. Idē in eodē, au obſecro mea Pythias, ſi, qd̓ ē ſilētis apd̓ Ter. apud Plau. ſt. legitur. Laudātis. Mar. effecte, grauiter. cito. neqter, auge beate, & illud ex pſalo: q dicūt mihi euge euge. Vitātis. Te. in eu. apageſis, ego formidoloſꝰ Idē ī eadē apagete. Vocātis. Oui. ecquis io ſiluæ crudelis (inq̄t amauit. Terē. in adel. oh q vocare. Deprǣhēdētis. Ter. in. An. at at hoc illud eſt, hinc illæ lachrymæ. Idē in eu. at at data hercle verba.*

¶ De erotematis Interiectionum. Cap. xj.

HEu, quę pars orationis eſt? Interiectio. Quid eſt interiectio? Pars orationis indeclinabilis affectum mentis incognita voce ſignificans.

Vnde dicitur interiectio? Ab interijciendo, eo ꝙ alijs partibus orationis interijcitur.

Interiectioni quot accidunt? Sola ſignificatio.

¶ Significationes aduerbiorū quot ſunt? Plures.

Lugētis, vt heu, hoi, hei. Dolentis, vt hei ah.
Timentis, vt hei, ah. Silentis, vt au, ſi, ſt.
Exſtātis, vt euax, vah, oh. Laudātis, vt euge.
Admirātis, vt papę, vah. Vitātis, vt apage, eſſis, ete.
Exclamātis, vt pro, vah. Deprehendentis, vt at at.
Ridentis, vt ha ha, he. Vocantis, vt io, oh.
Deridētis, vt hui. Heu cuiꝰ ſignificationis eſt? lugentis.

¶ De erotematis Coniugationum. Cap. xij.

ET, quę pars orationis eſt? Cōiunctio. Quid eſt cōiunctio? pars orationis indeclinabilis connectēs ordinanſq; ſententiam.

Vnde dicitur cōiunctio? Ab eo qd̓ cōiungat, & orationis pro vinculo interponatur.

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Figura. Ordo. Poteſt as, ſiue Species, ſiue Significatio.

Figurę coniugationis quot ſunt? Duę ſicut in nomine. Simplex, vt at, et. Cōpoſita, vt atq;, etenim.

Et, cuius figurę eſt? Simplicis figurę.

Ordo coniunctionis quotuplex eſt? Triplex. quędā enim ſemper pręponūtur, vt et, ac, at, aſt, aut, vel, nec, ne, neq;. Quędam ſemper poſtponuntur, vt q;, ne, ue, quidē, quoq;, autem, vero, enim. Quędam modo præponūtur, modo poſtponūtur vt atq;, igitur, itaq;, quoniam, quia, etſi.

Et, cuius ordinis eſt? Præpoſitiui.

Poteſtates coniugationis quot ſunt? Complures.

Copulatiua quæ ſenſū & verba cōiungit, vt et, q;, atq;, quoq;, autem, vero, quidem.

Diſiunctiua, quę quamuis dictiones coniungit; ſenſum tamē diſiūctū habet, vt aut, vel, ve, ſiue, ſeu.

Subdiſiūctiua eſt; quę voce diſiuncta vtrūq; adeſſe ſignificat vel ſimul, vel diſcrete. vt Alexander ſiue Paris dormit, vel legit tota die.

*¶ De cōiugatione. Cap. xij.*

*VLtima ex quattuor īdeclinabilibꝰ oratiōis ptibꝰ eſt cōiūctio, cuiꝰ ꝓpriū eſt diuerſas oratiōis ptes cōiūgere. Itaq; diffinitur. Cōiūctio ē pars oratiōis īdiclinabilis cōnectēs ordināſq; ſentētiā. cōnectēs (inq̄) qñ ſimilres aliquas īeſſe ſignat. vt Aeneas piꝰ & fortis. vel cōnectēs verba & diſiūgēs ſentētiā, vt Aeneas bonꝰ vel malus. ordinās, qñ alterū ſequitur ad alterū. vt ſi currit mouit. ex his manifeſtū eſt vñ cōiūctio d̓r. ¶ Cōiūctioni quot accidūt? Priſ. dicit tria. figura, ordo. ſpēs. quā alij poteſtatē, alij ſignificationē appellāt. ¶ Figuræ Coniugationis quot ſunt? Duæ reſpondet ſicut in nomine. ¶ Ordo cōiūctionis quotuplex eſt? triplex inquit. Deinde membra diuiſionis explicat. ¶ Poteſtates coniugationis quot ſunt? Et quia nō habet certum numerū, dicit eſſe complures, & enumerat quaſdam ex iis, quæ ſunt magis notæ. hoc eſt copulatiuā, diſiūctiuam. ſubdiſiunctiuam. cauſalem. collectiuam. dubitatiuam. aduerſatiuam. approbatiuam.*

¶ Cauſalis rurſus diuiditur in continuatiuā. ſubcōtinuatiuā. adiunctiuā, effectiuā. De quib⁹ ſingulis oſtendit, & quæ ſint. ſubiungens exemplum cuiuſq;. Sed, quia, coniunctiones ſub eadem voce inueniuntur diuerſarum tantum, ſiue ſignificationis viſum eſt de ſingulis aliquid dicere. Idq; ſecundum ordinem alphabetarium, quo facilius volēti inquirere occurrant. Ac igitur reperitur copulatiua: vt bonus ac ſapiens. Reperitur etiam poſita pro quā. vt Verg. ac ſecus ac iuſſi faciunt. Saluſtius, in iugurtha. caſtra mouebant iuxta, ac ſi hoſtis adeſſet. At, pro ſaltem. aduerſatiua eſt. Verg. vi. æñ. at ramum hunc agnoſcas. eſt etiam exclamantis aduerbium. vt Hora. in epo. at o deorū quicquid in cælo regis terras. Verg. ij. at tibi pro ſcelere exclamat, pro talibus auſis. Aſt ēdiuerſo copulatiua. Verg. j. æñ. aſt ego quæ diuum incedo regina Iouiſq;. ſed tantum poetice, quoniā. s. recipit. at. vt cū breuis eſſet produceretur. Atq; copulatiua eſt. Verg. j. æñ. atq; equidem memini teucrum ſidona venire. reperitur etiam poſita p quā. Terē. in phormione. ne ſimili vtamur fortuna, atq; vſi ſumus. Atq[illegible] collectiuas ponitur a Priſ. Teren. in eunu. [illegible] est. An, dubitatiua ſimul eſt, & interroga[illegible] eñ. an phebi ſoror. an nimpharum ſan[illegible] in. iij. eloquar, an ſileā? Inter an & aut, Q[illegible] a. hoc diſtare putat, quod p aut nō poſſumus interrogare, p an poſſum⁹. Aut diſiūctiua eſt. Iuue. aut dic, aut accipe calcem. Verg. ij. æñ. aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras. Reperitur etiam copulatiua pro et. Autem. reperitur copulatiua. vt Abraā genuit Iſaac. iſaac autem genuit iacob. iacob autem genuit Iudam. reperitur etiā completiua. Cum. reperitur cauſalis ſimul & adiunctiua. Verg. in buc. cum faciam vitulam pro frugib⁹ ipſe venito. Dum, quoq; cauſalis ſiue adiunctiua reperitur. Verg. multa quoq; & bello paſſus dum conderet vrbem. Ergo collectiua, ſiue illatiua, ſiue rationalis. Lucanus, ergo pari voto geſſiſti bella iuuentus. reperitur etiam completiua. Terent. mihi ne? tibi ergo. Enim. cauſalis reperitur frequēter, ſed & completiua. Verg. j. æñ. progeniem ſed enim Troiano a ſanguine duci audierat. Idem in eodem. hic tibi fabor. n. quando hæc te cura remordet. ſed cum eſt cauſalis ſemper poſtponitur. præpoſita vero ſemper ponitur completiue. ſequente vero, vel non ſequente. Terent. in adel. enim non ſinam. Idem in Andria, enimuero Daue nihil loci eſt ſegniciæ. Equidem, reperitur approbatiua. Verg. non equidem inuideo, miror magis vndiq; totis. Idē xij. æñ. equidem merui, nec deprecor inquit. poteſt etiam poni completiue. Et ponitur copulatiue, vt Aeneas pius & fortis; ponitur etiam cauſalis pro quia. Quint. lib. j. bapum verba effingere imitādo conabatur [illegible] acr: & natura tenaciſſimi ſumus eorum. quæ rudibus annis percipimus. Reperitur etiam cōpletiua cū preponitur ſibi ipſi, vt Aeneas & pius & fortis fuit. Primum enim & abundat, ſed ponitur ornatus cauſa. qđ & de reliquis copulatiuis & diſiunctiuis dici poteſt. Etſi, aduerſatiua eſt, cui reſpondet tamen, Cicero in oratione pro milone. & ſi vereor iudices ne turpe ſit, & ſequitur. tamen hæc noui iudicij noua forma. Etiamſi aduerſatiua eſt, quemadmodum tametſi, quibus æque reſpondet tamen. Igitur itaq;. iccirco collectiuæ, ſiue illatiuæ, ſiue rationales ſunt. Cicero pro ligario. habes igitur, qđ eſt accuſatori maxime optandum confitentem reum. Idem in eodem. itaq; quo me vertam neſcio. ex ſuperius nanq; dictis hæc inferuntur. alias cōpletiuæ ſunt. Immo illatiua quoq; eſt, ſed ediuerſo: vt Terē. dictū puta, immo aliud. Ne. dubitatiua ſimul & interrogatiua eſt. Verg. j. æneid. qui teneāt, nam inculta videt, homines ne, feræ ne, Idem in. xj. iuſticiæ ne prius mirer. belli ne laborem. Dicimus etiam nonne pro an nō. Verg. in buc. nonne fuit ſatis triſtes amarillidis iras. atq; ſuperba pati faſtidia, nonne menalcam. Iungitur etiam abſciſſa per compoſitionem cum alijs partibus orationis. Verg. iij. æneid. pyrrhin connubia ſeruas. pro pyrrhine ſeruas cōnubia. Iden in. x. omnipotēs genitor tanto me crimine dignum duxiſti? pro tantone. Inuenitur etiam ne approbatiua, qđ eſt quando nec dubitatiue, nec interrogatiue ponitur, vt Hora. ij. ſer. clarus erit fortis. iuſtus. ſapiens. ne etiam rex. Idem in eodem. o ſeri ſtudiorum, qui ne putetis. Reperitur quoq; ne cauſalis. & neu a ne & ve compoſita. Verg. ij. æneid. ne recipi portis, aut duci in mœnia poſſet, neu populum antiqua ſub religione tueri. Necne quoq;, pro an non, dubitatiue ſimul & interrogatiue ponitur. Cice. pro Facco. vtrū vultis prætori flacco licuiſſe, necne? Nec. neq;, copulatiuæ ſunt per abnegationē, vt ſi dixeris. Antonius nō leget, neq; lecturus eſt, aut nec lecturus eſt. Nam, & nāq; cauſales ſunt. Verg. æole. nāq; tibi diuū pater atq; hominum rex. Reperitur etiam cōpletiuæ. vt idem in. v. heu. quia nam tanti cinxerunt æthera nymbi. Quam. reperitur electiue poſita. Terent. in and. quæ inhoneſte hic voluit diuitias parare, quā honeſte in patria pauper viuere. Quāuis & quāquā aduerſatiuæ ſunt, quibus reſpondet tamen, qđ aliquando ſubintelligitur. vt Verg. ij. æneid. quāquam animus meminiſſe horret, luctuq; refugit. incipiam, ſubaudi tamen. Que. copulatiua eſt, ponitur etiam nonnūquā completiue Verg. v. æñ. dixitq; & prælia voce diremit. ¶ Quia, ſubcontinuatiua eſt, reperitur autem in ſacris litteris frequenter pro vt adiunctiua ſiue cauſali. Quidem, a Priſ. inter completiuas ponitur, qđ multis teſtimonijs confirmat. itaq; miror tantam auiditatem fuiſſe Hierony. Paulum apoſtolū reprehendēdi. Tractans enim verba illius, quæ ſunt ſcripta ad Coloſſenſes. nemo vos ſuperet in humilitate mentis, illud (inquit) qđ crebro diximus, & ſi imperitius ſermone, non tamen ſcientia.

Cauſalis, quæ cauſam continuationis explanat, vt quoniam nam, namq;, enim, vt.
Collectiua ſiue illatiua, quę ſuperiora colligit, vt igitur, ergo, itaq;, quare, quapropter, quamobrē.
Dubitatiua, quę dubitationem aliquam cum interrogatione ſignificat, vt an, ne, necne.
Aduerſatiua, quę aduerſam ſententiam ſequenti aut pręcedenti monſtrat, vt licet, quamq;, quāuis, etſi, ſaltem.
Approbatiua, quæ rem aliquam approbat, vt ſi, ſiquidem, quando, quandoquidem, quidem.
Comparatiua, quę ornatus cauſa aut metri neceſſitate ponitur, vt quidem, enim, nam, nāq;, vero.
Cauſualis, rurſus diuiditur in continuatiuā, ſubcōtinuatiuam, adiunctiuam, effectiuam.
Continuatiua eſt, quę continuationem & cōſequętiam rerum ſignificat, vt ſi, cum, dum, vbi.

nequā̄q̄ Paulū de humilitate: ſed de conſcientiæ veritate dixiſſe etiā nūc approbamus, & q̄d Apoſtolus in eadem epiſtola ſubdit, quæ ſunt rationem quidē habentia ſapientiæ, hoc ait loco quidē cōiunctio ſuperflua eſt, q̄d in plæriſq; locis propter imperitiam artis grāmaticæ apoſtolū feciſſe reperimus, neq; enim ſequitur ſed, vel alia cōiunctio, quæ ſolet, vbi quidem poſitū fuerat, reſpondere: nā quidem plærumq; aduerſatiua reperitur, hæc Hierony. Quin teſte Priſc. ponitur collectiue ſiue illatiue. Verg. x. æn. quin occidit vna ſarpedon mea progenies, ponitur etiam pro curnō præſenti indicatiui iuncta: & ſemper interrogatiue. vt Perſius. quin damus id ſupis de magna quod dare lance. Verg. in buc. quin aliquid ſaltem viminibus molliq; paras dextexere iunco. vtrobiq; p cur non ponitur, & pro quod non cum ſubiunctiuo. Idem in .iij. æn. hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti quin adeas vatem. ¶ Si, adiunctiua eſt cum verbo ſubiunctiuo adiuncta, vt ſi legeris, eris doctus, eſt etiam ſi cauſalis ſiue continuatiua. vt ſi ſtertit, dormit. ſi ambulat. mouetur. ¶ Eſt quoq; approbatiua cum indicatiuo iūcta. Verg. i. æn. ſi quid vſq; iuſticiæ eſt, & mēs ſibi cōſcia recti. Idem in .ij. di (ſi qua eſt cælo pietas, quæ talia curet. Reperitur etiam abnegatiua. Verg. xi. æneid. tu nunc ſtares immanis truncus in armis. eſſet par ætas: & idem ſi robur annis. Eſt autem coniunctio abnegatiua, quæ verbis coniuncta poſſe fieri rem oſtendit, ſed propter cauſam aliquam, ne fiat impediri. vt feciſſem ſi potuiſſem. Saltem aduerſatiua eſt, Verg. iiij. æn. ſaltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet. Sed &, ſed enim copulatiuæ ſunt ex aduerſo. Verg. i. æn. progeniem, ſed enim Troiano a ſanguine duci. Seu & ſiue diſiunctiuæ ſunt. Verg. ij. æn. ſiue errore viæ. ſeu tempeſtatibus acti. Reperiuntur etiam ſubdiſiunctiuæ, vt ſi dixeris: alexander, ſiue paris atrides, ſeu agamemnon. Tamen aduerſatiua eſt, reſpondens illis etſi. tametſi, quamuis, quanq̄. Cicero pro milone, & ſi vereor iudices, deinde ſequitur. tamen hæc noui iudi[illegible] noua forma &c. Reperitur etiam complectiua cum ſuperiori, aduerſatiuæ non reſpondet vt apud Papiniū. xi. thebai. me miſerā vinces: tamen hæc prius arma neceſſe eſt experiare domi. Tametſi aduerſatiua eſt, quē admodum eius ſimplex & ſi. Tum copulatiua eſt, iungitq; res pares cum ſuccedit alteri tum: cum vero ſuccedit coniunctioni cū, iungit aliquid quod maius eſt, vt Laurentius, diligentiſſime colligit. Ve & vel, diſiunctiuæ ſunt, reperitur etiam vel ſubdiſiunctiua ſimul. vt Teren. in eunu. vel rex ſemper maximas mihi gratias agere, pro etiā poſuit. Reperitur & ſubdiſiunctiua diſcrete: vt ſi dixeris, toto die vel dormit, vel legit. Vero, copulatiua ſiue diſtributiua eſt, quia diſtribuit diuerſas res diuerſis perſonis, vt Aeneas fuit pius, Vlyſſes vero callidus, reperitur etiam completiua. Vt. cauſalis eſt: vt ſi dixeris venio, vt legam, exerceo te, vt ſis ſanus. Reperitur & adiunctiua. Vt Terentius, ſi eſt (inquit) patrue, vt Antipho culpam in ſe admiſerit.

Subcōtinuatiua eſt, quę cauſam cōtinuationis oſtēdit cum eſſentia rerum. vt quoniam, quia.
Adiunctiua eſt, quæ verbis ſubiunctiuis adiūgitur, vt ſi, vt cum. vbi quando.
Effectiua eſt, quæ reddit cauſam effectus. vt enim. namq̄.
Et; cuius poteſtatis? Copulatiuæ.

¶ De partibus orationis, quę aliæ pro alijs & pro ſe inuicem ponūtur. Cap. xiij.

QVę partes oratiōis alię pro alijs ponuntur? Omnes fere, quēadmodū quę ſequūtur.
Nomen p participio. vt ſibilus p ſibilans.
Nomen p aduerbio; vt recens pro recenter.
Nomen p interiectione. vt infandū voce incondita.
Nomen p coniunctione. vt quare, quamobrem.
Pronomen p nomine pprio. ut ego p Antonius.
Pronomen pro aduerbio. ut hoc pro huc.
Pronomen p coniunctio[illegible] ut ideo p propterea.
Verbū p nomine. ut am[illegible]re p amor. viuere p uita.
Verbum pro aduerbio. [illegible]mabo. ſodes.

DE partibus orationis, quæ aliæ pro alijs, & pro ſe inuicem ponuntur. cap. xiij. Solet turbare hoc plærunq; grammaticæ artis ignaros, q̄ eandem particulam ſub diuerſis partibus orationis reperiunt. Itaq; cum ſingulatim de octo partibus oratiōis diſputatum ſit, hoc in loco inducit caput, in quo oſtendit, quemadmodum particulæ quædam orationis ponuntur pro alijs, quā in prima poſitione fuerant, atq; rurſus, quædam ponuntur pro ſeipſis inuicem, vt nomen pro nomine, pronomen pro pronomine &c. ¶ Nomen igitur pro participio poſitum reperitur, vt apud Verg. ij. æn. ſibila lambebant linguis vibrantibus ora, vbi Ser. dicit ſibila poni p ſibilantia, nam participiū eſt. Idem i. geor. corruſca fulmina molitur dextra: quod eodem modo pro corruſcantia exponit. ¶ Nomen pro aduerbio. vt recens p recēter. Verg. iij. geor. ſole recens orto, aut noctem ducentibus aſtris. Saluſt. coria recens detracta veluti glutino adhærebant. Gell. lib. xi. recens natis notum familiarem victum offert. Verg. ij. georg. flos apprima tenax, pro apprime: & in eodem, denſa fere pro denſe. & in .iij. aſper acerba ſonans. pro acerbe. ¶ Nomen p interiectione. Verg. i. æn. nauibus infandum amiſſis vnius ob iram: neq; enim aduerbiū tantum eſt hoc in loco infandū p infande, ſed quia cū affectu mentis p fertur incondita voce: interiectio eſt. hoc enim tantū ab aduerbio diſtat quēadmodū ſuis locis diximus. ¶ Nomen p cōiunctione, vt quare, q̄ ex quis & res cōponitur. quāobrem, quapropter ex nomine & præpoſitione. ¶ Pronomē p nomine pprio, ſemper. n. pronomen ſic ponitur, vt ex illius diffinitiōe manifeſtū eſt, ſed ſuus. a. um. plerūq; p proprius. a. um. reperitur, vt ſuū eſt hoīs ridere. i. propriū. ¶ Pronomē p aduerbio. Verg. viij. æn. hoc tunc ignipotēs cælo deſcendit ab alto. vbi Seruius inquit, hoc p huc poſuit ſecundum antiquū morem. nam antea hoc aduerbiū loci fuit, nunc aboleuit ſicut illo p illuc. ¶ Promen p coniunctione, vt ideo, quæ ab id & eo componitur, ppterea, quæ ex propter & ea, qua propter, quæ ex qua & pp̄ter. ¶ Verbum p nomine. Teren. in eunu. extrema linea amare nonnihil eſt. p amoris. Perſius, noſtrum iſtud viuere triſte, p vita triſtis. ¶ Verbum p aduerbio, Mar. dic inquis rogo Marce. dic amabo, nam aduerbiū blādientis eſt: quēadmodū & ſodes, qui frequenter vtuntur poetæ comici.

Verbum pro interiectione; vt age agite.
Verbum pro coniunctione, vt licet, licebit.
Participium pro nomine, vt ſapiens, diligens.
Participium pro aduerbio, horrendū pro horrende
Præpoſitio pro aduerbio, vt coram, palam,
Præpoſitio pro interiectione, vt pro, a.
Præpoſitio ꝑ cõiunctione: vt ꝓpterea, quapropter,
Aduerbium ꝑ nomine, vt ſatis eſt, abunde eſt.
Aduerbiū ꝑ coniunctione, vt quando pro quoniã.
Coniunctio pro aduerbio, vt cum pro quando,
Coniunctio pro interiectione, vt at.
Quæ partes orationis ponũtur inuicẽ ꝓ ſeipſis?
Oẽs fere, nomen ꝓ noie, vt dardanus ꝓ dardani⁹
Verbum pro verbo, vt populo pro populor.
Participiū ꝓ participio, vt profuſus ꝓ ꝓfudens.
Præpoſitio ꝓ præpoſitione, vt in pro contra.
Aduerbiū ꝓ aduerbio, vt hic loci ꝓ tunc temporis.
Coniunctio ꝓ coniunctione, vt vel pro et.

## ¶ De ſyntaxi & orationis conſtructione. Cap. xiiij

QVid eſt ſyntaxis? Sciẽtia qua bona conſtructio a mala dignoſcitur.
Vnde dicitur ſyntaxis? A ſyn quod eſt con & tatto ordino; a quo eſt taxis, quaſi coordinatio.
Quid eſt conſtructio? Congrua dictionum ordinatio, cõgruam perfectamq́ ſententiam demonſtrãs.
Quid eſt oratio? Vt Scaurus diffinit; ore miſſa, & per dictiones ordinata pronunciatio.
Quotuplex eſt oratio? Quadruplex. Perfecta, q̃ ꝑfectū ſenſum in animo auditoris generat, vt ego amo deū. Imperfecta; quæ imꝑfectū ſenſum in animo auditoris generat, vt ſi deū amaueris. Finita; in qua verbū finitū ponitur. vt ego amo. Infinita, in qua verbū infinitū ponit̃. vt me amare.

*¶ Verbum pro interiectione, vt age pro eia. Verg. iiij. æñ. vtrūq; cõiunxit dicens, eia age rūpe moras. Idem in. j. quare agite o iuuenes. ¶ Verbum pro coniunctione Luca. in. vij. omnia maiorum vertamus buſta licebit, pro quãuis. Mar. laxior hexaphoro tua ſit lectica licebit. Oui. j. meta. placeat ſibi quiſq; licebit. Hor. ii. ſer. licebit ille repoſita natales alioſue dierū. de licet pro quãuis, vbiq; ſe offerunt exẽpla. ¶ Participiū pro noie, de hoc abunde ſumus dicturi libro in ſequenti cum diſputabimus quot modis participiū tranſit in vim nominis. ¶ Participiū ꝓ aduerbio. Verg. vj. æñ. ac belua lernæ horrendū ſtridens, pro horrẽde. ¶ Præpoſitio pro aduerbio. Verg. j. æñ. poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Iuue. Fient iſta palam, immo (quemadmodū ſæpe diximus) quoties præpoſitio nõ iungitur caſibus: aduerbium eſt. ¶ Præpoſitio pro interiectione, vt pro, cum circunflectitur, quæ (ait Priſcia.) interiectionis loco ponitur. Saluſt. in catil. pro deum atq; hominū fidem. Verg. iiij. pro Iupiter ibit (hic ait.) Idem in buc. ah ſilici in nuda cõnixa reliquit, vbi Serui. (inquit) ad hoc pertinet præmiſſa dolentis interiectio, ſunt qui aſpirationem in fine addant differentiæ cauſa. ¶ Præpoſitio pro cõiunctiõe, vt propterea, quapropter. ¶ Aduerbiū pro noie. vt Mar. luſiſtis, ſatiſtis eſt: & ſi dixeris ſatis eſt mihi diuitiarum. Verg. vij. æñ. terrorū & fraudis abunde eſt. ¶ Aduerbium pro coniunctione. Idem. j. æñ. hic tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet. ¶ Coniunctio pro aduerbio, vt cum pro quando: immo frequenter aduerbium & coniunctio ſibi cedunt: ita vt nõ facile quibuſdam in locis deſcernere poſſis coniunctio an aduerbium ſit aliqua particula orationis. ¶ Coniunctio ꝓ interiectione. Hora. ij. ſer. pereat poſitum rubigine telū, niſi enim interiectiue ꝓferas, vt frigidiuſcule dixeris: quod alias erit concitatiſſimum. ¶ Quæ partes orationis. Nomen ponitur pro nomine, vt Dardanus pro dardanius, hoc eſt primitiuum pro deriuatiuo. Verg. iiij. æñ. hauriat hūc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. i. Aeneas Dardanius. & eodem modo per reliqua nominis accidentia. ¶ Verbum pro verbo, vt populo pro populor. Verg. iiij. æñ. ac velut ingẽtem formicæ farris aceruū cum populant. Proper. lib. iij. hic olim ignaros luctus populauit achiuos, pro eo quod eſt populantur & populati ſunt: nam populo in ſermonis latini vſu frequẽti nõ eſt: ſed populor, multa quoq; alia verba huiuſmodi reperiuntur, quæ Nonius ex antiquorum vſu diligentiſſime colligit. ¶ Participiū pro participio, vt Saluſt. alieni appetens, ſui profuſus, pro profundens: nam participium eſt loco nois poſitū. ¶ Præpoſitio pro præpoſitione. vt Verg. ix. æneid. ibat in curialū, pro contra. Idem. j. geor. ſub ipſum acturū tenui ſat erit, ſuſpẽdere ſulco. Quod Ser. exponit pro circa. ¶ Aduerbiū ꝓ aduerbio. Verg. j. æneid. hic illius arma, hic currus fuit, pro illic. Et hic aduerbium loci pro aduerbio temporis. Idem in eodem. conſtitit hic, arcumq; manu celereſq; ſagitas, hic poſuit pro tunc. & notandum aduerbia loci plerumq; poni pro aduerbijs temporis: ſed non econtrario aduerbia temporis pro aduerbijs loci. ¶ Coniunctio pro coniunctione. vt Teren. in phor. ne ſimili vtamur fortuna, atq; vſi ſumus; atq; poſuit pro quam.*

*DE ſyntaxi cap. xiiij. ¶ Cum tres libri ſuperiores circa ſingulas orationis partes verſati ſint: liber ſequens cum breui cõmate huius libri tertij, totus eſt de cõſtructiõe, quæ græce ſyntaxis dicitur. Itaq; primo dicit, quid ſit ſyntaxis. & vnde dicitur, quid cõſtructio, quid oratio. Deinde orationẽ diuidit in quattuor formas, hoc eſt. perfectã. imꝑfectã, finitã infinitã, quæ oia quoniã plana ſunt, ad difficiliora ꝓperemus. ¶ Quid eſt figura cõſtructionis? queadmodū (inquit Seruius) in. v. æñ. inter barbariſmū & lexin, hoc eſt latinã elocutionẽ & perfectã metaplaſmus eſt, qui vno ſermone fit ratione vitio ſus. Idem inter ſolœciſmū & ſchema. i. perfectã ſermonū cõnexionẽ figura eſt, quæ fit cõtextu ſermonum ratione vitioſa. Ergo metaplaſmus (inquit) & figura media ſunt: & diſcernũtur peritia & imperita. Sed de barbariſmo & ſolœcimo. de lexi & ſchematis atq; metaplaſmo ſuo loco dicetur, nũc de figura quomõ a Seruio accipitur figura ſyntaxeos (hoc ẽ cõſtructiõis) agẽdū eſt. Dicit igitur figurã cõſtructiõis eſſe modū dicẽdi nouatū, hoc eſt a naturali & cõſueto ſermone mutatū, ac ꝓinde vitioſum, niſi aliqua ratiõe excuſetur, q quidẽ mod⁹ verſatur circa grãmaticas cõſtructiões: hoc ẽ in cõtextu partiū oratiõis.*

Quid eſt figura conſtructionis? Eſt aliqua ratione nouatus dicendi modus, qui circa grammaticas conſtructiones verſatur.

Euocatio, eſt reductio tertię perſonę ad primam vel ſecundã. vt ego Antonius lego. tu Ioãnes audis. Et requirũtur quattuor in euocatione. ꝑſona euocans. perſona euocata. remotio copulæ. & verbũ conueniens cum perſona euocante.

Appoſitio, eſt immediata duorũ ſubſtãtiuorũ cõiũctio, quorũ alterũ exponit alterũ. vt miratur molem æneas magalia quondã. Et requirũtur duo in appoſitione. dictio apponẽs, & dictio appoſita.

Prolepſis; eſt attributio proprietatis toti in ſuas partes diuiſo. vt interea reges ingẽti mole latin⁹ &c. & requiruntur quinq; in prolepſi. hoc eſt totum. partes. diſtributio partium. ꝓprietas. & ordo.

Syllepſis. eſt diuerſarũ dictionũ ſub pl'ali ꝓprietate cõceptio. vt ego & tu docti legim⁹. & requirunt̃ quinq; in ſyllepſi. hoc eſt dictio cõcipiens. dictio cõcepta. copulatiua coniunctio vel prępoſitio cũ. verbum vel nomẽ adiectiuum numeri pluralis. ꝓprietas cõcordans cum dictione concipiente.

Zeugma, eſt vnius ꝓprietatis ad diuerſas clauſulas facta redditio. vt ego & tu & Cicero ſcribit. & requirunt̃ tria, hoc eſt plura ſubſtantiua, copula. ꝓprietas, quę cõueniat cum propriori ſubſtantiuo.

¶ Quotuplex eſt figura cõſtructionis? Multo plures ſunt figuræ conſtructionis quam octo: ſed reliquis in alium locum relictis, de his quæ frequentius in vſu reperiuntur diſſerit: quas enumerat. ¶ Euocatio, quæ græce eclesis vocatur, fit quoties nomen tertie ꝑſonæ reducitur ad primã, vel ad ſecundã. Improprietas autẽ in hoc eſt, quod cũ dico ego Antonius lego. Antonius quod alias eſt nomen tertiæ ꝑſonæ ſic cedit pronomini primæ perſonæ, quod verbũ huic non illi redditur. Excuſatur aũt hæc improprietas, quoniã verbũ ſemꝑ digniori reſpõdere debet. Prima namq; ꝑſona ordine naturæ dignior eſt ſecũda. & ſecũda tertiã. ¶ Appoſitio, q̃ ꝓthoſis græce dicitur: eſt immediata duorum ſubſtantiuorũ coniũctio & ponit exemplũ ex primo æñ. miratur molem æneas magalia quondã. Improprietas aũt hoc eſt, qd' duo ſubſtantiua ſine cõiunctione eſſe nõ poſſunt in oratiõe, ſed excuſatur vitiũ, qd' dictio appoſita ſic iungitur apponenti: quaſi adiectiuũ qd' aliquid in ſubſtãtiuo determinat & exponit ¶ Prolepſis, q̃ latine interpretatur præſũptio, eſt (vt a Donato atq; Diomede diffinitur) præſumptio rerũ ordine ſecutarũ, & vterq; ponit exẽplũ ex Verg. xij. æñ. interea reges ingẽti mole latinus. Quadriiugo inuehitur curru. & ſequitur. bigis it Turnus in albis. hinc pater æneas Romanæ ſtirpis origo & iuxta aſcanius magnæ ſpes altera Romæ procedũt caſtris. Sed quẽadmodũ Priſc. lib. xvij. qui eſt de cõſtructiõe dicit, ſi in cõſtructione diuiduorũ per ꝓlepſim præponitur verbũ plurale ad vtrũq; ſequens licet nominatiuũ ante ſe ferre. vt aquilæ euolauerũt hæc ab oriente: illa ab occidẽte: ſin ad ea, quæ diuidũtur verba ſingulariter conſequãtur: genitiuo oportebit præponi pluralem diuidẽdo. vt aquilarũ altera volauit ab oriente, altera ab occidente. Excuſatur aũt, quia verbũ ſiue præpoſitũ ſiue cõſequens iure exigit ſibi nomiatiuũ. ¶ Eſt & prolepſis implicita, quale eſt illud apoſtoli, alter alterius onera portate: intelligitur enim qđ alter portet onus alteri⁹, & alter alterius. Simile eſt illud Verg. ij. æñ. alterum in alterius mactatos ſanguine cernã. hoc eſt Anchiſen in aſcanij & Aſcanij in anchiſen: & creuſam in aſcanij & aſcaniũ in creuſæ &c. Eſt quoq; aliud prolepſis genus: cũ id qđ poſteri⁹ accidit: ante tẽpus aſcribitur: quale eſt illud Verg. lauinaq; venit littora. Lauiniũ enim quẽadmodũ Diomedes. & Seruius dicũt, nondum erat, quo tẽpore æneas Italiam venit, & apud Saluſtiũ, montẽ ſacrũ & auentinũ inſedit: qui mons ob hoc quod illũ plæbs inſederat, poſtea ſacer dictus eſt. ¶ Syllepſis, q̃ latine interp. cõceptio, a Donato & Diome. diffinitur ſic: Syllepſis eſt diſſimiliũ ac diuerſarũ clauſularũ per vnũ verbũ cõglutinata cõceptio, vt Verg. j. æñ. hic illius arma. hic currus fuit. Idẽ in buc. ſunt nobis mitia poma: caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Eſt etiã ſyllepſis quoties fit adductio indignioris ad dignius, qđ trib⁹ modis cõtingit. genere, nũero, & ꝑſona. genere, vt maſculinũ cõcipiat fœmininũ & neutrũ. fœmininũ cõcipiat neutrũ. Numero, vt pluralis cõcipiat ſingularẽ. Perſona, vt pria cõcipiat ſcđam & tertiã, ſecunda vero tertiã. Quod vero dicit in cõceptiõe requiri copulatiuã cõiunctionẽ vel cũ præpoſitionẽ, intelligendũ eſt cũ præpoſitio (quẽadmodũ ait iuriſcõſultus) ponitur ꝓ &. vt ſi dicas tu cũ Antonio legitis, ꝓ co qđ tu & Antonius, Tale eſt illud. Verg. j. æñ. remo cũ fratre quirinus iura dabũt. ꝓ co qđ rem⁹ & frater. In illo vero qđ Hora. dixit, tu qđ ego & popul⁹ mecũ deſiderat audi, nulla eſt figura, nedũ ꝑſonarũ cõceptio, quẽadmodũ e diuerſo nimis licẽter: atq; haud ſcio an tollerabiliter dictũ ſit: qđ legimus in euãgelio Hieronymo interprete: pater tuus & ego dolẽtes querebam⁹ te: nã & ſi numerorũ & ꝑſonarũ cõceptio recte facta eſt, ordo tñ illarũ eſt inuerſus, q̃ debuit eſſe ego & pater tuus dolẽtes quærebam⁹ te. Quod ſi Hebraici ſermõis idioma illud tolerare põt, græcus tñ atq; latinus reformidat: de quo in prologo huius operis plura diximus. ¶ Zeugma, q̃ latine interpretatur iugatio, ſiue iunctura, ſiue adiũctio: eſt, quẽadmodũ Donatus atq; Diomed. diffiniũt vnius verbi cõcluſio diuerſis clauſulis apte cõiũcta. addit Diome. cũ duo, aut cõplura ad vnã partẽ oratiõis iungẽda referũtur. fit autẽ ꝑ zeugma variatio ꝑſonarũ. vt ego lego & tu & Cicero. nũerorũ, vt Romani pugnãt & Hanibal. ꝑſonarũ vt illud apłi hebræi ſunt & ego. Huius aũt figuræ cõuerſio tribus locis fieri põt, aut enĩ ponitur vnũ verbũ: ad qđ ſeq̃ntes ſenſus cõferãtur. vt vicit pudorẽ libido. timorẽ audacia. rõnẽ amẽtia. aut cũ in medio ſenſuũ loco poſitũ repitur, vt apđ Verg. iij. æñ. troiugena interpres diuũ, q numina phœbi, q tripodas clarij lauros, q ſydera ſentis & volucrũ liguas. & præpetis oĩa pẽnæ. ſentis enĩ verbũ tã primis q̃ vltimis iũgitur. ob id meſozeugma. i. zeugma a medio noĩatur. aut cũ vno verbo ſenſus claudũtur: q̃le eſt illđ Cicerõis in catilina. nihil te nocturnũ præſidiũ palatij: nihil vrbis vigiliæ: nihil timor populi: nihil cõcurſus bonorũ oĩm: nihil hic munitiſſim⁹ ſenatus habẽdi loc⁹: nihil horũ ora vultuſq; mouerũt: oẽs ſenſus ſuꝑiores cõcluſit vno verbo mouerũt, et inde hypozeugma đr: hoc ẽ zeugma ab inferiori.

# IN LIBRVM QVARTVM PRAENOTATIO.

¶ Antiptoſis dicitur ab anti (quod eſt pro) & (ptoſis) caſus, vnde & Diomed. atq; Donatus dicunt ſolœciſmũ eſſe per caſuũ immutationẽ, cum vero ſubeſt ratio aliqua figura eſt, quæ latiſſime patet. Atq; omiſſis quæ marcellus colligit ex vario autorũ vſu noĩatiuus ponitur pro genitiuo. Verg. v. æñ. creſſa genus pholoe: gemini circum vbera nati. i. generis Cretenſis. Gell. lib. xviij. Ariſtotelis (inquit) libri ſunt omnes genus elegãtiæ referti, id eſt omnis generis. Et in digeſtis titulo de fundo inſtructo. eadem ratione ponitur accuſatiuus pro genitiuo, niſi forte & nominatiuus eſt. in l. cuius initium eſt quæſitum, ſupellectcarios (inquit) & cæteros id genus ſeruos, pro eius generis. Liuius quoq; apud Priſcia. quando duo (inquit) cõſules eius anni alter morbo alter ferro periſſet: ſuffectum conſulem negabant comicia habere poſſe. duo ordinarij conſules dixit. pro duorum cõſulum ordinariorum, nam quemadmodum diximus in prolepſi: ſi ad ea quæ diuiduntur: verba ſingulariter conſequantur: genitiuum oportet præponi pluralem diuidendo. Nominatiuus quoq; ponitur pro vocatiuo. Verg. j. æñ. gnate meæ vires mea magna potentia ſolus. Plinius lib. vij. natura. hiſto. ſalue primus omnium parens patriæ appellate. Nominatiuus pro ablatiuo. Cicero in lelio, qd enim indigens Affricanus mei. pro in quo, & illud ex euangelio, ſi quid aliquem defraudo, redde, quadruplũ pro in aliquo. Genitiuus pro nominatiuo. Cicero in. j. de diuinatione. cum illius diei mihi venit in mentem. ꝓ ille dies, quod exemplũ inter idiomata ſermonis latini Diomedes Poſuit. Idem quoq; Cicero in verrẽ. ita velim mihi deos propicios: vt cum illius mihi temporis venit in mentem, pro illud tempus. Valla aliquod ſubſtantiuũ in his clauſulis ſubintelligendũm eſſe opinatur, puta condicio, aut ſtatus, aut fortuna. Genitiuus pro nominatiuo vel accuſatiuo ex figura græca. Terentius. quod illic hominũ litigãt, pro quot homines. Idem dij boni boni quid porto, pro quod bonũ. Hora. j. ſermo. ille repotia natales alios ve dierum, pro alios dies. Genitiuus pro ablatiuo. Cicero ad herenium. oratoris officium eſt ijs de rebus poſſe dicere, quo ad eius fieri poterit. i. ab eo. Datiuus ꝓ accuſatiuo & præpoſitione. Verg. j. æñ. inferretq; deos latio. i. in Latium, & in eodem venturũ excidio Lybiæ. i. in excidium. Accuſatiuus pro nominatiuo. Verg. j. æñ. vrbem quã ſtatuo veſtra eſt, pro vrbs. Vocatiuus pro nominatiuo, ſeptimꝰ caſus pro genitiuo. Verg. j. æñ. ſunt mihi bis ſeptem præſtãti corpore nymphæ, pro præſtantis corporis. Plinius. lib. vij. natural. hiſto. gentem ſilueſtrem ſtridoris horrendi. hirtis corporibus oculis glaucis. dẽtibus caninis Alia ratione Plautus in caſſina poſuit ſeptimũ caſum pro genitiuo, habet (inquit) gladium, ſed duos, qbus altero te occiſurũ ait. altero villicũ: quibus dixit pro quorũ. ¶ Syntheſis græce latine interpretatur cõpoſitio, quæ quoties fit: ſolœciſmus eſt, niſi aliqua ratione excuſetur. vt Verg. j. æñ. pars in fruſtra ſecant: verubuſq; trementia figunt. pars poſuit pro alij. Hora. iactamus iam pridem omnis te Roma beatum, omnis roma poſuit pro omnes romani. Terentius in adelphis. aperite aliquis actutum oſtium. pro aliqui ex vobis aperiant. Apuleius. iij. floridorum. ingens frequẽtia cõuenere. pro homines frequentes. ¶ Synechdoche. græce interp. cõprehenſio. & eſt quoties id quod eſt partis, datur toti, vt niger capillos. pro eo quod eſt habens capillos nigros. dicit autem poſſe fieri per verbum ſubaudi neutrum, aut paſſiuum. Verg. iij. geor. micat auribus & tremit artus. Idem primo æneidos, expleri mentem nequit. i. non habet mentem expletam. Idem quinto, flauaq; caput nectentur oliua. per participium. Vergilius. j. æñ. nodoq; ſinus collecta fluentes, hoc eſt habens ſinus fluentes collectos. Per nomen adiectiuum. vt idem in eodem. nuda genu. i. habens genu nudum. Horatius in carmine, quam notam dixit viuens videri, cætera fuluus, hæc figura quãq̃ poetis tantum ſit permiſſa: vtimur aliquando illa & hiſtorici: qui nonnunq̃ in genere dicendi poetas imitantur. Liuius. xxij. ab vrbe. at vero Hannibal ipſe dum murum incautus ſubit. aduerſum femur tragula ictus cecidit. Pomponius mella de Britannis. vltro (inquit) corpora infecti. Idem alio loco. Sarmatæ totum brachati corpus, & niſi qua vident, ora tecti. Apuleius primo metamorphoſeos, tremor (inquit) viſcera quatior.

Antiptoſis eſt caſus ꝓ caſu poſitio ſub ab aliqua ꝓprietate, vt vrbem quã ſtatuo veſtra eſt. & requiruntur tria. hoc eſt vnum ſubiectum. vna ꝓprietas; & ꝙ caſus ponatur pro caſu.

Syntheſis eſt attributio proprietatis vni vel pluribus copulatis; quod fit non gratia vocis, ſed ſignificati. vt pars in fruſtra ſecant; & requirũtur tria: hoc eſt vnum ſubiectum; vel plura copulata, ꝓprietas. & attributio proprietatis concordans cũ ſignificato & non cum voce.

Synechdoche eſt attributio partis ad totũ ſub proprietate verbi vel participij; vel nominis adiectiui. vt expleri mẽtem nequit, nuda genu nodoq; ſinus collecta fluentes. & requiruntur tria, hoc eſt totum. ꝓprietas. & pars in acuuſatiuo poſita.

¶ Finis tertij libri.

Liber quartus. Quemadmodum libro ſuperiori dictum eſt, præceptiuæ grammaticæ partes ſunt quottuor. Orthographia, quæ de littera. Proſodia, quæ de ſyllaba. Etymologia, quæ de dictione. Syntaxis, quæ de octo partium orationis conſtructione diſputat. De littera pauca in eodem libro tetigimus, quia eius cõſideratio per ſingulas fere dictiones ſpargitur, atq; ex libris, quos de vocabulorum ſignificatiõe partim ædidimus, partim ædituri ſumus petenda eſt: quandoquidem ſingularia ſub generalibus præceptis cõprehendi non poſſunt. De ſyllaba copioſius libro inſequenti diſſeretur. De etymologia parte illa quæ circa ſingularum dictionum accidentia verſatur, tribus libris ſuperioribus per omnia fere diſputatum eſt. Nam deriuationes ſignificationeſq; ad memoratos vocabulorum libros refertur. De quarta grammatices parte, quam græci ſyntaxin, nos partium orationis ordinem ſiue conſtructionẽ vocamus, in hoc quarto libro diſputabimus. Reſumentes in primis, quæ conbinatione adiectiui cum ſubſtantiuo, relatiui cum antecedenti, nominatiui cum verbo primo libro ſcriptũ eſt, quodq; in fine libri

ſuperioris de figura cõſtructionis diximus. Igitur primum præceptum conſtructionis id, quod libro primo diximus, propemodum naturale eſt, quod adiectiuũ & ſubſtantiuũ in tribus conueniunt in genere, numero, & caſu. Quod ſi adiectiuum cum ſubſtantiuo in illis tribus non cõueniret, ſolœciſmus eſſet manifeſtarius: niſi aliqua ratione vitium illud excuſaretur: vt Cicero ad atticum. Solius enim meum peccatum corrigi non poteſt. Idem pro murena, ex tuo ipſius animo conjecturã aperis. Idem in piſonẽ. Dico mea vnius opera rẽpublicam liberatam. & illud ex euangelio Lucæ. tuam ipſius animam pertrãſibit gladius. Excuſatur autem hoc vitium, quod genitiui illi ſolius, ipſius, vnius ad genitiuos ſubſtantiuos referuntur, qui receſſerunt ab vſu: in quorum locum ſubſtãtiua ſunt pronomina poſſeſſiua, quemadmodum lib. primo diximus. Et infra. xii. de conſtructione verborum impersonaliũ intereſt & refert dicturi ſumus, agetur. nam quod Cicero in. iii. de oratore dixit. voluntati veſtræ omnium parui. non poteſt eadem neceſſitate excuſari: cum potuiſſet dicere volũtati veſtrum omniũ parui. Illud vix tollerabile, quod Ouid. in epi. œnones ſcripſit. & fleſti: & noſtros vidiſti flentis ocellos. nam & noſtros poſuit pro meos, & meos pro mis. flentis vero quẽ genitiuũ eſſe ex ſyllabæ quantitate deprehenditur, nõ ad vocem: ſed ad ſignificationem retulit. Quodſi poſt illa pronominã poſſeſſiua, quæ pro ſubſtãtiuorũ genitiuis ponuntur: alterũ ſubſtantiuũ ſequatur in genitiuo, intollerabilis erit conſtructio, quale eſt illud Boetij in. i. de cõſolatione, ſolantur mœſti nunc mea facta ſenis. & illud ex. iii. lib. regũ. tulit filiũ meũ de latere meo ancillæ tuæ: & illud quoq; Pauli apli in. i. epl'a ad Corinth. Salutatio manu mea Pauli. niſi forte ſit appoſitio duorum ſubſtantiuorum pro mis ſenis. mis ancillæ. mis Pauli. neq; n. potuit dici mis ſenis meæ ancillæ. mei Pauli. quia error eſſet ſimilis illi: cuius merito Valla Priſcianum refellit dicentem, mei Priſciani eges. tui priſciani egeo, ſignificabat enim idem, quod meo priſciano eges. tuo priſciano egeo. non me priſciano eges. te priſciano egeo. Ablatiui præterea numeri ſingularis horum nominum ſiue participiorũ præſens abſens iunguntur cum ablatiuis pluralibus quorundã ſubſtantiuorũ. vt apud Terentium in eunucho. neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi. pro abſentibus nobis. Plaut. in amphy. neq; nobis præſente aliquis quiſquam niſi ſeruus. Pomponi⁹ attellanarum ſcriptor, quid enim apud forum præſente teſtibus mihi vendidit. pro præſentibus teſtibus. Neuius. volumus dono dare pæſente omnibus. pro præſentibus omnibus. Actius, eſt res aliqua, quæ præſente hic prius natura inſtitit. pro præſentibus his. Præterq̃ autoritate poteſt excuſari hoc vitium illa ratione Marcelli, qui putat has dictiones abſente præſente formæ eſſe monopotæ. Genera quoq; & & numeri confunduntur cum non ad vocem, ſed ad rem adiectiuum refertur. vt Verg. vii. æñ. pars arduus altis puluerulentus equis. Idem in. iiii. pars grandia trudunt obnixe frumenta humeris. & Hor. in. i. ſermo. legati miſſi magnis de rebus vterq;. & Ouid. de remedio. vtraq; formoſæ me iudice ſunt venerandæ. Idem in epiſtola œnones. Miſcuimus lachrymas mæſtus vterq; ſuas. Huc etiam pertinet illud Verg. xii. æñ. dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in equora currunt quiſq; ſuũ populatus iter. Idem in eodem. pro ſe quiſq; viri ſumma nituntur opum vi. & illud Liuij. auſi ſumus cum parentibus terlare quæq; ciuitas ſuis. Gerundium quoq; adiectiuũ genitiui ſingularis poſſe iungi cum ſubſtantiuo plurali ſuo loco dicemus. Conſtruuntur etiam inter ſe genera diuerſa, vt Verg. dulce ſatis humor depulſis arbutus hædis, & quod ſequitur. Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres: vbi dulce & triſte diuerſis generibus copulantur. Illud quoq; Luca. in. i. hinc leges, plebiſcita coactæ. Relatiuum. duplex eſt relatiuum, alterum ſubſtantiæ. alterum accidentis. Relatiuum ſubſtantiæ eſt, quod refert antecedens ſubſtantiuum: qualia ſunt, qui, quæ, quod, ſuus. a. um. & alia pronomina relatiua: quæ dicuntur identitatis Sunt alia relatiua, quæ dicuntur diuerſitatis. vt alius. alter. reliquus, cæter cætera cæturum: ſi cæter vſpiam reperitur. Relatiuum accidentis eſt, quod refert antecedens adiectiuum, cuiuſmodi ſunt qualis. quantus. quotus. cuias. Relatiuum accidentis cum antecedente debet conuenire: ſi non ſequatur alterum ſubſtantiuum, cum quo iungi poſſit. vt ſi dicas, miſi tibi libros mẽdoſos: quales mihi dederas. Quod ſi alterum ſubſtantiuum ſequatur, cum illo debet conuenire. vt eſt animal varium, qualis eſt mulier, eſt templum magnum, quantus eſt mons. Horatius tamen in epodo ſingulari exemplo relatiuum accidentis antecedenti retulit dicens. Sed incitat me pectus mammæ putres: æquina, quales vbera. Relatiuum vero ſubſtantiæ cum antecedente debet in genere & in numero conuenire. vt ego amo, qui doceo. Si tamen quis, vel qui inter duo ponatur ſubſtantiua, vtriq; illorum referri poteſt. vt ſi dixeris, eſt animal, quod appellant orygen, vel quem appellant orygen. ſi tamen ſubſtantiuum, quod ſequitur, nomen eſt proprium: relatiuum illi debet reſpondere. vt Saluſtius in catilina, eſt locus in carcere, quod tullianum appellatur. & Liuius. anxur fuit, quæ nunc ſunt terracinæ. & Paulus in epiſtola ad galatas Hieronymo interprete. ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Verg. i. æñ. eſt locus, heſperiam graij cognomine dicunt, vbi Seruius notat debere ſubintelligi quam, & nullo modo quem. Solœciſmum tamen fecit Ennius apud Diomedem cum (inquit.) Quis tu es mulier, qui me inſueto nuncupaſti nomine? qui dixit pro quæ. Sed quemadmodum hoc vitium intolerabile eſt, ita illud excuſari poteſt, quod Boetius de conſolatione ſcribit. nihil imbecilius homine, quos morſus muſcularum necat: nam cum homo indiffinite ſignificet: retulit ad ſingulos: qui ſub ſpecie humana continentur. illud quoq; Saluſtij in Catilina, interea ſeruitia repudiabat: cuius initio ad eum magna copia concurrebat. cuius dixit pro quorum, excuſari poteſt, quod ſeruitia pro ſeruis ſingulari numero caret, quod ſi haberet. ita dixiſſet ſeruitium pro ſeruis: ſicut iuuentutem pro iuuenibus, ſed hoc in ſingulari dicim⁹. illud tantum in plurali. vel potius dixit cuius ſubſtantiue in genere neutro, pro cuius rei. quale eſt illud Terẽtij in eunucho: qui habet ſalem, quod in te eſt. i. quæ res. Ad rem quoq; nõ ad vocem refertur quãdoq; relatiuũ. vt apud Terentiũ in andria. laudare omnes fortunas meas, qui haberem gnatum tali ingenio præditum. meas dixit pro mis ea ratione qua ſupra diximus in pronominibus poſſeſſiuis ſubintelligi genitiuos illos, quorum in locum ſucceſſerant. Ergo laudare pro laudabant omnes fortunas meas. i. mis, qui haberem gnatum & cætera. Econtrario idem in eodem. Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis, in his poeta nomen profitetur ſuum. excuſatur vitium, quod quiſquam ad plures pertinet. Nominatiuus & verbum. Solœciſmi quoq; ſiunt contra hoc præceptum: ſed excuſantur aliqua ex figuris: de quibus in fine libri ſuperioris dictum eſt.

# LIBER QVARTVS

Liber quartus de cōſtructione. Quemadmodū omne verbū perſonale ante ſe cū nominatiuo conſtruitur: ita poſt ſe varios caſus recipit, quā rem nūc aggredimur ab illo potiſſimū facientes initiū, quod verba partim ſunt perſonalia: partim imperſonalia. Itaq; perſonale & imperſonale duo prima genera ſunt verborum: cū Diomed. atq; Donatus partim ad ſignificationē verborum: partim ad modos verbum imperſonale referant. Illi namq; ad quinq; genera verborum ſiue ſignificationes addant ſextum, quod appellant imperſonale. & ad quinq; modos ſextum quem æque vocant imperſonalem.

¶ Liber Quartus de cōſtructiōe octo partium orationis. Cap. primum de cōſtructione verborum actiuorum.

Verba partim ſunt perſonalia, partim imperſonalia.

Perſonalia ſunt, quæ habent numeros & perſonas,

Imperſonalia, quæ carent numeris & perſonis, de quib⁹ poſtea dicemus. Perſonalia rurſus in quinq; genera diuidūtur, actiuum. paſſiuum. neutrū. commune. deponens.

Actiuum verbum eſt illud, quod deſinit in. o. & habet paſſiuum in. or. & exigit ante ſe nominatiuū in perſona agenti vel facienti. & accuſatiuum in perſona patienti. Eius complures ſunt ſpecies.

Nos tamen qui ſignificationem in quinq; genera & modos in numerū quinariū diuidimus. prima diuiſiōe verbū in perſonale & in imperſonale partimur. vt ſit illud pſonale, cuius tempora per numeros & pſonas explicantur: imperſonale, cuius tēpora numeris & perſonis carēt. Differt autem ab infinitiuo modo, qui æque numeris & perſonis caret, qđ infinitiuus verbū alterius modi deſiderat, numeroſq; & pſonas habet, ſed implicitas: imperſonale non indiget verbo alterius modi: quin potius ipſum libere per oēs modos ſpargitur. Sed verbi imperſonalis conſideratione in aliū locū reiecta: verbum perſonale in quinq; genera (vt dialectici dicūt) ſub alterna diuidimus. actiuū. paſſiuū. neutrū. deponens. cōmune, de quibus ſingulatim differentes dicimus: actiuū verbū eſſe illud, qđ in. o. deſinit: habetq; paſſiuū in. or. hæc diffinitio non omnia: ſed pleraq; huius generis verba cōplectitur, nā audeo es. volo. vis. facio. cis. do. das. actiua eſſe nemo dubitat: quæ tñ in voce paſſiua nō habēt audeor. volor. facior. dor. illa quoq; defectiua odi odiſti. noui nouiſti. memini meminiſti. cœpi cœpiſti. inter actiua pprie numeranda ſunt: quādoquidem cū accuſatiuo cōſtruuntur, quæ tñ neq; vocem actiuā in. o. neq; paſſiuā in. or. habent. Et exigit ante ſe noīatiuū. hoc cōmune eſt oībus verbis perſonalibus. Pro perſona agenti, vel facienti, hoc propriū eſt verbi actiui vel neutri actionē ſignificātis. nā reliqua verborū genera poſſunt etiā paſſionē ſignificare. exiguntq; ante ſe noīatiuū ꝑ pſona patienti. vt exulo. as. lætor. aris. criminor. aris. Accuſatiuū in perſona patienti: hoc etiā cōmuni & deponēti cōmune eſt, niſi qđ omnia actiua poſſunt cōſtrui cū accuſatiuo: nō tamē oīa, ſed quædā cōia & deponētia. Quod vero dixit in pſona agenti, vel faciēti, nō ocioſe dictū eſt. Nā differentia illa inter agere, & facere, qua vtitur Ariſt. in. xi. æthicorū & . ix. metaphyſicorū. nō ſolum a philoſophis. verūetiā ſtudioſis linguæ latinæ obſeruatur: vt facere ſit rerū in materiā exteriorem trāſeuntiū. vt feci domū. feci librū. feci opus. agere vero eſt rerū immanentiū. vt ago fortiter. ago prudenter. ago orationem. Ego hoc loco non poſſum ſatis mirari, quæ demētia grāmaticos cœperit partim iuniores: partim etiā quoſdā ex antiquioribus: vt verbum actiuū diffiniāt, qđ pōt cōſtrui cū accuſatiuo noīm ſignificātiū animal rationale, neq; enim aliā ob cauſam illos hoc ſcripſiſſe arbitror, niſi vt difficultatem augerēt iis in rebus in quibus nulla erat difficultas. nā quid per deū immortalem obſecro te ad grāmaticū rei literariæ præſertim huc rudem ſcire attinet: quid ſit trāſire in animal rationale, quid in aīal irrationale? aut ſi dicere poſſumus ego exerceo terrā: tu ſeminas agrū. ille comedit panem. cur etiā (ſi rerum natura nō patiatur) non poſſumus dicere, ego aro mulierē: tu ſeminas filios. ille comedit puerū, atq; in voce paſſiua. ego aror, quemadmodū apud Ouid. ii. met. tellus dicit. totoq; exerceor anno pro aror. ſicut Verg. i. geor. exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis. & quod Paulus ad thimotheum. cap. iiii. ſcribit. ego enim iam delibor, quod ſi ſeminor a patre: comedor a lamia. & ſimilia dicere non poſſumus, quoniam illud dici poſſe rerum natura non patiatur, atqui licebit dicere ego non aror, non ſeminor, nō comedor: ſed nec arari neq; ſeminari, neq; comedi poſſum, neq; illud dici poſſet. aſinus centipes volat. bos alatus diſputat. vulpes arguta cauillatur, & non intelligunt homines perditi aliud eſſe grāmaticæ loqui: aliud verum a falſo diſtinguere, quod propriū eſt dialecticæ. Pari ſtulticia ſunt, qui rem neq; philoſophis quidē oībus perfecta conantur ad grāmaticē transferre, quo miſerorum ſimpliciumq; puerorū ingenia vexent. & torqueant in re, quæ nihil ad illos pertineat. Aiunt namq; verba illa metuo. timeo formido, & quæ ad ſenſus exteriores, interioſq; pertineāt: qualia ſunt. video. audio. tango. intelligo. ſentio. cōſtrui cū noīatiuo in pſona patiēti & cū accuſatiuo in perſona agēti vel facienti. vt ſi dixeris ego video lapidē, quia lapis ſenſum videndi moueat, idcirco agere putandus ſit. Hoc eſt ſimplicitatem puerilem erudire? an nugis, vel potius nebulis quibuſdam innolere? Aut cū dicitur ego video lapidē, quomodo puer intelliget lapidis ſpeciē oculos meos mouere: cū etiā inter philoſophos ſint, q dicant viſionē p radiorū ex oculis emiſſionē fieri? Eadē rationē pauca admodū verba eſſent, q̄ nō haberēt ſignificationē inuerſam: vt in voce actiua pſona agēs, vel faciēs ſit in actō: atq; ediuerſo patiēs in noīatiuo cū præſertim philoſophi dicāt: qđ oīs agēs agēdo rē patitur. hoc enim modo, qui aliqd amat. ab illo patitur: cū amor: ut phiſici dicūt, affect⁹ vel vt iuniores dicūt: paſſio ſit. Sed hoc nō magis ad grāmaticū ptinet, quā verū a falſo diſtinguere, cū hoc ad dialecticū, vt diximus, illud ad philoſophū pertineat. Eius, hoc eſt verbi actiui, cōplures ſunt ſpecies ſiue gradus. ſiue ordines, ſunt enim ſex. Nā cum ſit verbi actiui ꝓpriū poſſe cū actō conſtrui, aut cōſtruitur tantū cū actō, aut cū actō & genitiuo, vel datiuo, vel altero actō, vel ſeptimo caſu, vel ablatiuo cū præpoſitiōe. a. vel. ab. Ex quo fit, vt verbi actiui ſex ſint ſpecies. Species aūt nō eo modo accipimus quo grāmatici, qui in ſingulis partibus oratiōis ponūt ſpeciē ꝓ illa forma: qua primitiuū a deriuatiuo diſtinguitur, ſed quo dialectici: qua gñri ſupponūt ſpecies: vt cū ſint quinq; gña verborū, quodlibet genus rurſum diuidatur in ſpecies.

¶Prima ſpecies verborum actiuorum eſt; quæ poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo tantum, Qualia ſunt.

Amo.as.aui.por amar cõ paſſion. vt ego amo filiũ.

Redamo redamas redamaui.por amar en retorno. vt ego redamo amantem me.

Deamo.as. aui. por mucho y con aficion amar. vt Terentius.deamo te.

Adamo.as.adamaui, por amar como enamorado. vt mater filium amat, quaſi adamet.

Diligo diligis dilexi.por amar con razon y elecion. vt ego diligo res honeſtas.

Colo colis colui.por amar al mayor en dignidad.vt ego colo principes terræ.

Colo.is.por labrar afeytar o morar.vt colo agros. colo faciem.colo.domum.

Traho trahis traxi. por lleuar o traer por fuerça. vt trahe me poſt te.

Duco ducis duxi.por lleuar o traer guiando. Terẽtius.duc me ad illam.

Deduco deducis.por acompañar a otro deſde ſu caſa.vt deduc me in forum.

Reduco reducis.por acõpañar a otro haſta ſu caſa vt reduc me domum.

Deduco deducis.por echar las naues al agua. Vergilius.deducunt ſocij naues.

Subduco.ducis.por ſacar las naues del agua. Vergilius.ſubducite naues.

Ago agis.por lleuar delante de ſi.vt capellas protinus ago.

Ago agis. por lleuar la beſtia caualgando. vt ago mulas.

¶Prima igitur verborum actiuorum ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo tantum: vt amo vxorem.doceo filios, non quod vllum ſit verbum, quod præter accuſatiuum non poſſit alios quoq; caſus recipere; ſed quod plerũq; accuſatiuo contentũ ſit.vt ego amo vxorem voluptati amore quodam ſingulari.doceo tibi filios grammaticam tanti quanti alius dialecticam.Atq; econtrario nullum verbum eſt, quod non poſſit abſolutum reperiri (vt Ouid.) prima mihi nutrix æole dixit amas, neq; enim expreſſit, quem amaret. Poſuimus autem in qualibet ſpecie pauca verba illa præcipue: in quibus aliqua differentia eſt: nam reliqua a lexico illo noſtro diffuſiori repetenda ſunt. ¶Amo.as.interamo.as. redamo.as. deamo.as.adamo.as.diligo.is.colo.is.hoc intereſt vehementer atq; cum effectu quodã cæco, q amare eſt, & immoderato aliquid amore pſequi. ¶Redamare vero eſt repenſionem in amore facere, vt Apul.in li. de philoſophia.nec reciprocari queant, vt ament: qui redamãtur. ¶Deamare eſt adhuc vehementius & pluſq̃ amare.vt Terent. in heauton.deamo te (inquit) ſyre. ¶Adamare eſt idipſum facere: ſed laſciuiori quodam atq; amatorio modo, quæ differentia, vel Quint.verbis oſtenditur in declamatione pro vxore. Matres (inquit) liberos ſuos tanq̃ adamarint: amant: & quomodo id fiat ſubiungit: videbis oculos nũq̃ a facie vultuq; deflectere, comare caput, habitumq; componere: & quæ ſequuntur. Cicero tamen in epiſtola ad curionem pro amare tãtum poſuiſſe videtur: cum ſcribit, quarum laudũ gloriã adamaris. ¶Diligere vero rationem quandã atq; electionem præ ſe fert.vt diligere ſit opus rationis: amare vero eius partis irrationalis, qua cõcupiſcimus. Vnde & in ſacris litteris frequentior eſt vſus dilectionis quam amoris, quod huic paſſio: illi vero ratio ſubeſt. Cicero in epiſtola ad brutum. L. Cledius valde me diligit, vel emphaticoterõ.i.expreſſius valde me amat. Idem alio loco. Dolobellã antea diligebã, nũc etiam amo. Atq; adhuc alio in loco, ſic igitur facies: & me amabis, aut quo ſis cõtẽtus diliges. ¶Colere eſt ſuperiores gradu ac dignitate cum obſeruãtia quadã amare, quã differentiam diſticho illo Mart.oſtendit. Vis te ſexte coli: volebã amare, Sed ſi te colo ſexte: non amabo. Nam omiſſo ſenſu, turpiori in quo plæriq; volunt videri ingenioſi: hoc vult poeta ſignificare, cum amicitia teſte Ariſtotele nõ poſſit eſſe niſi inter æquales, o ſexte tu vis coli tanquã ab amico inferiori. ego volebam amare te tanquam æqualem: ſed ſi colo te quaſi maiorem amicum: non amabo te: quia iam non eſt æqualis ea ratione qua vis a me coli & obſeruari. ¶Colo colis colui, præter eam ſignificationem, quam ſupra memorauimus. ſignificat etiam exercere, vel adornare, vnde & agricolas & colonos dicimus: qui colunt agros. & faciem colere fœmininæ dicuntur. Eſt etiam colere habitare.vt apud Verg.in buc.Pallas, quas condidit arces, ipſa colat. & Iuue.nos colimus vrbem tenui tibicine fultam. ¶Traho,is.traxi.eſt violenter raptare.ducere vero eſt ijs, quæ ſponte ſequuntur quaſi ductum exhibere, quam differentiam Seneca in epiſtola.cviij.ad Lucillum oſtendit dicens.fata volentem ducunt, nolentem trahunt. ¶A duco præterea compoſita deduco & reduco.præter generalem ſignificationem, ſignificant etiam ſpecialiter comitatus officium alicui præſtare. Hora.i.ſermo.occurram in triuijs: deducam. Mart.dum te proſequor, & domum reduco. Inter deducere quoq; nauem & ſubducere nauem, eſt differentia, quod deducere, eſt ex nauali in aquam immittere. Verg.iij.æñ.deducunt ſocij naues. Idẽ in.iiij.& littore celſas deducunt toto naues. Liui.xxiij.ab vrbe condita, nauibus longis ad Caralis ſubductis. & paulopoſt nauibꝰ longis deductis Verg.i.æñ.vrbẽ quam ſtatuo veſtra eſt.ſubducite naues. ¶Agere quoq; oues, boues, capras eſt quaſi ante ſe cogendo impellere. Oui.i.meta.hac agit, vt paſtor per deuia rura capellas. Verg.in buccolicis, en ipſe capellas protinus æger ago.hanc etiam vix tityre duco. Nam capram illã quæ partu ſoluta erat, deducebat.i.ſe illi ducem exhibebat, vixq; ſequi poterat, reliquas agebat.eſt etiam agere equum, aſinum, mulam, illos tergo inſidendo moderari. vt in epigrammate illo Martial.quo plæraſq; huius verbi ſignificationes complexus eſt poeta. Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper. Eſt.non eſt quod agas, Attale ſemper agis. Si res & cauſæ deſunt, agis attale mulas. Attale ne quid agas deſit, agas animam. Sed quemadmodum ducere & trahere & agere dicimur illa, quæ non ſubſtinemus noſtro corpore: ita illa portare. ferre.baiulare.gerere dicimur, quæ nobiſcum, & in aliqua corporis parte habemus.

Vehere autem ea tantum, quæ humeris, aut capite portamus, ſic equus vehit ſeſſorem, nauis nautam. & illud Ouidij primo meta. fuluos vehit vnda leones. & Verg. vi. æñ. hi quos vehit vnda ſepulti. Quæ vehuntur di untur etiã portari, ferri, baiulari. Verg. j. æñ. portãtur auari pygmaliõis opes pelago, ſed qđ manu portatur, non recte dicetur vehi. ¶ Inchoo inchoas. ſemper cũ accuſatiuo cõſtruitur. vnde Diomedes inter idiomata incuſatiui illud poſuit. Verg. iij. geor. te ſine nil altũ mens inchoat. Idem. vj. æñ. nocturnas inchoat aras. hinc Georgius Merula iure Galeotũ martiũ præceptorẽ meũ refellit, qđ in titulo cuiuſdã operis ſui ſcripſit, liber inchoat prim9. ¶ Incipio, & ſi cũ accuſatiuo conſtrui poteſt, recte forſitam poſſis dicere. liber primus incipit. ſed recti9 pfecto liber prim9 incipitur. ¶ Ineo, inis, autore Valla cum in hac ſignificatiõe accipitur: nunq̃ niſi de rebus maximi momẽti dici ſolet. vt ineo pacẽ, ineo ſocietatem, ſed nõ ita poſſis dicere ineo prandiũ, ineo conuiuiũ. Huius quoq; verbi participiũ præſentis poſitũ abſolute ſine accuſatiui cõſtructiõe maioribus rebus adhibetur. vt ineunte vere. ineunte pueritia. non autem recte poſſis dicere. ineunte die. ineunte dormitionẽ. ſed potius incipiente.

¶ Diſco. cis. diſcere eſt eorum, quæ ignoramus cognitionem aſſequi. Martia. diſce, quod ignoras marſi: doctiq; pedonis. ¶ Ediſcere eſt illa, quæ dicimus memoriæ mãdare. Cice. j. de oratore. exercẽda eſt memoria, ediſcenda ad verbũ quã plurimis. ¶ Dediſcere eſt illa, quæ ediſcimus obliuiſci. Idem in. iij. eiuſdem, ob eamq; cauſam dediſceret ediſcẽdo iuuẽtus noſtra. ¶ Oppugno. gnas. oppugnare. & impugnare eſt pugnando aliquem locum aggredi. Verg. v. æñ. ille velut celſam oppugnat qui mollibus vrbem. ¶ Propugnare eſt oppugnantib9 repugnare. vnde & turrium propugnacula dicta ſunt. ¶ Expugnare eſt oppugnãdo capere. Ex quo interpretis error, vel potius librariorũ, cõuincitur, qui in pſalmo p ſæpe impugnauerũt, vel oppugnauerunt me a iuuentute mea, ſcripſerũt ſæpe expugnauerũt me a iuuentute mea. Nam ſi expugnauerunt, ideſt ſi pugnando cœperunt prophetam, quomodo non potuerunt illi præualere? eſſe autem librariorũ nõ interpretis errorem, ex eo ſuſpicari poſſumus, quod in Pſalmo. xxxiij. differẽtiam obſeruauit dicens. Iudica dñe nocẽtes me: expugna impugnãtes me. ¶ Capio. is. cœpi eſt capere, vl' accipere ſponte, vel non ſponte. vt magnã cœpi moleſtiam. magnum cœpi dolorem. accepi vulnus in prælio. accepi pecunias in bello. ¶ Sumere eſt tantum ſponte. Valeri9 maximus, non coactus enſem accipere: ſed ſua ſponte ſumere videtur. Dicimus præterea reciproce capio voluptatem: & voluptas capit me. Cicero in epiſtolis. magnam cœpi ex tuis litteris voluptatẽ. Idem, me ſumma cœpit voluptas. ¶ Paco. as. pacare eſt pacẽ victis imponere, atq; leges illis dare. Verg. in buc. pacatũq; reget patris virtutibus orbẽ. ¶ Placare eſt ab indignatiõe ad lenitatẽ reducere. Verg. ij. æñ. ſanguine placaſtis vẽtos & virgine cæſa. ¶ Pacificare, tũ placare, tũ pacem facer ſignificat. Catull9, hoſtia cæleſtes pacificaſſet hæres, Sillius lib. xv. pacificãs diuos. Saluſt. in iugurtha. metellus initio iugurtha pacificãte præſidiũ impoſuerat. Iuſtinus lib. vj. pacificare cũ altero ſtatuit. Laſſo. as. laſſare eſt propemodũ fatigare, & ptinet tãtũ ad animata. Iuue. & laſſata viris nondũ ſatiata receſſit. Laxare vero eſt, qđ erat cõtractũ explicare: & ptinet ad inanimata. Luca. in. v. totoſq; rudẽtes laxauere ſinus. Eadẽ differẽtia eſt inter laſſus & laxus: quoniã laſſus eſt labore fatigatus, laxus vero fluxus atq; ſolutus. Terẽ. laſſus ſum, ſed nõ defatigatus. Verg. j. æñ. & præmere & laxas ſciret dare iuſſus habenas. ¶ Abdico. as. abdicare eſt expellere filiũ a bonis, dũ viuit pater, aut quomodolibet aliquid aliena. Teren. generũ abdicat. Exhæredare vero eſt, poſt mortem illud idem facere. Martialis, exhæredauit te philomuſe pater, dicimus quoq; abdicauit ſe conſulatu. abdicauit ſe magiſtratu, p eo quod vulgo dicitur, reſignauit conſulatum & magiſtratum.

Veho vehis vexi. por lleuar o traer encima de ſi. vt vehe me humeris.

Porto portas portaui. por lleuar o traer en ſu cuerpo. vt porto pecunias.

Fero fers. Gero geris. Baiulo baiulas. por aquello meſmo. vt fero libros. &c.

Inchoo inchoas inchoaui. por començar. Vergili9 nil altum mens inchoat.

Incipio incipis. por començar como quiera. vt incipio legere, & incipio rem arduam.

Ineo inis iniui. por començar alguna coſa notable. vt ineo amiciciam tecum.

Diſco diſcis didici. por aprẽder algo de nueuo. vt diſco prima elementa.

Ediſco. cis. edidici. por deprẽder algo de coro. vt edidici Vergilium.

Dediſco. cis. dici. por oluidar lo deprendido. vt dedicit pacem.

Oppugno. as. aui. por combatir algun lugar. vt oppugnauit oppidum.

Impugno. as. aui. por aqllo meſmo. vt impugnauit (hoſtes.

Propugno. nas. aui. por defender lo combatido. vt propugnauit vrbem.

Expugno. as. aui. por tomar por combate. vt expugnauit arcem.

Capio capis. por tomar queriẽdo, o no queriendo. Vt cœpi voluptatem. cœpi moleſtiam.

Summo. is. ſumpſi. por tomar por nueſtra volũtad. vt ſumpſi negocium.

Paco. as. aui. por apaziguar a los vencidos. vt Scipio pacauit Lybiam.

Placo. as. aui. por amãſar al ayrado. vt ego placaui (illũ.

Pacifico. as. aui. por aquello meſmo, o hazer paz.

Laſſo. as. aui. por fatigar lo que tiene anima. vt ego laſſabo hominem.

Laxo. xas. aui. por afloxar lo apretado. vt ego laxabo vincula.

Abdico. cas. caui. por deſheredar al hijo en vida. vt Terentius. generum abdicat.

Exhæredo. as. aui. por deſheredar lo en la muerte. vt exhæredarauit filium.

*¶ Secunda verborum actiuorũ ſpecies. ¶ Impleo.es. Vergilius primo æneidos. implentur veteris bacchi pinguiſq; ferinæ. Lucanus in primo. implentur valido tyrone cohortes. ¶ Accuſo.as. verba quæ ad accuſationẽ pertinent, huꝰ ordinis ſunt, accuſauit Appium dolobellæ repetundarũ, vel crimine repetundarum, vel de repetundis: poſtulauit etiã illum repetundarũ, vel repetundarũ crimine, vel de repetundis. & conuicit illũ ambitus, vel de ambitu, & dãnatus vtriuſq; criminis, vel vtroq; crimine. ¶ Incuſo.as. ad hunc ordinem non pertinebat, ſed interpoſitum eſt: vt differentia inter illud, & accuſo denotetur: ne putet quiſquam, idem vtrumq; verbum ſignificare: ſed neq; cũ eiuſdem caſibus cõſtrui debere. Inſimulo quoq; accuſo. Plautus in Amphytrione, atq; inſimulabit eam probri. Idem in eodẽ, neq; me perpetiar probri falſo inſimulatã. ¶ Emo.is. verba preciũ ſignificantia nõ conſtruuntur paſſim cum genitiuo & ablatiuo, ſed quemadmodũ ſtatim dicturus eſt cũ genitiuo quorundã nominũ, & cũ aliorũ ablatiuo. vt Plautus quãti eã emit: Reſpõdetq; alter vili. Hora. quãti emptæ? paruo, quãti ergo? octuſſibus. Leuitici. tamen. xxxvij. quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur. ex quo regula illa grãmaticorum exceptionem habet, aiunt nãq; eodẽ caſu reſpondendũ nobis eſſe, quo interrogamur, nã interrogamur per genitiuũ: & reſpondemus per ablatiuũ. Teren. qd agas niſi te: vt redimas, quantũ queas minimo: & ſi nequeas paulo: at quanti queas. Iuue. balnea ſexcentis & pluris porticus empta. Paro paras. pro comparo compras. Lucanus in. j. magnoq; æterna parantur regna deis. Iuueñ. flos Aſiæ ante ipſum precio maiore paratus. Sto ſtas, pro conſto.as. Verg. lib. x. haud illi ſtabunt æneia paruo hoſpitia. Martial. conſtatura fuit megalenſis purpura centũ. Iuue. tãti partus æque, quãti veneficia conſtat. Cice. in verrem. tantidem æſtimaſſe: quanti ſacerdotem. Iuueñ. quanticunq; domus conſtet. ¶ Animaduertẽdũ eſt, hæc annotatio ex libro. iij. elegantiarum Laurentij Valenſis tranſlata eſt: qui hoc præceptum a ſe primũ fuiſſe excogitatũ gloriatur, ſcribit enim hos duos genitiuos tanti & quanti ſubſtantiuos in neutro genere cũ illorũ cõpoſitis tantidem quãtidem, quãtilibet. quanticũq;, & duos genitiuos cõparatiuorũ pluris & minoris adiungi his verbis emo, vẽdo, eſtimo, & reliquis preciũ aut æſtimationẽ ſignificantibus, cũ reliquis vero nominibus nõ poſſe conſtrui. neq; enim poſſis recte dicere. vendit hic auri patriã, ſed cũ Verg. vj. æñ. auro. & in. j. eiuſdẽ. exanimũq; auro corpus vendebat Achilles. recte tñ dixeris emi librũ tanti quãti tu, & minoris quã Antonius, & pluris quã Cæſar. Neq; licet his genitiuis adiungere ſubſtãtiuũ, niſi in ablatiuũ cõuerteris: vt tãto precio emi: quãto tu vẽdidiſti, & minori precio emi quã Cæſar: & maiori precio quam Antonius, & quantolibet precio: vel quantouis precio emeris librum, numerabo pecunias [illegible] le. Iuue. quanto metiris precio, q, ni tibi deditus eſſem. Valerius maxi. magno vbiq; precio virtus æſtimatus: tantodem tñ precio non dicimus: quia datiuo & ablatiuo caret tantundẽ. Itaq; non licet exponere quanti emiſti, ſubaudi precij: ſed quanti, ideſt quanto precio, tanti ideſt tanto precio. fallit enim hoc etiam in loco regula grãmaticorum: q, oportet exponẽs & expoſitũ eiuſdẽ eſſe caſus. Neq; ſolũ in verbis huius ſpeciei ſeruit hæc regula: ſed in alijs omnibus preciũ quocunq; modo ſignificantibus. vt veneo venis, quod eſt neutrũ paſſiuum. vt mercor. aris. quod eſt deponens. Liuius. xl. viij. ab vrbe, mancipia minora annis viginti, quæ poſt proximum luſtrum decem milibus æris, aut pluris veniſſent, ea quoq; decẽ tanto pluris, quanti eſſent æſtimarẽtur. Cicero in epiſtolis, in licitatione prius ponam, quam illud minoris veneat. Vergil. ij. æñ. magno mercentur Atridæ. Alia quoq; verba, quorum actus mercede ſunt, etiam hoc modo conſtruuntur, vt doceo doces. Iuue. chryſogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Plinius. xxxv. natural. hiſtoriæ, neminem (inquit) minoris docuit. Ago agis. Iuuena. atq; ideo pluris quam coſſus agebat. Licentius dixit Plinius libro. viij. natural. hiſtor. tanti perire potuiſti: atq; etiam hodie minoris. pro tanto periculo & minori periculo. Contra hanc tamen Laurentij præceptionem, ſtat quorundã ſcriptorum autoritas: ſed Valla de vſu frequentiori ſemper loquitur. Verg. in priapeia, non aſſis faciunt: euntq; recta, & Catullus omnes vnius æſtimemus aſſis. facio enim & æſtimo preciũ ſignificant, quæ tamen genitiuo aſſis iunguntur. Illa quoq; paruifacio. paruipendo. flocciſacio. floccipendo, nihilifacio. nihilipendo. naucifacio. naucipendo. & quod Apuleius. j. metamor. ſcribit. iſtud quidem, quod polliceris æqui boniq; facio contra Vallæ præceptionem dicta eſſe videntur. ¶ Tertia verborum actiuorum ſpecies eſt; eorum quæ dicuntur acquiſitiua.*

¶ Secunda verborum actiuorum ſpecies eſt, quæ præter accuſatiuũ conſtruũtur etiã cũ genitiuo, vel ablatiuo, vt impleo granarium frumenti, vel frumento. Qualia ſunt hæc.

Impleo.es. Repleo.es. Compleo.es, por hinchir alguna coſa.

Accuſo.as. por accuſar en iuyzio o fuera. vt accuſabo te criminis vel crimine.

Incuſo.as, por reprehendiẽdo quexarſe de alguno. vt hic incuſat matrem.

Poſtulo.as. por demandar en iuyzio. vt poſtulabo te apud iudicem homicidij; vel homicidio.

Damno.nas. por condemnar o obligar. Vergilius. damnabis tu quoq; votis, vel votorum.

Emo, redimo, paro, comparo. por comprar, vt emi librum tanti, vel tanto precio.

Vendo. venundo. diſtraho. por vender. vt vendidi pluris & maiori precio.

Aeſtimo. taxo.as. apprecio apprecias, por apreciar. vt æſtimo centum aureis. vel quanti tu.

Animaduertendum eſt, ꝙ verba precium ſignificãtia conſtruunť cũ ablatiuo precium denotante; præterq; cum his genitiuis tanti. quanti. pluris. maioris. minoris. tantidem. quãtidem. quantiuis. quantilibet, & quod Vergilius dixit, non aſſis faciunt. & Catullus Veronenſis. Omnes vnius æſtimemus aſſis.

¶ Tertia verborum actiuorum ſpecies eſt; quę præter accuſatiuum conſtruuntur etiã cum datiuo. Qualia ſunt hæc.

¶ Do das, etiã cũ accuſatiuo & duobus datiuis cõſtrui poteſt, vt do tibi pecunias dono, do tibi veſtem pignori, exempla ſunt Diomedis in idiomate conſtructionis huius verbi. Dicimus præterea do tibi fidem, ſicut habeo tibi fidem, ſed dare fidem, eſt fidem obligare, habere fidem, eſt credere. Dicim9 quoq; do tibi pœnas, i. perſoluo, ſicut pendo tibi pœnas: & do tibi verba, id eſt decipio te. Dicimus etiam, do tibi litteras, ſignificatq; dare, non vt illas legas: ſed vt ad alium perferas, qui legat: vnde & accuſatiuum cũ præpoſitione adiungimus: vt do tibi litteras ad Antonium. tibi, vt perferas ad Antonium vt legat. Saluſtius. Vulturno litteras ad Catilinã dat: ſed dare (vt dicit:) eſt quomodocunq;. donare vero eſt dare gratis, cum huius ordinis eſt. vt dono tibi coronam. Si vero eſt quintæ ſpeciei, ſignificat, (vt ait Valla) facere id premij, aut beneuolentiæ gratia. Cicero pro Archia poeta. Silla cum Gallos, & Hiſpanos ciuitate donaſſet. videlicet in premium meritorum. Plautus in aulularia. dij immortales quot & quantis me donatis gaudijs, qđ eſt magis beneuolentiæ quam meriti. Verg. v. æñ. ſergeſtum æneas promiſſo munere donat, & in eodẽ, hoc iuuenem egregium preſtanti munere donat. hic quoq; in meriti premium munus donatur. ¶ Dedo. dis. eſt ſeipſum alicuius fidei atq; autoritati tradere. Vnde & obſides dicuntur dedere ſe victori & inde deditio. & ſerui dedititij. i. qui ſe miſericordiæ victoris dediderunt. ¶ Præpono. is. vt ego præpono Ciceroni Demoſthenem. præfero Homero Verg. ante pono callimacho Ouidiũ. ¶ Cõmodo. as. inter commodo. as. & mutuo. as. hoc intereſſe conſtat, quod accõmodamus res, quæ eædem numero reddendæ ſunt. vt libros. veſtes. argẽti phialas. gẽmas. mutuam9 vero res, quæ eædem numero reddendæ non ſunt, ſed tãtum in ſpecie. vt frumentũ. vinũ. pecunias. nemo. n. hæc acciperet mutuo ea lege. vt illa ipſa redderet. Sed quemadmodum dicimus ego mutuo tibi pecunias: ita etiam tu mutuaris a me pecunias. Reperitur quoq; commodo tantum pro do. vt apud Luca. in. i. nec cõmodat inuidiã fortuna ſuã. Reperitur & neutrũ ſecundæ ſpeciei. pro eo, quod eſt profum Apulei9. in. ij. florido. beneficio multis cõmodaſti, & exẽplo omnibus profuiſti. ſic ediuerſo incommodo. das. pro noceo: Idem pro magia, ne quid eo nõie ſuis incõmodaret. Teren. in andria. magis vt incõmodet mihi: quam vt obſequatur gnato. ¶ Loco locas, inter loco. as. & conduco. cis. hoc diſtat. q̃ locare eſt mercede aliquid alicui vtendum tradere. vt domum, ſeruum, iuuentum. agrum. cõducere eſt illa eadem mercede accipere. ¶ Suadeo. es. inter ſuadere & perſuadere illa eſt differẽtia, q̃ ſuadere eſt ratiõibus & autoritate aliquẽ exhortari, vt aliquid faciat: queẽadmodũ diſſuadere eſt, ne aliquid faciat. Perſuadere vero eſt impetrare, vt illud ipſum, quod ſuademus efficiatur. ¶ Dico. is inter dicere & loqui illã differẽtiã nõnulli eſſe voluerũt: vt dicamus ea, q̃ ex arte pferimus. loquamur vero natura. ¶ Edico tñ qđ a dico eſt cõpoſitũ ad magiſtratus pertinet. vñ dicũtur edicta prætorũ. & illud ex euãgelio. Exijt edictũ a Ceſare Augu. ¶ Indicere vero eſt cũ quadã ſolẽnitate denunciãdo imperare. Ho. i. ſer. vẽtri indico bellũ. ¶ Credo. is. eſt cõmodare alicui, vel mutuare nõ poſitis pignoribus, ſed tantũ fide obligata. cuius cõtrariũ eſt debeo debes. vnde ab hoc debitores, ab illo creditores ſunt appellati. Credo vero neutrũ ſcđi ordinis, eſt alicui fidem habere: nã credo in deũ & ſimilia inuſitatũ eſt in ſermone latino. ¶ Cõmẽdo. as. notæ ſignificatiõis verbũ actiuũ eſt huius ſpeciei. vt Mart. peccat, q cõmẽdãdũ ſe putat eſſe ſuis. at vero cõmẽdare apđ aliquẽ, eſt illũ laudare, vt ego te apud pricipes noſtros cõmendaui. Oui. v. faſto. illa datos faſces cõmẽdat. i. cõmẽdabiles facit. In eadẽ prope ſignificatiõe reperitur cõmitto. is. cũ duobus verbis ſupioribus, hoc eſt credo com..do. vt apđ Verg. i. geor. debita qua ſulcis cõmittas ſemina. Reperitur quoq; p eo qđ in pugnã inducere. Mart. victores cõmitte Ven9. Luca. in. i. exiguũ dñs cõmiſſit aſyllũ. Cõmitto vero abſolutũ: ſequẽte clauſula cũ vt cõiunctiõe, peccare ſignificat. Cic. ij. de orat. neq; cõmittã, vt ineptũ me eſſe iudices. ¶ Cõſulo. is. lui. huius ſpeciei eſſe põt. vt ego cõſului tibi vtilitatẽ. i. vtile cõſiliũ tibi dedi. Cõſulere vero aliquem, hoc eſt primæ ſpeciei, eſt cõſiliũ ab illo petere. vt Verg. vij. æñ. lucoſq; ſub alta cõſulit albunea. Cõſulo tibi. i. cũ eſt neutrũ ſcđi ordinis accipitur p eo qđ eſt puideo. Oui. in epl'a penelo. ſed bene cõſuluit caſto deus æquus amori. Cõſulo boni neutrũ eſt ſcđæ ſpeciei. Quin. inſtitutionũ orat. li. i. Conſul (inqt) a cõſulẽdo dicitur, vel a iudicãdo, nã hoc cõſulere veteres vocarũt.

¶ Do das. dedi. por dar como quiera. vt do tibi pecunias. libros.

Dono donas donaui. por dar gracioſo y de balde. vt dono tibi veſtes.

Dedo dedis dedidi. por dar ſe aſſi meſmo. vt hoſtes vt dedunt ſe victori.

Præpono præponis. præfero præfers. Antepono. is. por præferir. vt præpono te Homero.

Commodo. das. por preſtar lo meſmo que ſe torna. vt commodo tibi equum.

Mutuo. as. aui. por preſtar lo q̃ ſe torna en ſpecie. vt mutuo tibi nummos.

Loco. cas. caui. por dar algo por alquiler. vt tu locaſti mihi domum. mulam.

Conduco. cis. xi. por tomar algo por alquiler. vt tu conduxiſti a me tabernam.

Suadeo. des. ſi. por induzir; y traer por razones. vt ego ſuaſi tibi honeſta.

Perſuadeo. des. aſi. por induzir con effecto. vt ego perſuaſi tibi turpia.

Dico. cis. xi. por dezir o hablar artificioſamente. vt tu dixiſti mihi ſententiam.

Edico. cis. xi. por mandar como iuez o principe. vt prætor edixit omnibus legem.

Indico. cis. ixi. por denunciar con ſolennidad. vt Romani indixerunt Veijs bellum.

Credo. dis. didi. por preſtar o confiar. vt tu credidiſti decoctori nummos.

Commendo. as. aui. por encomendar. vt rogo commendes regi hominem.

Cõmitto. tis. por cometer o encomendar o confiar. vt committe mihi hæc.

Conſulo. is. lui. por conſejar algo a alguno. vt conſule filio vtilia.

vnde adhuc manet illud.rogat boni conſulas.i.bonum iudices.Pli.libro.viij.quæſo,vt legentes boni conſulant.Plautus in truculento.quicquid autem erit boni conſulas.Verg.in priapeia.quamuis pauca domus conſule poma boni.Ouidius.iiij.de ponto.ad me peruenit conſuluitq; boni.Idem in.v.eiuſdem,tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni.Cato apud Gelliũ lib.ix.noctium atticarum.ea fieri bonis bono genere natis boni conſultis.Seneca in epiſtola.hanc coqui ac piſtoris moram boni conſulo.Apuleius.vij.meta.quod a me retenta cuſtoditaq; nõ ſ...optimi conſule.¶ Facio facis,huius ordinis verbũ notã

Facio,cis,feci.por hazer lo que paſſa en materia de fuera.vt feci tibi opus.

¶ Quarta verborum actiuorũ ſpecies eſt,q̃ præter accuſatiũ principalẽ cõſtruũtur cũ altero accuſatiuo minus principali.Qualia ſunt que ſequunt.

Doceo.ces.cui.por enſeñar.vt tu docuiſti me grammaticam.& dialecticam.

Dedoceo.ces.por demõſtrar ſer falſo lo enſeñado.vt ego dedoceo te vitia.

Moneo.nes,por amoneſtar aconſejando.vt tu monuiſti me iuſta.

Admoneo.es.por traer algo ala memoria de otro.vt ego admonui te vtilia.

Oro oras.raui.por rogar al mayor.vt miſeri orant principes veniam.

Rogo rogas.por rogar al ygual.vt amicus rogat amicum opes.

Interrogo.gas.gaui.por preguntar,vt interrogas me quæſtionem arduam.

Flagito.tas.taui.por demandar con importunidad.vt flagito te libros.

Poſco.cis.popoſci.por demandar lo honeſto,vt poſco te rem honeſtam.

Poſtulo.las.laui.por demandar requiriendo en iuyzio,vt poſtulo te pecunias.

Peto.tis.iui.por demandar rogando.vt peto te rem factu facilem.

Induo.is.Veſto.is.por veſtir.vt veſtiam te,induam te diploidem.

Exuo.is.exui.Spolio.as.aui.por deſpojar.vt exuam & ſpoliabo te veſtem.

Cingo.gis.xi.Accingo.gis.xi.Succingo.gis.xi.por ceñir.vt cinxiſti me enſem.

Calcio.as.por calçar.vt calciabo te ſoleas,cothurnos.calceos.

Exalcio.as.por deſcalçar.vt excalciabo te omnia,quæ alius calciauit.

¶ Quinta ſpecies verborũ actiuorũ eſt,que preter accuſatiuum cõſtruũtur cum ablatiuo ſine præpoſitiõe,vel potius cũ effectiuo.Qualia ſunt hec.

Dono.as.aui.por dar inſignias de honra.vt ego donabo te corona laurea.

habet ſignificationem.& q̃ ab ago agis differt ſupra memorauimus.Dicimus quoq; facio te certiorẽ & nõ certum:pro eo quod in libros digeſtorum certioro & certifico legimus.Nam quod Verg.iij.æn.dicit.Anchiſen facio certũ:neceſſitate carminis excuſari poteſt;quod ſi diceret certiorem:fuiſſet ſyllaba breuis inter duas lõgas.facio præterea pro æſtimo,quod cũ genitiuo poſſet conſtrui:paulo ante diximus.Reperitur etiam neutrum ſecũdi ordinis.vt bene facio tibi.male facis mihi niſi mauis male & bene aduerbia eſſe pro nominibus poſita.vnde eſt,bene fit,male fit.Reperitur & abſolutum pro eo quod eſt conuenio.Ouid.in epiſtola.hypſiphyles.Medeæ faciunt ad ſcelus omne manus.& in epiſtola ſaphus:nõ facit ad lachrymas barbitos vlla meas.& Horatius,mecũ facientia iura.¶ Quarta verborũ actiuorũ ſpecies eſt.doceo & dedoceo.Horatius.ij.car.populumq; falſis dedoceret vti.Cicero.i.de finibus geometriã docere maluiſſet,quã illam dedocere.¶ Moneo mones.Terẽtius in Andria,habeo pro illa re,quod illũ moneam probe.Admoneo (quod ab illo cõponitur) cũ genitiuo potius poſt accuſatiuum principalem cõſtruitur.Tibul.lib.ij.admonuit dominæ deſeruitq; Venus.Ouidius tertio de ponto.ecquid ab ijs ipſis admonere rẽ mei.Idem.xv.metamorphoſeos,quod poſſit equorũ admonuiſſe.¶ Oro.oras.vt oro te rem honeſtã,dicimuſq; oro a te rem honeſtã.Verg.xi.æn.ipſum obteſtemur:veniãq; oremus ab ipſo.Gell.lib.xvi.orauit a ſuis amiciſſimis impẽſe.¶ Rogo,as,Hora.ij.car.otiũ diuos rogat in patienti prenſus ægeo.Verg.lib.viij.ſanctũ mihi numen arma rogo genitrix nato.Poſſumus etiam dicere rogo a te.Plau.qua cõfidẽtia rogare tu a me argentum audes?interrogo quoq; eodẽ modo poſſe conſtrui,quo ſuũ ſimplex,dubium non eſt.¶ Flagito.as.Hora.ij.car.nec potẽtẽ amicũ largiora flagito.Ouid.i.de amato.quod det amatorẽ flagitet ãte ſuũ.¶ Poſco.is.Verg.iiij.æn.tu modo poſce deos veniã.Idẽ in.xi.pacẽ te poſcimus oẽs.¶ Poſtulo.as.quod proprie eſt pro tribunali & nõ alibi petere,(vt inquit iurecõſultus,in titulo de dãno infecto.l.cuius initiũ eſt dies).Cũ ablatiuo & præpoſitione.a.iungit pſalmographus dicens,interprete Hiero.Poſtula a me,& dabo tibi gẽtes.¶ Peto.is apud Cice.fere ſemp hoc modo cõſtruitur.¶ Induo.is.Verg.ij.æn.androgei galeã.clypeiq; inſigne decorum induitur.Conſtruitur etiã cũ datiuo.Idem.vi.æn.barũ vnã iuueni ſupremũ mœſtus honorẽ induit.& cũ ſeptimo caſu.vt idẽ in eodẽ.indutuſq; iubet truncos hoſtilibus armis.Eodem modo veſtio.Ver.ij.geor.quæq; ſuo viridi ſemp ſe gramine veſtit.¶ Exuo quoq; eodẽ modo cõſtruitur,& q̃ ſunt ſimilis ſignificatiõis.Exigo te pecuniã & a te dici poteſt.Cecilius apud Gell.lib.xiiij.ego illud munus nihilo exigor portoriũ.Metellus numidicus apud eundem.ſocios ad ſenatum queſtũ flentes veniſſe ſeſe maximas pecunias exactos eſſe.ſed ex figura græca dictũ eſſe Gellius affirmat.illi enim exigo te argentum dicunt.Hierony.in Iouinianũ.i.noli mirari ſi inter titillationes carnis & incentiua vitiorum angelorũ vitam non exigimur:ſed docemur,& paulo infra,maioris gratiæ eſt offerre,quod nõ debeas,quam reddere quod exigeris.¶ Quinta verborũ actiuorũ ſpecies eſt.Dono.as.aui.de cõſtructiõe huius verbi in tertia ſpecie verborũ actiuorũ diximus.

Spõlio,as,aui.por deſpoſar de algũa coſa,vt tu me ſpoliaſti exuuijs.

Satio,as,aui.Saturo,ras.por hartar.vt ego te ſatiaui cibo,& ſaturaui pane.

Onero,ras.por cargar.Exonero,as.por deſcargar, vt ego exonero te faſce.

Peto,is.pro percutio,is.por herir.vt malo me galetea petit.

Afficio,is,eci.pro eo quod eſt in bonum ſiue malũ aliquid facere.

Afficio te voluptate. yo te hago plazer. Afficio te muneribus.yo te hago beneficios.

Afficio te moleſtia.yo te hago peſar. Afficio te iniuria.yo te iniurio.

Muto,as,aui.por trocar vna coſa con otra.vt mutauit glandem ariſta.

Priuo,as,aui.por priuar o quitar algo,vt tu me priuaſti multis bonis.

Leuo,as,aui.Subleuo,as,aui.por aliuiar.vt ego hoc te faſce leuabo;vel ſubleuabo.

¶ Sexta verborum actiuorũ ſpecies eſt,quæ præter accuſatiuum conſtruuntur cum ablatiuo,& prępoſitione a vel ab;Qualia ſunt.

Abſtineo abſtines.por ſe refrenar delas iniurias. vt ego abſtineo me ab iniuria.

Contineo contines.por ſe refrenar delos deleytes. vt fac vt contineas te a voluptate.

Accipio.pis.accepi.por recebir como quiera. Vt acccepi a te commoda & incommoda.

Suſcipio.pis.por tomar a ſu cargo, vt omnia tua negocia ſuſcipio a te.

Recipio recipis.por reſcebir o recobrar. vt ego recepi a te libros omnes.

Eripio eripis.por librar;o arrebatar.vt tu eripis me a malis; & ego a te pecunias.

Amoueo amoues,por quitar de alguna coſa .vt amoue obſecro a me manum.

Aufero arfers.por aquello meſmo. vt aufer a me opprobrium;& contemptum.

Auerto auertis auerti.por boluerſe de alguna coſa,vt auerte oculos a vanitate.

¶ Spolio.as.Verg.vi.æn.poſtquam illum vita victor ſpoliauit Achiles. ¶ Satio.as.& ſaturo.ras.differunt,teſte Valla.q ſatiare ad omnes ſenſus pertinet:ſaturare ad ſolum guſtum.vt ego ſatiabo te ſpectaculis.& ſaturabo te pne. ¶ Onero.as. oneraui.Cice.in epiſto.homines nequiſſimi quibus te onerarunt mendacijs. ¶ Exonero.as.Ouid.iij.triſti.attamen hanc odijs exonerare fugam. ¶ Peto.tis.pro eo quod eſt percutio.Verg.in buc.malo me galatea petit laſciua puella. ¶ Afficio.is.verbũ eſt in hac conſtructione frequentiſſimũ apud oratores.vt Cice.in epiſtolis.magno me dolore affeciſſent literæ tuæ.i.magnũ mihi dolorem feciſſent litteræ tuæ. ¶ Muto.as.aui.pro eo quod aliam rem alia permutare.Verg.i.geor.chaonia pingui glandem mutauit ariſta.Hora.diruit.ædificat.mutat quadrata rotundis.Perſius.mercibus hic italis mutat ſub ſole cadenti rugoſum piper:& palentis grana cimini. ¶ Priuo.as.Cice.in epiſt.graui teſte priuatus ſum patre tuo viro clariſſimo. ¶ Leuo.as.pro eo qđ ſubleuo ſiue alleuo.Verg.ego hoc te faſce leuabo. ¶ Sexta ſpecies verborum actiuorum eſt. Audio audis audiui,actiuum huius ſpeciei eſt,ſermonem alterius intelligendi gratia percipere,vt audiui ex te,vel a te,vel de te.Audio primæ ſpeciei,eſt vocem tantum audire ſiue animalis ſiue alterius rei ſonũ.Exaudio eiuſdem ordinis eſt,quod audio facere. Audio,vel inaudio tibi neutrum ſecundi ordinis pro eo quod eſt obedio,qđ ex ob & audio cõponitur,Plautus in captiuis duobus:cum dicto haud audiebat, facto nunc lędat licet. frequentius tñ in hac ſignificatiõe reperitur ab illo participiũ præſentis tẽporis.Plautꝰ in Amphyt.ego ſum Iouis dicto audiẽs.Cic.in philippicis.vt audiens eſſet huius ordinis.Idem ꝓ Deiotaro rege.aut q dicto vulgata duodecim tabularũ filium minus dicto audientem liceat abdicare.Inaudio quoq; pro obedio huius ordinis reperitur.Affranius apđ Marcellũ.nouis dictis queſo,ne ille inaudiat. Male audio cũ eſt abſolutum, hoc eſt neutrũ quinti ordinis ſignificat infamari.Cic.ij.de ora. Opimiꝰ cõſularis.q adoleſcẽtulus male audiſſet.Idẽ pro Marc. cælio.vicinũ eius mulieris miraris male audiſſe. Idẽ.v. ebuſ.ſed aliud moleſtius,qđ male audiebat.Teren.vulgus mulierũ,qđ male audit.Oui.v.triſtiũ indolui.nec tã mea qđ fortuna male audit.Mart.gẽtibus in lybicis vxor tua Gille male audit. ¶ Abſtineo.es.& cõtineo.es. vba ſunt huiꝰ ordinis:differũt tñ autore Valla,q.abſtinere,eſt ab aliena,vl'exteriori re.vt abſtineo me ab iniuris,abſtineo me a mũeribꝰ. ¶ Cõtinere vero eſt a ꝓprijs voluptatibus.vt contineo me a libidine,a coitu,a cibo. Cice.qđ beneficiũ eſt,ſi te abſtinueris ab alieno ſcelere:& Lucil.manus abſtinere a muliere,melius eſt.Cõſtruitur etiam figurate cũ genitiuo.vel potius ex idiomatis græci imitatiõe.vt Horat.mox vbi luſit,ſatis abſtineto dixit irarũ.Verg.præpoſitionẽ ab ſuppreſſit.vij.æn. dicẽs,Abſtinuit tactu pater:auerſuſq; refugit. ¶ Accipio.is.quo differat a ſumo.is .diximus in prima ſpecie actiuorum. ¶ Recipio.pis.præter alias ſignificationes quas habet,cũ eſt neutrũ ſecundi ordinis: ſignificat ꝓmittere,quo verbo Cice.freqũter vtitur in epiſtolis maxime. ¶ Suſcipio.is.eſt aliquid in curã atq; fidem ſuam accipere. ¶ Eripio.is.& reliqua verba ſeparationẽ ſignificãtia huius ordinis ſunt.Verg.ij.æñ.teq;his ait,eripe flãmis.& in eodem,eripui,fateor,leto me & vincula rupi.nã vtrobiq; ſubintelligitur ab vel ex,que eiuſdẽ eſt ſignificationis. ¶ Amoueo.es.idem eſt,quod aufero aufers,atq; vtrũq; huius ordinis. Admoueo.es.tertiæ eſt ſpeciei cõtrariæ ſignificatiõis.vt admoueo tibi manum.amoueo a te manũ. ¶ Auerto.is.eodem modo differt ab aduerto.vt aduerte oculos ad me.i.conuerte ad me. auerte oculos a me.i.remoue.Eodem modo differunt auerſus & aduerſus:q.aduerſus eſt faciem oſtendens ex oppoſito.auerſus terga vertens.vel oculos ab aliqua re declinans.vt Vergilius.i.æneidos.Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

DE verbis paſſiuis.cap.ij.Quemadmodum verbum actiuum diffiniuimus paſſiuo dicentes: Actiuum eſſe quod in.o. deſinit,& habet paſſiuũ in.or.ita nunc ediuerſo paſſiuũ diffiniuimus, qđ in.or. deſinit & habet actiuũ in.o.in quo differt a deponẽti,& cõmuni,quæ nõ habẽt actiuũ in.o.& exigit ante ſe nominatiuũ pro perſona patienti,in quo differt ab actiuo,qđ exigit nominatiuũ pro ꝑſona agenti,& facienti,& ablatiuũ cũ præpoſitione.a.vel.ab.vel datiuũ pro perſona agenti vel faciẽti,in quo differt a deponẽte.nam cõmune eodẽ modo cõſtruitur,quo verbum paſſiuũ.vt deus amatur mihi,vel a me.Eius,hoc ẽ verbi paſſiui,tot ſunt ſpecies; quot diximus eſſe in verbo actiuo:ſunt enim ſex,quemadmodum ex ſuperiori cap.colligi poteſt.Sed animaduertendũ eſt:duo notãda eſſe. Dicit primũ,ꝙ cũ verbũ actiuũ paſſiuo mutare volumus: accuſatiuum perſonæ patientis in nominatiuũ:& nominatiuũ perſonæ agẽtis vel facientis in ablatiuũ cũ præpoſitione.a.vel ab vł datiuũ vertere debemus.Caſus vero ille cum quo verbũ actiuũ poſt acuſatiuum prĩcipalem cõſtruitur:mutari non debet:id quod per omnes ſpecies obſeruandum eſt. vt in ſecunda,impleo granarium frumenti,vel frumento.granarium impletur a me frumenti vel frumento. Verg.i.æñ.implentur veteris bacchi pinguiſq; ferinæ: Alterum,quod notandũ eſſe dicit: eſt quod verba reciproca,& quæ dicuntur vocatiua in voce paſſiua reciprocantur,hoc eſt,poſt ſe conſtruuntur cũ eodem caſu: cum quo ante ſe conſtruebantur.vt Hora.i. carmi.ſcriberis vario fortis & hoſtium victor.habeor indoct9. prædicor ignauus.iudicor ſapiens.vocor Antonius.nũcupor Nebriſſenſis.dicor grãmaticus. Non eſt hoc in loco diſſimulandum,quod Seruius annotauit in illud Verg.vij.æñ.optato cõduntur tybridis alueo:eſſe quædam verba,quæ nulla ratione mutantur ex voce paſſiua in actiuã.vt ſacerdotes creari.virgines capi. vnde & captæ dicebãtur,quoniã a pontifice de manu patris non minores decem annis capiebantur: neq; enim dici poſſet,ꝙ põtifex illas capiebat. Eodem modo dicit Seruius,condi proprie illos, qui ſibi ſtatuunt ciuitatem. conduntur ergo tybridis alueo,dixit Verg.pro ſedem ſtabilem locant.Pari ratione dicimus ego linquor animo ꝓ exanimor.qui loquẽdi modus frequens eſt apud Pli.nõ tñ recte dixerimus,animus linquit me. Eodem modo cõſterno animo,pro eo qđ eſt terreor.vt apud Saluſt.equi ſine terroribus cõſternantur.& Ouid.ij.meta cõſternantur equi,nõ tamen dici poſſet,ꝙ aliquis cõſternat equos.dicimus quoq; ex numero noſtrorũ militũ decem ſunt deſiderati in prælio.i.mortui ſunt & defuerant.Cæſar in commentarijs. deſiderati ſunt eo die ſagittarij circiter ducenti: non tamen recte diceretur:nos deſiderauimus ducẽtos ſagittarios.Dicimus præterea interdico tibi aqua & igni:nõ aquã & ignẽ.at in voce paſſiua dicimus aqua & ignis interdicitur tibi a me.dicim9 quoq; aqua & igni interdicitur tibi,a me autẽ vix dici poſſet: quia interdicitur eſt impſonale ab hoc verbo neutro interdico.Cic.de ſenectute.male rem gerẽtibus bona interdici ſolẽt.Apul. in.iiij.floridorũ.datiuũ vocis actiuæ in nõiatiuũ paſſiuæ cõuertit,cũ ſcribit:diues ille cibo interdicatur:& in digeſt.ti.decuratore furioſi.l.i.lege(inquit) duodecim tabularũ ꝓdigus interdicitur:& ibidẽ,mulier,q̃ luxurioſe viuit:bonis interdici põt. Datiuũ quoq; in [illegible]iuũ vertit Hora.in poetria dicẽs.Ego cur acquirere pauca(ſi poſſum)inuideo? Idẽ alio in loco.hæc ego ꝓcurare & idoneus imperor.Eadem quoq; rõne dicimus in actiua,ego iubeo tibi,& in paſſiua,tu iuberis a me:& ego ſum iuſſus a te.Dicimus præterea mutuo tibi pecunias.fœnero tibi nũmos.In voce tñ paſſiua nõ dicimus pecuniæ mutuantur tibi a me.aut nũmi fœnerãtur tibi a me:ſed tu mutuaris a me pecunias:& fœneraris a me nũmos. Dicimus etiã ego delecto te: ſed tu delectaris a me,nõ dicitur:ſed tãtũ delectaris:quia mutuo.fœnero.delecto actiua ſunt,mutuor. fœneror delector.deponẽtia:multa nãq;(vt diximus ſupra)verba ſunt actiua deſinẽtia in.o.q̃ nõ hñt paſſiuũ in.or.

¶De verbis Paſſiuis. Cap̃.ij.

PAſſiuũ verbum eſt illud,qđ deſinit in.or.&habet actiuũ in.o.&exigit ante ſe nominatiuũ ꝓ ꝑſona patiẽti.&ablatiuũ cũ ꝑpoſitione a vł ab,vł datiuũ ꝓ ꝑſona agenti vel facienti,vt deus amat̃ a me vel mihi.Eius tot ſunt ſpecies, quot dixim9 eſſe in verbo actiuo.Sed animaduertẽdum eſt,ꝙ cum mutam9 verbũ actiuum in paſſiuum,caſus cum quo verbũ cõſtruit̃ poſt accuſatiuũ principalem nõ mutatur,vt impleo granariũ frumẽti,vł.mẽto.granariũ implet̃ a me frumẽti.vel.to. do tibi pecunias,pecuniæ dant̃ tibi a me.Doceo te grãmaticã.tu doceris a me grãmaticã.Dono te corona.tu donaris a me corona. Audio ex te grãmaticam.Grammatica auditur a me ex te. Animaduertendum eſt quoq; verba reciproca,& quę dicunt̃ vocatiua.qualia ſunt ſcribor.habeor. iudicor.ꝑdicor.agnoſcor.dicor.vocor.nominor. appellor.nuncupor.& ſimilia conſtrui poſt ſe cũ eodem caſu,cum quo ante ſe conſtruuntur. vt ſcribor fortis,vocor Antonius.

¶De de verbis Neutris. Cap̃.iij.

NEutrũ vbũ eſt illud qđ deſinit in.o.& nõ hẽt paſſiuũ in.or.vt ſeruio.is.ei9 cõplures ſũt ſpẽs.

¶Prima ſpecies verborũ neutrorũ eſt,q̃ poſt ſe cõſtruunt̃ cũ genitiuo,vel ablatiuo;vt careo pecuniarũ,vł pecunijs.Cuiuſmodi ſunt quę ſequunt̃.

¶De verbis neutris.Ca.iij.

POnit in primis verbi neutri diffinitionẽ dicens,ꝙ verbũ neutrũ eſt,qđ deſinit in.o.ad differentiã paſſiui,deponentis,& cõmunis:& nõ habet paſſiuũ in.or.ad differentiã verbi actiui:quẽ tñ caſum ante ſe & poſt ſe regat,nõ dicit:ſed addetur,ꝙ verba ſignificãtia actionẽ exigũt ante ſe nõiatiuum pro ꝑſona agente,vel facientе:vt ego ſeruio,quæ vero paſſionem illatam,aut idiopathiã.i.paſſionem innatã:exigũt ante ſe nõiatiuũ pro perſona patiente.vt ego vapulo,ego frigeo.poſt ſe vero cũ omnibus obliquis poteſt conſtrui: aut abſolutum eſt. Hoc loco repetendum eſt,quod ſupra,cum de verbi actiui diffinitione agebatur,diximus:propriũ eſſe verbi actiui cum accuſatiuo conſtrui:atq; habere paſſiuũ in.or.eſſe tñ verba,quæ & ſi cũ accuſatiuo in voce cõſtruuntur,nõ tamen habẽt paſſiuã in.or.itaq; partim actiua,partim neutra eſſe dicendum.

¶ Careo res cū ablatiuo frequētius cōſtruitur, antiquiores etiā genitiuo iūgebāt. vt Terē. in heautō. oēs mihi labores fuere leues. præterq̄ tui carendū, qđ erat. & Neuius apud Gell. lib. xviij. nocti. attica. carendū tui eſt (inquit) qđ ipſe exponit pro te. Accuſatiuo quoq; iungebāt. vt Turpillius apud Marcellū. meos (inquit) careo. Sed ablō (vt diximus) frequēter iūgitur. vt Iuue. cariturus turture magno. Pli. in epiſt. carēt iure togæ, quibus aqua, & igni interdictū eſt. ¶ Egeo. ges. indigeo. es. huius eſſe ſpeciei, atq; cū gtō etiā poſſe iungi cōtra Philadelphū. immo vero cōtra Philaſtadon dicimus. Verg. x. æñ. nec te ratiōnis egētē abſtulit atra dies. Hora. mancipijs locuplex. eget æris capadocū rex. Idē. i. ſermo. at qđ tātulo eget quāto eſt opus. Cice. ꝓ roſcio. nā ꝓ deū immortalē quid eſt ī hac cauſa, qđ defenſionis indigeat? Et Lucil. apud Noniū marcellū. quarū abūdemus rerū: & quarū indigem⁹. de ablatiui cōſtructiōe paſſim exēpla repies. ¶ Abundo, das. Cice. pro cluentio mulier (inquit) abundās audacia. Virg. in buc. quā diues niuei pecoris, quā lactis abundans, & illud quod ex Lucil. afferebamus, quarum abundemus rerum, & quarum indigeamus. ¶ Sto ſtas. & cōſto cōſtas. cū aliquid precio eſſe emptū ſignificant, huius ordinis ſunt, ſed de illorum conſtructione plura diximus in ſecunda verborum actiuorum ſpecie. ¶ Satago ſatagis. ꝓ eo qđ eſt curioſum atq; ſolicitū eſſe. abſolutū plerūq; reperitur quēadmodū & ſatis ago. ꝓ quo ponitur. Cæſar in cōmentarijs, q̄ ſatagētibus (inquit) celeriter occurrāt. Gel. lib. xviij. plorātibus omnibus noſtris, atq; in ſentina ſatis agentibus. Terē. tamē in heutonti. genitiuo iunxit dicens, & ſi is quoq; ſuarū rerum ſatagit. Pendeo & faſtidio Plau. in mercato. diſſolue iā me. nimis diu animi pēdeo. Idē ī aulu. faſtidit mei, quia videt me ſuam amiciciam velle.

¶ Secunda ſpecies verborum neutrorū. Cedo. is. ceſſi. Verg. v. æñ. cede deo: hoc eſt, da locum & fatere te eſſe victū. aliquādo etiam exprimitur locus, & tūc eſt actiuū tertiæ ſpeciei. Papi. in achilleide. hortātur, cedātq; locum. vnde & Cice. participiū futuri vocis paſſiuæ protulit de cla. orato. gratioſi (inquit) ſcribæ ſint ī dādo & in cedendo loco. Cum accuſatiuo etiā iunxit Verg. lib. xj. dicens. cedat ius propriū regi. in qua ſignificatiōe ſæpe apud iureconſultos reperitur. vt in dige. ſt. de legatis. iij. l. ſi mulier. ſi vſufructum (inquit) mortis cauſa ceſſero. & in titul. de aquirenda poſſeſſione, cedere poſſeſſionem dixit. Nam & Diom. grāmaticus in idiomatis annotauit, recte poſſe dici. cedo poſſeſſionem & cedo poſſeſſione. ¶ Pareo, es. obedio. is. optempero, as. huius ordinis verba, idē prope ſignificant. ſed cum accuſatiuo etiam iunxit Papi. in achilleide dicens. nō adeo parebimus omnia matri. & Gell. lib. ij. quædā (inquit) non eſſe parendum, quædā non obſequendū. ¶ Conſulo. is. de hoc in ſecunda verborum actiuorū ſpecie diximus. Prouideo. es. & proſpicio. is. vt ego prouideo mihi, & proſpicio tibi. Verg. I. æñ. grauiter cōmot⁹, & alto proſpiciens, reperiuntur etiā actiua. vt Luca. in iij. hæc vbi ſunt prouiſa duci, & Verg. tris littore ceruos proſpicit errantes. Caueo. pro eo qđ eſt prouideo huius ſpeciei verbum, apud iureconſultos frequēter reperitur. Cice. in epiſt. melius te ei cauere volo, quā ipſe alijs ſolet. Cum accuſatiuo vero ſignificat fugere. Iuue. cauet hūc, quem coccina læna vitari iubet. ¶ Placeo, & diſpliceo, occurro & obuio, eiuſdem ordinis ſunt, fere ſemper. ¶ Seruio & inſeruio eo differūt, qđ ſeruire proprie ſeruorum eſt, aut eorum quæ ſub tyranno viuūt, in cuius verbi ſignificatione plurimū Hiſpani labuntur ſequentes linguæ ſub idioma, dicentes ſe eſſe ſeruitores: & ſe paratos eſſe ſeruire, cum ſerui non ſint. pro eo quod deberent dicere ſe paratos eſſe ī ſeruire. hoc eſt obſequi, & morem gerere. ¶ Parco parcis, & ignoſco. cis. tum huius ordinis tum actiua reperiuntur quartæ ſpeciei. Verg. vi. æñ. parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Idem in. x. auri memoras quæ multa talēta natis parce tuis. Gell. xv. vitam modo ſibi, vt parcerent orauiſſe, ſed his in locis ꝓ ſeruo ſeruas. Plaut. in amphytri. velatis manibus orā, ignoſcamus peccatū ſuū. Eodē modo ignoſco. cis. Quin. in declama. ignoſcite maiorū periculorū metus, ignoſcite humana diſcrimina. Piſo frugi apud Priſ. quodcūq; deliquiſſet ignoſciturū affirmabat. Verg. iiij. geor. ignoſcēda quidē ſcirēt. ſi i; noſcere manes. quāquā Seruius in eo loco dicat, ignoſcēda participium eſſe ſine verbi origine. perinde ac ſi ignoſco non eſſet niſi neutrum huius ſpeciei.

Careo cares. por no tener lo que deſſeamos, vt ego careo tui, tu cares pecunijs.

Egeo eges. Indigeo indiges indigui. por auer meneſter. vt ego egeo ſalutis, vel ſalute.

Abundo das. Redundo das. por abundar. vt abūdo diuitiarum & diuitijs.

Sto ſtas. Conſto conſtas. por coſtar. vt hic liber ſtat tanti; quanto precio tu emiſti.

Satago ſatagis. por eſtar ſolicito y congoxoſo. vt hic ſatagit rerum ſuarum; & rebus ſuis.

Abſtineo abſtines. por ſe refrenar. vt abſtineo irarum; & ab iracundia.

¶ Secunda ſpecies verborum neutrorum eſt; que poſt ſe conſtruuntur cum datiuo. Qualia ſunt que ſequuntur. vt Cedo cedis. ceſſi. por dar a otro lauantaja; o mejoria, vt cede maiori.

Pareo pares. Obedio obedis. Optempero. peras. Por obedeſcer. vt paret amor dictis.

Cōſulo cōſulis. Prouideo. des. Proſpicio. cis. Caueo caues. por proueer. vt pater conſulit filio.

Placeo places. por aplazer. Diſpiceo diſplices. por deſagradar. vt ego placeo tibi.

Occurro occurris. Obuio obuias. por ſalir al encuētro; y a recebir. vt ego occurram tibi.

Faueo faues. Studeo ſtudes. Aſpiro aſpiras. por fauoreſcer. vt tu faues mihi.

Seruio ſeruis. por ſeruir como ſieruo. vt ſeruus frugi ſeruit pro domino fideliter.

Inſeruio inſeruis. por hazer lo que alguno quiere. vt fac ſeruias mihi.

Parco parcis. Ignoſco ignocis. por perdonar. vt ego parco tibi; vt ignoſcas mihi.

¶ Noceo noces. officio, cis. quæ etiã actiua reperiũtur. vt Apul. j. meta. cũ multa (inqt) nocerẽtur, publicitus (inqt) indignatio perebuit, & in pſal. xxxiiij. Iudica dñe nocẽtes me, expugna impugnãtes me. Lucre. quoq; quaſi ab actiuo dixit, officiũtur vti cogãtur tardi⁹ ire. ¶ Doleo, les. hui⁹ quoq; eſt ordinis: niſi qđ q dolorẽ patitur, ponitur in datiuo; qđ dolorẽ infert in ntõ. Mart. ſi qua fides vulnus, qđ fecit non dolet (inquit) ſed qđ tu facies, hoc mihi Porte dolet. Terẽ. in eunu. dolet dictũ impudẽti adoleſcẽti & libero. Nã qđ Hieron. interprete dicitur, caput meũ doleo, poeticũ eſt, atq; figuratũ ea figura, q̃ orationi ſolutæ nõ eſt permiſſa.

Noceo noces. Officio officis. por empecer, vt non noceas mihi; ne ego officiam tibi.
Doleo doles dolui. por doler lo que trae dolor, vt hoc vulnus non dolet mihi.
Indulgeo indulges indulſi. por dar obra; o regalar, vt indulgeo litteris & filio.
Inſto, as, inſtiti. por dar prieſſa, vt noli inſtare mihi.
Supplico ſupplicas. por rogar humilmente. vt ego ſupplico tibi, & tu regi ſupplica.
Hæreo heres. Adhereo, res. por ſe allegar. vt ego hæreo tibi, tu adhæres mihi.
Illudo illudis. Inſulto inſultas, por hollar eſcarneciendo. vt tu illudis capto.
Inuideo inuides. por auer embidia. vt omnibus inuideas, inuide nemo tibi.
Impono, is. por engañar. vt facile eſt barbato imponere regi.
Inceſſo inceſſis inceſſi. por acometer. vt regibus inceſſit magno diſcordia motu.
Inuado inuadis. por aquello meſmo. vt tanta inuaſit cupiditas plæriſq;.
Incumbo, bis. por poner las fuerças en algo. vt validis incumbite remis.
Volo vis cum bene iunctum. por querer bien. vt non bene tibi vult, qui accuſat.
Cupio cupis. cum bene iunctum. por querer biẽ. vt quod ipſi bene cupio Glycerio.
Timeo times timui. por temer, que no vẽga mal a otro. vt pater timet filio.
Metuo metuis. por aquello meſmo, vt inopi metuens formica ſenectæ.

Licẽtius tamẽ alia figura dicitur vicẽ tuã doleo. Salu. in catilina, quaſi dolens eius caſum. cũ gtõ etiã iunxit Ouid. ij. meta. dicẽs ſucceſſorũq; mineruæ indoluit. ¶ Indulgeo, es. hui⁹ ordinis frequẽti⁹ reperitur. Verg. iiij. æñ. indulge hoſpitio, cauſaſq; innecte morãdi. Idem. ij. geor. indulge ordinib⁹. Terẽ. in heautõ. nimiũ illi Menedeme indulges. dicimus quoq; indulgeo operã litteris: & Iuue. cũctis narratur ephebis mollior ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno. Cũ accuſatiuo tantũ Lucilius apud Marcel. tu (inquit) qui iram indulges nimis. ¶ Inſto. as. inſtiti. Iuuẽ. inſtantẽ regi armenio, parthoq; cometẽ. Verg. j. æñ. inſtans operi, regniſq; futuris. Idẽ in. viij. heu quãtæ miſeris cædes laurentibus inſtant. Idẽ in eodem. parte alia Marti currũq; rotaſq; volucres inſtabat, datiuo accuſatiuũ iunxit. ſed figurate: pro eo qđ eſt inſtãter faciebat. ¶ Supplico. cas. Teren. in andria. ipſum orabo, huic ſupplicabo. Priſc. dicit etiã accuſatiuo iũgi poſſe, ſed nõ probat. ¶ Hæreo hæres. & adhæreo. res. eiuſdẽ ſignificationis vnius ſpeciei ſunt. Virg. ij. æñ. hærent parietibus ſcalæ. cũ vero eſt abſolutũ, ponitur pro eo qđ eſt dubito. Iuue. hæres, & dubitas alta chionẽ deducere ſella. Idẽ. hæremus. dicat ipſa. ab hoc frequentatiuum hæſito. hæſitas, ſemper in hac vltima ſignificatione reperitur. Cice. in acade. dubitant. hæſitant, reuocant ſe interdum. ¶ Illudo illudis. & inſulto. tas, Verg. iiij. geor. neq; oues hædiq; petulci floribus inſultent. Idẽ in. viij. huic capiti inſultãs tot ferro ſæua dediſſet funera. Seruius dicit, inſultare eſſe aliquẽ irridere. eiuſdẽ ſignificationis eſt illudo illudis. Verg. ij. æñ. certantq; illudere capto. Idẽ in iiij. & noſtris illuſerit aduena regnis. iungitur etiã cũ accuſatiuo. Terẽ. ſtatim ſuperbe illuditis me. Inuideo. des. Iuue. haud tamen inuideas vati, quẽ pulpita paſcunt. apud antiquiores actiuũ ordinis tertij reperitur frequẽtius, Verg. in buc. Liber pampineas inuidit collib⁹ vmbras. Idem. j. geor. iam pridẽ nobis cæli te regia Cæſar inuidet. & in. xj. æñ. te ne (inquit) miſerande puer cũ læta veniret, inuidit fortuna mihi. ¶ Impono imponis. huius ordinis verbũ eſt decipere. Iuue. facile eſt barbato imponere regi. Martial. callidus impoſuit nup mihi caupo rauenæ. in libro quoq; Geneſ. xxix. Hierony. interprete: quare (inqt) impoſuiſti mihi? Geneſ. xxvij. dixitq; Abimalech. quare impoſuiſti nobis? hinc impoſtores dicti ſunt, & impoſtura. alias cum accuſatiuo & datiuo iungitur. Verg. iiij. æneid. puppibus & læti nautæ impoſuere coronas. ¶ Inceſſo inceſſis. pro eo quod eſt inuado. is. Verg. iiij. geor. regibus inceſſit magno diſcordia motu. Valeri. maxi. in. pri. nec mihi cuncta complectendi libido inceſſit. ideſt inuaſit vel inuadit. cum accuſatiuo iũxit Sillius Italicus dicens, tunc præceps ruit in medium telumq; fatigat flamminiũ inceſſens. Dicimus prætcrea inuado tibi, & inuado te. Varro apud Marcellum. tanta inuaſit cupiditas bonorum plæriſq;, ſed videtur in hac conſtructione pro inceſſo acceptum. ¶ Incumbo incumbis. autore Quintilia. huius ordinis eſt: dicimuſq; incumbo huic rei. antiquiores tamen incumbo in hanc rem dicebant, vt idem autor ait. ¶ Volo vis. vt volo tibi bene, ſicut & cupio tibi bene. Ennius. non bene tibi vult, qui te falſo criminat. Catullus. cogor amare magis: ſed bene velle minus. Terent. in andria. vel quod ipſi bene cupio Glycerio. Dicimus etiam volo hanc rem, & cupio hanc rem. volo legere, & cupio legere. ¶ Timeo times & metuo metuis, huius ſpeciei verba ſunt, & eſt timere, ne quid mali alicui eueniat. Verg. j. georgi. aut inopi metuẽs formica ſenectæ. Hora. ij. car. te ſuis matres metuunt iuuencis. Enius apud Diome. metuo (inquit) legionibus labem. & ſic videtur eſſe actiuum tertiæ ſpeciei. Quintæ quoq; ſpeciei reperitur apud Teren. in andria. metuo (inquit) a Chryſide. Cice. ad heren. a quo ſibi non iniuria ſummum periculum metuebat. Apul. vij. metamor. etiam cum de præpoſitione iunxit. de me (inquit) metuentes ſibi. Idem de timeo times dicendum eſt. Verg. ij. eneid. ſuſpenſum pariter comitiq; oneriq; timentem. aliquando etiam actõ iungimus. Idem in eodem. & quæ ſibi quiſq; timebat.

¶ Tertia verborum neutrorum ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruitur cum ablatiuo ſine præpoſitione; vel potius cum effectiuo. vt

Flagro flagras.aui.por encender. vt flagratq; cupidine currus.

Fragro fragras.por oler dando olor. vt redolētq; thymo fragrantia mella.

Ardeo ardes arſi. por arder. vt ardet amore pari qui ſcit ſe amari.

Exardeo exardes exarſi.por mucho arder,vt his dictis ſubitas exarſit in iras.

Aeſtuo.as, por auer calor. vt oceanus lunaribus æſtuat horis.

Caleo cales. por eſcalentarſe. vt ego caleo febri, tu vero cales amore.

Frigeo friges. Algeo alges.por enfriarſe.vt tu friges dio.ego algeo pluuia.

Fluo fluis. Mano manas. por correr o manar. vt locus fluit lacte,& fons manat aqua.

¶ Quarta verborū neutrorum ſpecies eſt. Quę poſt ſe cōſtruuntur cū ablatiuo & præpoſitione,a.vel,ab.ad ſemilitudidē verborū paſſiuorū: in perſona agēte;vel faciente; ante ſe vero exigūt nominatiuū pſonæ patientis. Qualia ſunt.

Exulo exulas, por ſer deſterrado. vt homicidæ exulant a prætore.

Vapulo vapulas. por ſer herido. vt diſcipuli vapulant a magiſtro.

Veneo venis veniui;vel veni.por ſer vendido. vt ſerui veneunt a mangone.

Fio fis factus ſum .por ſer hecho . vt templum fit ab architecto.

Liceo lices . por ſer pueſto en precio;o en almoneda . vt liber licet a me.

¶ Tertia verborū neutrorū ſpecies eſt.Flagro flagras.aui.qd' eſt inflāmari.vt Oui.ij.meta.flagratq; cupide currus. ¶ Fragro,as.per.r. eſt odorem ex ſe emittere. vt in ... icis Salomonis.Verba tua flagrantia vnguentis optimis.Verg.j.æneid. thymo fragrantia mella. ¶ Ardeo ardes arſi.nam quod Verg.in buc.dixit.Coridon ardebat Alexim.figuratum eſt. ¶ Aeſtuo.as.nam Hierony.(vt ſupra memorauimus) noua quadam ratione dixit. in imedio ignis non ſum æſtuatus. ¶ Caleo cales calui.Frigeo friges frixi.Palleo palles pallui, & reliqua omnia verba ſignificationis,quam græci idiopathiam.ideſt propriam paſſionem appellant.omnia ſunt abſoluta.niſi qd' poſſunt conſtrui cum ſeptimo caſu ſignificanti inſtrumentum; quo actus ille ex ingenitis principijs excitatur. vt domus flagrat ignis.homo ardet ira.,mulier æſtuat calore.puer calet febri.puella friget imbri.animalia algent frigore,& eodem modo de reliquis ſimilibus.¶ Mano.nas.& fluo.is.huius ordinis verba poſſunt eſſe.Dicimus nāq; fons manat aqua: & fons fluit aqua. & rurſus aqua manat ex fonte, aqua fluit ex fonte vel de fonte. Scateo, & ſcaturio. Platus in aulūla,inter bibere ſola ſi vino ſcateat Corinthienſem fontem.& pirenem poteſt. ¶ Quarta verborum neutrorum ſpecies eſt:hæc neutra paſſiua dicūtur a grāmaticis,neutra,quia non habent vocem paſſiuam in.or.paſſiua, quia paſſionem ſignificant.atq; ad ſimilitudinem verborum paſſiuorum conſtruuntur,hoc eſt ante ſe cum nominatiuo pro perſona patienti,poſt ſe cū ablatiuo media præpoſitione.a. vel.ab. vt ego exulo a rege. Sunt autem huius ſpeciei pauca verba.¶ Exulo exulas. a quo duo tantum reperiuntur participia,exulans,& exulaturus,paſſionem quoq; ſignificātia.Cice.iij.thuſ.Telamonem pulſum patriaq; exulantem: Iuſtinus libro.xxv.illæ quaſi in perpetuum cum viris exulaturæ,atq; eodem modo.vapulās vapulaturus. Quin.lib.j.adde quod multa vapulantibus dictu deformia.

¶ Veneo venis huius ordinis verborū eſt.quod ab antiquis veneor veneris declinabatur.Plau.ego ne illi veneor.Titianus apud Diome.de agricultura.nam id melius emitur,quā veneatur.ab hoc, cum ſupinū ſit venū, in participio præteriti,non dicimus venus,nec venitus, ſed venditꝰ eodē Diome.autore,neq; vllū aliud hēt participiū. ¶ Fio fis. & ab eo cōpoſita Confio confis,defio defis.Columel.b.ij.ſtercus(inquit)quod ex pecudibꝰ confit. Macro.lib.j.ſatur.diem,qui ex quadrantibꝰ cōfit.Verg.in buc.lac mihi non æſtate nouū.non frigore defit.Teren.in eunu.nil cum eſt,nil defit tamē.Antiquores fior fieris declinabāt.Cato in thermū.poſt(inqt) fitur diutius. Idem. græco ritu fiebātur ſaturnalia. Hæc Priſcia.lib.viij.Participia factus & faciēdus,a facio mutuātur,fiens & fiendus nuſquā legi.¶ Liceo.es.inter ſuperiora numeratur.Sunt qui huic verborum ordini addant nubo. bis.ſed ego neſcio, an ſatis latine dicatur. virgo nubit viro a patre, apud antiquiores actiuum fuit. Vnde in euangelio.Matth.legimus interprete Hierony.neq; nubent neq; nubentur. qd' idem exponens ait,nubunt viri,nubuntur fortaſſe fœminæ,quamuis & mulieres nubere dicantur,ſed & viri per abuſionē nubere dicūtur,cum in coniugiū ſub minori condicione veniunt.ſic Martia.dixit. vxori nubere nolo meæ,& Ouid.ij.meta. tibi nubere Nympha volentis votis cede dei.ab hoc ſunt tria participia,nubens,nuptus,nupturus.Reperiuntur quoq; verba in voce actiua paſſionē ſignificantia. Præcipito,tas.turbo,bas.ingemino ingeminas.tondeo.des.verto.tis.inſinuo.as. accingo.gis.Plau.in trinūmo,nam qui in amore præcipitauit,peius perit,quā ſi ſaxo ſaliat. Verg.ij.æneid.& iam nox humida cælo præcipitat,pro præcipitatur.Idem in.iiij.tū flumina mento præcipitant ,pro præcipitātur.vnde & participiū præſentis paſſionē ſignāre reperitur(vt ſupra memorauimus)Verg.tepidi turbāt ſeptē oſtia Nili, ꝑ turbātur, & ab eo cōpoſitū cōturbo,as.ꝑ eo qd' eſt decoqre.Mart.cōturbabit Atlas,& nō erit vncia toto.Iuue. ſic pedo cōturbat.mato deficit. & ī lege quidā fundū.digeſt.de in rē verſo.Poſtea(inquit) cōturbauerat,qui boues vēdiderat. Verg.j.geor.ingemināt auſtri & dēſiſſimus imber,ꝑ ingeminātur,Idē in eodē cinipħy tōdēt hirci in canaq; mēta.ꝑ tōdētur.Idē in eodē, & totæ ſolidā in glaciē vertere lacunæ,ꝑ verſæ ſunt.Idē.j.æn.tū ꝓra auertit,& vndis dat latꝰ.qd' Ser.exponit,ꝑ auertitur,quēadmodū & illud Verg.tū vero tremefacta nouꝰ ꝑ pectora cūctis inſinuat pauor,ꝑ inſinuatur.Idē ī eodē.accingūt oēs opi,ꝑ accingūtur.

¶ Quinta verborum neutrorum ſpecies eſt; q̃ poſt ſe cum nullo caſu conſtruuntur, niſi media præpoſitione. vt ego viuo in vrbe. qualia ſunt.

Viuo. uis. por biuir. vt viuat gabijs. vt vixit in vrbe.

Eo. is. iui. por ir. Adeo. is. por yra lugar o a perſona. vt eo ad vrbem; adeo Antonium.

Obeo. is. por morir. Exeo. is. por ſalir de lugar. vt obijt & exiuit de vita.

Nato. as. por nadar. Enato. as. por ſalir a nado. vt natat in flumine, & enatat.

Sto ſtas. por eſtar en pie. Sedeo. es. por eſtar aſſentado. vt ego ſto. tu ſedes.

Salio ſalis. por ſaltar. Salto. as. por baylar o dançar. vt ego ſalio. tu ſaltas.

Ambulo. as. por andar. Deambulo. as. por paſſearſe. vt ante cœnam deambulo.

Incedo. is. por andar con pompa y aparato. vt ego quæ regina diuum incedo.

Sapio. is. por ſaber. Deſipio. is. por enloquecer. vt modo ſapit. modo deſipit.

Reſipiſco. is. por tornarſe a ſu ſeſo el q̃ enloquecio. vt reſipiſcit ex phreniti.

Contendo. is. Certo. as. Pugno. as. por pelear y contender. vt contendo tecum.

Concurro concurris. por encontrarſe con otro. vt noli concurrere mecum.

Conſtituo. is. conſtitui. por concertar con otro. vt ego conſtitui cum illo.

Attineo. es. Pertineo. es. por pertenecer. vt hoc attinet ſiue pertinet a me.

*¶ Quinta verborũ neutrorũ ſpecies eſt, hæc ſunt quæ a grãmaticis dicuntur abſolutiua: quæ in conſtructione caſus non admittunt niſi media præpoſitione. vt Iuue. viuat gabijs. viuat fidenis. vt vixit in vrbe. Viuo viuis. xi. quod cum accuſatiuo etiã poteſt conſtrui, ſed figurate: quemadmodum paulopoſt dicturi ſumus. Eodem quoq; modo dego. is. vt apud Verg. iiij. æñ. vitam degere more feræ. ¶ Eo. is. iui. ſed eo inficias dicimus, pro inficior ſiue nego. Exeo. is. cum accuſatiuo conſtruitur ratione præpoſitionis extra. & cum ablatiuo ratiõe præpoſitionis ex, cum quibus componitur. Solinus. poſtq̃ tatius (inquit) hominem exiuit. i. diem ſuum obijt. Verg. v. æñ. corpore tela modo atq; oculis vigilantibus exit, quod. Macrobius in ſaturnalibus & Seruius exponunt pro vita. Lucanus. exeat aula, qui vult eſſe pius. Adeo. is. ratione præpoſitionis ad, cum qua cõponitur, iungit ſibi accuſatiuũ. Verg. adit oppida paſtor. aliquando præpoſitio etiam acuſatiuo iungitur, vt Teren. in andria. adeo ne ad eũ? Ratione præpoſitionis etiam dicimus obeo mortem, pro morior. & obeo. is. abſolute poſitum. Sulpitius ad ciceronem. Paulo (inquit) ante lucem Marcellum diem ſuũ obijſſe. Nam compoſita ab eo. is. plærumq; actiua reperiuntur. ¶ Nato. as. aui. quod videtur etiã frequentatiuum a no. as. naui. natũ. ſed non ſeruauit ſimplicis quãtitatem. enato. as. aui. eſt natando ad littus ſiue ripã peruenire. Mar. ad votum Diodorus enatauit. Verg. vj. æñ. gelidas enauit ad arctos. ¶ Sto. as. ſteti. eſt in hominibus pedibus inſiſtere, in quadrupedibus a motu ceſſare cũ gradiuntur: in his, quæ fluunt non labi. in inanimatis erectum eſſe. Sedeo. es. eſt contractis cruribus in nates deſidere. ¶ Salio. is. eſt ſaltum facere. ſalto. as. eſt tripudio. as. ab hoc eſt ſaltatio. ab illo ſaltus. Verg. iij. geor. vnctos ſaliere per vtres. Hora. ij. ſer. ſaltat milonius, vt ſemel ictus acceſſit feruor capiti. Reperitur ſalio actiuum pro eo, quod eſt fœminam inire. Ouid. in. ij. de arte. Leta ſaltur ouis. hinc ſalaces dicũtur libidinoſi, et ſalacitas ipſa libido. Salto quoq; accuſatiuo iungitur, ſed figurate: ſi modo ſaltationem ipſam, quæ ſaltatur, exprimat. Hora. j. ſer. paſtorem ſaltaret vti cyclopa rogabat. Iuue. chironomon ledam molli ſaltante bathyllo. ¶ Ambulo. as. eſt tantum pedibus ire. Incedo. is. eſt cũ faſtu & magno apparatu. Verg. j. æñ. aſt ego, quæ diuum incedo regina iouiſq;. Idem in eodem. regina ad templũ forma pulcherrima Dido inceſſit magna iuuenum ſtipante caterua. Differentiam tamen horũ verborum Seneca notauit dicens. tenero ac molli paſſu gradum ſuſpendimus, nec ambulamus, ſed incedimus. De ambulare eſt voluptatis, aut exercitij cauſa ambulare: quod & ſpaciari dicitur. Nõ poſſum diſſimulare Philalethæ tarditatem: ne dicam ſtulticiam, qui putauit in illo Valerij maxi, quod in pricipio ſui operis ſcripſit: nec mihi cũcta cõplectendi libido inceſſit: ab eo quod eſt incedo. is. eſſe præteritum. cum ſit ab inceſſo. is. qd verbum ipſe non agnouit neq; apud Saluſt. legit, quod in catillinario ſcripſit, tanta Cupido gloriæ inceſſerat. quem locũ Valerius emulari viſus eſt. Inceſſere autẽ, vt ſupra diximus, eſt inuadere. Verg. regibus inceſſit magno diſcordia motu. Lucanus. in. viij. gemitus tacitos inceſſere fata. Ouid. xiiij. meta. ſæuiſq; parant inceſſere telis. ¶ Sapio. is. eſt ſapiens ſum. Martial. quiſquis plus iſto non ſapit. ille ſapit. Deſipio. is. eſt a cõmuni ſenſu ſapientiaq; minus habeo, vel quod meo ſenſu deſtituor. ¶ Reſipiſcere, vel reſipere eſt ad priorem mentis ſtatũ redire. Terẽ. me fortiſſimum puto eſſe nã tecum te intelligo reſipuiſſe. Sapio. is. cũ accuſatiuo eſt ſaporem aliquem præ ſe ferre. Mar. quod ſapit hyble atticoſq; flores: etiam abſolutum huius ſignificati eſt. Idem. vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ. ¶ Contendo. is. certo. as. pugno. as. concurro. is. conſtituo. is. huius ordinis verba ſunt. vt ego contendo tecum. pugno cũ Ceſare. certo cum Pompeio. conſtituo cum Antonio. Reperiuntur etiã apud poetas ſecundi ordinis, hoc eſt cum datiuis conſtructa. Verg. ij. geor. nec cellis ideo contende falernis. Idem in buc. montibus in noſtris ſolus tibi certat amyntas. quod Ser. vſurpatum eſſe dicit pro eo quod eſt certat tecum. Idem. in. ij. geor. argis tiſq; minor, cui non certauerit vlla. Idem in eodem. laudibus Italiæ certent non bactra neq; indi. Proper. tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ. Oui. j. meta. frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. ſed ſtatim iunxit ablatiuo media præpoſitione cum, dicens: mollia cum duris ſine pondere habentia pondus. Idem. xij. meta. & quoniam concurrere cominus hoſti non datur Iuue. hic vbi nocturnæ Numa cõſtituebat amicæ. ¶ Attineo. es. pertineo. es. cum accuſatiuo media præpoſitione ad conſtruuntur. Teren. ad te attinere omnem hãc rem. Mar. hoc ad te pertinet, ole: ſed quid agas, ad me pertinet, ole nihil.*

Animaduerthẽdũ eſt hoc verbũ ſum es fui poſt ſe cõſtrui cũ ntõ. vt ego ſum Antonius. cũ gtõ. vt virtꝰ eſt hominis, cũ dtõ. vt tu es mihi magiſter, cũ ſeptio caſu, vt es vir ſinglis eloquẽtia. Cũ hoc noie opus omnibꝰ fere caſibus iũgi poteſt.

Sunt præterea quædam alia verba; quę dicuntur ſubſtantiua; deſiderantia poſt ſe caſum ſimilem pręcedenti. vt exiſtit inutilis; extat incorruptus, manet immortalis. viuit fœlix, & ſimilia.

Sũt & alia, quæ cũ ſint intrãſitiua, reciprocantur tñ. vt incedo triſtis, ambulo lætus, euado doctus.

Præterea verba illa quæ dicuntur neutra tranſitiua, iudicio meo nihil habere; quod illis repugnet; cur non dicamus actiua, cũ etiã ſi natura repugnaret, ſermo idcirco nõ deberet eſſe mancus. Nã ſi recte dicitur; comederũt Iacob, & domus tuę zelus comedit me, recte quoq; dicet Iacob, ego ſum comeſus, ſicut & Iuuenalis dixit. & cito rapturꝰ de nobilitate comeſa qđ ſupeſt.

Preterea verba q̃ dicũtur ad ſolã naturã ꝑtinere ego nõ video, cur nõ recipiãt oẽs numeros & perſonas. vt ego non ſereno, ego nõ grãdino.

Præterea nullum eſſe verbũ actiuum, quod non poſſit eſſe abſolutum; ſi poſt ſe cum nullo caſu conſtruatur. vt ſi dixeris; ego amo.

Præterea verba neutra poſſe conſtrui cum accuſatiuo rem verbi ſignificante. vt ego viuo vitam. eo iter. ambulo viã. ſeruio ſeruitutẽ. furio furorẽ. certo certamẽ. pugno pugnã. pecco peccatum.

*¶ Animaduertendũ eſt, quoniam hoc verbum ſum es fui per omnes verborum neutrorum ſpecies ſpargitur, viſum eſt illud hoc in loco ponere. nam & poteſt eſſe abſolutum. vt eſt locus heſperiam graij cognomine dicunt. poteſt & poſt ſe cõſtrui cũ caſu ſimili præcedenti, vt homo eſt animal, poteſt & cũ genitiuo, vt virtus eſt hominis. pecudis vero voluptas, poteſt & cũ duobus datiuis. unde & Diome. inter idiomata latina hæc ponit exempla. gloriæ mihi eſt patris. teſtimonio tibi ſum. auxilio tibi ſum, gaudio mihi eſt aduerſarius. bono mihi eſt veritas. oneri mihi eſt hæc res. cordi mihi eſt amicitia. dolori mihi eſt iudiciũ. curæ mihi eſt doctor, miſeriæ mihi eſt labor. Infamiæ mihi eſt amor. ſic Terẽ. dixit in andria. aut tibi hæ nuptiæ ſunt cordi. Conſtruitur etiã cũ ſeptimo caſu, quando ponitur cũ genitiuo. Verg. i. æñ. ſunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ. quarũ quæ forma pulcherrima Deiopeia. pro corporis præſtantis & formæ. qđ vero ſubiũgit cum hoc nomine opus. Diomedis eiuſdẽ eſt preceptũ, q̃ inter idiomata ſcribit, vſitate dici, opus eſt mihi monito. apud veteres tamen inueniri per omnes caſus præter vocatiuũ. atq; addit, pro eo qđ græci dicũt habeo opus, habui opus ex ratione idiomatis latini, non poſſe dici, niſi opus eſt mihi. opus fuit mihi. Hieronymus igitur ſermonis græci proprietatẽ ſecutus, dixit in euãgel. dominus opus habet his. ¶ Sum es fui. cũ re verbi pro ipſo verbo. vt Plautus in amphy. quid tibi hanc rẽ curatio eſt verbero. pro curas. Idem in aſinaria. quid tibi huc receptio eſt meũ virũ. ideſt cur recipis. Idẽ in aulularia. quid tibi nos mendice homo tactio eſt. ideſt cur non tangis. ¶ Sunt præterea, propriẽ verbum ſubſtantiuum, vnũ eſt tantũ ſum es fui. quod ſubſtãtiã ſignificat, quodq; ob idipſum dei propriũ eſt. qui mera eſt ſubſtãtia, ipſo dicente in Exodo. qui eſt, miſit me ad vos. ſunt tamen & alia verba, quæ poſſunt dici propemodũ ſubſtantiua. vt ſiſto. exiſto. exto. fio. maneo. viuo. quæ poſt ſe æque regunt caſum ſimilem præcedẽti. Cicero in lib. de amicitia. exiſtit hoc loco queſtio ſubdifficilis. Idẽ de ſenectute, ipſiꝰ Appij extat oratio. poteſt enim addere ad illud diputãda. differẽda. adhuc pulchra. elegãtiſſima. artificioſa. Eodem modo dicimus fio ſenex. Hora. iiij. carmi. fis anus, & vis formoſa videri. maneo immortalis. Virg. iiij. æñ. at genus immortale manet. Idem in. iij. æñ. viuite fœlices, quibus eſt fortuna peracta. Pari modo conſtruuntur verba quæ cum ſint intranſitiua in obliquos caſus. reciprocantur tamẽ, vt incedo triſtis, ſicut Verg. quæ diuũ incedo regina. ambulo lætus, ſicut Hora. nocturnus obambulat. ¶ Præterea verba illa. de his multa diximus in principio huius libri. Illud tñ hoc in loco tãtũ repetimus nihil obſtare, quo minus hæc verba ſint actiua, niſi qđ putãt aliqui idcirco dici nõ poſſe, quia veritati repugnãt. Neq; enim omnino Priſciano aſſentior multis in locis dicenti ſignificatiõis cauſa, aliquid non poſſe dici. Neq; enim, quia nõ eſt niſi vnus mundus, vnus ſol, vna luna, iccirco nõ poſſem dicere deum momemto poſſe creare innumerabiles mundos, complures ſoles. multas lunas. aut quia non poſſum aratro arari. ligonibus paſtinari, prohibeor dicere, ego nõ aror, neq; paſtinor, ſed neq; poſſum arari, nec paſtinari. Quod & de verbis ad ſolam naturam pertinentibus, dici poteſt, ſed illa fateor non omnia poſſe ad vſus noſtros acõmodari. vt ego nõ ſereno. at poſſet dicere Iupiter, qui vultu cælum, tempeſtateſq; ſerenat. ¶ Præterea nullum eſſe verbum actiuum. hinc multi arguunt, verbum imperſonale ab omnibus verbis etiam actiuis poſſe prouenire, quandoquidem nullum eſt verbum actiuum, quod nõ poſſit eſſe neutrum. ſed nos de cuiuſmodi verbis loqueremur: expoſuimus. ¶ Præterea verba neutra poſſe conſtrui cum accuſatiuo rem verbi ſignificante, vt ego viuo vitam. & vita viuitur a me. Oui. xij. metamor. vixi annos biſcentum. iam tertia viuitur ætas. Alia tamen figura Iuuenalis dixit, qui curios ſimilant & bacchanalia viuunt. ideſt more bacchantium. Ambroſius ad Herentianum. Iam enim nõ vitam noſtram, ſed chriſtum viuimus. Eo iter ſiue viam. Cicero pro murena. hanc viam dico, ite viam. Vergilius. iiij. æneid. ſola incomitata videtur ire viam. Ambulo viam, in ſacris litteris ſæpe legimus. vt in libro ſapientiæ, ambulauimus vias difficiles. Seruio ſeruitutẽ. Gell. lib. ij. Diogenes cinicus, ſeruitutẽ ſeruiuit. Furio furorem. Verg. ij. æneid. ſine me furere ante furorem. Plautus in trinũmo. tuis ſeruiui ſeruitutem imperijs & præceptis pater. Certo certamen. Paulus in epiſtola. ij. ad Timotheum bonum certamen certaui. Pugno pugnam. Gellius libro. iij. qui vnam atq; alteram pugnam proſpere pugnaſſet. Idem lib. ix. aliquot pugnas populus Romanus proſpere pugnaſſet. Pecco peccatum. Ieremias in threnis interprete Hieronymo. Peccatum peccauit Hieruſalem. ideo inſtabilis facta eſt.*

*¶ Præterea nullum eſſe verbum.* Regula hæc ad omnia verborũ genera pertinet. Neq; obſeruãda eſt illa differentia, quam multi facere voluerunt, vt per accuſatiuũ tẽpus iuge atq; perpetuũ ſignificemus, per ablatiuum vero aliquid fieri per temporum interualla intelligamus. Nam ſi per accuſatiuum temporis continuitas ſignificaretur, fruſtra Verg. i. æñ. dixiſſet. hic iam tercentum totos regnabitur annos. Et in quarto georgicorum. ſeptem illum totos perhibent ex ordine menſes, aut ſi dicis totos ideo adieciſſe Vergiliũ, vt tẽporis continuitatem, quæ alias erat implicita, exprimeret: cur e diuerſo ſi ablatiuus interualla temporũ ſignificat, Ouidius in. v. triſtiũ dixit, pene decem totis aluit pẽantius annis. & Terẽtius in adelphis. ſex totis mẽſibus olfeciſſem? Ergo (quemadmodum diximus) indifferenter tres annos & tribus annis docui te grammaticam dici poteſt. vt Cicero in principio officiorum. quanq̃ te. M. fili iam annũ audientem Cratippum, neq; enim filius Ciceronis per totum tempus annum quo fuit athenis Cratippum philoſophũ audiuit: nã & obiter legit, aut cœnauit, aut deniq; dormiuit. ¶ Præterea cõplura eſſe verba, figurate, quia nullum verbum cum accuſatiuo cõſtrui poteſt, niſi ſit actiuũ. Cum igitur depereo abſolutũ ſit verbum: figurate dixit Gell. lib. vj. cũ eam penitus deperiret. & Apuleius. iij. meta. quendã Boetium iuuenem afflictum deperiret. pro eo quod eſſe deberet perdite amaret. ſic Hora. iiij. car. non ſola cõptos arſit adulteri crines. & Verg. in buc. formoſum paſtor Corydon ardebat alexim, pro ardenter amabat. Idem. i. æñ. nec vox hominẽ ſonat, pro eo q̃ ſonando reddit. ſicut in eodem. perſonat aurata docuit. quæ maximus atlas. i. perſonãdo cecinit. Et ĩ buc. formoſam reſonare doces amaryllida ſyluas, ideſt reſonando ex vocis repercuſſione reddere nomen amaryllidis. Eadem ratione accuſatiuo iungũtur illa ſtupeo. es. paueo. horreo. tremo. & ſimilia. Verg. ij. æñ. pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. pro admiratur cum ſtupore. Hora. ij. car. nec muliebriter expauit enſem. pro eo quod cum pauore timuit. Ouid. ij. meta, vrſaq; conſpectos in montibus horruit vrſos. i. cum horrore formidauit. Seneca in hercule furente. thalamos tremiſco. capta nunc videor mihi. i. cum tremore recuſo. Illa quoq; gemo. lugeo. fleo. & ſimilia. niſi figurate accuſatiuo iungi nequeunt. Iuue. tunc gemimꝰ caſus vrbis. & Liuius. matronæ Brutũ anno luxerunt. Figurate quoq; dicũtur illa olet vnguenta. ſapit thymbram. callet grãmaticam. Iuuen. affertur miſero tibi caulis: olebit laternam. i. imitabitur talis olei odorem. Hora. paſtillos ruffilus olet: gorgonius hircum. Idem. i. epiſtola. vina fere dulces oluerunt mane camænæ. Notat Ouidiũ Diomedes, quod dixerit, perq; locos ſacros, & olentia ſulphure fertur. nec Verg. cum Ouid. faceret, cum in primo æneid. dixit, redolentq; thymo fragrãtia mella. nã thymo cum fragrantia, non cum redolẽt iungi debet. Ergo oleo, aut abſolutum eſt: ſignificatq; odorem emittere, aut figurate cum accuſatiuo conſtruitur ſignificante odorem illum, quem res illa, quæ olet euaporat. pro eo quoq; quod eſt olfacio olfacis, hoc eſt odorem naribus capio: Alio modo dicimus: olet mihi hæc res per datiuum. Plautus in aulularia. aurum (inquit) huic olet. pro hic olfacit aurum. ¶ Omnia etiam verba neutra, quod in prima ſpecie verborũ diximus, nullum eſſe verbum, quod non cũ datiuo poſſit conſtrui: idem quoq; nunc de verbis neutris dicimus. & ponit exemplum ex buc. Verg: Cui pendere ſua patereris in arbore poma. nam pendeo abſolutum eſt, ſed dixit cui. i. ad cuius vſum atq; vtilitatem, aut voluptatem. Idem. ij. Georg. tibi res antiquæ laudis & artis ingredior. ideſt ad tuam laudem. Idem in codem, nemorumq; Ioui, quæ maxima frondet æſculus. ideſt in cuius Iouis honorem. Idem. v. æneid. quo tantum mihi dexter abis. hoc eſt in cuius perniciem vtq; damnum.

Præterea nullum eſſe verbum, quod nõ cum accuſatiuo: vel ablatiuo ſignificante tempus indifferenter conſtrui poſſit, vt docui te grammaticam tres annos: vel tribus annis.

Præterea cõplura eſſe verba neutra abſoluta, quæ figurate accuſatiuo iungi poſſunt. vt depereo virginem, & quod Verg. dixit Corydon ardebat alexin. illa quoq; ex idiomate ſermonis latini dicũtur, hoc latet me. neſcio quis me manet exitꝰ, & olet vnguentum. ſapit piſcem. & ſimilia.

Omnia etiã verba neutra poſſe iungi datiuo ſignificanti illum, cuius voluptati, aut moleſtiæ, dãno aut commodo, aut deniq; cuius gratia aliquid fit Verg. Cui pendere ſua patereris in arbore poma.

## ¶ De verbis Deponentibus. Cap. iiij.

DEponens verbum eſt illud quod in. or. deſinit; & non habet actiuũ in. o. retinetq; tamen actiui ſignificationem. vt ego loquor verba. Eius cõplures ſunt ſpecies.

¶ Prima ſpecies verborum deponentium eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cũ genitiuo, qualia ſunt, quę ſequuntur.

Miſereor. eris. por auer miſericordia. vt miſerere animi non digna ferentis.

Obliuiſcor. eris. oblitus ſum. por oluidar ſe. vt quis non malorum obliuiſcitur?

Reminiſcor. eris. Recordor. aris. por recordarſe. vt reminiſcere bonorum.

DE verbis deponẽtibus, & ponit in primis verbi deponẽtis diffinitionẽ dicẽs, qđ verbũ deponens eſt illud quod deſinit in. or. ad differentiã actiui & neutri: & nõ habet actiuũ in. o. ad differentiã verbi paſſiui. & retinet tantũ actiui ſignificationem ad differentiã cõis qđ vtrãq; habet. Eius cõplures ſunt ſpecies. Colligit autem ſex. ¶ Prima eorũ, quæ cõſtruũtur cũ genitiuo, vt miſereor innocẽtis Verg. in buc. nil noſtri miſerere. Idem. ij. æñ. oro miſerere laborũ tantorũ miſerere animi non digna ferentis. cũ datiuo cõſtructũ, hoc verbũ non reperitur. cũ accuſatiuo nõ miſereor: ſed miſeror. aris. iungitur. Idem. iiij. æñ. aut miſeratus amantẽ eſt. ¶ Obliuiſcor. eris. recordor. aris. & reminiſcor. eris, actõ etiã iungũtur. Hor. in epodo, quis nõ malarũ quas amor habet curas hæc inter obliuiſcitur. Verg. ij. æñ. quiſqs es amiſſos hic iã obliuiſcere gratos.

¶ Secunda verborum deponentium ſpecies eſt. Opitulor.aris, Cice.in epiſtolis, opitulare collegæ, ſubueni patriæ. Saluſtius in catil. Inopiæ ſuæ opitulati ſunt. ¶ Auxilior.aris.qđ Priſ.actõ vel datiuo poſſe iungi dicit. Cum genitiuo etiã reperitur in ſacris litteris cõſtructũ. Eſaiæ.xlix. Hiero.interpræ. in tempore (inquit) placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. ¶ Suffragor.aris.qđ eſt pũctõ, atq; ſentẽtia alicui fauere. Refragari vero iiſdẽ modis alicui aduerſari. Cice.in.i.de legibus. mihi enim videris fratrẽ laudãdo ſuffragari tibi. Rrefrago in voce actiua cũ accuſatiuo Siſena apud Marcellũ protulit, tdictaturam (inquit) omnibus animis, & ſtudiis refragauere, pro eo quod eſt dictaturæ refragati ſunt. ¶ Adulor.aris. aſſẽtor.aris. palpor.aris. blãdior.iris. cũ datiuo cõſtrui nemini dubiũ eſt. Reperitur tñ adulo.as. cũ accuſatiuo in voce actiua. vt Valerius Maximus. ſi Dionyſiũ (inquit) non adulares, iſta nõ eſſe. & Actius apud Marcellũ, pennatæ cauda noſtrũ ſanguinẽ adulat. Cicero.i.officiorũ cauendũ eſt, ne aſſentatoribus pateſaciamus aures, neq; adulari nos ſinamus. Eodẽ modo palpor palparis.cũ datiuo reperitur. palpo palpas cũ accuſatiuo. Hora.ii.ſerm.cui ſi palpere recalcitrat. Iuue.quẽ munere palpat car⁹. ¶ Blandior.iris. Quin. blãdiar pauliſper iudices calamitatib⁹ meis. ¶ Gratulor gratularis eſt (vt Valla inquit) teſtari nos gaudere de fœlicitate alterius apud eum ipſum, qui ea fortuna affectus eſt, & cõſtruitur cum dtõ, aliquando ſupprimitur dtũs, cũ tamẽ intelligatur. Oui.gratulor æchaliã titulis accedere noſtris. ſubaudi tibi. Idẽ in.iii.de arte, egome nunc deniq; natũ gratulor, ſubaudi mihi. Reperitur & gratulari, pro gratias agere, ſed tantũ diis immortalibus, vt Affranius apud Priſc. ſexte frater mi ſalue cum ſaluus venis: gratulor diis. Gratari idem prope eſt qđ gratulare, niſi quod magis eſt poeticũ. Verg. iiii.æñ. inueni germana viam gratare ſorori. ſed conſtruitur etiã cũ accuſatiuo. Idẽ in.v. gratatur reduces. Gratificor.aris.qđ eſt gratũ facere, etiã dtõ iungitur. Cicero pro Cornelio, nõ alicui gratificabatur homini, aut ordini. Saluſt. etiã actõ iunxit in Catilina. potentiæ paucorũ decus, atq; libertatẽ ſuam gratificare. Cicero quoq; ad Val. cur eni tibi hoc nõ gratificetur. ¶ Iraſcor iraſceris. Teren. tibi pol iratus ſum Philomena. ¶ Aſſentior.iris. Cice.in epiſto. ſenat⁹ mihi aſſenſus eſt. Idem alio loco. quibus aſſentior ſolicitam & periculoſam iuſticiã, non eſſe ſapientis. Siſena aſſentio.tis. putauit eſſe dicendũ, quẽ deinde multi ſunt ſecuti. vt autor eſt Quin.lib.i.orato. & Gellius lib.ii.noctiũ atticarum. Cice.tñ aſſentior ſemper fere dixit. atq; actõ iunxit, vt in primo de oratore. cetera (inquit) aſſentior Craſſo. Idẽ in.ii. quare tibi Antonii vtriq; aſſentior. ¶ Tertia verborũ deponentiũ ſpæcies eſt. Solor ſolaris, qđ eſt rebus ſolatiũ afferre. Conſolor.aris. tãtũ verbis alicui conſolationẽ adhibere. ab illo eſt ſolatiũ. ab hoc conſolatio. Execror execraris. abominor.aris. deteſtor.aris. auerſor.aris, idẽ prope ſignificant, atq; huius ordinis verba ſunt ſed auerſari ẽ vultũ, ab ea re quã deteſtamur auertere. Vergilius.iiii.æneid. non auerſata petentem. Ouid⁹.i.faſtorum officioq; leuem, non auerſatus honorem. Plinius libro.xxx. terram orbitis depreſſam auerſantur. hoc verbo frequenter Hieronymus vtitur in ſacris litteris. ſed fere ſemper legitur mendoſe, aduerſor pro auerſor. ¶ Sequor ſequeris, cum ſuis compoſitis, huius ordinis eſt verbum, præterquã obſequor obſequeris. quod ad ſuperiorem ſpeciem pertinet. Proſequor tamen elegantiſſime præter accuſatiuum etiam ſeptimo caſui iungitur, vt proſequor te muneribus. proſequor te lachrymis. Plinius in epiſtolis. proſecutus eram viatico ſecedentem. Cicero in epiſtolis. quam tu ipſe omnibus lætis proſequeris. Conſequi eſt rem, quæ fugiebat aſſequi. ¶ Fateor fateris, & confiteor eo differunt, quod fatemur ſponte. confitemur coacti. diffiteri vero eſt negare, aut non fateri, quod fatendum erat.

¶ Secunda verborũ deponẽtium ſpecies eſt, quę poſt ſe cõſtruũtur cũ datiuo. Qualia ſunt hęc.
Opitulor opitularis. Auxilior auxiliaris. por ayudar. vt opitulare mihi; auxiliabor tibi.
Suffragor ſuffragaris, por ayudar conel voto. vt rogo te, ſuffragare mihi.
Refragor refragaris. por eſtoruar conel voto. vt peto a te, ne refrageris mihi.
Patrocinor patrocinaris, por defender en iuyzio. vt ego patrocinabor tibi.
Adulor adularis. Aſſentor aſſentaris. Palpor.aris. por liſongear; vt ne aduleris malo.
Blandior blandiris. por aquello meſmo, o halagar. vt cur blandiris potentiori?
Gratulor gratularis, por auer plazer del bien de otro. vt gratulor tibi fortunis aucto.
Iraſcor iraſceris, por ſe enſañar de otro. vt tibi Pol iratus ſum Philomena.
Aſſentior aſſentiris, por ſentir, y cõſentir cõ otro. vt ſenatus mihi aſſenſus eſt.
Inſidior inſidiaris, por aſſechar a otro, vt lupus inſidiatur ouibus.
Obſequor. eris. por obedecer. Vt ego obſequor tibi. vt obſequaris mihi.
¶ Tertia verborũ deponẽtiũ ſpecies eſt; quę poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo. Qualia ſunt.
Solor ſolaris. Conſolor conſolaris, por conſolar. vt ſolare egenum, conſolare orbum.
Execror execraris. Abominor. Deteſtor. Auerſor. por maldezir. vt execror te.
Sequor ſequeris ſecutus ſum, por ſeguir. vt I, ſequere Italiam ventis.
Conſequor conſequeris conſecutus ſum. por alcãçar. vt conſequor ego; quod volo.
Fateor fateris, por confeſſar por ſu voluntad. vt fateor fatenda.
Confiteor confiteris, por confeſſar ſin ſu voluntad. vt confiteor confitenda.
Diffiteor diffiteris. por no confeſſar; o negar. vt diffiteor neganda.

Precor precaris precatus ſum, por rogar. vt ſæpe precor mortem.

Deprecor.aris.por rogar o abominar. vt mortem quoq; deprecor idem.

Demereor.eris.erui.por obligar por beneficios. vt demereor amicum.

Cauſor.aris.por traer occaſion o achaque. vt locum immeritum cauſatur.

Aemulor.aris.Imitor.aris.por remedar, vt æmulor patrem.Imitor matrem.

¶ Quarta verborum deponētium ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum ablatiuo ſiue ſeptimo caſu. Qualia ſunt.

Lætor lætaris.Delector.aris.por ſe alegrar, vt lætor meis rebus,& delector tuis.

Vtor vteris.por vſar. vt rogo te vtere meis omnibus rebus.

Potior potiris. por alcançar lo deſſeado. vt optata Troes potiuntur arena.

Veſcor veſceris.por comer. vt capræ veſcuntur frōdibus.

Fungor.eris.por vſar de officio, vt fūgor meo munere.

Fruor frueris.por gozar de algo, vt fruimur honeſtis,& quæ ſunt propter ſe.

¶ Quinta verborum deponentium ſpecies eſt; quæ poſt ſe cum nullo caſu conſtruuntur niſi media præpoſitione. Qualia ſunt.

Iocor iocaris.por burlar de palabras. vt Cicero iocatus eſt in Antonium.

Graſſor graſſaris. por ſaltear para robar. vt Clodi⁹ graſſabatur per vrbem.

Caſtrametor caſtrametaris.por aſſentar real. vt Cæſar caſtrametatus eſt in Alpibus.

Labor laberis. por caer o reſbalar deſlizandoſe. vt caue ne labaris in lubrico.

Ruſticor ruſticaris.por eſtar enel campo, o en heredad. vt ruſticatur in otio.

Philoſophor. aris. por eſtudiar en philoſophia. vt philoſophatur in vrbe.

*¶ Precor.aris.manifeſtā habet ſignificationem. ¶ Deprecor quoq; idem ſignificat qđ precor, habet tamen aliam recōditiorem ſignificationē, quod eſt deteſtari & abominari. Ouid.i.de ponto, ſæpe precor mortē, mortē quoq; deprecor idem. Luca. in.ix. non deprecor hoſti ſeruari. Saluſtius, inimici imperium & cruciatus corporis deprecor. Quid autem ſit depercari Gelli⁹ copioſe lib.vi. diſputat. Imprecari eſt malū alicui precari. ¶ Demereor.eris. quod eſt aliquem ſibi beneficijs obnoxium facere. Quintil. lib.i. ſimul vt demererer amantiſſimos mei iuuenes. Suetonius in othone; nec minus alium alia via demerebatur. Idē in vitellio, ne qua nō arte demereretur Claudium. Ouid. in epiſto. phillidis. Crimine te potui demeruiſſe meo. illiterati dicunt demereri pro nō mereri. & demerita pro non merita. ¶ Cauſor.aris. pro eo, quod eſt cauſam ſiue occaſionem afferre. Horatius in epiſtolis: locum immeritum cauſatur inique. Ouid. ix. metamorph. viſaq; cauſatur. Apuleius pro magia. vim meam quam voluntatem ſuā cauſari maluiſſe. Cauſo cauſas, quo imperiti vtuntur, p efficio.is. nō dicitur latine. ¶ Aemulor.aris. pro eo quod imitor in bonā partem accipitur: nam pro eo quod eſt inuidere datiuo iunxit Hierony. in pſalmo. Noli æmulari malignantibus. Ad hanc ſpeciem referenda ſunt verba, quæ præter accuſatiuum conſtruuntur etiam cum datiuo, vt loquor tibi verba, precor tibi multa mala: & quæ præter accuſatiuum deſiderant etiam ſeptimum caſum. vt muneror muneraris. dignor dignaris. Horatius in epodo, certantem, & vuam purpuræ qua muneretur te Priape. Verg.i. æn. haud equidem tali me dignor honore. Apud antiquiores digno dignas fuit. Cicero apud Priſcia. in æconomico. ex eo (inquit) numero hominū, qui apud nos hoc nomine dignantur, ideſt digni habentur. hinc Verg. iiij. æn. dixit, coniugio Anchiſa veneris dignata ſuperbo. ¶ Quarta verborum deponentiū ſpecies eſt. ¶ Lætor lætaris. Verg. vi. eneid. apud ſuperos furto lætatus inani. Idem tamen. xi. libro genitiuo iunxit dicens. veterum memini, lætor ve malorum. ¶ Vtor vteris quod antiquiores etiam accuſatiuo iungebant. Varro apud Priſcianū, vtile vtamur potius, quā a rege abutamur. ¶ Potior potiris cum genitiuo & ablatiuo cōſtrui poteſt. ſed & cum accuſatiuo apud antiquiores iungebatur. Saluſtius in Iugurtha. priuſquam legatos conueniret; Atherbalis potiretur. & infra: ſi eius oppidi potitus foret: & ibidem. Romani ſignorum & armorū potiti ſunt. Cicero ſecundo inuecti. rerum potiri volunt. Vergilius.i. æneid. optata Troes potiūtur arena. Terentius in adelphis. ille alter ſine labore patria potitur commoda. Plautus in amphy. contigit, vt ſalui potiremur domum. ¶ Veſcor.veſceris. Vergilius veſcitur Aeneas ſimul & Troiana iuuentus perpetui tergo bouis, quod etiam accuſatiuo iunxit Actius apud Marcellum. Facinus (inquit) oculi veſcuntur. & in Leuitico Hieronymo interprete. afferat p ſe duos paſſeres: quos veſci licitum eſt. Idem numeri. xiij. erat autem tēpus quando iā præcoque vuæ veſci poſſunt. ¶ Fungor fungeris accuſatiuo quoq; iūxit. Terentius in adelphis dicens, neq; boni, neq; liberalis functus eſt officium viri. Plautus in Menechmis. nā Paraſitus octo hominū munus facile fungitur. ¶ Fruor frueris, qđ eſt finis: quemadmodū vtor vteris eorum, quæ ſunt ad finem. Vnde vtimur pecunijs, fruimur autem virtute. ¶ Quinta verborū deponentiū ſpecies eſt. ¶ Iocor.aris. Auſo. falſoq; in amore iocari. Manil. v. aſtro. pendens iocatur in hoſtē. ¶ Graſſor. Sil. graſſandum ad magna periclis. Liuius. lib. ij. vt in te hac via graſſaremur. ¶ Caſtrametor. Regum.i. Hierony. interp. Et ſicut caſtrametatus eſt iuxta lapidem Madintorij. ¶ Labor.eris. Ouid. iij. de Arte. cito pede labitur ætas. ¶ Ruſticor. Cicer.i. de legibus. Si qui dies ad ruſticandum dati ſunt. Philoſophor. Idem.i. de Na. De. Et cum minime videbamur, tum maxime philoſophabamur.*

¶ Tumultuor. Pli. libro. ij. hic tumultuatur hominum genus. ¶ Cachinor a græco videtur. canchazo enim interpretatur cachinor: ad hanc ſpeciem reduci poſſunt etiam, quæ in ſexta ſpecie poſita ſunt ſcilicet. ¶ Orior oreris, vel oriris. Ouid. lib. x. meta. T u quoties oreris. viridiq; in ceſpite flores. ¶ Naſcor. Iuuc. filia naſcitur ex me. ¶ Patior. eris. Ouid. xiiij. meta. quæ patiēda diu eſt. Idem, Heu patior telis. Verg. O paſſi grauiora. Apud veteres vero actiuum fuit. Ennius, Populus pati, tu pa-tiés modo.

¶ De verbis communibus. Cap. v.

IN primis dicit verbum commune eſſe illud, quod deſinit in. or. & non habet actiuum in. o. quod etiam verbum deponēs habet, a quo differt: quoniā deponens actiuam tantum habet ſignificationem: commune vero actiuam & paſſiuam. Apud antiquiores quemadmodum Priſcianus & Marcellus colligunt: multa huius generis fuerunt verba, vt auxilior. auxiliaris. adulor, aris. adminiculor adminicularis. adhortor adhortaris, auſpicor auſpicaris. abhominor, aris. adorior adoriris. abutor. eris. atteſtor. aris. aſpenor. aris. archithector. aris. aſſector. aris. aſſequor. eris. argumentor argumentaris. arbitror. aris. adipiſcor. eris. blādior. iris conſolor. aris. conſpicor. aris. comminiſcor. eris. calumnior. aris. carnificor. aris. conſector, aris. conteſtor. aris. deſpicor. aris. demolior. iris. dominor. aris. depeculor depecularis. dilargior. iris. dignor. aris. exordior. iris. experior. iris. exequor. eris. fruſtror. aris for faris. hortor hortaris. metor. aris. morigeror. aris. miror, aris. machinor, aris. mentior. iris. obliuiſcor. eris. queror. eris. ſolor ſolaris. Quæ omnia, tametſi inter deponentia numerantur, tamen aliquando paſſiue reperiuntur prolata, & ab eis participia præteriti paſſionem ſignificantia. Sed etiam ab his nonnunq̄ vox actiua reperitur, vt ſit vero ſimillimum, fuiſſe hæc olim actiua.

¶ De verbis diuerſorum generū. Cap. vi.

De verbis diuerſorum generum. Sunt quædam verba, quæ reperiuntur diuerſis modis cōſtructa, de quibus per ſingulas generum ſpecies aliquid attigimus, quæ nunc iccirco repetimus, vt ſub vna facie per ordinem alphabeti poſſint lectori occurrere. Abſtineo abſtines de quo in ſexta actiuorum verborū ſpecie diximus.

Adeo. adis in quinta verborum ſpecie actiuorum.

Adulor, adularis. in ſecunda deponentium ſpecie.

Amoueo. amoues. in ſexta actiuorum ſpecie.

Tumultuor. aris. por hazer bollicio. vt tumultuatur in caſtris.

Cachinor cachinaris. por reir demaſiado. vt cachinatur in conuiuio.

¶ Sexta verborum deponentium ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum ablatiuo & præpoſitione. a. vel. ab. Qualia ſunt.

Orior oreris vel. iris. por nacer. vt ortus a patribus honeſtiſſimis.

Naſcor. eris. por nacer. vt natus a clariſſimis maioribus.

Patior, eris. por padecer. vt ruſtici patiūtur a ciuib⁹.

¶ De verbis Cōmunibus. Cap. v.

COmmune verbum eſt, quod deſinit in. or. & non habet actiuum in. o. & retinet actiui & paſſiui ſignificationē. vt ego amplector te, tu amplecteris a me. Pauca huius generis reperiūtur, hæc fere.

Complector. eris. amplector. eris. por abraçar y ſer abraçado. vt complector te, & a te.

Oſculor oſcularis. por beſar y ſer beſado. vt ego oſculor te; tu oſcularis a me.

Criminor criminaris. por acuſar y ſer acuſado. vt ego criminor te, & tu a me.

Experior. iris. por experimentar y ſer experimentado, vt ego ego experior illum: & ille a me.

Veneror. aris. por honrar y ſer hōrado. vt ego veneror deos; & dei a me.

Interpretor. aris. por declarar y ſer dclarado. vt ego interpretor obſcura: & illa a me.

Largior. iris. por dar y ſer dado. vt largior pecunias & pecuniæ largiuntur a me.

¶ De verbis diuerſorum generū, a. q̄ ſub eodem genere diuerſarum formarū. Cap. vi.

ABſtineo me ab iniurijs. no hago iniuria a otro. actiuum ſextę ſpeciei.

Abſtineo manum a muliere. por no tocar a muger. actiuum eiuſdem ſpeciei.

Abſtineo irarum. por no enſañarſe. neutrū primæ ſpeciei.

Adeo domum. vel ad domum. por yr a caſa. neutrum quintæ ſpeciei.

Adulor tibi vel adulor te. por liſongearte. deponens ſecundæ & tertiæ.

Admoueo tibi manum. yo llego la mano a ti. actiuum tertiæ ſpeciei.

Amoueo a te manum. yo quito la mano te ti. actiuum ſextæ ſpeciei.

Aduerſor tibi. yo te contradigo, o ſoy te contrario. deponens ſecundæ ſpeciei.

Auerſor te, yo huyo de ti, & abominor te, deponens tertiæ ſpeciei. *Auerſor auerſaris. in tertia deponentium ſpecie.*

Audio te, audio vocem. por oyr el ſonido tuyo, actiuum primę ſpeciei.

Audio a te, vel ex te, vel de t[illegible] yr tu doctrina. actiuum ſextę ſpeciei. *Audio audis. in ſexta actiuorum ſpecie.*

Audio tibi vel inaudio, por obedeſcerte: neutrum ſecundæ ſpeciei.

Audio male abſolutum. por ſer infamado. neutrũ quintæ ſpeciei.

Aſſentior tibi, vel aſſentior tibi hoc. por conceder. deponens ſecundę & tertię. *Aſſentior. iris. in ſecunda deponentium ſpecie.*

Aſſentio tibi, vel aſſentio tibi hoc. por aquello meſmo. neutrum & actiuum.

Caueo tibi. yo te pueo, caueo te. yo huyo de ti. neutrum & actiuum. *Caueo caues. in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Careo te vel careo tui. por carecer de ti. neutrũ primę & tertiæ,

Cõmitto tibi libros. por encomendar te los libros. actiuum tertię ſpeciei. *Committo committis. in tertia ſpecie actiuorum.*

Committo prælium vel milites. por trauar pelea. actiuum primæ ſpeciei.

Committo vt non colam parentes. por peccar. neutrum quintę ſpeciei.

Credo tibi & credo tibi hoc. por creer. neutrum ſecundę & actiuum tertiæ. *Credo credis. in tertia ſpecie actiuorum.*

Credo tibi pecunias. por preſtarte los dineros. actiuum tertiæ ſpeciei.

Conſulo tibi. por proueerte o darte conſe/o. neutrũ ſecundæ ſpeciei.

Cõſulo te. por demãdarte cõſe/o. actiuũ primę ſpe. *Conſulo conſulis. in tertia ſpecie actiuorum.*

Conſulo boni. por echarlo, o iuzgarlo a buena parte. neutrum ſecundæ ſpeciei.

Commendo te regi. por encommendarte al rey. actiuum tertiæ ſpeciei. *Cõmẽdo cõmendas. in terti[a] ſpecie. actiuorum.*

Commẽdo te apud regem. por alabarte delãte del rey. actiuum primæ ſpeciei.

Certo tibi vel certo tecum. por contender contigo. neutrum ſecundæ & quintæ. *Certo certas. in quinta ſpecie neutrorum.*

Cõtendo tibi vel tecum. por aquello meſmo. neutrum ſecundæ & quintæ. *Contendo contendis. in quinta ſpecie neutrorum.*

Congredior tibi vel tecum. por encontrar cõtigo. deponens ſecundæ & quintæ.

Conſtituo tibi vel tecũ. por concertar contigo. neutrum ſecundæ & quintæ. *Conſtituo conſtituis. in quinta ſpecie neutrorum.*

Do tibi pecunias. por darte los dineros. actiuum tertiæ ſpeciei. *Do das. dedi. in tertia ſpecie actiuorum.*

Do tibi litteras ad amicum. para que ſe las lleues. actiuum eiuſdem ſpeciei.

Do ad te litteras. para que en auſencia las leas. actiuum primæ ſpeciei.

Do tibi pecunias dono. por darte los dineros graciosos. actiuum tertiæ

*Dono donas.in tertia ſpecie actiuorum.*

Dono tibi pecunias. por aquello meſmo. actiuum tertiæ ſpeciei.

Dono te corona.por darte corona en ſeñal de honra.actiuum quintæ.

Dolet mihi caput proprie, Doleo caput figurate, neutrum ſecundæ.

*Doleo doles.in ſecunda ſpecie neutrorum.*

Doleo vicẽ tuã.peſame de tu fortũa y deſdicha.figu.

*Dego degis.in quinta ſpecie neutrorum.*

Dego.is.abſolute.vł dego vitã.por biuir. neutrum quintæ.

*Exigo exigis.in quarta ſpecie actiuorum.*

Exigo te pecunias.vel exigo a te pecunias.actiuum quartæ & ſextæ.

*Exeo exis.in quinta ſpecie actiuorum.*

Exeo domum.vel exeo domo.por ſalir de caſa.neutrum quintæ.

*Facio facis.in tertia ſpecie actiuorum.*

Facio tibi iniuriam.por hazer te iniuria. &c. actiuũ tertiæ.

Facio te maximi.por eſtimarte en mucho.acti.ſcdę

Facio te certiorẽ.por auiſarte.actiuũ primę ſpeciei.

Facio tecum.por conuenir y concertar cõtigo.neutrum quintæ.

*Iduo induis.in quarta ſpecie actiuorum.*

Induo te veſtem.por veſtirte la veſtidura.actiuum quartæ ſpeciei.

Induo te veſte.por aq̃llo meſmo.actiuũ ſextæ ſpe.

Induo tibi veſtem por aquello meſmo.actiuum ter-tertiæ ſpeciei.

*Ignoſco ignoſcis.in ſecunda ſpecie neutrorum.*

Ignoſco tibi,vel ignoſco tibi peccatum,por te perdonar.neutrum & actiuum.

*Inuideo inuides.in ſecunda ſpecie neutrorum.*

Inuideo tibi,vel inuideo tibi veſtẽ.por tener te embidia.neutrum & actiuum.

*Illudo illudis.in ſecunda ſpecie neutrorum.*

Illudo tibi.vel illudo te.por hazer de ti burla.neutrum & actiuum.

*Indulgeo indulges.in ſecunda ſpecie neutrorum.*

Indulgeo tibi.por regalar y tratar delicadamente, neutrum ſecundę.

Indulgeo operam litteris.por dar obra alas letras, actiuum tertiæ.

*Impono imponis.in ſecunda ſpecie neutrorum.*

Impono tibi onus por ponerte carga acueſtas.actiuum tertiæ.

Impono tibi.por engañar te.neutrũ ſecũdę ſpeciei.

*Inceſſo inceſſis.in ſecunda ſpecie neutrorum.*
*Inuado inuadis.in ſecunda ſpecie neutrorum.*

Inceſſo tibi.inuado tibi.por tentar o acometer.neutrum ſecundæ.

Inceſſo te.Inuado te.por aquello meſmo.actiua primæ ſpeciei.

*Lætor lætaris.in quinta deponentium ſpecie.*

Lætor malorum vel malis.por alegrarſe cõ males. deponens primæ.

*Mano manas.in tertia neutrorum ſpecie.*

Manat aqua ex fõte.vel fons manat aqua.por manar.nneutrum quintę & tertiæ.

*Moneo mones.in quarta actiuorum.*

Moneo te rem honeſtam.por amoneſtarte lo honeſto.actiuum quartę.

Admoneo te honeſtorũ, por traer te ala memoria actiuum ſecundæ.

*Miſereor miſereris. in prima deponentium ſpecie.*

Miſereor innocentis.por auer miſericordia del innocente.deponens primæ.

*Miſereor miſereris.in tertia deponentium ſpecie.*

Miſereor innocentem.por aq̃llo meſmo. deponẽs tertiæ.

*et.in quarta imperſonalium ſpecie.*

Miſeret me innocentis.por aquello meſmo, imper

Metuo tibi.por auer miedo que te venga mal.neutrum ſecundæ. *Metuo metuis.in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Metuo te.por auer miedo de ti.actiuum primæ ſpeciei.

Noceo tibi;vel noceo te por empecer te.neutrum ſecundæ & actiuum primæ. *Noceo noces.in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Oro te, vel a te rem honeſtam.por demandar te lo honeſto.actiuum quartæ & ſextæ. *Oro oras.in quarta actiuorum ſpecie.*

Oleo vnguentum. por oler a vnguento. neutrum figuratum. *Oleo oles.in quinta neutrorum ſpecie.*

Olet mihi vnguẽtum.por oler me el vnguẽto. neutrum ſecundæ.

Olfacio vnguentum.por oler yo el vnguento.actiuum primæ.

Obliuiſcor tui;vel te.por oluidarte. deponens primæ & tertiæ. *Obliuiſcor.eris.in prima deponentium ſpecie.*

Palpor tibi.por liſongearte,o halagar te.deponens ſecundæ. *Palpor.aris.in ſecunda depontium ſpecie.*

Palpo te.por aq̃llo meſmo actiuum primæ ſpeciei.

Pugno tibi,vel pugno tecum. por, pelear contigo neutrum ſecundæ & quintæ. *Pugno.as.in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Prouideo tibi.por proueer te y mirar por ti. neutrũ ſecundę. *Prouideo.es.in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Prouideo te.por mirar te ď lexos. actiuũ primę ſpe. *Prouideo.es.in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Parco tibi.por perdonar te los errores.neutrum ſecundæ ſpeciei.

Parco tibi pecunias.por guardarte los dineros.actiuum tertiæ ſpeciei.

Pareo tibi, vel pareo tibi omnia.por obedecer.neutrum ſecundæ & actiuum tertiæ. *Pareo.es.in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Poſtulo te vel a te debitum.por demandarte la deuda.actiuum quartæ & ſextæ. *Poſtulo.as.in quarta actiuorum ſpecie.*

Poſtulo te repetundarum.por demandar los cohechos.actiuum ſecundæ.

Peto a te vel te libros.por demandarte los libros, actiuum quartæ & ſextæ. *Peto.is. in quarta actiuorum ſpecie.*

Peto te lapide.por herir te cõ piedra.acti. quitę ſpe.

Potior virgine.yo alcanço la donzella que deſſeaua.deponens quartæ. *Potir.iris.in quarta deponentium ſpecie.*

Potior rerum por alcançar el imperio delas coſas. deponens primæ.

Reminiſcor tui vel te. por recordarme de ti. deponens primæ & tertiæ. *Reminiſcor.eris.in prima deponentium ſpecie.*

Salio ſalis por ſaltar. Salto ſaltas.por dançar.neutra quintæ. *Salio;ſalis.in quinta neutrorum ſpecie.*

Salit ouem aries.por ſaltar ſobre ella. actiuum primæ ſpeciei.

Timeo tibi.por auer miedo que te vẽga algũ mal, neutrum ſecundæ. *Timeo times.in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Timeo te.por auer miedo de ti.actiuũ primæ ſpeci.

Veſcor panem vel pane.por comer pan.deponens tertiæ & quartæ. *Viſcor.eris.in quinta deponentium ſpecie.*

Vtor panem vel pane.por vſar de pan. deponens tertiæ & quartæ. *Vtor.eris.in quinta deponentium ſpecie.*

¶ De verbis Imperſonalibus. Cap̄.vij.

VErbū impſonale eſt duplex, actiuæ vocis,qđ eſt ſimile tertijs pſonis verbi actiuę vocis.vt vt miſeret,pudet. paſſiuę vocis:qđ eſt ſimile ter tijs perſonis paſſiue vocis. vt curritur ; ſtatur; de quopauloposſt dicemus.Sed verborū imper ſonaliū ctiuæ vocis,complures ſunt ſpecies.

¶ Prima verborū impſonaliū actiuę vocis ſpecies eſt.q̄ ante ſe exigūt genitiuū;&poſt ſe infinitiuū, & ſunt duo; intereſt & refert. vt pceptoris inte reſt docere.ſenatoris refert adminiſtrare rē pu blicā. Cōſtruūtur vero cū ablatiuo generis fœ minini numeri ſingl'is horū pnominū mea.tua. tua.ſua.nr̄a veſtra.adde etiā ab hoc nomine qs vel q.vt mea intereſt legere. tua refert audire. cuia intereſt pfiteri. ei9 intereſt ſalariū pcipere.

¶ Scđa verborū impſonaliū actiuę vocis ſpēs eſt. quę ante ſe exigūt dtm̄.& poſt ſe infinitiuū.vt

Accidit mihi febrire.acontece me tener fiebre.
Contigit mihi ire.acontece me yr.
Euenit mihi docere.acontece me enſeñar.
Conuenit mihi audire.conuiene me oyr.
Placet mihi legere.Plaze me leer.
Licet mihi amare. yo puedo amar.
Expedit mihi proficiſci.es me vtil partir.
Vacat mihi dormire.vaga me dormir.
Cōſtat mihi te inſanire.es me cierto q̄ tu eres loco.
Patet mihi te eſſe ignarū.es claro q̄ tu eres neſcio.

*De verbis imperſonalibus. Poſtea quā in ſuperioribus de verborū perſonaliū conſtructione diſſeruimus,conſequens eſt,vt de imperſonalibus diſputetur.Cumq; imperſonaliū genera ſint duo.hoc eſt actiuæ vocis,& poſſiuæ vocis.pri mū agit de verbis imperſonalib9 vocis actiuæ,que ruſus in quinq; ſpecies diuidit.¶ Prima verborū imperſonaliū.Si bene horū verborū naturā cōſtructionēq; excutias,perſonalia ſunt,quoniā ſuppoſitū habent,aut expreſſum:aut implicitū.Cice. pro Plancio.ſi quid mea minus intereſt,id te forte magis delectat.Idem pro eodem.non ſolū quid cuiq; debeam,ſed quid cuiuſq; interſit.Idē pro Sylla.veſtra enim hoc maxime intereſt.Quod ſi cū infinitiuis hæc verba cōſtruātur,quis nō videt infinitiuū,qui pro nomine rē verbi ſignificāte plerūq; ponitur:poſſe illis dare ſuppoſitū? Tantū nāq; valet mea intereſt legere,quātum lectio ad me pertinet. tua refert audire, quantū auditio eſt tua,vel( vt paulo poſt ex verbis Sipōti.dicemus)in re tua eſt auditio.hac quoq; ratione dicimus,ſenatoris eſt, vel intereſt rēpublicam gubernare , pro eo qđ gubernatio reipublicæ eſt ſenatoris. vel eſt in re ſenatoris,vel pertinet ad ſenatorē.Itaq;,qđ diximus hæc verba conſtrui cū genitiuo ante ſe:ſi clauſulā reſoluas:cū genitiuo poſt ſe cōſtrui recte dixeris. Affert Laurentius rationem,cur dicimus mea.tua.ſua.noſtra.veſtra.cuia refert. vel intereſt,& non mei.tui. ſui. noſtri.veſtri. cuius refert,vel intereſt cū in reliquis omnibus genitiuo vtamur. Nā quēadmodū ex illius autoritate lib.i.diximus.ego.tui.ſui.pnomina duplices apud antiquiſſimos habuere genitiuos. ego mei vel mis.tu tui vel tis.ſui vel ſus.quorū priores genitiui ſignificant paſſionem,poſteriores vero actionē:qui tamē cū ab vſu receſſiſſent, in corū locū ſubſtituta ſunt pnomina illa poſſeſſiua meus. tuus.ſuus.quæ æque actionē ſignificant.Itaq; cū illa verba intereſt & refert exigerent, vt cū genitiuo ſignificationis actiuæ cōſtruerentur.genitiui autē illorū pronominū qui extāt, paſſiue ſignificarēt, recurrēdū fuit ad pronomina poſſeſſiua(quæ vt dixim9)actionē ſignificāt,quādoquidem in locū actiuæ ſignificationis genitiuorū,qui non extant,ſubſtituta ſunt.& p eo qđ eſſe debuit,intereſt mis legere.refert tis audire.dicim9 intereſt mea legere. refert tua audire,quia(vt diximus)nō potuimus dicere: intereſt mei legere.refert tui audire.accepim9 autē mea. tua,ſua,qua neceſſitate dixim9 coacti.noſtra.veſtra.cuia.ad illorū pportionē affinitatēq; quā inter ſe habebāt. Potuim9 nāq; recte dicere itereſt noſtrū legere.refert veſtrū audire.cui9 vl' quorū itereſt docere.ei9 vel eorū refert ſalariū accipere.videlicet qa noſtrū & veſtrū,cui9 vl' quorū actiue accipi poſſunt.Sed cur gtūs i ablatiui terminationē fœmininā cōmutat9 eſt, Valla putat eſſe hāc rationē,qđ abltūs in ſignītiōe pxim9 ē gtō,& qđ termiatio fœminina media ē triū genrū,vl' ſuauitatis gratia,ne durū videretur dicere,meo itereſt.veſtro refert. Putat quoq; mea.tua.ſua. noſtra.veſtra.cuia.ſubſtātiue eſſe accipiēda. Huius cōmēti Valla ſe inuētorē eſſe gloriatur. Sed in hac poſteriori rōne,ego magis Sipōtino aſſentior dicēti, qđ intereſt cōponitur ex in,& re,& eſt.refert ex res, & fert.nihil enim aliud eſt intereſt præceptoris legere,quā in re præceptoris eſt legere,hoc eſt lectio.& refert diſcipuli audire.i.res diſcipuli fert audire.itereſt mea docere.hoc eſt in re mea eſt docere.refert tua mercedē ſoluere,hoc eſt res tua fert mercedē ſoluere. p eo qđ eſſe debuit in re mis eſt docere, & res tis fert mercedē ſoluere.Sed,vt ad Laurētij inuētū redeamus,quoniā ablatiui illi pnominū poſſeſſiuorū p genitiuis primitiuorū q nō extant, ſuppoſiti ſunt,ſi adiectiuū ſuperuenerit, genitiuis potius qui ſub intelliguntur, quā ablatiuis qui explicantur, iungendum eſt. vt mea ſolius intereſt legere. quaſi dicerem, mis ſolius intereſt legere. tua vnius intereſt audire. ac ſic diceretur, tis vnius intereſt audire. Si vero ſubſtantiuum fuerit illud, quod additur, quia vix eſſet tollerabile, ſi genitiuo iungeretur: in aliā dicendi formam cōmutari debet.itaq; rectius dixerim, mea qui ſum Antonius intereſt legere. quā mea Antonij. Sed de hoc ſatis multa in principio huius libri diximus. ¶ Secunda verborū imperſonaliū.& hæc in infinitiuo,quod loco nominis ponitur,ſuppoſitum habet,vt accidit mihi febrire,pro febricitatio mihi accidit.contigit mihi ire,pro iter mihi contigit. euenit mihi docere.pro doctrina mihi euenit.conuenit mihi audire.pro auditio mihi conuenit. placet mihi legere,pro lectio mihi placet.licet mihi amare.pro amor mihi licet. expedit mihi proficiſci.pro profectio expedit mihi. vacat mihi dormire. pro dormitio mihi vacat.conſtat mihi te inſanire.pro inſania tua mihi conſtat. patet mihi te eſſe ignarum. pro ignorantia tua mihi patet.liquet mihi te eſſe mendacem, pro mendacium tuū eſt mihi liquidū. Et eodem modo de ſimilibus,hæc enim verba alias imperſonalia ſunt,vt quod Apoſtolus, Hieronymo interprete dicit, omnia licent, ſed non omnia expediunt*

¶ Tertia verborũ imperſonaliũ,hæc quoq; perſonalia ſunt,habentq; æquè ſuppoſitum in infinitiuo. vt delectat me audire pro auditio delectat me.nam delecto actiuũ eſt. Iuuat me cantare.id eſt cantus iuuat me:quoniam iuuo actiuũ etiã eſt. Verg. in buc.non omnes arbuſta iuuant humileſq; myricæ. Decet me legere,hoc eſt lectio decet me. Nam & Ouid.in.i.de reme.dixit lude decẽt animos mollia regna tuos. Oportet etiam,quod imperſonale videtur eſſe, perſonale fuit aliquando. vt Cecil.apud Priſcia.vt ea,quæ oportuerint facta nõ ſint.¶ Quarta verborum imperſonaliũ,huius ordinis verba manifeſtũ eſt eſſe perſonalia,quamuis a nonnullis inter imperſonalia numerẽtur,habent autem ſuppoſitum in infinitiuis,qui(vt diximus) loco nominũ ponũtur. vt incipit me tædere vitiorum,hoc eſt tedium vitiorum me inuadere, & eadẽ ratione de reliquis.¶ Quinta verborum imperſonaliũ pœnitet. Verg.in buc. nec te pœniteat calamo triuiſſe labellũ.apud antiquiores pſonale fuit actiuæ vocis. vt Actius.nunc pœnitebant libenter liberi. Sed Hierony. quaſi actiuum protulit in Eccleſiaſt.poſt factũ(inquit) non pœnitebis:& quaſi deponens in euangel. Marci. pœnitemini.& credite euangelio.& in actib[9] apoſtolorum.pœnitemini & conuertimini. Participia quoq; reperiũtur pœnitens & pœniturus. Actius apud Marcellum,neq; queq̃ arbitror pœniturum tuæ laudis. Piget. Plau. in pſeudolo perſonale protulit, quod pudet (inquit) facilius fertur:quã id,quod piget.in præterito pigitum eſt dicimus Gelli.lib.xij.pigitum eſt cunctos ſaltem eſſe penulatos. Silius lib.vij. puni.nec pigitum paruoſq; lares,gerũdio quoq; vſus eſt.Cicero.de claris orato.ad miſericordiã(inquit) inducitur: ad pudendũ ad pigendum. Participium quoq; futuri vocis paſſiuæ Propertius poſuit lib.iiij.hoſtis abinuita verba pigenda lyra. Pudet quoq; actiuũ etiam fuiſſe Luca.teſtatur, cum dicit ſemper metuit,quem ſæua pudebunt.in præterito puduit & puditum eſt facit. Plautus in bacchidibus,neq; me,neq; te tuis intus puditũ eſt factis. Apul. pro magia. nonne vos puditum eſt hæc crimina tali viro obiectare? Gerundio vſus eſt Cice.in.i.de orato. non (inquit) pudendo:ſed non faciendo id,quod non decet. Participia quoq; reperiuntur pudens puditurus & pudendus:& in præterito pudefactus Pli.lib.xxxvi.tanq̃ puditurum eſſet extinctos. Gell.lib.i.neq; pudenda dico aut pœnitẽda. Cõpoſita quoq; ſunt ab eo diſpudet pro valde pudet,& depudet pro non pudet. Apul.pro magia.non vos tot calumniarum tandem diſpudet. Ouid.depuduit.profuguſq; pudor ſua ſigna reliquit. Miſeret. Verg.vij.æneid.o genitor nec te miſeret natæq; tuiq;,nec matris miſeret.in præterito miſertum eſt facit. Miſereſcit quoq; imperſonaliter reperitur. Teren,atq; inopis (inquit) te miſereſcat mei. Tædet,a quo eſt compoſitum pertedeo,quod in præterito pertæſum eſt facit:cũ datiuo conſtruxit Gracchus apud Diomed.vſq; adeo(inquit) mihi pertęſum eſſe. Gellius etiam perſonale protulit lib.i.nocti.verbis(inquit) eius defatigati pertæduiſſent. Pertæſus participium frequens eſt:ſed omiſſa ſui verbi origine cum accuſatiuo conſtruitur. Sueto.in Iulio,pertæſus(inquit) ignauiam ſuam. Idem in Tiberio.poſtremo ſemetipſo pertæſus. Idem in Auguſto.pertæſus morum peruerſitatem.

¶ Tertia verborum imperſonalium ſpecies eſt,quę ante ſe cõſtruuntur cũ accuſatiuo.& poſt ſe cũ infinitiuo.vt

Delectat me audire.plazer me oyr.
Iuuat me cantare.plazer me cantar.
Oportet me docere.conuiene enſeñar.
Decet me legere.es me honeſto leer.

¶ Quarta verborũ impſonaliũ ſpecies eſt,q̃ cũ iunguntur infinitiuis verborũ imperſonaliũ proprie ſic dictorũ,impſonalia ſunt,alias vero pſonalia. vt

Incipit me tædere vitiorum.comiẽço auer enoſo delos vicios.
Deſinit vos pudere. vos dexays de auer vergueça.
Non poteſt illos pœnitere.no pueden tener peſar.
Solet bonos pigere.ſuelen los buenos auergõçarſe.
Debet malos pudere.deuẽ los malos auergõçarſe.

¶ Quinta verborũ impſonaliũ ſpecies eſt,q̃ ante ſe cõſtruũtur cũ accuſatiuo.& poſt ſe cũ genitiuo vel infinitiuo.& hęc ſũt pprie impſonalia,ſi vlla ſũt.vt

Pœnitet me vitæ.peſa me dela vid.
Piget me patris.verguença he de mi padre.
Pudet me peccati.verguença he del peccado.
Miſeret me pauperis.miſericordia he del pobre.
Tædet me ciborum.enoſo he delos manjares.

Verba impſonalia paſſiuæ vocis ſemp ſignificãt actionẽ cũ quadã gñalitate,ſuntq; pprie a verbis neutris abſolutis. vt curritur. cõcurritur. ſtatur. pugnatur.itur. certatur. Transfigurantur tamen,vt dicit Diomedes,a verbis neutris, quæ

Verba imperſonalia. Nullus eſt in arte mea locus,qui tãtum nouitatis videatur attuliſſe:tãtumq; mihi ab obtrectatoribus meis inuidius conflauerit,quantum hic in quo de verbo imperſonali vocis paſſiuæ contra omniũ fere præcepta diſſerui. Nam cum plæriq; omnes grammatici tam ex veteribus,quam ex iunioribus ſcribant:verbum imperſonale vocis paſſiuæ ab omnibus verbis actiuis poſſe deduci:atq; ad imaginem paſſiuorum admittere ablatiuum cum præpoſitione,a.vel ab.pro perſona agente,vel faciente,quæ inſolentia:ne dicam inſcitia fuit,vt contra communes aliorum præceptiones a verbis tantum neutris abſolutis originem habere,& cum nullo conſtrui caſu diceremus?ego( vt teſte conſcientia mea verum fatear)antea quam hoc documẽtum ſcriberem,diu multumq; cogitaui,quos potiſſimum autores ſequerer:cũ apud Phocam & Diomedẽ grammaticos non contennendos legiſſem, verbum imperſonale vocis paſſiuæ figurari tantum a verbis neutris abſolutis,vel quæ datiuum caſum in ſeriem orationis admittunt,apud reliquos vero omnes grammaticos poſſe etiam a verbis actiuis deriuari. Sed cum in ponẽdis exemplis vidiſſem vtroſq; nunq̃ vſos niſi verbis imperſonalibus, quæ a neutris deriuantur,cœpi mecum acrius reputare: an vſpiam apud autores reperiretur verbum imperſonale, quod a verbo actiuo deſcenderet,quod cum non facile occurriſſet, atq; econtrario mille loci veniſſent in mentem, in quibus erat a verbis neutris imperſonale deductum : cœpi pedibus manibuſq; in Phocæ atq; Diomedis ire ſententiam. ſecutuſq; ſum

illud maxime præceptum: quod multis alijs in locis vſurpaui, & repetens iterum iterumq; monebo: regulas artis grammaticæ limitandas eſſe potius, quam ampliandas, quemadmodum enim ex præcepti contractione etiam circa terminos ab arte permiſſos nihil periculi timetur: ita ex laxitate illa nimia in multos errores & linguæ vitia incurramus, neceſſe eſt. Quare de nobis exiſtimare nemo debet, quod hanc præceptionem ex errore, aut ignorantia quadam ſcripſerimus: cum in explicandis quattuor coniugationum formis communem ſim doctrinam ſecutus: & in verbis actiuis, quæ declinanda pueris proponimus, vt ex illa pportiõe reliqua declinare poſſet, nos quoq; verba imperſonalia vocis paſſiuæ adiecimus, amatur, docetur, legitur, auditur. Sed quoniã illic pueros litterarum rudes erudiebamus, laxãdæ fuerunt habenæ: vt in vna verbi poſitione tres ſimul voces agnoſcerent. actiuam. imperſonalem. paſſiuam. Nunc vero cum incipiunt aliquid ſapere. cõpeſcendi ſunt, atq; luxuries illa verborũ, quaſi falce quadã coercenda eſt.

datiuum caſum in ſeriem orationis recipiunt. vt nihil mihi noceri poteſt. Cum accuſatiuo vero nullo modo conſtrui poſſunt. ſed neq; cũ abltõ cũ præpoſitione a vel ab, niſi ſignalitatem illum explicet. vt ab omnibus reclamatur. hoc eſt q̃ omnes reclamant;

Idq; fecimus perſuaſi eius ipſius quem citauimus Diom. exẽplo: qui in explicanda verborũ cõiugatione ſcripſit verba imperſonalia amatur, docetur. legitur. auditur. poſtea vero cũ de illis cœpit diſſerere (inquit.) Paſſiua imperſonalis declinatio figuratur ex verbis, quæ abſolutiua ſunt. id eſt neutralia, quæ certas perſonas nõ admittunt paſſiuæ declinationis: quoniam ſunt neutralia, nihilominus tñ tertiã perſonã admittunt paſſiuã & declinãtur paſſiua declinatione more imperſonali. vt pugnatur, certatur. viuitur, itur & ſequitur. ¶ Sunt præterea verba, quæ cum ſint imperſonalia ab actiua declinatione: in perſona tamen patienti impſonali modo figurantur: ea ſunt quæ datiuo caſui cohærent. vt maledico tibi. inuideo tibi. conſulo tibi. prouideo tibi. noceo, tibi hæc omnia in paſſiua declinatione non recte dicimus tu malediceris a me: ſed maledicitur tibi, inuidetur tibi. conſulitur tibi. prouidetur tibi, nocetur tibi. & ſimilia: non enim dicimus noceor. eris. huiuſmodi enim verba paſſiuam naturã non habent. hæc Diomed. Cui aſtipulatur eadem prope ſentiẽs Phocas. Sunt (inquit) verba imperſonalia, quæ ã uerbis neutri generis transfigurãtur, vel actiuis, quæ datiuum caſum in ſeriem orationis admittunt. Et qualia verba ſint, exemplis declarat. vt ſedetur. ambulatur. ſtatur. pugnatur. itur, ſtudetur. nocetur. ſuadetur. Illud quoq; mirabile eſt, cur Priſci. de vero imperſonali diſſerens ſcripſit poſſe illud deriuari ab omnibus verbis actiuis & neutris, ſed nulla deinde alia ſubdit exempla: quam quæ Diomed. & Phocas adiecerunt. Nimirum, quia apud autores idoneos illa tantum reperta ſunt, ergo aliud ſentire videtur cum præcepta ſcribit, aliud cum exempla ſubiungit. ¶ Sed qd immoramur in re, quæ non argumentis atq; rationibus, ſed vſu & autoritate clariſſimorum in ſermone latino virorum cõprobanda eſt: atq; vnius maxime Vergilij extra omnẽ humani ingenij ſortem poetæ caſtigatiſſimi: apud quẽ nemo vnq̃ legit verbũ imperſonale a verbo actiuo, ſed paſſim a verbis neutris & abſolutis. vt in. i. æñ. hic iam tercentũ totos regnabitur annos, & in eodem, ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro. Idem in. iiij. Anna vides toto properari littore circum. Et in. vi. itur in antiquam ſiluam ſtabula alta ferarum. Et in. x. macte noua virtute puer ſic itur ad aſtra. Et in. xij. nunc totis in vulnera viribus itur. Idem. in. vij. ſtant belli cauſæ, pugnatur cominus armis. Et in. x. certatur limine in ipſo auſoniæ. Et in eodem licet in muros tota diſcurritur vrbe. Idem in. iij. geor. heu male tunc Libyæ ſolis erratur in agris. Et in. iiij. eiuſdem, poſt vbi iam thalamis ſe compoſuere, ſiletur in noctem. Sed & alij autores vno omnium conſenſu idem obſeruant. Hora. i. ſermo. concurritur horæ momento. Flaccus. viij. argonauti. Gramineis aſt inde toris diſcumbitur olim. Iuueñ. curritur ad vocem iocunda. idem. clamatur, nullo gemit hæc tibijcina cornu. & alio loco, ſurgitur: & miſſo proceres exire iubentur conſilio. Ouid. iiij. faſto. ſeu quod ad vſquam decem numero creſcente venitur. Flaccus. v. argonauti. Surgitur in ſomnos: ſeq; ad ſua lumina flectunt. Idem in. i. paretur, molli iuuen funduntur in algis. Papi. ij. theba. ſummiſq; inſiditur aſtris. Apuleius. iij. floridorum: ſed vbi diutius equo ſedetur. & lib. Regum. iij. Hiero. interprete. domuncula in qua ſedebatur ad iudicandum. Teren. quid fit? quid agitur? ſtatur. Iuue. ſtat cõtra, ſtariq; iubet. Ouid. i. meta. viuitur ex rapto. & Perſius. nec voto viuitur vno. & Claudi. Viuitur exiguo melius. Cic. in epiſt. quid agas? ſic viuitur. & in alio loco. laboratur vehementer. Quint. lib. i. ſed compoſitione peccatur, quæ iam ſermonis eſt. nimis audacter Apul. in. i. flori. ſpatium (inquit) pluitur & ningitur: & iiij. meta. idem. mœretur. fletur. lamentatur, quod a deponenti durum eſt. quemadmodũ ſit illud Plaut. in capti. duobus. quaſi cum calletur, cochleæ in occulto latent. ¶ Transfigurantur tamen, vt dicit Diomed. & cũ illo Phocas a verbis neutris, quæ datiuũ caſum in ſeriẽ orationis recipiunt. quanq̃ illi neutralia actiua dicunt, vt Cice. nihil mihi noceri poteſt. Apul. in lib. i. de philoſophia, ijs rebus nocetur, quæ ſunt viliores. & ibidem cũ noceri alteri, malorum omnium maximũ ſit. Mart. non bene (crede mihi) ſeruo ſeruitur amico. Ouid. in epiſt. Didus, ſi mihi non parcis: puero parcatur Iulo. Idem. i. meta. vix nunc obſiſtitur illis. Papi. iij. thebai. proficitur bello. ni mauis effectiuum eſſe. Flaccus in. ij. argona. vela legunt, remis inſurgitur, pro in remos: ſicut Verg. in voce actiua dixit. v. æneid. nunc nunc inſurgite remis Hectorei ſocij. Sunt etiam verba quædam ambigua, quæ, vt ſupra diſſeruimus, in diuerſis generibus reperiuntur, quæ res poterit imperitiores turbare. vt ecce timeo te, actiuum eſt: timeo tibi neutrum. Ab hoc igitur poſteriore dixit Seneca in medea, timetur vrbi. Dicimus etiam vindico te, & vindico in te: ſed illud actiuum, hoc neutrum, a quo Saluſt. dixit, vindicatum fuit in noxios. & Apul. in primo metamor. vt in eam die altero ſaxorum iaculationibus vindicaretur. & in. iij. dixit, quin etiam in veſtrum ciuem vindicaretis. nam vindicare in aliquem: autore Diomed, eſt illum punire. ¶ Præterea credo tibi pecunias, actiuum eſt: pro fidei tuæ committo, credo tibi, pro eo quod eſt fidem habeo neutrum. ſic Iuue. ab eo dixit, hæc eadem nobis licet & laudare: ſed illis creditur. Cano quoq; actiuum eſt. vt arma virumq; cano, ſed canere progreſſui & receptui, quo ſæpe vtuntur hiſtorici: neutrum eſt ſecundi ordinis, ab hoc igitur dixit Macrob. libro ſecundo in ſomnum Scipionis: ad bellum progreſſui atq; etiam receptui canitur. Ludo etiam tum actiuum, tum neutrum abſolutum, tum etiam neutrum tranſitiuum reperitur.

Vnde & AL[illegible] me. inter ambigua numeratur, hoc eſt quæ in.o. terminatæ & actiua poſſunt eſſe & neutra. Nam (vt ille ait.) pro irrideo, actiuum eſt. & apud Verg.ſ.æneid. quid natum toties crudelis tu quoq; falſis ludis imaginibus. ſed ab abſoluto, pro eo qđ eſt aleam exercere. Iuue. Dixit, poſita ſed luditur arca, a neutro. Perſi. tibi luditur, alluis amens. Nam pro illuditur poſitum eſt, qđ (vt alio loco diximus) tum actiuum, tum neutrum tranſitiuum reperitur. vt apud Verg.iiij.æneid. & noſtris illuſerit aduena regnis. Nam cũ verbum pro alio verbo ponitur, etiam illius conſtructionem cum ſignificatione

**Quod ſi vſpiam apud autores reperiatur exẽpium, quod huic ꝓceptioni repugnet, illud erit ꝑquã rarũ; & qđ nõ poſſit vſũ cõſuetudinẽq; efficere, atq; ex cõſequenti, neq; in artẽ redigi.**

mutuatur. vt Coridon ardebat alexim. pro amabat. & Papi.in Achil. quo fugitur per plana gradu .i. curritur, neq; enim fuga, ſed curſus ſignificabatur. Sunt tamen apud autores plerũq; verba paſſiua, quæ videntur imperſonalia, cũ ſuppoſitũ in nominatiuo non habeãt, ſed aut verbum infinitum, aut clauſulam integram. vt apud Verg.ſ.æñ. cur dextra iungere dexteram non datur: vbi iungere, nomen eſt infinitum: & pro coniunctione dextrarũ ponitur, & in eodem. ſi datur Italiã ſocijs, & rege recepto tendere. ideſt iter ad Italiam. & in.vj. ſed non ante datur telluris operta ſubire. ideſt deceſcenſus ad opaca terræ. & in eodem. nec ripas datur horrendas & rauca fluenta traſportare prius .i. traſportatio riparũ. atq; iterũ. datur ora tueri nate tua. ideſt intuitus tui oris. Idem in. vj. non dabitur eſto regnis prohibere latinis. ideſt prohibitio regnorum. & in.ix. Maria ante exurere Turno, quam ſacras de[illegible] tur pin⁹. ideſt exuſtio maris. & in.xj. coeant in fœdera dextra, qua datur. ſubaudi coire. ideſt coitio ſiue coniunctio dextrarum. & in.ſ.georg. multa forent, qui mox cœlo properanda ſereno maturare datur. ideſt maturatio properandorum. Simile eſt illud Plin.iunio.in epiſtolis, & quatenus denegatur illis diu viuere, ideſt vita diuturna. nam hoc loco diu viuere, tam nomen eſt, quã in illo Perſij verſu noſtrũ illud viuere triſte aſpexi. pro noſtram illam vitam triſtem. Eadem ratione efficiuntur imperſonalia quædam verba vocis actiuæ. vt conuenit mihi docere. ideſt doctrina, expedit mihi legere. ideſt lectio. Sed & oratio integra poteſt dare verbo paſſiuo ſuppoſitum. vt apud Ouidium.xv.metamor. quæritur interea, quis tantæ pondera molis ſubſtinere queat. nam pro ſuppoſito huius verbi, quæritur, totum illud poſitum eſt, quis queat ſuſtinere pondera tantæ molis. Eodem modo dixit in. ij. eiuſdem. ne vt præces animos, & verba precantia flectant, poſſe loqui eripitur, ideſt poteſtas loquendi. Horat. ſ. epiſt. quo mihi fortuna ſi non conceditur vti. ſubaudi fortuna. ideſt vſus fortunæ. Macro. in. ſ. ſaturn. eundem eſſe Iouem, & ſolem claris docetur indicijs. & in eodem, quid in commune ſeruilis fortuna profuerit. non paucis docetur. neq; audiendus eſt Seruius grammati. qui inani quadam ratione ductus in carmine illo primi buc. vſq; adeo turbamur agris. Nam ſuo tempore (vt ipſe fatetur) illa fuit lectio, & quidem meo iudicio veriſſima, expuncto verbo turbamur, illius loco ſubſtituit turbatur, quaſi turbamur, illo in loco non aptius quam turbatur, quadret. Quid? quod ſi turbatur verbum eſſet imperſonale, cum ſemper actionem cum quadam generalitate ſignificet, exponendum erat omnes, aut pleriq; turbant, ſiue expellunt, quod eſt contrarium ſenſui poetæ, quia non omnes ciues expellunt a totis agris, ſed potius expelluntur, neq; ſum ignarus Quintilian. etiam hunc, verſum ita legere vſq; adeo turbatur agris, ſed ego perſancte iurarem Vergil. non turbatur, ſed turbamur ſcripſiſſe. ¶ Sunt præterea quædam verba, quæ cum ſint actiua ratione conſtructionis quodãmodo neutra efficiuntur, vt ſi dicam, diſputatur de re ſubtili, agitur de re præclara. quæritur de ſubſtantia elementorum, docetur de natura deorum. Cicero in epiſto. de panthe. agitur diligenter. intelligitur enim res, aut negocium de pantheris, qđ in alia epiſtola expræſſit dicens. res agitur per eoſdem creditores. quemadmodum Vergi.vij.æneid. ſuppreſſit, dicens. ſtipitibus duris agitur ſudibus ve præuſtis. Macro.ſ.ſatur. inter illos de rebus arduis diſputatur. Idem in.ſ. in ſomnum Scipionis. in hac interrogatione de animæ immortalitate tractatur. Cicero in topi. diffinitio eſt oratio, qua id de quo quæritur, oſtenditur. Quintilianus lib. x. de perſonis iudicatur, ſed de rebus contenditur. Quemadmodum igitur ego de hac re in actiua voce dicimus. pro ago hanc rem. ita agitur de hac re in voce paſſiua, pro hec res, ac ſi mauis dicere, ago de hac re naturaliter dictum eſſe, agitur de hac re verbum imperſonale erit. Sed de his ſatis multa diximus, & quæ poſſint etiam pertinaces in noſtram ſententiam adducere. In eo vero quod ſcripſi, cum accuſatiuo nullo modo conſtrui poteſt, cum vno tantum Alexandro illiuſq; ſectatoribus mihi certamen eſt, qui putauit latine poſſe dici. Matthæum legitur. pſal. erat ante legendum, qui loquendi modus inauditus eſt, atq; latino ſermoni incognitus. Quod vero addidi ſed neq; cum ablatiuo & præpoſitione. a. vel. ab. niſi generalitatem illam explicet: contra omnes in commune artis grãmaticæ præceptores me ſcripſiſſe fateor. Sed mea ratio fuit ab illorum ratione diuerſa. illi namq; nullis: aut perquam raris exemplis præcepta tradiderũt: quibus dici poſſet: curritur a me, itur a te. pugnatur ab illo, quod poſſe latine dici, non auſim affirmare. Ego vero qui nihil aſſeuero, niſi quod optimis autoribus probare poſſum, non permiſi ablatiuos cum præpoſitione. a. vel. ab. niſi generalitatẽ illam verbi imperſonalis exprimerẽt. vt Cicero in epiſt. vehementer ab omnibus reclamatum eſt. & Luca. in. ſ. tibi numine ab omni cedetur. Certas vero res pro perſona agente vel faciente recipere non poſſe, vel exemplis illis quibus ſuperioribus vſi ſumus: facillime probari poteſt, ne oporteat nos alia inquirere. Mirũ enim eſt in tam frequenti vſu verbi imperſonalis, nunquam reperiri conſtructum cum ablatiuo, qualem iſti dicunt: faciliuſq; ego concederem verbum imperſonale poſſe a verbis actiuis deriuari, quã huiuſmodi ablatiuo iungi. Quid? quod ex illorum ſcriptis cogemus eos verba confiteri, quãquã ſui ipſorum obliti aliud ſcripſerint. omnes enim fatentur verbum imperſonale ad cunctos, aut pleroſq; pertinere. quemadmodum Diomed. curritur. hoc eſt omnes currunt. Seru. cum male vergilianum illud exponit, vſq; adeo turbatur agris. Quod ſi verum eſt, ego non video quemadmodum res, quæ ad multos pertinet, ad vnũ contrahi poſſit, vt dicatur, curritur a me, pro ego curro. itur a te, pro tu is. pugnatur ab illo, ꝑ ille pugnat.

*Quod ſi vſpiã apud autores reperiatur exemplũ, quod huic noſtræ præceptioni diſſentire videatur. illud erit per quod nihil, & qđ non poſſit vſum, & conſuetudinẽ efficere, quæ (vt ait Quin.) eſt conſenſus eruditorũ, imitanti vero non quod ab vno atq; altero ſcriptore ſingulari exemplo, atq; ex licẽtia dictũ eſt, ſed ſemper optima preponenda ſunt, & in quæ ex autoribus pleriq; omnes conſentiũt. Oſtendũt verba, hoc nemo vnquam dixit, primuſq; omniũ admonuit me Alphonſus aluarez ille cuius alijs in locis meminimus, id quod poſtea ex multa lectione, quã veriſſimũ eſſe didici. Nam cum dico itũ eſt in viſcera terræ, & illud iam ſol inclinat, eundũ eſt. quis nõ videt ab eo qđ eſt itur. ibatur. ibitur. eſſe deriuatũ? & quemadmodũ hæc imperſonaliter dicuntur: ita & ſua participia per quæ circũloquimur præteritum indicatiui cũ ſex alijs tẽporibus, quæ ſequũtur illud. vt itũ erat. itũ erit. itũ eſſet. itũ fuerit. Nam quæro a te itũ, & cundum, quæ partes orationis ſunt? non quidem participia vocis paſſiuæ cũ a verbis abſolutis huiuſmodi nõ ſint, non gerundia aut ſupina, cum ſignificent cũ tempore, ergo verbi imperſonalis, cũ ſimilia ſint in ſignificatione. Et quẽadmodum Oui. vtitur ex rapto dixit. ſic Iuue. viuendũ recte, tũ ꝓpter plurima. vt & Pli. dixit terræ partitũ eſt. & Oui. puero parcatur Iulo. ſic Iuue. parcẽdum eſt teneris. ſic ab eo, quod Terẽ. dixit, ignotum eſt, & mãſum oportuit, ignocẽdũ eſt, & manendũ eſt di[...] mus. ſic a ſto. as. ſtatũ eſt, a doleo, dolendũ. a certo certãdũ, a dormio dormiendũ. a venio. veniendũ, & a verbis deponẽtibus abſolutis etiã ſi non habẽt verbũ imperſonale. vt a morior moriẽdũ eſt omnibꝰ dixit Cice. & idẽ illud mihi lætandũ eſt, ab eo qđ eſt lætor. & Teren. ab eo qđ eſt morigeror morigerandum eſt Thaidi.*

Habẽt verba imperſonalia ſua participia ſimilia participijs vocis paſſiuę in neutro genere quaſi ſubſtãtiuẽ poſita. vt itum eſt. eundũ eſt, ab eo qđ eſt itur. ibatur. ibitur.

## ¶ De Infinitiuo. Cap. viij.

INfinitiuus dicitur. quia nõ habet determinatos numeros & pſonas, & cõſtruũtur ante ſe cũ accuſatiuo pſonę patiẽtis in actiua ſignificatiõe, & in paſſiua pſonę patiẽtis, poſt ſe vero cõſtruit cũ caſu verbi a quo deſcẽdit, vt me amare deũ piũ eſt. me amari a deo fœliciſſimũ eſt. me carere [...]uptatibꝰ, & inſeruire amicis, & miſeri innocẽtis, iucũdũ eſt. Dicimus tñ, volo eſſe doctus, & natura beatis omnibꝰ eſſe dedit, ſed nõ dicimus, video mihi eſſe docto; ſed doctus. & volo me eſſe poeta & non poetam.

Verba infinitiua volunt determinari a verbis volũtarijs, q̃ greci prohæretica dicunt, qualia ſunt. volo, cupio, deſidero, opto, debeo, habeo. & ſĩlia.

*DE infinitiuo. cap. viij. Infinitiuũ modũ quidam nomen infinitũ. alij verbũ infinitum. alij indefinitum vocauerũt, quo ab imperſonali diſtet, alio in loco diximus. Conſtruitur autem infinitiuus ante ſe cum accuſatiuo in actiua ſignificatione perſonæ agentis, & in paſſiua perſonæ patientis, poſt ſe vero conſtritur eo modo quo finiti modi cõſtruuntur, vt me amare deum. me amari a deo. &c. Quoties tamen infinitiuus actiuæ ſignificationis cum duobus accuſatiuis conſtruitur, altero a parte ante, altero a parte poſt. amphibologica eſt conſtructio, quæ tanquam vitioſa fugienda eſt, niſi de induſtria velis vti, vt alium decipias, quale eſt oraculũ illud Appollinis. aio te æacida Romanũ vincere poſſe. ambiguũ erat, vter eſſet victurus. an Pirrhus rex epyrotarũ, an ppłus Rom. Eſt quæ illud animaduertendũ quibus in locis huiuſmodi cõſtructio reperitur: accuſatiuũ præpoſitũ infinitiuo ſignificare perſonam patiẽtem. poſtpoſitũ vero poni pro perſona agẽte. Cum infinitiuo tamen huius verbi ſum. es. fui. varia eſt conſtructio, aliquando namq; nomen qđ ſequitur reſpondet ſuppoſito verbi, quod infinitiuũ determinat, vt ego volo eſſe doctus. tu cupis eſſe magiſter. Oui. xiiij. meta. ſed enim quia retulit Aiax eſſe Iouis pronepos. & Luca. in. x. tantumq; putauit iam bonus eſſe ſocer. aliquando reſpondet datiuo præcedenti. vt Claudia. natura beatis omnibꝰ eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti. vt Hora. i. ſermo. at qui licet eſſe beatis. ſubaudi nobis. & Mart. nobis non licet eſſe tã desertis, qui muſas colimus ſeueriores. aliquando nõ reſpondet datiuo præcedẽti, ſed accuſatiuo implicito. vt Terẽ. in heau. nobis eſſe bonas non licet. & Oui. in epiſtola hypermeſtræ. quo mihi facto. quo licet eſſe piã, illic enim ſubintelligitur nos. hic me, quod ſi accuſatiuus præcedens fuerit expreſſus. nihil dubiũ eſt ſequentem illi debere reſpondere. ¶ Verba infinitiua, ſiue modus infinitiuus, cũ ab eo dicatur: qđ infinitus & indeterminatus ſit, vult determinari maxime a verbis, quæ græce prohæretica, latine voluntaria dicũtur. aut ſi verbum ex verbo interpretari volumus, electiua dicenda ſunt. nã hæreticos græce, latine eſt electiuus, & hæreſis, electio interpretatur. vt volo legere. cupio audire. deſidero amari. opto doceri. debeo ire, habeo nauigare. Cicero in. i. De diuina, haberetq; in animo nauem conſcendere. Nam quod idem ad vxorem ſcribit, cum in animo haberem nauigandi. ſubaudiendum eſt voluntatem. nam gerundium genitiui. vt ſtatim dicemus, a verbo regi non poteſt. Determinatur aliquãdo etiam a verbis alterius diuerſæq; ſignificationis. vt Terentius in adelphis. vt video illum ſapere, & intelligere in loco. Vergilius in buc. iampridem a me illos abducere theſtilis orat. Idem. xi. æneid. cuncti ſe ſcire fatentur. quamquã & hæc electiua dici poſſunt, quemadmodum & illa doleo. lætor. timeo. memini, quod cum præſenti infinitiui modi, prope ſemper reperitur conſtructum, aut frequentius, quam cum præterito. Terentius in andria. memini me videre, quo æquior ſum Pamphilo. Apuleius pro magia. memini me apud Varronem philoſophũ. hoc etiam legere. Vergil. in buc. de cælo tactas memini prædicere quercus. & in. i. æneid. atq; equidem teucrum memini ſidona venire. Idem tamen. iiij. georgico, etiam præterito iunxit dicens. namq; ſub œbaliæ memini me turribus altis Corycium vidiſſe ſenem. vbi Seruius. notat vtrumq; poſſe dici. memini me videre, & vidiſſe: ſicut Macro. libro. ij. ſatur. dixit hos Platonis verſiculos legiſſe me, memini. ſed quẽadmodũ diximꝰ, frequẽs vſus hoc habet. vt cũ præſenti cõſtruatur. Nã illa, nõ veni ſoluere legẽ, ſed adimplere. & illud. Præibis ante faciẽ dñi parare vias eius. illud quoq;. Illuminare ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedẽt. ex figura græca dicta ſunt, quia græci gerũdia nõ habẽt, & infinitiuis ꝓ gerundijs neutris vtũtur, quos in hoc ſi latinæ linguæ idioma ſeq vo*

Iunguntur tamen aliquando etiam alijs verbis & nominibus adiectiuis, ſed figurate, aut ad imitaionem græcorum, vt video illum ſapere, & iampridem a me illos abducere theſtilis orat. Illud quoq;, & cantare pares, & reſpondere parati.

Circũloquimur futurum infinitiui modi vocis actiuæ per hoc verbum ire & primum ſupinum. Verbi impſonalis vero & paſſiuæ per hoc verbum iri & idem ſupinum, vt ſpero me amatum ire deum, vel deum amatum iri.

Alio modo circũloquimur idem futurum per participium futuri in. rus. & hoc verbum eſſe in actiua, & per participium futuri in. dus. & idem verbum eſſe in paſſiua. vt ſpero me amaturum eſſe deum, vel deum amandum eſſe a me.

Poſuimus præterea proprium infinitiui futurum ſimile participio futuri in. rus. in voce actiua. & participio futuri in. dus. in voce paſſiua, iũgiturq; omnibus generibus vtriuſq; numeri. eo tamẽ nõ vtimur. vt ſpero virginem nupturum tibi. & virgines nupturum viris. & ſpero fœminam amaturum viros, & viros amandum a fœminis.

*lumus, immitari non debemus. Itaq; rectius atq; magis latine noſter intepres dixiſſet. ad ſoluendum, ad implẽdum. ad parandum. ad illuminandum. Verbis tamen præceptiuis quibus datiui iunguntur. poſſumus vel datiuos, vel accuſatiuos copulare infinitiuis ſequentibus. vt præcipio tibi legere, vel præcipio te legere: impero tibi, vel impero te audire: iubeo tibi vel iubeo te ambulare. Determinatur etiam infinitiuus verbis imperſonalibus actiuæ vocis, vt conuenit mihi legere. pudet me audire: ſed de hoc cum de imperſonalibus ageretur, diſputauimus. Soleo. es. ſemper cum infinitiuo conſtruitur, atq; ab eo vix ſeparari poteſt, quemadmodum ſpero. as. futuro eiuſdem modi, nam quod Martial. dixit. ſpero me ſecuturum in libellis meis. tale temperamentum. ſpero. pro credo poſitum eſt, ſicut Cice. in epiſtol. ſpero amicitiam noſtram non egere teſtib9. Adiectiua quoq; certe cuiuſdã ſignificationis & participia poſſunt determinare, vt lætus. dignus. ſimplex. par. paratus. auſus. Neuius apud Cicero. lætus ſum laudari abs te. Ouid. ij. meta. nec tu meus eſſe negari dignatus. Verg. ij. georg. nec modus inſerere, aut oculos imponere ſimplex. Idem in bucco. & cantare pares & reſpondere parati. Idem. j. æneid. auſus & afflictis melius confidere rebus. Sed pleraq; ex figura græca magis dicta eſſe videntur. nam quod Verg. dixit modus inſerere, aut oculos imponere ſimplex. pro gerũdio genitiui poſitum eſt, at vero cãtare pares, p gerũdio accuſatiui. Sunt vero quædam adiectiua, quæ cũ gerundio genitiui atq; cum infinitiuo conſtrui poſſunt. vt certus eundi. Vergil. iiij. æneid. illa dolos dirumq; nefas in pectore verſat certa mori. Idem in quinto æneid. celſa, puppe iam certus eundi. ¶ Circumloquimur futurum, latinus ſermo futuro infinitiui non vtitur, præterquã in hoc verbo defectiuo forem fore. pro futurum eſſe. Itaq; duobus modis illud circumloquimur. Primo modo per ſupinum, quod quia, vt paulopoſt dicturi ſumus, nunq̃ poteſt iungi niſi verbo ſignificanti motum ad locum, neceſſitate adducti accepit illud, quod huiuſmodi ſignificationem magis habet in prõptu, hoc eſt eo. is. nõ quod in ea ſyntaxi quicq̃ ſignificet: ſed quod cum ſupino iunctum exibet nobis futuri temporis infinitiui ſenſum. Nam cum dico ſpero me amatum ire vxorem, non intelligo me ire, aut proficiſci aliquo. vt vxorem amem, ſed tantum, q illam ſum amaturus. Quod ſi conſtare volumus in ijs, quæ de verbo imperſonali cum omnib9 fere grammaticis digladiati ſcripſimus, cum circumloquimur futurum infinitiui vocis & ſignificationis paſſiuæ: nullo modo poſſet dici, ego ſpero me amatum iri a deo: nam amatum iri actionem non paſſionem ſignificat, quandoquidem, vt cap. in ſequenti dicturi ſumus: primum ſupinum actionem ſignificat: & iri, quod eſt imperſonale paſſiuam non habet, atq; actionem æque ſignificat, quæ a pleriſq; omnibus proficiſcitur. Itaq; cum dico ſpero me amatum iri, imperſonale eſt: me autem a ſupino illo amatum regitur a parte poſt ex verbi, vnde deriuatur, ſignificatione, quare tantum valet, ac ſi diceres: ſpero quod omnes me amabunt, quare poſſes recte dicere, ſpero me amatum iri ab omnibus, non autem me amatum iri a deo, ſed de hoc plura, cum de verbo imperſonali diſputauimus: illud tantũ admonentes proprie nullum eſſe futurum infinitiui vocis paſſiuæ: ſed verbum tantum actiui, & imperſonalis. ¶ Alio modo circumloquimur idem futurum actiuæ vocis per participium futuri in. rus. paſſiuæ per participium futuri in. dus. vt ſpero me amaturum eſſe deum, & amandum eſſe a deo. Quo in loco non poſſemus dicere amaturum fore, vel amandum fore, ſi Laurentio credimus, ne duo futura (vt ille dicit) inculcaremus. Martial. tamẽ, mergite me fluctus cum rediturus ero, dixit. ¶ Poſuimus præterea. Quemadmodum Gellius primo lib. noct. attica. ſcribit: eſt verbum infinitum ſimile participio futuri in. rus. Nam huiuſmodi locutiones amaturum. docturum. lecturum. auditurum. non participia eſſe putat, ſed verba infinita, ait enim de illis, neq; pro participio poſita ſunt: ſed verba ſunt indefinita, quæ a græcis aparemphata vocant: neq; numeris, neq; generibus præſeruientia. itaq; non putat per illa, & hoc verbum eſſe circumloquia fieri futuri infinitiui: ſed per ſeipſa verba eſſe libera & impromiſcua. Nos etiam cum Gellio dicimus eſſe verbum infinitum futuri temporis quo iam non vtimur, iungiturq; omnibus generibus vtriuſq; numeri. vt Cicero in Verrem, ſed quocunq; venerint, hãc ſibi rem ſperant præſidio futurũ. Plautus in caſſina. cum de puella loqueretur. altero te occiſurum ait, altero villicum. Laberius in Gemellis, non putauit (inquit) hoc eam facturum: en tibi cum feminino numeri ſingularis. Quadrigarius apud Gellium dum duo conciderentur hoſtiũ copias ibi occupatas futurum. Idem Quadrigarius eſt, quod ſperemus deos bonis benefacturum. Valerius antias apud eundem. aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum: en tibi cum omnibus tribus generibus numeri pluralis, in voce quoq; paſſiua. Vergilius. & pacem Troiano ab rege petendum. & Lucretius æternaſq; pœnas morte timendum.*

# LIBER QVARTVS.

DVo de triginta anni ſunt, ex quo primas introductiones grammaticas Hiſpaniæ reipub. vſui publicaui. vnde quantum vtilitatis ſit conſecutum: alij melius incorruptiuſq; iudicabunt. Interim tamen nunquam deſtiti admonere eos, qui hanc artem profitebantur vt ſi quid inuenirent, quod operi noſtro poſſet conducere: me prius conſulto ſuis in locis adderent. Atq; in primis Alphonſum Aluarez non vulgaris ingenij virum: quo cum in ijs ſtudijs quibus ego delector: fuit mihi iucundiſſima conſuetudo. Is retulit ad me quoſdam locos, qui ſibi videbantur commodius in arte tractari poſſe: quam ſunt a me præſcripti. vt quod de infinitiuo modo atq; de comparatiuis & ſuperlatiuis in hac parte ſubieci, quæ quia non fuit mihi tempus dijudicandi: aliorum iudicio examinanda relinquo. Mihi certe prima fronte ſummo opere placuerunt, atq; alijs proinde placitura ſpero. Infinitiua (inquit) aut nomina ſunt, aut verba, aut participia, nomina cum in caſu poſita cum tempore non ſignificant. vt ſcire tuum nihil eſt. Participia & cum ſunt in caſu: & cum determinato tempore ſignificant. vt miſerum eſt nunq̃ fuiſſe, iucundum eſt didiciſſe. verba vero cum ſine caſu, & cum tempore ſignificant, ex ijs quædam imperſonalia ſunt, vt pœnitere, pugnari, quæ in conſtructtione nihil prorſus a ſuis verbis diſſentiunt: niſi quod eorũ oratio imperfecta eſt, indigetq; alterius adminiculo, vt perfectum ſenſum ſignificet: vt reliquæ infinitæ orationes. Infinitiua imperſonalia vnica voce omnes numeros & perſonas cõplectũtur, eſt enim amare tribus vtriuſq; numeri perſonis cõmune, ſed ideo infinitum appellatum eſt, quod per ſe prolatum parum determinatas habeat perſonas: determinatur tamen per adiunctionem ſuppoſiti. vt me amare deum primæ perſonæ numeri ſingularis eſt, te amare deum ſecundæ perſonæ eiuſdem numeri. &c. Determinatur quoq; verbum infinitiuum a verbis voluntarijs & paſſiuis reciprocis, & quibuſdam violentiam, aut imperium ſignificantibus. hæc enim trahunt infinitiuum ad ſuum numerum & perſonam, vt volo legere. nolo mori. Plato dicitur omnium ſapientiſſimus fuiſſe. iubeor in ſenatum venire. iureiurando cogor vera dicere. Conſtruuntur infinitiua perſonalia ante ſe cum accuſatiuo in actiua ſignificatione perſonæ agentis, in paſſiua perſonæ patientis: poſt ſe vero exigunt caſus, quos & verba a quibus deſcendunt. Infinitiua vero a verbis ſubſtantiuis atq; reciprocis poſcunt poſt ſe caſum ſimilem præcedenti. vt volo eſſe poeta. cupio dici ſapiens. volo te eſſe poetam. cupio te dici ſapientem, licet omnibus eſſe beatis. tametſi poſſet quoq; dici licet omnibus eſſe beatos. Infinitiua omnia tempora habuerunt. vt amare. amauiſſe. amaturum in actiua voce. in paſſiua amari. amatum. amandum. pugnari. pugnatum pugnandum. Sed nunc his vocibus non omnibus vtimur: circumloquimur enim præteritum paſſiuæ vocis per participium præteriti & verbum eſſe vel fuiſſe. vt pugna dicitur commiſſa eſſe. & dicunt pugnam commiſſam eſſe, & audio pugnatum eſſe. Circumloquimur quoq; futurum eiuſdem modi vtriuſq; vocis per ſuum cuiuſq; participium futuri, cum hoc verbo eſſe. vt hic creditur venturus eſſe. ille dicitur accuſandus eſſe, vel hunc dicunt venturum eſſe. illum vero accuſandum eſſe. & ſpero mihi meliore condicione viuendum eſſe. Circumloquimur quoq; idem tempus paſſiuæ vocis per primum ſupinum cum hoc verbo iri. vt ſpero me amatum iri. & ſuſpicor inter nos pugnatum iri. Vtimur præterea futuro infinitiui verborum deponentium, & quorundam neutrorum ſimile participio verbi imperſonalis. vt ſcio moriendum eſſe mihi. & carendum eſſe ſenſibus. ideſt me moriturum & cariturum eſſe.

## ¶ De Gerundijs. Cap̃. ix.

GErundia ſunt; qui verbis annumerent; quia regunt caſus, ſunt qui nominibus, quia habeant caſus, ſunt qui nomina participialia eſſe dicant; quod in quibuſdam nomini, in quibuſdam participio ſimilia ſint. Nobis tamen (vt captiones euadamus) dicendum eſt eſſe aliam partem orationis, quæ tamen maximam habet ſimilititudinem cum nomine; neq; id mirum videri debeat alicui; cum alij plures, alij pauciores quam octo partes orationis poſuerint.

DE gerundijs. ¶ Diu grammatici miſerandum in modum ſe torſere. in illa quæſtione per quam inutili: ſint ne gerundia noĩa, an verba propterea, quod aliquid ab vtriſq; acceperint. nos conſiderationem illam nihili fecimus. Et quanquam potuiſſemus antiquorum grammaticorum autoritate gerundia ad verborum modos referre, vt vltra illos quinq;, eſſent quoq; alij duo, gerundiuus & ſupinus. vt tamen nos vno verbo ab illorum nodis euolueremus: diximus eſſe alias quaſdam orationis partes, quæ neq; ſunt nomina. neq; verba, neq; participia. Poni autem a nobis plures, aut pauciores quam octo orationis partes nemo mirari debet, cum de illarum numero quemadmodum lib. i. atq; iterũ tertio dixim⁹, inter autores nõ cõueniat. ¶ Gerũdia & ſupina Diome. & fere oẽs grãmatici antiquiores participialia verba appellant, quod in determinatione participijs ſimilia ſunt. gerũdia. participio futuri temporis paſſiuæ vocis. ſupina, participio præteriti tẽporis eiuſdem vocis. Verba Diome. ſunt. participialis verborum modus dictus eſt, quod eiuſmodi verba ſunt participijs ſimilia, nec tamen participia ſunt. vt legendi. legendo. legendum. lectum. lectu. hæc eadem ſunt (inquit) quæ Probus ſupina appellat, & merito: quoniam nec certum habent numerum, nec perſonam, nec ſignificatum. Diomed⁹. igitur & Probus confundũt vno appellantes nomine, quæ nos cum poſterioribus grammaticis diſtinximus. vt illa ſint gerundia, hæc vero ſupina. Gerundia, q̃ ab eo dicantur, quod gerant verbi ſignificationem, nemini dubium eſt. at vero ſupina vnde dicta ſunt, fateor me neſcire, ſed neq; memini me legere. Nam quod Probus atq; Diomed⁹. aiunt: ſupina appellari quod neq; certum numerum habent, nec perſonam, nec ſignificatum, non plene mihi ſatiſfacit: quoniam nihil ſimile eſt inter verbum ſupinum, & rem ſupinam: niſi forte ſupinum aliam habuit reconditiorem ſignificationem: quam ſit illa, quæ eſt in promptu, a qua ſupina dicta ſunt.

Gerundia ante ſe caſum non regunt, nã inaudita eſt in ſermone latino conſtructio illa, in cõuertendo dñs captiuitatem ſiõ, & illud in deficiẽdo ex me ſpiritum meum, illud quoq; in conueniendo populos in vnum. poſt ſe vero regũt caſum verbi a quo deſcendunt. vt tempus eſt carendi voluptatibus, inſeruiendi amicis, amandi deum.

Gerundia aut ſunt ſubſtantiua, aut adiectiua. gerũdia adiectiua omnia genera & numeros & caſus habent, & iunguntur ſubſtantiuis, ſignificantq; ſemper paſſionem. vt voluenda dies en attulit vltro. i. volubilis. hoc eſt quæ voluitur. iuſiurandum, hoc eſt, quod iuratur. eſt mihi cura iuris dicundi. & do operam iuridicundo. & veni ad ius dicundum. & delector iuredicundo. Gerundia ſubſtantiua tãtum modo reperiuntur ſubſtantiuata in genitiuo. accuſatiuo & ablatiuo generis neutri, quorum nominatiuꝰ eſt amare, cum pro nomine vſurpatur, vt eſt mihi cura ſoluendi pecunias. venio ad ſoluendũ pecunias, & delector ſoluendo pecunias. Reperitur etiam gerundiũ datiui. vt ego non ſum ſoluẽdo. neſcio tamen an poſt ſe cum accuſatiuo caſu poſſit conſtrui.

Gerũdia ſubſtãtiua a vbis actiuis ſignificãt actionẽ

*¶ Gerundia ante ſe, quemadmodum lib. i. diximus, gerundia poſt ſe regunt caſum verbi a quo deſcendunt. vt duxi vxorẽ cauſa illam amandi: & illam amando delector, & ad illam amandum ducta eſt a me. Ante ſe vero caſum non regunt: quin potius ipſa reguntur a nomine vel verbo. Quod vero in pſal. cxxv. dictũ eſt. In cõuertẽdo dñs captiuitatem ſion: facti ſumus ſicut conſolati: ex figura vel potius idiomate græco dictum eſt. Græci namq; gerundia non habent, ſed illorum loco infinitiuo cum articulis & præpoſitionibus vtuntur. Nam pro eo qđ nos dicimus amandi: illi dicunt huius amare: pro eo qđ nos amando. illi in hoc amare, pro eo quod nos amandum: illi ad hoc amare. Cum vero infinitiuus apud illos: quẽadmodum apud nos ante ſe cũ accuſatiuo conſtruitur: interpres figuram græcam ſecutus infinitiuum gerundio mutauit: accuſatiuũ vero non mutauit. Itaq; pro eo qđ ſeptuaginta interpretes in Pſal. cxlij. græce dixerũt in deficere ex me ſpiritũ meũ, noſter vertit in deficiẽdo ex me ſpiritum meum: & pro eo, qđ illi græce in conuenire populos in vnum: noſter in conueniendo populos in vnum dixit in pſal. ci. illud audacius, q pro eo qđ ſeptuaginta verterunt in conuertere dominũ captiuitẽ ſion: noſter interpretatus eſt. in conuertendo dominus captiuitatem ſion. vt quemadmodum dicunt: amphibologiam infinitiui modi peculiarem fugeret: cũ nuſquã minus eſſe poſſit quã eo in loco, neq; enim quiſquã erat adeo ſtupidus, que putaret a captiuitate ſion dominum eſſe conuerſum. At quanto melius dixiſſet, conuertente domino captiuitatem ſion: & deficiente ex me ſpiritu meo: & cõuenientibus populis in vnum. Aut ſi hoc durum nimis cuiquam videtur, quod eſt vſitatius apud interpretes per ſubiunctiuum hoc modo: cũ conuerteret dñs captiuitatem ſion. & cum deficeret ex me ſpiritus meus: & cum conuenirent populi in vnum, quod idem etiam Hierony. ſtatim obſeruauit, nam pro eo qđ ſeptuaginta dixerũt, & reges inſeruire dño, ipſe, vt ſeruiant domino, interpretatus eſt. & in euangelio, pro eo quod græce ſcriptum eſt, nato Ieſu in Bethleem, vertit cum natus eſſet Ieſus in Bethleem. ſic Boetius pro eo qđ Prophyrius principio Iſagogon in Ariſtote. cathegorias ſcripſit. exiſtente neceſſario, cõuertit, cum ſit neceſſarium, pro eo quod Ariſto. in principio ij. ethico. libri ſcripſit, duplici vero exiſtente virtute. Leonardus aretinus conuertit: cum vero duplex ſit virtus. Quod vero dixit, poſt ſe regunt caſum verbi a quo deſcendũt: de gerundio ſubſtantiuo actiuæ ſignificationis intelligendũ eſt. Nam paſſiuum ſiue illud ſit ſubſtantiuum ſiue adiectiuum cum ablatiuo & præpoſitione. a. vel ab conſtrui non poteſt, vt ſi velis dicere, cauſa exulandi a rege veniſſi ad curiã. ¶ Gerundia aut ſunt ſubſtãtiua, ante Laurẽtiũ Vallã quem vnũ in hac gerundiorũ diſputatione nõ modo ego verũetiã oẽs poſt illũ grãmatici ſecuti ſunt: nullus fuit autore qui gerundia nominauerit niſi tantũ illa ſubſtantiua in. di. dum. terminata. Ille igitur fuit primus, neq; ſua gloria fraudandus eſt, qui gerundia adiectiua induxit: atq; per omnia genera numeros & caſus variauit. vt Verg. voluenda dies en attulit vltro, voluenda adiectiuum gerundium eſt, non participium futuri, neq; enim ſignificat, quæ voluetur, ſed quæ aſſidue vertitur, ſiue volubilis eſt, aut voluens, ſi modo voluens paſſionem ſignificaret more grecorum, qui habent participium præſentis temporis, quod ſignificat paſſionem etiã in verbis actiuis. ad quorum imitationem. Verg. ij. geor. dixit. Tardaq; Eleuſinæ matris voluẽtia plauſtra. i. volubilia, & quæ aſſidue voluuntur. Idem. i. æñ. olim voluentibus annis. i. volubilibus: non voluendi ſunt: ſed qui voluuntur aſſidue. Sic præterea dicimus iuſiurandum, non quod iurandum eſt, aut iurabitur: ſed quod iurabile eſt, iuratur, aut iurari conſueuit. Et eodem modo per alios caſus. vt eſt mihi cura iuris dicundi, antiqui ſic dicebant pro eo, quod eſt dicendi: nam & antiquorum more multa nunc dicimus: vt finium regundorum, & de communi diuidundo. Gerundia ſubſtantiua, quæ (vt diximus) antiquiores agnouerunt, ſola ſubſtantiue accepta inueniuntur tantum in genere neutro, & adiectiuorum more ſubſtantiuantur in genere neutro. Sed in genitiuo accuſatiuo & in ablatiuo frequenter reperiuntur. in datiuo raro. vt Cicero. in Philip. nec ſoluendo eras. hoc eſt vnde ſolueres debitum, non habebas. Quintilianus pater pauperi ſoluendo non ſumus. Cicero. de perfecto oratore, cum eſt inficiando reus: accuſatori duo primo ſunt. Apuleius. vij. metamorpho. cum primum charitate nubendo maturuiſſet. Vergil. xij. æneid. ſimul aptat habendo enſemq; clypeumq;. & rubræ cornua criſtæ. Plini. libro. xiij. emporetica charta inutilis ſcribendo. quorum nominatiuus eſt amare. ¶ Gerundia ſubſtãtiua. Gerũdia genitiui ſubſtãtiua ſi deriuentur a verbis actiuis & neutris actionem ſignificãtibus, ſemp ſignificant actionẽ. vt cauſa amãdi deum & inſeruiendi voluptatibus, hoc Vallæ præceptũ plerũq; verũ eſt. reperitur tamen gerundiũ genitiui in ſignaficatione paſſiua. vt apud Trãquillũ in claudio. Harpocratẽ cui lectica per vrbem vehendi ius tribuit. A verbis neutris paſſionẽ ſignificãtibus, paſſionem ſignificant. vt tẽpus exulãdi. ratio excaleſcẽdi.*

& paſſionem, preterquã quod gerundium genitiui ſemper ſignificat actionem.

A verbis neutris actionẽ ſignificantib⁹ gerundia ſignificant actionẽ tantũ. a neutris paſſionẽ ſignificantibus paſſionẽ tantum. a cõmunibus & deponentibus actionem & paſſionem.

Inter gerũdia adiectiua & participia hęc eſt differẽtia; qđ gerundia ſignificant rei adminiſtrationem; ſiue habitum; ſine tempore; ſaltem determinato ad futurũ, reſoluunturq́; in gerũdia ſubſtantiua. vt eſt mihi cura iuris dicũdi. i. dicendi ius. & delector iure dicũdo. i. dicendo ius. Participia vero ſignificãt tẽpus futurũ in actu; ſine rei adminiſtratione. vt ius dicendum eſt a me. ideſt dicetur. cauſa eſt a me oranda. ideſt orabitur.

Gerundia accuſatiui iunguntur frequenter his p̃poſitionibus. ab. ob. ppter. inter. ante. vt ad numerandum. vel propter numerandum pecunias veni. propter orandum cauſas ſtudeo. inter agendum capras. ante domandũ boues.

*A cõmunibus & deponentibus quæ ſignificant actionem, gerundia quoq; actionem ſignificant, quæ vero paſſionem, paſſionem. vt vocandi gratia, philoſophandi cauſa, lætandi ratio. triſtandi finis, & conſtruũtur ſemper cum nomine ſubſtantiuo, aut adiectiuo certæ cuiuſdam ſignificationis. Verg. iiij. geor. Cecropias innatus apes amor vrget edendi. Idem. i. æñ. & corã data copia fandi. & iterum in eodem, veniendi quærere cauſas. & alio loco. finem ded't ore loquẽdi. Gerundium ablatiui a verbis actiuis deriuatum, actionem & paſſionem ſignificat. vt cantando. ideſt dum canto, & dum cantatur. Verg. in buc. an mihi cantando victus, non redderet. ideſt dum cantamus certantes inuicẽ. Idem in eodem opere. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. ideſt dum cantatur. Idem. iij. geor. aliter vitium creſcitq; tegendo. ideſt dum tegitur. & ibidem, vritq; videndo fœmina. ideſt dum videtur. Quinti. memoria excolendo augetur. ideſt dum excolitur. Sed animaduertendũ, q̃ hæc gerundia quando paſſionem ſignificant ponuntur ſine præpoſitione, & quaſi in ablatiuo abſolute, neq; regere poſſunt ablatiuum cũ præpoſitione. a. vel. ab. vt ſi velles dicere. fœmina vritur videndo a maribus. ¶ A verbis neutris actionem ſignificantibus, actionẽ ſignificant. a paſſionem ſignificantibus, paſſionem, & eodem modo de cõmunibus & deponẽtibus. Plau. in aulula, pro vapulãdo hercle ego mercedẽ petam. Verg. ij. æñ. fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures. Idẽ. xij. æñ. exuperat magis ægreſcitq; medẽdo, quod Seruius expoſuit, dum ei medetur a paſſiua ſignificatione. Accuſatiui quoq; gerundium a verbis actiuis actionem paſſionemq; ſignificat. vt tu es facilis ad diſcendũ libros. & libri ſunt faciles ad diſcendum. A verbis actionem ſignificantibus ſignificat actionem. a paſſionem ſignificantibus paſſionem. Deponentium vero & cõmunium eadẽ ratio eſt, quã de ſuperioribus diximus. neq; poteſt conſtrui cum ablatiuo & præpoſitione. a. vel. ab. in perſona agente cum paſſionem ſignificat, quemadmodum & de gerundio ablatiui diximus. Quod vero Seruius in illud Verg. xi. æñ. ſcribit, alia arma latinis quærenda. aut pacem Troiano a rege petendum. petendum eſſe gerundium, facile refellitur a Valla, quia petendum nominatiuus eſt. gerundia autem ſubſtantiua nuſquã in nominatiuo reperiuntur. Sed neq; eſt accuſatiuus, quia gerundium in hoc caſu nunquã eſt ſine præpoſitione, vt ſtatim dicturi ſumus, ex quibus neceſſario refertur petendum non eſſe gerundium. ſed neq; participium, cum ſit verbum infinitũ. qualia ſupra diximus eſſe illa amaturum. docturum. lecturum. auditurum. ne vllo modo contra omnes grammaticos antiquos & iuniores dicamus gerundium ſubſtantiuum etiam in nominatiuo reperiri. Sed dicendum potius eſt eſſe proprium futuri infinitiui modi paſſiue vocis, quemadmodum illa amaturum. docturum. lecturum. auditurum actiuæ. Itaq; pacem petendum. pro petendum eſſe poſuit. & quod Lucret. dixit, pœnas æterna in morte timendum. pro timendas eſſe dixit. Sed (vt paulo ante diſſeruimus cum de infinitiuo ageretur) his futuris non vtimur: ſed illorum circunloquijs.*

*¶ Inter gerundia. Eſt tanta conuenientia inter gerundium & participium futuri temporis terminatum in. dus. tũ in voce. tum etiam ſignificatione, vt non poſſit quis facile diſcernere alterutrum ab altero, itaq; inter vtrumq; ponit duas differentias. Prima eſt, qđ gerundia ſignificant rei adminiſtrationem, hoc eſt per modum officij, ſiue habitum illum, quem philoſophi dicunt actum primum. Ariſtot. vero appellat entelechiam. vt cum dico. cura legendorum librorũ tenet me. intelligo, qđ illud eſt meum officium, atq; habitus, non tamen in tempore determinato, ſaltem ad futurum, ſed qđ illos lego & legere conſueui. Participia vero ſignificant tempus futurum in actu, ſubaudi ſecundo, quem græci vocãt energiam, ſine rei adminiſtratione. i. non per modũ habitus, ſiue officij. vt ſi dixero libri legendi ſunt a me; intelligo, qđ tẽpore futuro legẽtur a me, non qđ per habitũ ſiue adminiſtrationẽ, ſiue officiũ habeã. qđ illos legere conſueui. Altera differentia eſt. q̃ gerundia adiectiua poſſunt reſolui in gerundia ſubſtantiua. vt veni cauſa legendorum librorũ. ideſt legendi libros. & veni ad legendos libros. ideſt ad legendũ libros. Cice. in. i. officiorũ. orationẽ latinã legẽdis noſtris efficies pleniorẽ. hoc eſt legẽdo noſtra. Itaq; (vt in ſumma dicã) gerundiũ a participio diſtat, qđ illud ſignificat per modũ officij & rei adminiſtrationẽ ſine tempore, hoc eſt tempus ſine officio & rei adminiſtrationẽ. Illud per modũ habitus & entelechiæ. hoc eſt actus primi: hoc per modũ actus & energiæ. hoc eſt actus ſecundi, & quod illud reſolui poteſt in gerundiũ ſubſtantiuũ. hoc vero in tẽpus futurũ. Idq; fieri, quoniã gerũdio tempus non accidit, participio vero accidere manifeſtũ eſt. ¶ Gerundia accuſatiui. gerundia ablatiui (vt paulo ante dicebamus) tũ iuncta præpoſitionibus, tũ ſeparata reperiũtur, at vero gerundia accuſatiui ſemper copulata præpoſitionibus reperiuntur: non tamẽ omnibus, ſed his tantũ. ad. ob. propter. inter. ante. vt homo debet eſſe velox ad audiendũ. tardus autem ad loquendũ: & ego veni ad legendos, vel propter legendos libros. Auguſt. xiij. de trinitate. propter eruendum homines de diaboli poteſtate. Vergilius in bucco. age Tytire & inter agendum occurſare capro cornu ferit ille, caueto. Idem. iij. georgico. de equis, namq; ante domandum ingentes tollent animos.*

... gerundia bl... poſitionibus iunguntur in.de.ex.e.ab.a.vt in nauegando vēti poſuerunt.i.flare deſierūt.vt apd ... tūc venti & ſuc e omniſq; repente reſedit flatus. & eſt libellus Hierony.ad Euſtochium de viuendo deo.i.quem ... nos mundo inſeruire debeamus. & titulus ille,qui eſt in libris digeſtorum de edendo: & Cice.tu qđ cogi ... ndo ... epirū: & illud,quod oēs afferunt exemplum ex defendendo, quā ex accuſando maior gloria compara ... Cice. defendit multos & accuſauit neminem pręter vnū Verrē,quod ipſe in diuinatiōe fatetur.Plinius in epſis.

Gerun... ia vero ablatiui iunguntur cum his præ poſitio... bus in.de.ex.a.ab.vt in nauigando vē... ti po... unt ... eſt libellus Hieronymi de viuen do d... & ex ... efēdēdo,quā ex accuſando maior gloria comp... tur.

...uertendū eti... m eſt,ꝙ gerundia adiectiua in ac cuſatiuo ſemper iunguntur præpoſitionibus illis ... ad numerandas,vel ob numerandas,vel pro pter numerandas pecunias veni,prætēq; cū his verbis loco.coduco.mando.curo.habeo.pro de beo.vt ego locaui faciendam ſepulturam.

Animadu... endum quoq; eſt gerundium genitiui ſingularis recte iungi ſubſtātiuo plurali.vt Plau tus,noīandi tibi iſtorū magis erit,ꝗ edundi copia.

¶ De verbis Supinis. Cap.x.

QVod de gerundijs diximus;idē de ſupinis dici poteſt;eſſe aliā ab octo partibus orōnis, niſi ꝙ gerundia participijs; ſupina verbis annu merari poſſunt.Primū ſupinū ſemp iungit vero bo ſignificanti motum ad locū. vt eo deambula tum,vado venatum,ſignificatq; ſemper actionē niſi ſit a verbis neutris paſſionē ſignificantibus; nam illa do filiā nuptum;venum do ſeruos,ſpe ctatum admiſſi riſum teneatis amici;motum in ſe continent,ſicut & illa ſuperiora.

ſermonibus dies tranſigebat:cum a ſcribendo vacaret. Cice.in quo nos iſti iuriſcōſulti impediunt:a diſcendoq; deterrēt.Quint.etiam præpoſitioni cū adiunxit.orat. inſti.lib.j.ſed ratio(inqt)recte ſcribēdi iuncta cū loquē do eſt.¶ Aduertenū eſt,quia pauloante dixarat gerun dia accuſatiui ſubſtantiua ſemp aſciſcere ſibi præpoſi tionem:nunc etiam dicit gerundia adiectiua in accuſa tiuo eadem præpoſitionē deſiderare,præterq̄ cū paucis verbis his fere.loco.as.conduco.is.mando.as. curo.as. habeo,es.pro eo,quod eſt debeo.es. Seruius ſulpitius in epſa quadam ad Cice.vt faciendā(inquit)ſepulturam locarent.i.darent certa mercede architecto faciendam. Cice.ij.de diuinatione.Redemptores columnā illam de Cotta & Torquato conduxerāt faciendam.Suetonius in vita Cæſaris.gladiatores(inquit)notos vi rapiēdos reſeruandoſq; mandabat.Pli.in epiſtolis,petis.vt libel los meos emendādos recognoſcendoſq; curem. Idem in epiſtola ad Saturninū,præſertim cum enitendū habere mus.i.deberemus eniti.Tranquillus in vita Cæſaris.vt conſolandos eos magis imperator,quam puniēdos ha buit.¶ Animaduertendū quoq; eſt. contra præceptum illud de conuenientia adiectiui cum ſubſtātiuo; hoc eſt obſeruatū.Plautus in captiuis duobus,nominandi tibi iſtorum magis erit,quā edundi copia.Teren.date creſ cendi copiam nouarū, qui ſpectandi faciunt copiam. Cice.de diuinatione.doletis tamen ſtoicos noſtros epicu reis irridendi ſui facultatē dediſſe. ſui enim genitiuus eſt pluralis,qa ad ſtoicos refertur.Liui.xxj.ab vrbe,nō enim vereor,ne quis hoc me veſtri adhortādi cauſa ma gnifice loqui exiſtimet,Sueto.in auguſt.exacta iocandi licentia diripiendiq; pomorū & obſoniorū. Quid ſi dicas gerundia illa ſubſtantiua eſſe in genitiuo poſita,regereq; poſt ſe genitiuum,vt ſit nominandi iſtorum pro nominandi iſta? & c.illud vero Terentij,quod dixit creſcendi nouarum:quo modo deffendi,aut excuſari poſſit non video.

DE verbis ſupinis,cap.x.Quod in ſuperiori capite diſputatum eſt,quæ nos gerundia & ſupina dicimus,participia illi verba antequiores grāmatici vno noīe appellabant:propterea, ꝙ gerundia participio futuri, ſupina participio præteriti ſimilia ſunt. Quæ quoniā a grāmaticis iunioribus diſtinguntur,quod de gerundijs diximus eſſe aliam ab octo partibus orationis,idem nūc de ſupinis dicimus eſſe aliam ab illis nouem:vt ſint in doctrina noſtra ſermonis latini par tes orationis decem.Quod ſi in octonario partiū oratiōis numero perſtandū eſt:ad nomē gerundia: ... verbū ſupina reducē da ſunt.vnde & Quint. ... appellat verba ſupina,quēadmodū pleriq; oēs grāmatici noīa partici... ... Primū ſupinū.hæc de ſupinis præcepta ... fere oīm grāmaticorū Priſcianūq; in primis excogitata ſu... qui ... ſupina ſigniſi care actionē & ... cū primum ab actiuis & neutris verbis actionē ſignificantibus ... actionem, ſcdm ſemper paſſione ... vero dicit primū ſemper iungi verbis ſignificātibus motū ad loc... quæ nō modo habēt mo tum explicitū:ſed e... ... licitū.vt eo.is. vado.is.profiſcor.eris.venio.is.ago.is.mitto.is.Tere... ... anaria.cur te is perditum? Verg.in.iiij.æn.venatū Aeneas vnaq; miſerrima Dido in nemus ire parāt.Idē in iiij.geor.ven... s huc lapſis quæſitū oracu la rebus,Idē in buc.huc ipſi potū venient per prata iuuēci. Idē ibidē,& potū p... age tityre. ... uſt.in iugur,legatos(inqt) ad iugurthā de iniurijs quæſtū miſit.& iterū ibidē.nō mea culpa ad vos orati... to.Motū quoq; dicit continere in ſe illa do filiā nuptū apud Terentiū.i.vt eat nuptū.i.ad hoc,vt nubat paſſiue.vt venūdo ſeruos.vt venundentur etiam paſſiue. & illud Horatij in poe.ſpectatū admiſſi riſum teneatis amici i.recepti in domū,vt veniatis ſpectatū.i.ad aſpiciendū.Et ſignificat ſemper actionē,ſi veniat ab actiuis.aut neutris actionē ſignificantibus:nam a paſſionē ſignificātibus,paſſionem ſignificat. vt eo exulatū.i.vt exulem.venio vapalatum.i.vt vapulem.Plautus in aulularia.coctum ego nō vapulatum dudū cōductus ſum. Idem in mercatore,ſi opprimit pater,qđ dixit exulatum:abijt ſalus.Idē paulopoſt,certū eſt exulatum hinc ire me. & illa quæ diximus do filiam nuptum:venūdo ſeruos. Poſt ſe vero conſtruitur cum caſu,cum quo conſtruitur verbum a quo deſcendit,de ſupino a verbis actiuis actionem ſignificantibus intelligit.vt quod ex Teren.attulimus. cur te is perditum?et ex Verg. lapſis quæſitum oracula rebus.nam venio exulatum a rege:neſcio an ſatis latine dici poſſit.

¶ Vltimum ſupinum. Non minori im errore ante hanc Laurentij præceptionem verſati ſunt grāmatici in vltimo ſupino: quam fuerant in primo, cū putabant ita poſſe iungi verbo ſignificanti motum: & ſignificare actionem, quemadmodum & primum. Itaq; reliquis ambagimus omiſſis: oſtendit primo quomodo conſtruatur, deinde quid ſignificet. nam conſtruitur (inquit) non cum verbo ſignificanti motū, ſed cum nomine adiectiuo, non tanquā ſubſtantiuum. quia cum eo non conuenit, neq; conuenire debet in genere neutro, & caſu, ſed tanquā verbū, quod deſiderat ab illo adiectiuo determinari, a quo etiam regitur. & ſignificat ſemper paſſionem, nō quēadmodū alij dicebant actionem & paſſionem. vt eſt res horrēda dictu. ideſt vt dicatur. miſerabile viſu. ideſt vt videatur. miſerabile dictu. i. vt dicatur. Verg. ij. geor. nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli. & in. iiij. eiuſdem: ſubitū ac dictu mirabile mōſtrum. Idem in. j. æn. in breuia & ſyrtes vrget, miſerabile viſu. Idē in. vij. æn. id vero horrēdū, ac viſu mirabile ferri. ¶ Ex quo ſequitur. ex condicionibus quas dixit vltimum habere ſupinum, infert: quas non habet. & quibus diſtinguitur a nomine, cū quo terminationē habet cōmunē. nam ſupina ſimilia ſunt nominibus participialibꝰ quartæ declinationis in accuſatiuo & ablatiuo. ¶ Prima itaq; condicio eſt. qđ nō iūgitur verbo: vt īperiti grāmatici ante hac dicebant: venio lectu, pro eo quod eſt de legendo, quia (vt diximus) ſemper iungitur nomini adiectiuo. hæc Laurentij præceptio cum mihi ſederet in animo, inueni apud Catonem in lib. de re ruſt. clauſulem, quæ illā maxime labefactaret. nam vbi de officio villici ſcribit. primus (inquit) cubitu ſurgat, vltimus cubitum eat. quis hoc loco non dicat, cubitu ſurgat, ſic eſſe vltimum ſupinum. quemadmodum cubitū eat primū? Sed cubitū tā nomen eſt pro cubatione, quā cubitū ſupinū. & qđ Papinius in. j. Achilleidos dixit. & tunc venatu reditū in limine primo opperiens. illud preterea miror, quod Diomedes ait. lectu proficit ſupinum eſſe. cū manifeſtum ſit lectu, pro lectione in eo exemplo eſſe poſitū. ¶ Altera igitur cōdicio eſt, qđ nō ponatur pro nomine, vt qđ Priſcianus lib. viij. & poſt illum omnes grāmatici dixerunt, venio venatu. ideſt de venatione. nam tunc nomen eſſet. & ſic illud Catonis exponendū eſt, cubitu ſurgat. ideſt de cubatione. & illud Diomedis, lectu proficit. ideſt lectione. ¶ Tertia condicio eſt. q; non iungat ſibi adiectiuū. neq; enim dicere poſſemus. eſt res horrēda humano viſu. ¶ Quarta q; non recipit præpoſitionem: vt eſt res horrenda in viſu. ¶ Quinta q; non regit nomen. vt eſt res horrenda viſu hominum. ex quibus etiā infertur vltimum ſupinum non deriuari a verbis voce aut ſignificatione paſſiua carētibus, quoniam quidē in eam reſoluendi ſunt, cū paſſionē ſignificent, vt ſi velis dicere, eſt res horrenda ſonitu, & indigna locutu. & qđ dixit Cice. ij. thuſ. quæſtionū grauia perpeſſu dixit. Deinde dicit cum vltimum ſupinum ſimile ſit in terminatione ablatiuo nominis participialis. qđ ſi quiſpiam dixerit bonus ciuis eſt dignus gubernatu amphibologiam eſſe: quæ ex adiunctis debet tolli. vt eſt dignus gubernatu rei publicæ. & eſt dignus magno gubernatu. & receſſit ex gubernatu. & in gubernatu multū profuit, quibus in locis manifeſtum eſt gubernatu, pro gubernatione poni, declinatu q; hic gubernatus gubernatus gubernatui.

Vltimum ſupinū ſemper iungitur nomini adiectiuo, nō tanquā ſubſtantiuū; ſed tanquā verbum, regiturq; ab eo; & ſignificat paſſionē. vt eſt res horrēda dictu, ideſt vt dicatur, miſerabilis viſu. i. vt videatur. Ex quo ſequitur; qđ neq; poteſt iūgi verbo (vt grāmatici indocti dicunt) venio lectu. Neq; ponitur pro nomine (vt priſcianus dixit) venio venatu, pro de venatione. Neq; iungit ſibi adiectiuū. Neq; recepit prępoſitionem. Neq; regit nomen. Quod ſi dixeris bonus ciuis eſt dignus gubernatu, dubitaueritq; aliquis; gubernatu vtrū ſit nomen an verbum ſupinū, ex adiunctis tolletur hęc ambiguitas. Nam cū eſt nomen gtīm regere poteſt. vt eſt dignus gubernatu reipub. & iungit ſibi nomen adiectiuū, vt eſt dignus mogno gubernatu. & recipit prępoſitionem, vt receſſit ex gubernatu. Cum vero eſt verbū ſupinū (quēadmodum diximus) nihil tale habet. ſed tantū a nomine adiectiuo regitur, & in verbum paſſiuum reſoluuitur.

## ¶ De conſtructione Participij. Cap. xl.

PArticipium eodem modo iungitur nomini & pronomini; & verbo; quo nomen adiectiuum, poſt ſe vero deſiderat caſum, cum quo conſtruitur verbum, a quo deſcendit. vt amans filium. amaturus deum, amatus a patre, amandus ab vxore. inſeruiens amico, inſeruiturus ꝓpinquis. carens voluptatibus, cariturus turture magno. Sunt nomina participijs ſimilia, vt amans, doctus, quę ſola conſtructione diſcernuntur. Nam cū dico amans vxorē participium eſt; amans vxoris nomē eſt. Sed cum ſint noīa recipiunt cōparationem, vt amantior vxuris, amantiſſimus vxoris, doctior Cicerone, doctiſſimus omnium.

DE participij conſtructione. Participium eodem modo. Participium cōſideratur. aut qua ratione eſt adiectiuum, & ſic debet conuenire cum ſuo ſubſtātiuo in genere, neutro, & caſu, vt vir doctus, aut qua trahit originem ſignificationemq; ab aliquo verbo, & ſic regit caſum illius verbi: a quo deſcendit. Nam quia a doceo doces participia actiuæ vocis ſunt docens docturus. eadem ratione dicimus, ſum docens te grammaticam, & ſum docturus te dialecticam, qua doceo te grammaticam. doceo te dialecticam. & in voce paſſiua eadem ratione dicimus: ego ſum doctus a te grammaticam, qua ego docebor a te grammaticam. ego ſum docendus a te dialecticam, qua ego docebor a te dialecticam. & pari modo de reliquis verbis, quæ varijs modis conſtruuntur. ¶ Sunt nomina. Participia poni pro nominibus poſſe lib. iij. dictum eſt, nūc autem (vt aliquid addat) illud ipſum repetit, oſtenditq; in quo diſtingui poſſit a nomine. ¶ Primo conſtructione, nam cum

participium,vt paulo ante diximus:regat caſum verbi a quo deriuatur,mutata conſtructione ponitur loco nois,quodexemplis demonſtrat,de conſtructione tamen participij loco nominis poſiti infra dicetur.Sed cum ſint nomina recipiunt comparationem,hoc de participijs præſentis & præteriti intelligitur,vt amãs amãtior amãtiſſimus: doctus doctior doctiſſimus. Participia futuri temporis loco nois poſita cõparationẽ non recipiunt,neq; enim poſſemus dicere ab amaturus amaturior amaturiſſimus,ab amandus amãdior amandiſſimus Nã quod tempeſtatis noſtræ homines curiales dicũt atq; ſcribunt:reuerendiſſimus pater.colendiſſimus dominus.obſeruãdiſſimus præſul:potius dicẽdũ eſſet p ipſum participiũ loco nominis poſitum,& aliquod aduerbiũ,qđ intenſionem quãdã ſignificaret: augeretq; ſignificationẽ.vt Boeti9 in primo de cõſolatione.cum philoſophiã deſcribit: & vultus(inquit)admodũ reuerẽdi.Quod vero dixit participium futuri in.rus.loco nominis aliqñ poni,oſtendit Laurentius lib.elegã.j.nã cũ dixit Quin.neq; enim huius rei meminit vſquã poeta:profecto non taciturus de tanta ſua gloria. perinde eſt ac ſi alio modo dixiſſet rem ſibi non tacendam,hoc eſt dignam taceri. Plinius quoq; iunior in epiſtolis:confero(inquit)quinquaginta millia nũmũ plus collaturus,niſi a verecũdia tua. & c. collaturus dixit nõ tam ſignificans tempus:q̃ voluntatem & animũ cõferendi. Oĩa igitur quattuor participia tranſire poſſunt in vim nois. ſed quando ſunt participia: quando nomina, quinq; modis dignoſcimus. ¶ Primo cõſtructione.vt amans vxoris p amator vxoris.¶ Secundo temporis amiſſione.vt Ouid.militat oĩs amans & habet ſua caſtra cupido.amans p amator poſuit.¶ Tertio comparatione.vt amans amantior amantiſſimus.¶ Quarto cõpoſitione:vt innocens,indoctus.neq; enim ſunt verba.innoceo innoces.indoceo.es.a quibus deriuentur. ¶ Quinto ſignificationis mutatiõe.vt diligens,non qui diligit,ſed qui ſolers eſt.

Tempore quoq; poſſunt diſcerni,nam cum dico eſt amandus a me, ſignificat q a me amabitur. Cum vero tantũ eſt amandus,q eſt dignus amari.vix tamen ſub hac forma recipit cõparationẽ. Nam quod quidam dicunt reuerendiſſimus. colendiſſimus.obſeruãdiſſimus,ego dicerem potius admodum reuerendus.perq; colendus.plurimum obſeruandus.& alia ſimili modo.

¶ De nominis conſtructione cum alio caſuali.
Cap.xij.

NOmina quoq; cum caſibus coſtruuntur.quędam cum genitiuo,qualia ſunt nomina adiectiua certæ cuiuſdam ſignificationis,vt Integer vitæ, Sceleris purus, Præceps animi.Prodigus vitæ. Dubius itineris. Tenax propoſiti. Cupidus honoris.

Nomina præterea formam participiorum habentia.vt patiens laboris.negligens amicorum;fugitans litium.appetens alieni,profuſus ſui. doctus grammaticæ.victus animi.expertus belli.

DE nominis cõſtructione cũ alio caſuali Ca.xij.¶ Poſteaq̃ de cõſtructione verborũ participiorũ cũ alijs partibus orationis dictũ eſt:hoc loco de conſtructione nois cũ alio caſu diſputabimus: & in primo cũ genitiuo nõ de illa conſtructione quæ notiſſima eſt:cũ genitiuus cõſtruitur cum nomine ſubſtantiuo ex vi,vel quaſi poſſeſſionis.vt liber Vergilij.Vergilius decem argentorũ:ſed cum nomen adiectium vel participium in vim nominis tranſiens:aut nomen verbale qđ in.or.vel in.ix.deſinit,conſtruuntur cum genitiuo ex idiomate,hoc eſt proprietate ſermonis latini.Quo in loco imitati ſumus præcipue Diomedem grammaticum, ne quis exiſtimet hæc a nobis tumultuarie fuiſſe præcepta.Dicit igitur in primis p noia adiectiua certæ cuiuſdã ſignificationis ex ratione idiomatis latini genitiuo iunguntur.Sunt autem illa potiſſimum,quæ habitũ ſiue priuationẽ alicuius rei ſignificant.vt integer vitæ. Hora.j.carmi.integer vitæ ſcelerisq; purus.Verg.ix.æñ. atq; integer æui aſcanius.Præceps animi.Verg.ix.æñ.& præceps animi Tmarus & mauortius hæmon. Prodigus vitæ. Hora.iiij.car.animæq; magnæ prodigũ paulũ ſuperãte pœno.Dubius itineris.Diomedis exemplũ eſt in idiomate genitiui. Verg.iij.geor.nec ſum animi dubius verbis ea vincere magnũ,q̃ ſit.Tenax ppoſiti.Hora.j.car.iuſtum & tenacem ppoſiti virum.Cupidus honoris.Diomedis quoq; exemplũ eſt,atq; eadẽ ratione dicimus æmulus laudis.amens animi.auidus pugnæ. certus experimenti.incertus vitæ.conſcius facti, inſcius æui, præſcius venturi,neſcius veri.ignarus rerum. ingratus ſalutis. inops animi.Lętus laborũ,memor matris.maturus æui, pſper frugũ.reus voti.ſerus ſtudiorum.ſecurus amorum.veri vanus. animi vecors Ouid.vi.meta.vt tñ exẽplis intelligat æmula laudis.Verg.iiij.æñ iſq; amens animi & rumore accẽſus amaro. Idẽ in.ix.ego auidũ pugnæ dictis ac numine phœbi.Macrobi9 in ſomniũ ſcipi.hippocrates experimẽti certus aſſeruit.Sene. in œdipo.an latera cura ſerpit incertus vitæ.Verg.iiij.æñ.teſtatur moritura deos & cõſcia fati ſydera.Idẽ in.vj.præſcia venturi da.nõ indebita poſco.Idẽ.iij.geor.etiãq; tremẽs.etiã inſcius æui.Ouid.j.meta.veri quaſi neſcia quærit. Verg.x.æñ. pſpicit ignarus rerũ ingratuſq; ſalutis. Idem.iiij.æñ.ſæuit inops animi totãq; accenſa per vrbẽ bacchatur.Idẽ in.xj.æñ.quas illi læta laborũ ipſa ſuis manibus.Idẽ.j.æñ.at memor ille matris acidaliæ. Idẽ in.v.æñ.atq; æui maturus aceſtes. Hora.iiij.car. pſperã frugũ celerẽq; pronos voluere menſes.Verg.j.æñ.ſecurus amorum germanæ.Idem in.v.æñ. conſtituam ante aras voti reus.Ouid.xv.meta.ſpretarũq; agitur legum reus.Cõſtantinus tñ in quadã ſanctione.ne ſimus (inquit) legibus rei:qui pugnãdo fideliter de oĩbus gentibus meruimus eſſe victores.Hora.o ſeri ſtudiorum quo ne putetis. Apu.iiij. meta.iã vecors animi tectũ ſcandulare cõſcẽdit.Verg.x.æñ.aut ego veri vana feror.¶ Nomina præterea formã participiorũ habẽtia.i. quæ figurantur ex participijs præſentis tẽporis & præteriti,poſſunt cõſtrui cũ genitiuo,vt Verg.ij.geor.patiẽtes vomeris vnci. & ab eo compoſitum impatiens.Iuue.impatiẽſq; moræ pauet.& præputia ducit.Negligẽs amicorum.Diomedis eſt in idiomatis.fugitãs litiũ.Teren.in phormi.herus meus liberalis eſt:fugitans litiũ.Saluſt.in catilina.pfuſus ſui.alieni appetẽs.Participia nãq; ſi eſſent:accuſatiuo iungerẽtur,diceremuſq; patiens laborem.appetens pecuniã. negligẽs amicos.fugitãs lites.

*Eodem modo ſi dixeris doctus grãmaticam. victus animum. expertus bellum. participia ſunt. doctus grammaticæ. victus animi. profuſus ſui. expertus belli, noĩa. Verg. x. æñ. expertos belli iuuenes: & ſilua trecentos. Idem. iiij. geor. immemor herbarum victuſq; animi. Hora. iij. carmi. doctæ ſermonis vtriuſq; linguæ. eadem quoq; ratione Verg. dixit. j. æñ. expediunt feſſi rerũ. & Hora. j. car. inſanientis dum ſapientiæ cõſultus erro. Idem in. j. ſer. agricolã laudat iuris legumq; peritus: nam participiũ eſt a perio, qđ in vſu non eſt in ſimplicitate, a quo eſt experior. & Apul. de repente animi mutatus.*

Nomina quoq; verbalia maſculina terminata in. or. quæ formant̃ ab vltimo ſupino. u. mutata. in. or. & fœminina terminata in. trix. quæ formantur a maſculinis. tor. in. trix. vt amator vxoris. amatrix viri. doctor genitum; expultrix vitiorum.

Et nomina ſuperlatiua conſtruuntur cum genitiuo ſed tãtũ plurali, niſi ſint nomina collectiua. vt doctiſſimus grecorum; ſapientiſſimus philoſophorum. fortiſſimus gẽtis danaum. Comparatiuum quoq; interduo. vt aiacũ fortior, fuit telamonius.

Sunt quædã quæ poſſunt iungi genitiuo; vel datiuo, vt ſimilis patris vel patri. fidus regis vl' regi. ꝓximꝰ Tulij vl' tulio. ꝓpinquus Ceſaris vl' Ceſari.

Quædam ſunt quæ poſſunt iungi genitiuo vel ablatiuo, vt diues agrorũ vel agris; vacuꝰ cerebri vel cerebro, plenus rimarũ vel rimis. dignus honoris vel honore.

*¶ Nomina quoq; verbalia, quæ alij participialia vocãt formata ab vltimo ſupino. u. mutata. in. or. conſtruuntur cum genitiuo. vt amator vxoris, doctor gentiũ, & fœminina quæ formãtur a maſculinis. t or. mutata in. trix. cũ genitiuo etiã conſtruuntur. vt amatrix viri. & quæ etiam irregulariter formantur: vt expultrix vitiorũ, qđ ab expulſor fit. ¶ Et nomina ſuperlatiua. ſuperlatiuum cum plurali tantũ genitiuo cõſtruitur. vt Hora. j ſer. græcorũ lõge doctiſſimꝰ. poteſt etiã cũ genitiuo ſingulari cõſtrui, modo ſit nomen collectiuum, hoc eſt in numero ſingulari multitudinẽ ſignificans, vt populus. gens. Verg. j. æñ. o danaũ fortiſſime gentis tidide. Cõparatiuũ quoq; quoties inter duos fit cõparatio, ad imitationẽ græcorũ poteſt cum genitiuo cõſtrui. vt iuniores grãmatici dicunt cũ ponitur partitiue. vt ſi dicas, aiacũ fortior fuit Telamonius, duo enim tantũ fuerũt Aiaces, alter Telamonius alter oilei filius. Nã ſi tres fuiſſent nõ fortior ſed fortiſſimus dicendum erat. ſicut dicimus digitorum medius eſt lõgiſſimus, manuũ vero dextera eſt fortior: loco etiã genitiui nonnunq̃ ponitur ablatiuus cum præpoſitione de vel ex. Oui. in epiſt. medeæ. cũ minor e pueris iuſſu ſtudioq; videndi. duo enim erant medeæ filij. Ceſar in cõmen. hæres erat ſcriptus ex duobus filijs maior. Illud nimis licenter dictũ eſt qđ Paulus Hieronymo interprete ſcribit. Spes (inqt) fides, charitas tria hæc, horum maior eſt charitas ꝓ maxima, aut ſi charitas fidei & ſpei ſimul cõparatur. horũ poſuit pro his ad imitationẽ græcorũ, qui cum ablatiuũ nõ habeant cõparatiuũ cũ genitiuo cõſtruuntur, queadmodum & ſuperlatiuum, illa modo inter illos differentia eſt: qđ cõparatiuũ iungitur cum genitiuo ſignificãte vnum aliquid ſui generis vel diuerſi, ſuperlatiuũ vero cũ genitiuo ſignificãte plura ſui generis. Illud tñ hoc in loco non eſt diſſimulandũ, quod Valla notauit, qđ cõparatio vnũ gradum ſiue primum obtinet. ſuperlatio vero vltimum. nam vbi eſt ſuperlatio, neceſſe eſt, vt ibidem ſit cõparatio: ſi enim plura ſint vaſa ad eandem magnitudinem facta & aliud ſit longe capacius, recte dixeris illud eſſe maius omnibus illis, quæ ſunt inter ſe æqualia, quod ſi aliquod vas ſit maius alio, aliud maius illo. hoc comparatum illis duobus non dicetur maius illis, ſed maximum illorum, ſed de vtriuſq; gradus conſtructione Cap. xiiij. plura dicemus.*

*¶ Sunt quæ poſſunt. ſimilis patris, vel patri, ſed eſt differedtia teſte. Diomede. quoniam ſimilis patris eſt in moribus. ſimilis patri in corporis figura atq; lineamentis, quod Iuuenalis expreſſit dicens, quandoquidem ſimilem tibi ſi non corpore tantum, nec vultu dederit morum quoq; filius. Terentius in eunucho. domini ſimilis eſt. nam quod Verg. in primo æneid. dixit, os humeroſq; deo ſimilis, ex opinione vulgi atq; epicureorum dictum eſt, qui putant deos humanam effigiem habere. fidus regis vel regi. Verg. xij. præterea regina tui fidiſſima. nam genitiuus ille poſitiui eſt. Ouid. ij. meta. tu tantum fida ſorori eſſe velis. proximus ſiue propinquus Tulij vel tulio. vicinus Antonij vel Antonio. Hora. primo ſermonum, niſi nos vicina triuici villula cœpiſſet campano proxima ponti. Eodem modo dicimus amicus Cæſaris vel Cæſari. par Pompeij vel Pompeio. Verg. & amicum cretea muſis. Idem in primo. gẽs inimica mihi tyrrhenum nauigat æquor. Luc. in. j. quem metuis par huius erat. Idem in. ix. par geminis chiron. ¶ Quædam ſunt, quæ poſſunt. diues agrorum vel agris. Verg. in buc. quam diues pecoris niuei. i. quã lactis abundans. Idem. i. æñ. diues opũ, ſtudijſq; aſperrima belli. Idem in eodẽ. ditiſſimus agri phœnicũ: nã genitiuus ille agri ad poſitiuũ, phœnicũ ad ſuperlatiuũ refertur. Horat. j. ſer. diues agris, diues poſitis in fœnore nũmis. Vacuus cerebri vel cerebro. Saluſt. in iugur. ager aridus & frugũ vacuus. Iuue. vacuũq; cerebro iã pridem caput hoc ventoſa cucurbita quærat. Plenus rimarum vel rimis. Teren. in eunucho. plenus rimarum ſum. hac illac perfluo. Ver. j. æneid. quæ regio in terris noſtri non plena laboris? Idem. iiij. geor. crura thymo plenæ. Quint. tamen. lib. ix. plenus (inquit) vini veteres dixerunt. nos plenũ vino dicimus. dignus honoris vel honore: Plautus in trinũmo: non ego ſum dignus ſalutis Verg. xij. æñ. magnorum haud vnq̃ indignus auorũ. Iuue. his epulis & tali dignus amico. Laurentius vix dici poſſe putat dignus honoris, quare illud ex euãgelio. facite fructus dignos penitentiæ: ex figura græca dictũ putat, quia græ... latino carent. Dicimus etiam ſatur rerum & rebus. Teren. in adelph. ſed poſtq̃ intus ſum omniũ rerum ſatur. Ouid. ij. meta. ambroſiæq; ſucco ſaturos præſepibus altis. Truncus pedũ vel pedibus. Verg. iiij. georg. trunca pedũ primo. Ouid. xv. meta. & generat truncas pedibus. Oneratus frugũ & frugibus, & refertus cibi vel cibo. Pacuuius apud Noniũ Marcellũ, oneratꝰ (inquit) frugũ & floris. Varro apud eundem Marcellũ, ipſa Italiæ oppida ſunt vaſtata. quæ fuerũt prius hominũ referta. Cicero ꝓ lege manilia. referto prædonũ mari. nã participia eſſe loco nominũ poſita, ex eo patet, qđ verba a quibus deriuantur cũ abltõ, nõ cũ gtõ cõſtrui ſolet. Verg. j. æñ. onerãtq; auro. Cicero. ij. de horatore. ꝑanguſte referſit oratione ſua*

¶ *Datiuo complura iunguntur. ſunt autem (vt Priſcianus ait) illa, quæ ad gratiam: vel ad vtilitatem alicuius, vel cõtra referuntur, vt facilis difficilis & ſimilia. Verg. ij. geor. illam experiere colendo & facilem pecori. Marti, difficilis. facilis. amicus. acerbus eiſdẽ. Cicero in verrem. ita mihi vel in deos propicios. Verg. ij. geor. bis pomis vtilis arbos. ¶ Verbalia quoq; in bilis. illa ſunt, quæ paſſionem ſignificant. vt amabilis cunctis. Vergil. ij. georg. nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli.*
¶ *Accuſatiuo etiam, quẽadmodum alijs in locis diximus, noĩa adiectiua cum accuſatiuo conſtrui poſſunt, ſed per figurã ſynecdochẽ tantũ poetis permiſſam. vt Verg. j. æñ. nuda genu. i. habens genu nudũ. Idẽ in eodẽ. os humeroſq; deo ſimilis. i. habens os & humeros ſimiles deo. ¶ Ablatiuo quoq; media præpoſitione ſiue ſeptimo caſui. De quo Diome. in idiomatis, his verbis ſcribit. Multa ſunt quæ per ablatiuũ caſum Romani ſolẽt efferre. immẽſa eſt enim huius caſus licentia, & vtuntur eo ſæpiſſime pro duobus caſibus genitiuo & datiuo, vt bellum varia victoria. hõ mira eloquentia. magnis viribus adoleſcens. bona forma mulier, qđ elegantius dicitur quã ſi diceres bellũ variũ victoria. homo mirus eloquẽtia, adoleſcens magnus viribus. mulier bona forma, quem vero Diomedes ablatiuũ appellat: nos (ſi conſtare nobis volumus) ſeptimũ ſiue effectiuum caſum appellamus. Ablatiuus autẽ eſſet media præpoſitiõe, vt alienus a crimine, diuerſus a vitijs. longinquus ab achaia. Diomedis exẽpla ſunt. Eodem modo dicimus alius ab humanitate. pro diuerſus. oriundus a carthagine. pro originẽ trahẽs. tertius a ioue. ſubaudi diſtans. ¶ Cõparatiua quoq;. Dixim⁹ cõparatiuũ quoties ponitur partitiue: cõſtrui cum genitiuo. nũc vero dicit qđ ſiue cõparetur ad vnũ ſiue ad plura ſui, vel diuerſi generis, conſtruitur cum ablatiuo ſiue ſeptimo caſu. nã (vt alio etiã loco dixim⁹) quoties ablatiuus ſine præpoſitione ponitur, antiquiores ſeptimũ caſum appellabant. vt Achilles fuit fortior Aiace & Hectore, ac perinde reliquis omnibus Troianis: poſſumus etiam dicere, quod Aiax telamonius fortior fuit Aiace oileo. ſed de cõparatiui cõſtructione infra plurib⁹ diſſeretur. ¶ Ablatiuus ſiue ſeptim⁹ caſus, illorũ ſtulticia hoc in loco ridenda eſt, qui pro eo quod ego dixeram Mũda in dedicionem chriſtianorũ venit, quoniam eo anno, quas introductiones has ædidimus Ronda & Munda & cõplura alia caſtella maurorũ expugnata ſunt ductu atq; auſpicijs Ferdinãdi omniũ regũ clariſſimi, putãtes mũda adiectiuum eſſe nomen, deletis quibuſdam litteris atq; alijs adiectis, librario imprimendum dedere Munda in dedicionem chriſtianitas venit.*

Datiuo etiam complura iunguntur. vt facilis omnibus, difficilis nemini. charus ſuis, iucũdus alienis, aptus bello. idoneus paci.
Verbalia quoq; in. bilis, datiuo iungi poſſunt; vt amabilis cunctis. viſibilis nulli.
Accuſatiuo etiã iungunt̃ plura nomina adiectiua: ſed, vt diximus, figurate: idq; apud poetas tãtum. vt flauus capillos, niger oculos, horridus barbã.
Ablatiuo quoq; media p̃poſitiõe ſiue ſeptimo caſui cõplura iungunt̃. vt alienus a crimine. oriundus ex Aphrica. diuerſus a vitijs. ali⁹ ab humanitate. ſecundus ab hercule. tertius a Ioue. vir ſingularis ingenio. excellens virtute. inſignis pietate.
Comparatiua quoq; cum ablatiuo ſiue ſeptimo caſu cõſtruũtur. vt nemo eſt eloquẽtior Cicerone.
Ablatiuus ſiue ſeptimus caſus plerũq; ponit̃ abſolute; aut p̃ duo noĩa; vt rege Ferdinãdo Munda in dedicionẽ chriſtianorum venit, aut per nomen & pronomẽ. vt me præceptore didiciſti litteras. aut per nomen ſiue pronomen & participiũ. vt deo ducente veniã ad te, me veniente gaudebis.

## ¶ De cõſtructiõe quarũdã partiũ orõnis. Cap. xiij.

Quiſq; ſemper iungitur ſuperlatiuo. vt optimus quiſq;, ſapientiſſimus quiſq;. Omnis & cũctus poſitiuo & comparatiuo. vt oẽs boni, cũcti boni. omnes ſapientiores. cuncti ſapientiores.
At vero quiſq; tunc poſitiuo iungitur; cum nõ recipit cõparationem poſitiuus. vt ſtrenuus quiſq;. optimus quiſq;. iungitur etiam quiſq; cum hoc nomine quotus; ſed ſemper interrogatiue, vt Cicero. quotus enim quiſq; iſtud feciſſet?

*De conſtructione quarũdã partiũ orationis, puta quiſq; particula, quã nunq̃ poſitiuo aut cõparatiuo iungitur, ſed tantum ſuplatiuo, atq; ecõtrario oĩs poſitiuo & cõparatiuo. nũq̃ ſuplatiuo, qđ cum apud caſtigatiſſimos autores prope ſemp obſeruatũ reperiatur, iure Priſci. in principio ſui operis a Valla reprehẽditur, qđ ſcripſerit. oĩm iudicio cõprobatur eruditiſſimimorũ. pro eo qđ eſſe debuit oĩm eruditorũ aut eruditiorũ. Lactãtius quoq; in libello de opificio hoĩs: placidiora quæq; aĩalia vel nihil fellis oĩno vł minus habẽt. p eo quod eſſe debuit oĩa placidiora aĩalia. Macrobius etiã in. j. de ſomno. exteriori quaq; ſphera quas interius cõtinet ambiẽti. pro eo qđ eſſe debuit extima quæq; ſphera. ¶ Si vero poſitiu⁹ cõparationẽ nõ recipit, p̃pter aſperũ litterarũ cõcurſum, vt quia a pi⁹ & ſtrenuus nõ dicimus pijor pijſſimus, ſtrenuior ſtrenuiſſimus, poſſumus dicere pius quiſq;. ſtrenu⁹ quiſq;. Saluſt. in iugur. ſtrenuus quiſq;, aut occiderat in prælio, aut grauiter vulneratus. aut q̃a ſignificatio poſitiui eiuſmodi eſt, vt nõ poſſit gradus cõpatiõis recipere, qualia ſunt noĩa nũerorũ ordinẽ ſignificãtia. vt primus. ſcđs, tertius, poſſumus dicere primus quiſq;. ſcđs quiſq;. tertiuſq;ſq;. Cice. in philipicis, Primo quoq; die cõſules ad ſenatũ referãt tametſi primus ſuplatiuũ ſit. Idẽ p Rabirio. tertio quoq; verbo excitabatur. Trãquillus in vita Ceſaris. vn⁹ dies quarto quoq; anno intercalaretur. Iuue. ſeptima quæq; fuit lux ignaua. Cũ vero huiuſmodi noĩa tũ vnũquẽq; ex eo nũero, tũ vltimũ ſignificẽt iũcta cũ hac particula quiſq;, idẽ quoq; ſignificãt, vt quart⁹ quiſq; ſit vel vnus quilibet ex quattuor, vel vltim⁹ in ordine quattuor, nã cũ dico quarto quoq; anno eſt annus intercalaris, intelligo vltimũ quẽq; ex nũero quattuor, & Iudeis ſeptim⁹ quiſq; dies eſt feſt⁹, intelligo, q vltim⁹ ex nũero ſeptẽ. Quod vero Ceſar in cõmẽ. dixit. cognoſcit nõ decimũ quẽq; eſſe relictũ militẽ ſine vulnere, nõ ſignificat vltimũ ex decẽ, ſed vnũ quẽlibet ex nũero decẽ. vł inter decẽ eſſe vulneratũ. Iũgitur preterea qſq; cũ hoc noĩe ordinali quot⁹. a. ũ. ſed ſemp ĩterrogatiue. Cic. p ligario, quot⁹ eni quiſq; iſtud.*

¶ Tantũ & quãtum poſitiuo iungitur, adde etiã tu & v...rio, vt quãtũ potes tantũ elabora. tanto & quãto ſuplatiuo, Cice. quanto es maior, tãto te geras ſummiſſius, neq; enim latine poſſet dici quãtũ es maior, tãtũ te geras ſummiſſius. Superlatiuo eti ũ iunxit Catullus ... eſſimus omniũ poeta, quãto tu optimus omniũ patronus. Verg. xij. æn. o præſtans animi iuue nis quantũ ipſe feroci v... te exuperas, tanto me impenſius æquũ eſt cõſulere. Quin. in. i. quorũ cõcentus tanto eſt vehemẽ tior, quãtum Romana in bellis gloria cæteris præſtat. Ad vim quoq; cõparatiuorũ proxime accedunt illa. aduerbia ante & poſt, vt tanto ante ego veni, quãto tu poſt veniſti, & illud nomen alius atq; ſuũ aduerbium aliter. atq; eiuſdem ſignificationis ſecus. Quin. at quãto alius fuit ille infœliciſſimi iuuenis affectus. Terẽ. in andria. verũ aliter euenire multo intelligit. & Cicero multo ſecus euenit. Tam & q̃ eiuſdẽ ſignificationis poſitiuo & ſu perlatiuo iungi poteſt, ſed & cõparatiuo. Verg. vij. æn. tã magis illa fremẽs & triſtibus effera flãmis, q̃ ma gis effuſo crudeſcũt ſanguine pugnæ. Saluſt. q̃ quiſq; peſſime fecit, tam maxime tutus eſt, quod de tantũ & quãtum tãto & quãto diximus, idẽ de aliquantũ & aliquãto, multũ & multo, paulũ & paulo dicendũ eſt, niſi q' aliquãto & paulo ſuperlatiuo iungi recuſant quẽadmodum multo deſiderat. Cicero p lege manilia. quãq̃ mihi frequẽs cõſpectus veſter multo iucundiſſi mus. hoc verbũ præſtat, quia vim cõparatiui habet mul to iungitur. Saluſtius. multo præſtat beneficij quã ma leficij immemorẽ eſſe. ¶ Per ſemper iungitur poſitiuo, vt pbonus. perfacetus. quã ſemp ablatiuo. vt quã opti mus, quã faceti ſſimus. quã vero cũ pro quantũ acci pitur poſitiuo iũgi vult. vt apud Terẽ. in andria. reie cit ſe in eũ flens quã familiariter. Quod vero idem in eunu. dixit. poſt illa tempora tu ſcis quã intimũ, & ſi ſuperlatiuum eſt a ... tra, tamen p poſitiuo poſitũ eſt, ſicut proximus a prope, vnde & comparationem ite rum recipit proximior, vt ſuo loco diximus. ſed hæc ex elegantijs Vallæ petẽda ſunt, nos tantum admonuiſſe lectorẽ volumus. ¶ Hei. & væ. ſemper iunguntur dati uo, omnia ſunt facilia.

Tantũ & quãtũ poſitiuo iungitur. vt tantũ doctus, quantũ facetus. tanto & quãto cõparatiuo & ſu perlatiuo. vt tanto doctior, quãto facetior. Idem quoq; dicimus de aliquantum & aliquanto, mul tum & multo, paulum & paulo.

Per, ſemp iũgit poſitiuo. vt p bon⁹. p doct⁹. Quã, ſu perlatiuo. vt quã optimus. quã doctiſſim⁹. Per q; poſitiuo. vt per quam bonus. per quam doctus.

Hei. & væ. ſemper iungũtur dtõ. vt hei mihi, væ tibi, heu & o accuſatiuo. vt heu me miſerũ. o te infœ licẽ. En & ecce nominatiuo & accuſatiuo. vt en Priamus. en ipſe capellas. ecce hõ. ecce hoĩem.

## ¶ De Cõparatiuo & Superlatiuo. Cap. xiij.

CVm de erotematis nominis ageremus; dictũ eſt comparatiua & ſuperlatiua a quibus nomi nibus poſitiuis & vnde formarentur; ſed iniquis tunc ſpacijs excluſi; quoniã alio properabamus; nõ diximus formationẽ illã in plæriſq; deficere. Idem quoq; fecimus; cum de partium orationis cõſtructione nonnihil perſtringerem⁹; vbi pau ca interpoſuimus. Quare viſum eſt, quæ illic co pioſus debuerant pertractari, hoc in loco ſupple re. Atq; in primis de illorũ irregulari formatiõe.

Bonus melior optimus. Maturus, maturrimus.
Magn⁹. maior. maxim⁹. Cõpatiuũ regularẽ hẽt.
Nequã neqor neq̃ſſim⁹. Magnific⁹. cẽtior. cẽtiſſim⁹
Malus. peior peſſimus. Munific⁹. cẽtior. cẽtiſſim⁹
Paruus minor minimus. Mirific⁹. cẽtior. cẽtiſſim⁹.

CVm de erotematis. Reddit cauſas, cur cũ de no minũ deriuatiuorũ differentijs ageret lib. iij. nõ exacte diſſeruit de cõparatiuorũ & ſuplatiuorũ ſignificatione & formatione quãq̃ in cõmentationi us multa dixit de formatione illorum graduum maxime. A quibus nominibus, nam cum comparatiuum & ſuperlatiuum ſignificẽt aliquid vltra ſuũ poſitiuũ, ab illis nominibus nõ poſſunt deriuari, quæ incrementũ, aut diminutionẽ ſuſcipere non poſſunt, ſed ab illis tantũ quorum ſignificatio creſcere poteſt. Sunt tñ ex his poſitiuis quædã cõparatiua & ſuperlatiua, quæ vſus non reciperet. vt ab eo quod eſt barbarus nemo diceret barbarior & barbariſſimus. nec ab eo quod eſt amandus aman dior & amandiſſimus. tametſi barbarus & amandus ſignificationis incrementum recipere poſſint. Sunt præterea quædam poſitiua ex quibus vlteriores gradus non procedunt, quia propter concurſum vocalium aſperius ſonarent, vt quæ habent vocalem ante. is. vel. us. vt ab eo quod eſt tenuis & arduus vix poſſis dicere & tenuior & arduior. Quæ vero non ſignifi cant rem, quæ poſſit creſcere, aut minui nihiloplus poſſunt gradus recipere. vt luſcus. ingens. omnipotens, ſummus, imus, vni cus. ſolus. nemo enim luſcus magis luſcus eſſe poteſt. Nomina etiam numeralia. vt primus, ſecũdus, tertius. &c. Et pnomina, quanq̃ Plautus dixerit ipſiſſimus eſt. Sed de his libro. iij. diximus. Iniquis ſpacijs. ideſt loci anguſtia. ex Vergil. iiij. Georg. verum hæc ipſe quidem ſpacijs excluſus iniquis prætereo. In plæriſq; deficere, quæ fere in hoc loco diximus explicanda cũ dicimus bonus. melior. optimus. &c. De conſtructione, quod paulo ante attigimus cum de conſtructione genitiui & ablatiui ageremus. Sed aduertendũ cũ ſint tres cõparationis gradus. poſitiuus magis eſt ſimilitudinis & æqualitatis, q̃ incrementi. vt doctus Plato quẽadmodum Ariſto. niſi per adiectionẽ aduerbiorum inæqualitas ſignificetur. vt magis doctus, minus do ctus. Comparatiuus vero & ſuperlatiuus ſunt iam inæqualitatis & incrementi. eſt itaq; comparatiuum, quod cum poſi tiuo ſignificat aduerbium magis. vt doctior magis doctus, & ſi non habet poſitiuum cum aliquo participe ſenſus poſitiui, ſi gnificat quoq; magis. vt ocyor magis velox. citerior magis citra. Sed de his plura libro. iij. Conſtruuntur comparatiua. di cit quod comparatium duobus modis conſtruitur: cum ablatiuo vel cum alio caſu ſimile alicui ex præcedentibus: quem con iunctio quã poteſt cõnectere. vt ſum doctior Antonio, vel quã Antonius, ſubintelligitur nãq; verbũ eſt. & puto Antoniũ do ctiorem alijs vel quã alios, ſubaudi puto. itaq; indifferenter vti poſſumus alterutra harum duarum conſtructionum.

*Eſt tamen cū caſus cōiunctiōis vinculo copulatus nō rōne cōparatiui: ſed aut poſitiui, aut alicuius alterius particulæ in orationis cōſtructione ponitur, vt ſum auidior honoris quā pecuniæ. honoris & pecuniæ nō recte ponitur in abltō: quia illi genitiui non rōne cōparationis, ſed ex ſpeciali ſignificatione huius noīs auidus, qđ cum gtō cōſtruitur in orationem venerunt. Item ſi dixeris, tanto famæ ſitis maior eſt q̄ virtutis, nō recte dixeris virtute: quia virtutis nō rōne cōparatiui poſitū eſt in hac ſerie: ſed regitur ab illo noīe ſitis ex vi poſſeſſionis. Illud quoq;. Iuue. carior eſt dijs hō q̄ ſibi: nō recte diceres carior eſt dijs homo ſe: quia ſibi nō rōne cōparatiui, & q̄ coniūctiōis, ſed rōne huius noīs carus poſitū eſt in datiuo: quia dicimus homo eſt carus deo. Et quoniā hæc cōiunctio atq; nonnunq̄ ponitur ꝓ q̄, vt ſi dixeris, aliter ego feci atq; tu, pōt etiā cōparatiuū cū illa cōſtrui. vt Hora. prio ſer. nō ſe peius cruciauerit: atq; hic. Perſius quoq; q tu impunitior exis atq; hic, & qa ac cōiūctio tātūdē pollet quātū atq;. Hora. dixit, dicturū ſuauiꝰ ac ſi q̄ſtor auus. Nō nunq̄ ablatiuus ille cōparationis nō mutatur in aliū caſum: ſed reſoluitur ī verbū. vt tu eras doctior opinione mea, nō dices q̄ opinio mea: ſed q̄ ego opinabar. Hora. ſi quicquid vidit melius ve peius ve ſua ſpe. i. q̄ ſperabat. Illud vero (qđ ſupra diximus) cōparatiuum poſſe conſtrui cū genitiuo cū partitiue teneretur, oportere aūt partitionē fieri inter duo tātū: poſſet dici genitiuū illū non ratione cōparatiōis, ſed ratione partitionis venire in cōſtructionē. Nā & citra cōparationem dicimus, qđ manuū altera dextera eſt, altera ſiniſtra: & quod aiacū alter fuit telamonis, alter oilei. Neq; tñ neceſſe eſt ſequēti comparatiuo partitionem fieri inter duo, vt Pli. lib. xi. natu. hiſto. animaliū (inquit) fortiora ſunt quibus ſanguis craſſior. ſapiētiora quibꝰ tenuior. timidiora quibus minimus. Quod ſi gtūs ille preceſſerit, pōt nihilominus cōparatiuum cōſtructionem propriā retinere. vt Aiacū Telamonis fortior fuit oileo, vel q̄ oileus, & manuū dextera robuſtior eſt ſiniſtra, vel q̄ ſiniſtra. Illđ quoq; Ciceroīs oīm ſocietatū nulla eſt gratior, nulla carior q̄ ea quæ cū rep. eſt vnicuiq; noſtrū. Et quanq̄ recte dicimus: digitorū medius eſt longiſſimus: nihilominus & recte dicetur, digitorū medius eſt lōgior cæteris. Immo vero nullū eſt ſuplatiuū, qđ nō poſſit paraphraſi verti in cōparatiuū cū relatiuo diuerſitatis. vt Romanorū eloquētiſſimus fuit Cice. vel cæteris romanis eloquētior fuit Cice. Quid? qđ etiā ſine relatiuo diuerſitatis coparatiuū oībus ſuis gñis ſuperferatur. vt apud Verg. viij. æñ. ſed cunctis altior ibat Anchiſes. Apul. quoq; hippias e numero ſophiſtarū artiū multitudine prior oībus & eloquētia nulli ſecundus. Iuue. hædulus & toga grege mollior. Mart. totus volo rideas libellus & ſi nequior oībus libellis. Tametſi in his oībus locis & ſimilibus ſemper relatiuū diuerſitatis ſub intelligitur. alioq nō diceres, qđ dici volebas. nā ſi cūctis altior ibat Anchiſes, et ſe quoq; altior ibat. ſi hippias oībus ſophiſtis erat prior & ſe quoq; prior erat, quippe qui eſſet ſophiſtes. Quare in his omnibus ſubintelligendū eſt reliquis, aut alijs, aut cæteris, vt cōſtet autorū ſenſus. Eſt tamen cū ablatiuus cū quo cōparatiuū conſtruitur, ad noīatiuū reduci non pōt. vt cum quis vel qui ponitur relatiue. vt apud Verg. i. æñ. rex fuit Aeneas nobis quo iuſtior alter. Idem tū. vi. miſſenū æolidē quo non præſtātior alter, quibus in locis ꝓ quo nō recte diceretur q̄ qui. Idem quoq; de noībus negatiuis dicendū. Nā & ſi dici poſſit Cice. nemine fuit imbecillio[r] nō diceretur recte Cicero fuit imbecillior q̄ nemo. ¶ Conſtruitur præterea cōparatiuū cū abltō ſignificāti exceſſum vel deffectū. Iuue. pares qđ vēdere poſſis pluris dimidio. Pli. lib. xi. pulmo quadruplo maior bubulo. Curtius. Cū dimidio (inquit) ferme exercitus maior*

Bñficꝰ. cētior. cētiſſimus,
Maleficꝰ. cētior. cētiſſimꝰ,
Bñdicꝰ. cētior. cētiſſimus.
Maledicꝰ, cētior. cētiſſimꝰ.
Bñuolus. lētior. lētiſſimꝰ.
Maleuolꝰ. lētior. lētiſſimꝰ.
Multiuolꝰ. lētior. lētiſſimꝰ,
Piꝰ pijſſimꝰ & piētiſſimꝰ.
Comparatiuo caret.
Senex ſenior. Suplatiuo
Iuuenis iunior, (caret.
Superlatiuo caret,
Vetus veterrimus.
Cōparatiuū reglarē hēt.
Dexter dextimus,
Cōparatiuū reglarē hēt,
Siniſter ſiniſtimus.
Cōparatiuū reglarē hēt.
Facilis facillimus.
Cōpatiuū regularē hēt.
Agilis agillimus.
Cōparatiuū reglarē hēt.
Gracilis gracillimus.
Cōparatiuū reglarē hēt.
Humilis humillimus.
Cōparatiuū reglarē hēt.

Similis ſimillimus.
Cōparatiuū reglarē hēt.
Multꝰ plurimꝰ, cōpa. ca,
Multa plīma, cōpa. ca.
Multū plus plurimum,
Multi plures plurimi.
In plurali integrum eſt.
A verbis.
Detero deterior. terrimꝰ.
Potior. eris. potior. ſimus.
Ab aduerbijs.
Extra exterior extimus.
Intra interior intimus.
Vltra vlterior vltimus.
Infra inferior infimus.
Citra citerior citimus.
Cōpatiuū reglarē hēt.
Supra ſuperior ſupremꝰ.
Prope ꝓprior ꝓximus.
Poſt poſterior poſtremꝰ.
Añantior. Suplatiuo caret.
Pridem prior primus.
Penitꝰ. tior. penitiſſimus.
Ocyor ocyſſimus poſitiuo caret, niſi malis ab ocys formare.

Noīa quorū ſignificatio creſcere, aut minui nō pōt nōformāt ex ſe cōparatiua, aut ſuperlatiua; qualia ſunt, ingens, oīpotens, ſummus, vnicus, imus. Et nomina nūeralia ſiue ſint diſtributiua ſiue ordinalia. Et ꝓnomina, q̄q̄ Plautus dixerit ipſiſſimꝰ eſt. ſicut Verg. ab ingēs ingētior fecit cōpatiuū.

Cōſtruuntur cōparatiua cū ablatiuo; vel cum alio caſu quem coniunctio quā poterit pro rōne verbi ſub intellecti coniungere. vt Plato fuit doctior Ariſtotele vel q̄ Ariſtoteles. credo Platonē eloquētiorē Demoſthene vel q̄ Demoſthenem; & vtor te benigniore patre meo, vel q̄ patre meo. Dicimus tñ ſum auidior gloriæ q̄ pecuniæ & non pecunia; & ſimilior patri q̄ matri & non matre. quia auidus & ſimilis cū gtō & datiuo cōſtruūt.

Cōſtruunt̄ ꝑterea cū ablatiuo ſignificāti exceſſum quo aliqđ excedit, aut exceditur. vt ego ſum duplo maior quam tu; & tu dimidio minor.

eſſet,q̃ in Cilicia fuiſſet,quib⁹ in locis exceſſus ſignificatur,defectus vero in Horatiano illo,forte min⁹ locuples vno quadrãte periret.Quare nõ male dicetur multo & paulo cũ cõſtruũtur cũ cõpatio noĩa eſſe,cũ vulgo appellẽtur aduerbia:ſignificãt enim exceſſum.Solẽt etiã aliqñ gradus inter ſe cõparari.& pares paribus referri,vt tuũ cõſiliũ tutũ eſt,magis q̃ honeſtũ.nõ recte diceres honeſtius,aut honeſtiſſimũ,& tuũ cõſiliũ tutius eſt q̃ honeſtius,nõ honeſtũ neq; honeſtiſſimũ.& tuũ cõſiliũ eſt magis tutiſſimũ quã honeſtiſſimũ.Eſt præterea qñ cõparatiuũ nõ regit ablatiuũ,ſed deſiderat adiungi ſibi orationẽ,vt incepta oratio perfectũ habeat ſenſum.vt hic adoleſcẽs minor ẽ,quã vt graui ſupplicio puniri debeat.corruptior quã vt corrigi poſſit,infirmior quã vt illi tãtum negotiũ cõmitti debeat.Põt tñ aliqñ cõparatiuũ cũ ablõ cõſtrui:ſed cũ q̃ cõiunctiõe & pro præpoſitiõe.Curtius.maiorẽ quã p magnitudine ſiluæ ſonũ reddebat.¶Suplatiuũ.ſuplatiuũ nomen cũ ab eo dictũ ſit,qđ ſupſeratur & excellat:recte pluribus cõparari debet,habet.n. locũ ſuperlatiuũ,cũ aut in tribus,aut in pluribus vnus

Suplatiuũ nomẽ,eſt qđ ad plures ſui gñis cõparatũ oĩbus ſupponitur,vel p ſe platũ ſignificat quãtũ poſitũ cũ hoc aduerbio valde,vt Achilles græcorũ fortiſſim⁹,& Achilles fortiſſim⁹.i.valde fortis, Superlatiuũ conſtruitur cum genitiuo numeri pluralis,aut ſingularis;ſed nominis tãtum collectiui,

illorũ cæteris antefertur.vt Plato fuit doctiſſimus philoſophorũ.Sed qđ dicitur ad plures ſui generis cõparari:intelligendũ eſt de illis,quæ ſub eodem nomine ſunt,& de quibus vnũ nomẽ cõmune dici poteſt:non tamẽ quodlibet,ſed illud tantũ quod ex vi cõparationis a ſuperlatiuo regitur.vt plato doctiſſimus philoſophorũ cõparatur ad ſuũ genus:quia fuit philoſophus. Quod ſi dicerem plato doctiſſimus romanorũ:nõ illum ad ſuum genus cõpararem quoniam Plato nõ fuit romanus:nec ſi dicerem plato poetarũ græcorũ clariſſimus,quoniam & ſi plato grecus nõ tamen eſt poeta:nec ſic,Plato philoſophorũ romanorũ nobiliſſimus,quia tametſi eſt philoſophus,non tñ eſt romanus philoſophus.Quod vero de celeno.Verg.in.iij.æñ.dixit.furiarũ ego maxima pãdo.Ideq; in.vj.de fame furiarũ maxima,iuxta accubat,intelligendũ eſt & celeno & famen quodãmodo furias fuiſſe,ſicut ſi diceres aliquem ſtolidiſſimum aſinorũ,intelligimus illud quodã modo eſſe aſinũ.Nã qđ Valla Macrobiũ in ſatur.carpit ex eo,qđ dixit,age ſerui omniũ nõ modo adoleſcentium,qui tibi æquæui ſunt,ſed & ſenũ quoq; doctiſſime,poſſet dici ſub illa voce omniũ oẽs & ſenes & adoleſcẽtes cõtinere.ex quibus cũ ſeru⁹ vnus eſſet ſub eodẽ genere poſitus eſt.Illud præterea,quod idem Valla Priſcianũ taxat,quod in primo de octo partibus orationis volumine ſcripſit. Omniũ eorum quæ diuiuidi poſſunt breuiſſimũ eſt,quod diuidi nõ poteſt:dicendũ quod genitiuus ille omniũ nõ cõparatiõis rõne,ſed poſſeſſionis poſitus eſt.cuius ſenſus eſt eorũ,quæ diui poſſunt breuiſſimũ.i.breuiſſima pars eſt ea,quæ diuidi nõ poteſt.vt demõſtret dictionum,quæ diuidi poſſunt,breuiſſimã partem eſſe litterã quæ indiuidua eſt.Vel abſolute prolatum.i. quoties nõ ponitur ad quos fiat cõparatio:& tunc valet quantũ poſitiuũ cũ hoc aduerbio valde.vt Verg.puer aſcanius Veneris iuſtiſſima cura.i.valde iuſta.Valla p maxime & nõ per valde ſuplatiuũ exponi debere dicit,q, non male forte diceretur,ſi ſuperlatiuũ cõparatiue accipiatur:qđ ſi abſolute poneretur.creſceret eius ſignificatio vno gradu magis quã ab vllo cõcipitur.fœliciſſimus enim ſic cõcipitur ab oĩbus quaſi multũ fœlix,aut nimiũ fœlix,vt Verg.lib.iiij.æñ.dixit.fœlix heu nimiũ fœlix,ſi littora tantũ.Maxime vero plus ſignificat quã multũ,aut nimiũ,non igitur per maxime,ſed per valde reſoluendũ eſt ſuplatiuum,ad qđ illa multũ & nimiũ referuntur,qđ niſi fieret,nũq̃ nobis cõſtare poſſet de ſenſu ſuplatiui:ſi per ſuperlatiuũ exponeretur,quid enim magis conſtaret de exponente quã de expoſito?Sed idẽ vult cõparatiuũ:nõ magis exponendum eſſe per aduerbium magis,quã per vehemẽtius,aut plus,aut ſimilia:nõ videns illa quoq; reſoluẽda eſſe rurſus in magis.Oportet.n.vt in phyſicis corporib⁹ ſic in graduũ reſolutiõe eſſe aliqua velut elemẽta prima,& cõmuniſſima,q̃ cõſtãtia firmaq; ſint,& in quæ cæteri gradus:ipſa vero in nulla alia priora reſoluãtur.Quod ſi oĩa verba perſcruteris:nullũ inuenire poſſis ad qđ oĩa incremẽta tanq̃ ad prĩcipiũ reducãtur,niſi magnus & ab eo grad⁹ deducti,hoc eſt maior & maxim⁹, q̃ cũ ſint adiectiua,iungũtur ſubſtãtiuis ad eorũ nõ ſolũ quãtitatis,ſed & qualitatis intenſionem ſignificandã.Dicimus enim magnũ virũ,maiorem virũ.maximũ virum.magnũ oratorẽ.maiorẽ philoſophũ.maximũ imperatorẽ.Sed quẽadmodũ hæc adiectiua ſubſtantiuis,ſic eorũ aduerbia iũgũtur adiectiuis ad eorũ ſignificationẽ per gradus augendã,vt valde doctus.magis doctus.maxime doctus,ad deſignandã magnam,aut maiorem,aut maximam alicuius doctrinam. Sed quod valde ſit a magno aduerbium,nemo diceret:niſi ratione ſignificationis,ea videlicet ratione,qua ab eo,qđ eſt Iupiter,dicimus in genitiuo iouis,hoc eſt non ratione vocis,ſed ſignificationis.Nã cum ab eo,quod eſt magnus nõ ſit in vſu latini ſermonis aduerbiũ magne,loco illius ſubſtitutum eſt valde ab eo,quod eſt valdus.a.um.pro eo quod vſitatius dicitur validus,a.um. ſicut caldũ p calido,& ſoldũ.pro ſolido dicimus.Itaq; cum dicitur valde pugnat.valde currit.valde legit in propria ſignificatiõe accipiẽdũ eſt.Extẽditur tñ deinde ad alia,quibus nõ proprie cohæret.vt valde ſenex.valde ægrotus.valde infirmus.valde cupit. valde dolet,valde timet,qbus in locis nõ tã valẽtiã q̃ magnitudinẽ ſignificat ætatis.ægritudinis.infirmitatis,cupiditatis.doloris.timoris.cũ alioqui ex proportione dicendũ eſſet magne ſenex.magne ægrotus.magne infirmus,qđ quia vſus non recipit aliud nõ æque ppriũ.in loco illius ſubſtituit.hoc eſt valde p magne.Iam in cæteris gradib⁹ nulla cõtentio eſt,quin cõparatiuus per magis & ſuplatiu⁹ per maxime exponẽdi ſint,cũ cõparatiue accipiuntur.Quæ cum ſint veluti elementa oĩm quãtitatis & qualitatis intenſionũ:ad quas explicãdas gradus cõparationis inuẽti ſunt,in ea tanq̃ prima oẽs gradus reſoluẽdi ſunt.ipſa vero nõ habẽt alia priora in q̃ reſolui poſſint.Quod ſi nulla fiat graduũ cõparatio,vt paulo poſt dicemus:cõparatiuum non multo plus valet q̃ poſitiuũ,& ſuplatiuũ in poſitiuũ cum aduerbio valde cõmodiſſe reſoluetur.¶Suplatiuũ cõſtruitur,cũ genitiuo nũeri pluralis cõſtruitur ſuplatiuũ,quia nũq̃ alteri⁹ ad alterũ fit per ſuplatiuũ cõparatio:ſed ſemp ad multos,cum vnus cæteris eiuſdẽ generis antefertur. vt Verg.viij.æñ. maxime graiugenum cui me fortuna precari. Poteſt vero cõſtrui cum gtõ ſingulari,ſi fuerit nomẽ collectiuũ.Idem.j.æñ.danaum fortiſſime gentis tide.Nam quod eſt apud eundem in eodẽ.ditiſſimus agri phœniciũ:,gtũs ille agri nõ rõne cõparatiõis,ſed ex ſignificatione ſui poſitiui ſpeciali regitur.

qui reſoluitur in ablatiuum cũ prępoſitiõe ex. vt Achilles fortiſſimus gręcorum. fortiſſimus gentis danaum. i. ex græcis; & ex gente danaum.

Superlatiuũ a cõparatiuo hoc differt: quod cõparatiuũ exponit̃ p̃ poſitiuũ cũ magis & q̃. ſuplatiuũ vero p̃ poſitiuũ etiã cũ maxime & ex. vt eſt eloquẽtior Cicerone. i. magis eloquẽs q̃ Cicero. eloquẽtiſſimus omniũ. i. maxime eloquẽs ex oibus.

Itẽ ſuperlatiuo nõ eſt locus in cõparatione duorũ. cõparatiuo vero eſt duorum & plurium. vt Aiax cum Telamonius fuit fortior; & nõ fortiſſimus. digitorum medius eſt longiſſimus; & digitorum medius eſt longior cæteris.

Eſt & alia differẽtia, q̃d omẽ ſuplatiuum reſolui põt in cõparatiuum cum relatiuo diuerſitatis eodem ſenſu manẽte: nõ tñ omne cõparatiuum in ſuperlatiuum conuertitur. vt poetarũ nobiliſſimus eſt Homerus & cęteris poetis nobilior eſt Homer9.

Cõparatiuum plus ſignificat q̃ ſuperlatiuum ſi poſt ponat̃ illi. vt Ariſtoteles eſt doctiſſim9; ſed Plato doctior. Aliquãdo ſignificat minus quã poſitiuũ. vt Vergil. Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitẽtes. p̃ ſub triſtis. & fere quoties cõparatiuum nõ cõſtruitur cum caſu illi9 ad q̃d fit cõparatio; minus ſignificat q̃ poſitiuũ; aut quantũ poſitiuũ.

Poteſt quoq; ſuperlatiuũ cõſtrui cũ ablatiuo & præpoſitione ex vel in. vel accuſatiuo, & præpoſitione inter: vt fortiſſimus ex oibus græcis eſt Achilles, & Verg. ij æñ. iuſtiſſimus vnus, qui fuit in teucris, & ſeruãtiſſimus æqui: vel q fuit inter troianos iuſtiſſimus. ¶ Superlatiuũ a cõparatiuo maxima inter hos duos gradus differẽtia eſt, quæ ex vtriuſq; expoſitione colligitur: cõparatiuũ nãq;, vt diximus, exponitur per poſitiuũ cũ hoc aduerbio magis & cõiunctione quã, vt Plato fuit ſapiẽtior Demoſthene. i. magis ſapiẽs quã Demoſthenes. Plato fuit eloquẽtior oratoribus. i. magis eloquẽs q̃ oratores. in quo ſermone nõ ſignificatur Plato eſſe in genere oratorũ. Vñ Valla putauit oportere cõparatiuũ ad diuerſum genus cõparari: ſed quemadmodũ nõ ſignificat cõparationis terminos eſſe eiuſdẽ gñis. ita neq; aſſerit eſſe generis diuerſi: quare licet per cõparatiuũ eſſe, vel eiuſdẽ generis vel diuerſi. Suplatiuus vero, vt diximus, exponitur per poſitiuũ & aduerbiũ maxime, vel præpoſitione ex cum ablatiuo. vt Achilles fortiſſim9 græcorũ. ideſt maxime fortis: in quibus verbis Achilles ſignificatur fuiſſe græcus. Vnde factũ eſt, vt ſuplatiuũ dicatur ad ſuũ genus: & nũq̃ aliter cõparari. Quod cũ Diomedes cũ cæteris autoribus præcepiſſet, cõtra ſuũ præceptũ ille ſic ſcripſit. Si tres (inquit) ſint viri: cũ quem ſuperferimus cæterorũ fortiſſimũ dicimus: cum dicendũ eſſet omnium fortiſſimũ, aut per cõparatiuum cæteris fortiorem dicimus, niſi forte q̃d vero ſimillimũ ſit, in codice mẽdum legitur: vt pro virorum cæterorũ ſit poſitũ. Diomedes enim cũ quem ſuperferebat fortiſſimũ e tribus, nõ intellexit: ac cæteri nõ tres, ſed duo ſunt: in quibus ſuperlatiuo nõ eſt locus. ¶ Item ſuperlatiuo. Secũda differẽtia eſt, quod ſuperlatiuo nõ eſt locus inter duos. hoc eſt cum e duobus vnus in cõparatione alterũ ſuperat. vt Achillem dicimus fortiorem Hectore, nõ fortiſſimum: plures enim quã duos eſſe oportet, in quibus ſuplatiuũ locũ habet. ¶ Tertiũ enim locũ ſortitur ſuperlatiuũ, nõ vt Laurẽtius putauit, in gradu quãtitatis, vel qualitatis: ſed in nũero cõparatorũ. Nã ſi decẽ ſint naues eiuſdẽ magnitudinis: vndecima quæ alijs maior eſt & omniũ maxima, & cæteris maior dicetur, & cũ Vergilius dixit: ſed cũctis altior ibat Anchiſes: nõ intellexit oẽs fuiſſe pares quos Anchiſes ſupabat, & cũ idem dixit, ſcelere ante alios immanior oẽs, nõ oẽs quibus Pygmalion immanior fuit, æqualis ſceleris fuerunt. Cũq; Mart. dixit, & ſi nequior oib9 libellis: nõ intellexit de illis, q pares inter ſe eſſent. Nã ſi græci ſint in quattuor fortitudinis gradus diſtributi: vt Achilles ſuperet oẽs alios, illũ ſequatur Aiax. tertius ſit Diomed. in extremo gradu cæteri cõſtituãtur: licebit vtiq; ſecundũ & tertiũ & quartũ gradũ qualitatis poſſidere. vt Diomedes fuit fortiſſimus excepto Aiace, qui Diomede ipſo fortior: & Achille qui omniũ fortiſſimus fuit, aut ſic. Diomedes fuit cæteris græcis fortior: excepto Aiace, qui oim fortiſſimus fuit, præter Achillẽ, qui non modo alijs: ſed etiã ipſo Aiace fuit fortior. Nõ igitur magnitudine, ſed multitudine ſuperatur cõparatiuũ a ſuperlatiuo: nec ſemp, ſed q cõparatiuũ inter duos cadit: ſuperlatiuũ vero inter multos: ſed cõparatiuum quoq; inter multos cadere poteſt. Nã cũ quæritur vtrũ potius, aut quid potiſſimũ, quid valet illa diſtinctio, niſi vt potius ſit vnũ e duobus: potiſſimũ vnũ e tribus vel e pluribus. Quare Priſcia. excuſari nulla rõne põt, q exiſtimauit ſuplatiuũ, multo plus ſuperare poſitiuũ, q̃ comparatiuũ. vnde occaſionẽ dedit alijs exponendi ſuperlatiuũ per multo magis. Et quomodo intelligent iſti plautinũ illud. Miſer hõ eſt, qui ipſe ſibi q̃d edat, quærit. Sed ille miſerior, qui ægre quærit, & nihil inuenit. Ille miſerrimus, qui cũ eſſe cupit: quid edat, nõ habet? Miſerrimus (inquient) ideſt multo miſerior, vt creſcat gradus miſeriæ. Sed nõ ita eſt, ſed miſerior eſt, qui quærit, & nihil inuenit eo, qui tantũ quærit: ſed inuenit. Et ille oim miſerrimus (ideſt) maxime miſer, vt ſit miſerior eo, qui quærit, & inuenit. Et miſerior eo, q quærit, nec inuenit. Quod etiã per cõparatiuũ poſſem ſic dicere: ſed ille cæteris miſerior: qui cum eſſe cupit: quid edat nõ habet. Quare nõ per multo magis, ſed nec per magis exponetur ſuperlatiuũ, poſtularet enim poſt ſe quã coniunctionẽ, quæ cõparatiuis nominibus & aduerbijs tã familiaris eſt, vt ab eis ſeparari nõ poſſit, ſed exponetur per maxime, quod ex multis locis, ſed ex illo potiſſimũ Ciceronis maxime apparet. vbi quod ſuperlatiuũ durius erat, poſuit poſitiuũ cũ maxime in epiſtola ad Curionẽ. Quod mihi (inquit) eſſe omniũ maximũ maximeq; neceſſariũ. Illud vero q̃d Ouid. in. iij. meta. dixit de Pyramo & Thiſbe. E quibus illa fuit longa digniſſima vita, & ſi quo alia reperiuntur huiuſmodi, excuſari poſſunt, aut neceſſitate, aut deniq; autoritate. ¶ Eſt & alia differentia. hoc manifeſtum eſt, nã q̃d dicitur per ſuperlatiuũ ſine relatiuo diuerſitatis, licebit dici per comparatiuũ cũ illo. Quintilia. pars vero rationalis cũ ad examinationem dicendi tãto cæteris vberior, quãto maior ſpiritu. Curtius. mare caſpium dulcius cæteris, ingentis magnitudinis ſerpentes alit, non eſt dubiũ, quin poſſit dici tanto omniũ vberrima, & mare caſpium omnium dulciſſimũ eodem ſenſu manẽte.

¶De Diminutiuis. Cap̄.xv.

DIminutiua non habent certam rationem qua poſſint formari. Sed illud tantū hoc loco dicēdum eſt;exire in varias terminationes;ſed plerumq́ in vlus.la.um.vt frater fraterculus;ſoror ſororcula. munus munuſculum. Aliquando in.cio.vt homo homūcio.ſenex ſenecio. Aliquando in aſter.tra.trū.vt pinus pinaſter.filia filiſtra.apium apiaſtrū, quę proprie non ſunt diminutiua,ſed imitationē quādā ſignificātia. Aliquādo in olus. la.lū. vt ſergius ſergiol⁹.corona corola.palliū palliolum. Aliquādo in.ellus.a.um.vt tener.ra.um tenellus tenella tenellum. Aliquādo. in. illus illa illum.vt tātus.ta.tum. tantillus.a.tantillū. Aliquando in. leus.vt equus equuleus. Aliquādo in.iſcus.vt pā paniſc⁹.baſilius baſiliſc⁹.

¶De Relatiuis. Cap̄.xvi.

REIatiuum eſt,qđ rem antecedētem refert. Et eſt duplex.Subſtātię & antecedētis.Relatiuum ſubſtātię eſt,qđ refert antecedēs ſubſtātiuum.qualia ſunt.Qui.quæ.quod.genitiuo ſui.Suus.a.um.Ipſe.a.um.Ille.a.illud. Is ea.id.Idem. eadē.idē. Alius.alia.aliud. Alter altera.alterum.Reliquus.a.um.Cætera.cæterum.nā cæter vix reperitur.Horum ſeptem priora ſunt relatiua idētitatis.Quattuor poſteriora ſunt diuerſitatis.

Relatiuum accidentis eſt:qđ refert antecedens adiectiuū.Qualia ſunt.Hic & hæc qualis & hoc quale.Quantus.a.tum.Plurali nominatiuo quot.Quot⁹ quota quotum.Hic & hæc quotennis & hoc quotēne.Quotuplus quotupla quotuplū hic & hęc & hoc quotuplex.

Relatiuum accidentis cum ſubſtātiuo ſequenti debet concordare.vt eſt animal varium,qualis eſt mulier.templum magnum quātus eſt mōs.Horatius tamen in epodo relatiuum accidentis antecedentis retulit. Sed incitat me pect⁹ & māmę putres equina quales vbera.

Relatiuum vero ſubſtātię cum antecedenti plerumq́ debet conuenire. vt dedi tibi libros; ſed illos a te acceperā.Si tamen quis vel qui ponitur inter duo ſubſtātiua,vtriq́ poteſt referri. vt eſt animal quod appellant orygen. vel quem appellant orygen.

Si tamē alterum ex duobus ſubſtātiuis eſt proprium.ſemper ad illud referendum eſt.vt Saluſtius.eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur. Vergili⁹.Eſt locus heſperiā graii cognomine dicunt. vbi Seruius dicit debere ſubintelligi quam;& nullo modo quem.

¶De nominibus Patronymicis. Cap̄.xvii.

PAtronymica maſculina in nominibus primæ declinationis formantur a genitiuo. ę. finali mutata in.des.vt æneę æneades.In nominibus ſecūdæ declinationis fiunt a genitiuo addita.des.vt æacus.æaci.æacides. Quæ tamen in.eus. diphthōgon terminātur cum duplicem habeāt genitiuum in.ei.& in.i.formant patronymicum a genitiuo ſecundo addita.des.vt pentheus penthei vel penthi.penthides.In nominibus tertiæ declinationis patronymica formantur a datiuo addita.des. vt Neſtor neſtoris neſtori neſtorides.

Sed hæc regula non eſt vſquequaq́ vera.Nam autores aliquando addunt aliquid. aliquādo detrahunt.vt atlanti atlātiades.pro atlātides. Amphitryoni amphitryoniades.pro amphitryonides.menecides.p meneciades.meniades.pro menides. Aenides quoq́ Vergilius dixit pro Aeneades libro.ix. Sit ſatis ænide telis impune numanum oppetiiſſe tuis. Idē quoq́ ſcipiades formauit.p ſcipionides.deucalidis. pro deucalionides. Declinātur q́ per primam nominis declinationem.

Patronymica fœminina fiūta maſculinis patronymicis ablata.de.vt ab ęolides ęolidę; æolis ęolides,a theſeides theſeis theſeidis. a pelides pelias.adis. Declinātur q́ per tertiā nominis declinationē.Reperiūt pauca nomina patronymica fœminina in.ne.deſinētia per primā nōis declinationem variata.vt nerine filia nerei.adraſtine filia adraſti.acriſione filia acriſii.

Cum patronymica proprie a nominibus patrū deriuentur, aliquando trahuntur a nominibus matrum. aliquando ab auis paternis ſiue maternis.aliquando a fratribus,aut ſororibus.aliquando ab vrbibus ſiue vrbium cōditoribus; de quibus paſſim exēpla reperies apud autores.

¶De Aduerbiis localibus. Cap̄.xviii.

ADuerbia localia in quadruplici ſunt differentia,hoc eſt;aut in loco. aut de loco,aut ad locum,aut per locum. Vbi & vbinā quęrunt de loco in quo. vt vbi eſt Antonius? Quo & quorſum quærūt de loco ad quem. vt quo proficiſceris.

Vn̄,quęrit de loco a quo.vt vn̄ venis o antoni? Qua,quęrit de loco per quē.vt qua iturus es? Interrogantibus per hęc aduerbia,aut reſpondemus ęque per aduerbia,aut per nomina ꝓpria locorum aduerbialiter poſita. Si reſpondere velis per nomina propria locorū inter-

rogan ti,vbi eſt,aut ſit aliquid,ſi ciuitas illa ſiue ſit oppidum,ſiue municipium,ſiue caſtellum;ſiue pagus;ſiue vicus;declinatur per primam, aut ſecũdam nominis declinationem in numero ſingulari;tunc ponitur in genitiuo.vt eſt Salmanticæ;eſt Toteli.ſi per tertiã aut pluraliter declinatur;ponitur in ablatiuo ſiue (vt vult Serui⁹) in datiuo.vt eſt Hiſpali. eſt Septimancis.eſt Burgis.eſt Trallibus.

Illa quoq; nomina appellatiua togę.militiæ,domi.ruri.rationem nominum propriorum ſequuntur,ponunturq; aduerbialiter ſicut illa.

Si per aduerbia.per vnum ex ijs quæ ſequũtur reſponderi oportet.Fingamus igitur eũ quo cũ loquimur ſit Hiſpali.& de quo loquimur ſit Toleti.is vero qui loquitur,ſit Salmanticę. Quęrenti itaq; vbi eſt Antonius? reſpondebis hic.ideſt Salmanticæ,vbi ego ſum.

Iſthic.ideſt Hiſpali;vbi tu es.
Illhic. ideſt Toleti;vbi aliquis eſt.
Vbi.ideſt in loco;vbi aliquis eſt.
Sicubi.ideſt ſi in aliquo loco aliquis eſt.
Necubi;ideſt ne in aliquo loco aliquis ſit.
Alicubi.ideſt in aliquo loco.
Vbiuis.ideſt in quouis loco.
Vbiq;.ideſt in omni loco.
Vbilibet.ideſt in quolibet loco.
Vbi vbi.ideſt in quocunq; loco.
Vbicunq;.ideſt in qnocunq; loco.
Ibidem.ideſt in eodem loco.
Alibi. ideſt in alio loco.
Ibi.ideſt in eodem loco.
Ibidem.ideſt in eodem loco.
Inibi.ideſt in eodem loco.
Vſquam.ideſt in aliquo loco.
Nuſquam.ideſt in nullo loco.
Intus.ideſt in interiori loco.
Foris.ideſt in exteriori loco.
Supra.ideſt in ſuperiori loco.
Infra.ideſt in inferiori loco.

¶ Significantia ad locum.

Interroganti quo imus,ſi per vrbium nomina reſpandemus,illa ponimus in accuſatiuo aduerbialiter;vt eo Salmanticã. Toletum Hiſpalim. Septimancas, Burgos, Trallis; Rus, Domũ.Sed militiam & togam non dicimus. Sed per aduerbia reſpondemus.

Huc.ideſt Salmanticam,vbi ego ſum.
Iſthuc.ideſt Hiſpalim.,vbi tu es.
Illhuc.ideſt Toletum;vbi aliquis eſt.
Siquo.ideſt ſi ad aliquem locum.
Ne quo.ideſt ne ad aliquem locum.
Aliquo.ideſt ad aliquem locum.
Alio.ideſt ad alium locum.
Vtroq;.ideſt ad vtrumq; locum.
Quoquo.ideſt ad quemcunq; locum.
Quouis.ideſt ad quemlibet locum.
Eo.ideſt ad eum locum.
Eodem.ideſt ad eundem locum.
Intus.ideſt ad interiorem locum.
Foras.ideſt ad exteriorem locum.
Surſum.ideſt in ſuperiorem locum.
Deorſum.ideſt in inferiorem locum.
Dextrorſum.ideſt ad dexteram.
Siniſtrorum.ideſt ad ſiniſtram.

¶ Significantia de loco.

Interroganti vnde venimus,ſi per vrbium nomina reſpondemus;illa ponimus in ablatiuo aduerbialiter.vt venio Salamantica. Toleto; Hiſpali;Septimancis,Burgis;Trallibus;Rure;Domo.Sed non dicimus militia & toga. Sed per aduerbia reſpondemus ſic.

Hinc.ideſt ab eo loco;vbi ego ſum.
Iſthinc.ideſt ab eo loco;vbi tu es.
Illhinc.ideſt ab eo loco;vbi aliquis eſt.
Sicunde.ideſt ſi ab aliquo loco.
Necunde.ideſt ne ab aliquo loco.
Aliunde.ideſt ab aliquo loco.
Vtrinq;.ideſt ab vtroq; loco.
Vndiq;.ideſt ex omni loco.
Vndelibet.ideſt ex quolibet loco.
Vndeuis. ideſt ex quouis loco.
Vndeunde.pro ex quocunq; loco.
Vndecunq;.pro ex quocunq; loco.
Inde.ideſt ab eo loco.
Indidem.ideſt ab eodem ipſo loco.
Intus.ideſt a loco interiori.
Foris.ideſt a loco exteriori.
Superne.ideſt a loco ſuperiori.
Inferne.ideſt a loco inferiori.
Cælitus.ideſt a cælo.

¶ Significantia per locum.

Interroganti qua profecturi ſumus,ſi per vrbiũ nomina reſpondemus, ponimus illa ęque in ablatiuo.vt Salmantica;Toleto,Hiſpali;Septimãcis; Burgis; Trallib⁹; Rure;Domo.Sed non dicimus militia & toga. ſi per aduerbia reſpondemus in hunc modum.

Hac.ideſt per locum,vbi ego ſum.
Iſthac.ideſt per locum;vbi tu es.
Illhac.ideſt per locum;vbi aliquis eſt.
Si qua.ideſt ſi per aliquem locum.
Nequa.ideſt ne per aliquem locum.
Alia.ideſt per alium locum.

LIBRI QVARTI FINIS.

Liber quintus, Qui eſt de ſecunda grammatices parte, hoc eſt de proſodia, cui reſpondet ſyllaba. Quod ad præſentẽ rationem attinet ſyllabæ, conſideratio quadripartita eſt. Primo namq; de ſyllabarum temporibus diſſeremus. Deinde de carminum pedibus, qui ex ſyllabis conſtat. Tum de generibus carminum, qui ex pedibus componuntur. Poſtremo de accẽtu cuiuſq; ſyllabæ. nam quemadmodum in lib. iij. diximus, quattuor accidunt ſyllabæ tenor. tempus. ſpiritus. litterarum numerus. de ſpiritu & numero litterarum ſuo loco dictũ eſt. nunc vero in hoc. v. lib. agit de tenore ſiue accẽtu, & de cuiuſq; ſyllabæ tempore ſiue quantitate. Syllaba nãq; quod ad præſentem rationẽ attinet, duobus modis conſideratur, aut quatenus habet longitudinem, vel breuitatem. aut quatenus habet altitudinem, vel profunditatem. Longitudo & breuitas attẽditur ratione temporis, & durationis, quam ſyllaba in prolatione conſumit, altitudo vero & profunditas ratiõe accẽtus, quo ſyllaba eleuatur aut deprimitur. Sed quoniam accentus præſupponit ſyllabarum quantitatem, idcirco prius diſſerendum eſt de ſyllabarum temporibus. hoc eſt de illarum longitudine & breuitate cum pedum verſuumq; ratione per quos potiſſimũ ſyllabæ quantitas deprehẽditur. Deinde ĩ vltimo huius libri cap. de accẽtu, hoc eſt cum de ſyllabarũ altitudine, & profunditate diſputabimꝰ.

¶ Liber quintus, qui eſt de Proſodia. in quo præmittit regulas generales.

Cap. primũ.

SYllaba longa duo cõſumit tẽpora, ſed q̃
Dicit̃ eſſe breuis, tẽpꝰ ſibi vẽdicat vnũ.
Ancipites profert vocales ſermo latinus.
Nã mõ correptas, mõ lõgas ꝑmit eaſdẽ.
V. ſequitur poſt. q. ſemper, ſemperq; liqueſcit.
At poſt. s. & g. vim ſeruat, vimq; remittit.

¶ Syllaba lõga. Incipit ꝓponere regulas: quibus poſſumus dignoſcere ſyllabarũ quantitatem, & primo præcepta quædam generalia. Tum de cremento nominum atq; verborum. Deinde de primis ſyllabis, medijs. & vltimis. Principio tamen præmittit quædam fundamenta ad cognitionem eorum, quæ deinceps tradenda ſunt. Primum eſt, q̃ ſyllaba longa, ſiue producta, ſiue (vt Quintilia. appellat prorrecta) eſt illa, quæ duo tempora conſumit in prolatione, hoc eſt dum pronunciatur. Breuis vero ſiue curta, ſiue correpta, quæ vnum tempus tantum conſumit, perinde ac ſi breuis ſyllaba, ſiue tẽpus illud vnum in quo profertur, ſit menſura temporis in prolatione, ex memorabili præcepto illo Ariſtot. metaphy. lib. x. in quolibet genere quantitatis eſſe aliquid vnum. qd' ſit metrum & menſura & minimum in illo genere. Neq; ignoro fuiſſe nonnullos, qui hæc ſcrupuloſius inueſtigauerint, atq; poſuiſſe quincuplicem quãtitatis rationem in ſyllaba, vt ſit vnum tempus, cũ ſyllaba natura breuis eſt. vt vir vnum & ſemis, cum ſyllaba natura breuis indifferens eſt ad breuem & longam. vt tenebræ, cuius dictionis media communis eſt. Duo tempora, cum ſyllaba natura longa eſt. vt do duo. & ſemis, cum poſt vocalem natura longa ſequitur conſonans. vt dos. Tria tempora, cum poſt vocalem natura longã ſequũtur duæ conſonantes. vt mons. Sed mihi introductiones præſertim latinas componenti ſatis fuit numeroſam illã partitionem ad duo integra reducere, vt quæ ſyllaba, vnum tempus & ſemis haberet, natura breuis & poſitione longa diceretur, quæ vero duo & ſemis, vt tria tẽpora longa eſſet. Illud quoq; hoc loco addendum eſt, quod & alias ſæpius dicetur. ſyllabam longam pro breui, & breuem pro longa, autoritate poetica nonnunquã poni. ¶ Ancipites, alterum fundamentum eſt, quod apud latinos omnes vocales mediæ ſunt, ſiue indifferentes, ſiue ancipites, ſiue liquidæ, hoc eſt quod produci & breuiari poſſunt. apud latinos vero dixit, quia græci duas habent vocales æternum longas. e. longum, & o. mega. duas quoq; ſemper breues. e. pſilon, & o. micron. tres medias. alpha. iota. ypſilon. ¶ V. ſequitur. vt aqua liquor. aduertendum eſt pro cognitione eorum, quæ paulopoſt dicenda ſunt. q̃ grammatici dicunt litteram liqueſcere cum vim ſuã, atq; rigorem amittit: & quadammodo langueſcit. Quod tribus modis contingere poteſt, aut quia vocalis quæ in aliqua dictione longa eſt, poteſt eſſe breuis in alia. & hoc modo Priſcia. dixit, omnes vocales apud latinos eſſe liquidas, aut quia littera, ſiue illa ſit vocalis, ſiue conſonans, aliquid de ſua vi, atq; rigore amittit, non tamen penitus in pronunciatione exteritur, quemadmodum cum poſt. q. ſequitur. u. & poſt illam altera vocalis hac enim ratione, vt dicit Quintilia. u. eliquatur. Conſonans quoq; liqueſcit cum poſt ſyllabam natura breuem ſequitur muta cum liquida, & remanet in ſua vi muta, liquida quodãmodo euaneſcit: aut quia in pronũciatione littera penitus expungitur, veluti cum in carmine dictio finitur in. m. vel in vocali, ſequiturq; altera dictio incipiens a vocali, abijcitur enim vocalis illa, vel. m. cum ſua vocali. Itaq; cum dixiſſet vocales eſſe medias & liquidas. primo liqueſcẽtiæ modo, ſubiungit, q. u. poſt. q. ſemꝑ eſt liquida. ſecundo liqueſcentiæ modo. Poſt. g. vero & s. aliquando liqueſcit. aliquãdo vim ſuã retinet. Nã. u. littera triplici fungitur officio, quia aut eſt vocalis. aut cõſonans, aut liquida. Cũ vero eſt liquida, neq; poteſt appellari vocalis, q̃ nõ retinet vim ſuã, neq; conſonãs, quia nõ ferit vocalem ſequentem. poterit tamen Cũ adiectione vocalis liquida appellari ſecundo liqueſcẽtiæ modo, ſed poſt. q. ſemp. poſt. g. vero & s. plerumq;. Nam cum dicimus lingua: ſanguis reſtinguo. u. liquida eſt. Cum vero ambiguus. a. um. irriguus. a. um. arguo arguis, vocalis eſt. Præterea cũ dicimus ſuauis. ſuadeo. ſueſco. ſuetus, u. liqda eſt. Cum tñ dicimus ſuus ſua ſuum. ſuo. ſuis. ſueuus. eui. u, vocalis eſt. Lucanus in. j. fundat ab extremo flauos aquilone ſueuos. poteſt etiam. u. liquida in vocalem mutari. Papi. j. thebai. immo agite & poſitis, quas nos inopina ſuaſit. & Horat. in. j. ſermo, cum mihi non tantum ſuas res feraq; ſuetæ. V. quoq; conſonans aliquando in vocalem mutatur. Ouidius in epiſto. medeæ debuerant fuſos euoluiſſe meos, euoluiſſe quinq; ſyllabarum poſuit, pro euoluiſſe quattuor ſyllabarum. Horat. quoq; in. j. carmi. ſiluæ trium ſyllabarum, pro ſiluæ duarum poſuit, dicens. nunc mare, nunc ſiluæ. Hoc loco admonendi ſunt, qui. u. liquida perinde proferunt, ac ſi eſſet vocalis. in quo non minus Itali errãt proferentes aqua, lingua, ſuauis. & ſimilia, u. vocali expreſſa. quam Hiſpani cum illam in pronuntiatione omnino expugnunt, cum illis in locis. neq; ſupprimenda ſit: ſed quaſi liquida languidiori quodam ſono raptim proferenda.

L.aut.r.aut.s.vſu plærumq́ liqueſcunt.
M.aut.n.raro.ſeruant quandoq́ rigorem.
Dictio vocali ſi deſinat;atq́ ſequatur
Altera vocalis;perimit ſynalœpha priorẽ.
Si finitur in.m.vocalis; & inde ſequatur
M.perit ecthlipſi cum vocali præeunte.

¶ L.aut.r.aut.s.hoc eſt tertiũ fundamentũ,qđ ex numero conſonantium.l.m.n.r.s.liqueſcũt.ſed.l.r.aut.s. frequenter.nam paſſim exempla reperies.m.n.raro.L.inquam & .r.& .s.freq̃nter liqueſcunt.hoc eſt vim ſuam amittunt.neq; cũ mutis ſyllabicatæ producũt vocalem q̃ præcedit,quam vim alias duæ conſonantes habent in carmine:quemadmodũ paulo poſt dicturi ſumus:nam in proſa oratione ſemper liqueſcũt.vt atlas.recludo.pharetra.tenebræ.ſed in carmine aliquando amittũt:aliquãdo retinent vim ſuam.Ouid.in epiſto.deianiræ.herculæ ſuppoſito ſydera fulſit atlas.Verg.iiij.æneidos.vltimus heſperidum locus eſt.vbi maximus atlas.Idem.i.æneidos, auxilioq; viæ veteres tellure recludit.Idem.ij.geor.ingredior ſanctos auſus recludere fontes.Idem.i.æñ.ſuccinctam pharetra maculoſæ tegmine lyncis.Idem in eodem.virginibus tyrijs mos eſt geſtare pharetram. Idem in moreto. ſolicitaq; manu tenebras explorat inertes. Idem in. v. æneidos.& inhorruit vnda tenebris. in prioribus enim exemplis.l.& .r.liquidæ ſunt:in poſterioribus vero vim ſuam retinent.In diuerſis quoq; dictionibus eadem eſt obſeruatio. Vergili.i. æneidos.vinclis & carcere frenat.vbi.r.liquida eſt.Idem in primo georgicorũ.tribulaq; trahæq; & iniquo pondere raſtri.vbi.r.vim ſuam retinet.¶ Liqueſcit quoq;.m.tertio liqueſcentiæ modo.quemadmodũ paulo ante diximus.atq; e veſtigio dicem9.idq; freq̃nter.raro tamen ſecũdo liq̃ſcentiæ modo quemadmodũ cũ ponitur ante.n. vt apđ Sidonium Georgio Merula interpte,dulcia mnemoſine demirans carmina ſapphus,vbi.m.liqueſcit.vim tamen ſuam apud Catull.retinet in hendecaſyllabo phaleutico.dulce mnemoſynõ mei ſodalis.vim quoq; ſuam amittit in eadem dictione. Oui.v. faſt.diſſenſere deæ:quarũ polymneia cœpit:& Hora.in.i.carmi.euterpe cohibet:neq; polymneia.vbi ratione carminis aſclepiadei quinq; ſyllabarũ eſt polymneia.ſunt qui dicãt polyhymnia illis in locis legendũ eſſe.vt ratio carminis ſtare poſſit.ſed hi non vident qđ cum polymneia per.ei.diphthongon in penultima ſcribatur.vterq; autor diphthongon ſoluit.q plærũq; in huiuſmodi dictiõib9 fieri conſueuit.vt calliopeia pro calliopia.penelopeia pro penelopia.vim quoq; ſuam retinet.t. litteræ.ſubiecta apud Ouid.xi.metamorpho.ſũq; choro meliore ſui vineta tmoli.Idem in.vi.deſeruere ſui nymphæ vineta tmoli. vbi plæriq; legunt timoli ſed mendoſe:niſi forte eo modo dicamus pro tmolus timolus,quo pro mna mina dicunt latini. N. quoq;(quamq̃ raro)liqueſcit in eadem dictione apđ Mar.delectat mariũ ſi pernicioſus ichneumon.Silli9 quoq; italicus.nõnunq̃ affirmat terapneis ilion armis.In diuerſis quoq; dictionibus.vt Ouid.x.meta.piſcoſamq; gnidon. grauidamq; amathunta metallis.apđ eũdem tamen vim ſuam retinet in epiſtola paridis,rure terapnæo nata puella phrygẽ. S.præterea liqueſcit tertio liq̃ſcentiæ modo apđ antiqores freq̃ntius.vt apđ Enniũ egregie cordat9 homo catus ælius ſextus.Idẽ alio loco. oua parire ſolet gẽnis genus cõdecoratũ.in ælius enim & gen9 .s.littera expũgitur.Sed tñ eruditius nõ vtitur hac licẽtia niſi pauci admodũ antiqtatis amatores.vt Lucre.arborib9 veteres decidere falcib9 ramos,falcib9 enim dactil9 eſt.s.littera extrita. hac eadẽ licẽtia.Cice.freq̃nter vtitur in arato:in quo ope maiorẽ in modũ antiquitatis affectator deprehenditur. Verg.adhuc audaci9 fecit in illo verſu inter ſe coiiſſe viros:& decernere ferro.neq; eni.s.litterã extriuit tãtũ:ſed & vocalẽ illi adhærẽtẽ.Idẽ in.ix.æñ.& præceps animi tiar9 et mauorti9 hemõ.ſunt q carmina illa aliter legãt ne Ver.tãtæ nouitatis autorẽ eſſe putẽt. Liq̃ſcit quoq;.s.ſcđo liq̃ſcẽtiæ mõ in pricipio dictionũ,ſeq̃nti muta vł muta cũ liqda.Hor.i.ſer.ignoſcẽt ſi q̃d peccauero ſtult9 amici.Idẽ in eodẽ.linqm9 inſani ridẽtes præmia ſcribæ.et alio in loco.ſi qđ ſit vitiũ nõ faſtidire ſtrabonẽ.Seq̃nti quoq;.m.liq̃ſcit.vt apđ Luca.in.x.terga ſedẽt crebro maculis diſtincta ſmaragdo.& Tibull9 li.ij.o pereat qcũq; legit virideſq; ſmaragdos.¶ Dictio vocali,hoc eſt quartũ fundamẽtũ q in partes duas diuiditur.Prima eſt,q ſi in carmine dictio finitur in.m.ſeq̃turq; altera dictio incipiẽs a vocali:ne incurram9 in met[illegible]iſmũ,q eſt Barbariſmi ſpecies:abijcimus.m. cũ vocali illi adhærẽte.Verg.i.æñ.vẽturũ excidio libyæ.ſic voluere parcas:vbi.um.ſyllaba.diſpũcta ſcãdim9. venter excidio libyæ.q̃ figura ecthlipſis đr.eſtq; metaplaſmi ſpecies.Altera pars fundamẽti eſt,q ſi dictio finitur in vocali.ſequiturq; altera dictio incipiens item a vocali abijcitur vocalis illa prior.ne pnũciationem.ſ.hiulcã faciam9.Verg.i.æñ. cũ iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus.vbi.o.vocali extrita dicim9 Cũ Ium æternũ ſeruans.hæc figura ſynalœpha đr:q̃ etiam eſt metaplaſmi ſpecies.Fit quoq; ecthlipſis & ſynalœpha ex fine verſus præcedẽtis & ex initio ſeq̃ntis.Verg.ij.geor.aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem.& folijs vndũ tepidi deſpumat aheni.Idem in eodem:inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.& ſteriles platani malos geſſere valẽtes.Hora.quoq; in.i.car.cũ in fine verſus feciſſet ſynalœphã:ex ſequenti verſu ſyllabam mutuatus eſt dicens:labitur ripa ioue non pbante vxorius amnis.eſt enim illud carmen ſapbicũ,hoc vero adonicũ. Apud antiqſſimos autores.m.ſeq̃nti vocali non abiciebatur aliqñ.Ennius,inſignita forent tũ millia militũ octo.& Priſcia. imperihegeſi ex Dionyſio.& forma contra poſitarum imagine coni.Iuue.quoq; qđ apđ autores adeo rarum eſt. etiam.m. pducit in fine dicens.viuendũ eſt recte:tũ propter plurima:tũ is præcipue cauſis.poteſt tñ excuſari:qđ aſpiratio aliqñ habet vim conſonantis.vt apud Verg.i.æñ.poſt habita coluiſſe ſamo.hic illius arma.Eſt qñ non fit ſynalœpha:etiam ſi poſt dictionem in vocali finitam ſequatur dictio incipiens ab altera vocali.qđ ſi vocalis illa prior fuerit longa:breuiatur ratione vocalis ſeq̃ntis.Vergi.in bucco.& longũ formoſe vale vale,inq̃t,iolla.nam & ſi ſecđm vale vltimam producat:ratione tamen ſeq̃ntis vocalis illo in loco breuiatur.Idem.v.æñ.victor apud rapidũ ſimoenta ſub ilio alto.& in buc.credimus an q̃ amãt ipſi ſibi ſomnia fingunt.Idem in eodem opere,te corydon o alexi.trahit ſua quemq; voluptas.vbi o particula breuiatur ratione vocalis ſequentis:cũ alias longa reperiatur vocali etiam ſeque[illegible]te.Hora.i.car.o & præſidiũ & dulce decus meũ.& Oui. in epiſto.penelo.o vtinam tũc cũ lacedæmona claſſe petebat.ſi vero vocalis ſyllabæ præcedentis fuerit breuis:raro fit vt expũgatur.vt apud Ouid.ij.faſt.thure vacent aræ.ſtent ſine igne foci.niſi quiſpiam fortaſſe legat ſtentq; ſine igne foci.

Syllaba quã ſcribis diphthõgo;longa notetur.
Quod ſi vocalis ſequitur,breuiabis eandem.
Siue breuis ſeu longa tibi vocalis habetur,
Porrectam dices;ſi duplex conſona ſubſit.
Hæc tria ſint elementa tibi geminantia vires;
Zeta valet ſigma cum delta.xi.cappa.ſigma.
Atq; duas inter vocales iota repertum:
Pro duplici nũera;modo ſit tibi dictio ſimplex:
Syllaba ſi breuis eſt natura;& muta ſequatur,
Cum liquida;ſemper breuiabit ſermo ſolutus.
At carmen poterit producere ſeu breuiare.
Si poſt vocalem vocalis & altera ſubſit:

¶ Syllaba quã ſcribis. Prima regula de quantitate ſyllabarum eſt:ꝙ ſyllaba quæ ſcribitur diphthongo eſt longa. meminiſſe autem hic debes qđ lib.iij.ſcriptũ eſt:ſex eſſe diphthongos in vſu apud latinos. ae.au.ei.eu.yi.oe. Animaduertendũ tamen eſt nõ ſemper vocales illas ex quibus diphthongus coaleſcit.diphthongo conglutinari:quin potius in multis dictionibus ſolutæ reperiũtur.ae.vt in his dictionibus paſiphae.phaeton.danae.aer.nam paſiphae:tetraſyllabũ eſſe tũ ratio demõſtrat:quoniã a græcis per.ae.ſolutas ſcribitur:tũ poetarũ vſus. Phaeton quoq; & danae ſemper triſyllaba reperiuntur. Martia.lib.v. deucalion.aut ſi non placet hic phaeton. Idem alio in loco,qđ ibi vis dipyron,qui phaetonta facis.vtrobiq; enim eſt pentametrum elegiacum carmen. Hora.iij.carmi.incluſam danaem turris ahenea.quod eſt carmen aſclepiadeum.Iuuẽ. tum ſummus vertitur aer.quod uero.M. manillius in libro Aſtronomico.dixit phaetontem patrio curru per ſigna volantem:atq; ante illum Varro. cum te flagranti deiectum fulmine phaetõ. vt Quinti. lib.i. ſcribit. vitium eſt,quod græci ſynæreſin vocant. nam ſi eſſet proſa oratio.eaſdem(inquit)litteras enunciare veris ſyllabis liceret,ſicut ecõtrario per diæreſim. Hora.i.epiſto. dixit. ſi recte facies,hic murus aheneus eſto.vbi ad ſoluendum diphthongon.h.littera interiecta eſt.Au.præterea non ſemper in diphthongon coit. vt in his dictionibus menelaus. protheſilaus. amphiaraus.Oe.quoq; vt in his poeta.poema. Ei,vero & .eu. & .yi.in dictionibus græcis ſemper coeunt. quod vero ſubiungitur.prætereꝗ̃ ſi vocalis ſequatur:non vſq;quaq; verum eſt:ſed quoties dictio finitur in diphthongon:ſequiturq; altera dictio incipiens a vocali:aut in ipſa iunctura dictionis compoſitæ. vt præeo præo. Vergili. iij.æneidos.inſulæ ionio in magno quas dira celeno.Idem in.vij.ſtipitibus duris agitur ſudibus ve præuſtis Et in.v.nec tota tamen ille prior præeunte carina.quibus in locis diphthongus quæ alias erat longa:ratione ſequentis vocalis breuiatur. Eſt tamen vbi diphthongus etiam vocali ſequente producitur.vt apud Vergi.vij.æneidos.ardea cruſtumeriq;:& turrigeræ antemnæ, ¶ Siue breuis ſeu longa. Secunda regula eſt:ꝙ ſyllaba:ſiue illa ſit in principio,ſiue in medio,ſiue in fine dictionis,quæ poſt vocalem duas habet conſonantes aut plures aut vnam vim duarum habentem:longa eſt poſitione.Poſitione proprie dicitur ſyllaba producta quæ cum ſit natura breuis:ratione ſequentium duarum vel plurium conſonantium producitur ; vt terra:quoniam a tero dicta eſt:primam debuit breuiare.ſed ratione duplicis,r.eandem producit.eodem modo gens:quoniam a genere deriuatur. in quo prima eſt breuis:primam quoq; debuit breuiare:producit tamen eandem ratione duplicis conſonantis hoc eſt.ns. Sed quia nondum ſcimus diſtinguere ſyllabam natura longam a ſyllaba natura breui,placuit interim vtrumq; confundere : vt etiam quæ longa eſt natura;ſi ſequantur duæ conſonantes poſitione,longa dicatur.vim autem duarum conſonantium habent tres litteræ.x.z.& .i.in medio duarum vocalium poſita,nam vt dicunt omnes qui de orthographia ſcripſerunt.x. littera in compendium.cs.aut.gs.ſucceſſit.& pro eo quod antiquiſſimi ſcribebant pacs legs.ceptum eſt ſcribi pax.lex.quorum genitiui pacis & legis idipſum arguunt. ¶ Præterea.z.qua tantum in dictionibus peregrinis vtimur,pro.ſd. aut pro alterutra.aut pro duplici.ſſ,ponitur.vt ezras pro eſdras.ſdetus pro zetus.mezentius pro meſdentius.patrizo pro patriſſo ponitur.vnde & pro eo quod græci dicunt patrizo pitizo:nos patriſſo & pitiſſo dicimus. I.quoq; in medio duarũ vocaliũ poſita pro duplici ponitur:quam etiam vetuſtiſſimi vſq; ad Cicero.tempora duplicem ſcripſerunt. quarum prior ad vocalem præcedentem,poſterior ad ſeq̃ntem pertinebat,vt maia.Pompeius ,Quod ſi in principio dictionũ tres illæ duplices litteræ ponũtur,pro ſimplicibus habendæ ſunt:neq; enim habent vim præcedentem vocalem producendi.Luca.in.ij.tumidũ ſup æquora xerxẽ conſtruxiſſe vias. Vergi.iij.æñ.iam medio apparet fluctu nemoroſa zacynthus .Bijugus.a.ũ.quadrijugus.a.ũ.in q̃bus quemadmodũ in ſimplici prima vim habet vnius conſonantis:ita & in compoſitis.Vergi.v. æñ.non tam præcipites bijugo certamine campum.¶ Deinde regulam limitat dicens:ꝙ ſi poſt ſyllabam natura breuem.&c.breuis enim ſyllaba dicitur natura:q̃ ſemper eſt breuis:niſi aliq̃n reperiatur in carmine longa poſitione duarũ conſonantiũ.Naturale namq;(vt Ariſtote.li.ethico.v.ait.)eſt qđ ſemper & vbiq; eandem vim habet.vt ignis q hic & in perſis vrit:natura calidus eſt. Ergo contra naturam ſyllaba breuis producitur:qđ vitiũ ſola carminis licentia excuſare poteſt,atq; ideo in proſa oratione ſemper breuis proferenda eſt.Illđ quoq; notandũ eſt:ꝙ de duarũ conſonantiũ ſequela diximus:non ſolũ in eadem dictione intelligendũ eſſe:verũetiam in diuerſis.Vergi.in bucco.terraſq; tractuſq; maris cælũq; profundũ.Idem.i.geor.tribulaq; trahæq; & iniquo pondere raſtri.Iuuena.occulta ſpolia & plures de pace triũphos.qđ ſi aliqua ſyllaba fuerit longa natura:etiam ſi muta cũ liquida ſequatur non poteſt eſſe breuis.vt ſaluber.bris.october.obris.aratrũ aratri. ¶ Si poſt vocalem. Tertia regula eſt:ꝙ vocalis ante vocalem in eadem dictione breuis eſt.vt Deus meus.traho veho.qđ in dictionibus latinis intelligendũ eſſe dicit.Nam in Græcis & Barbaris hæc regula nondũ ſatis elucubrata eſt:tentandũ tamen eſt illam(quo ad fieri poteſt)explicare:obſeruato inter ſe ordine vocaliũ latinarũ.Igitur.a.ante alterũ.a.qđ in dictionibus quoq; græcis rarũ eſt:in Barbaris frequentius,ſemper breuiatur:vt Nauſicaa alcioni filia.Phraates.Abraam.Baal.Vergili.in priape. Nauſicaam pleno ſæpe tuliſſe ſinu.Martia.ſi mihi Nauſicaa patrios donauerit hortos.Hora.i.epiſt.ius imperiũq; Phraates Cæſaris accepit. Sedul. in paſchal.nũc coluere Baal:nũc degere Barabbã.A.ante.e.cũ in diphthongon non coeũt,aliq̃n breuis eſt.vt paſiphae,phaetõ.

danae.de quibus ſupra diximus cum de diphthongis diſſerebamus,aliqñ pducitur,vt aer laertes.Michael.Viue:tunc ſumm⁹ vertitur aer.Oui.ĩ epiſt.penelo.reſpice laertẽ vt iã ſua lumina cõdas. Flac.in arg. hoc & odorat⁹ flagrãti crine Michael ¶ A.ãte.i.plerumq; pducitur,vt thais.lais.nais.taigeta.Mar.thaida Quitus amat:q.ñ thaidas thaida luſcã.Proper.nõ ita cõplebãt ephireæ laidos ædes.Verg.in buc.ecce ferũt nymphæ calathis tibi cãdida nais.Idẽ.ij.geor.ſperchiuſq; & virginibus bacchata lacenis taigeta,& quoties ai diphthõgus græca ſoluitur a noſtris,vt achaia,pãchaia.Oui.in epiſt. paridis ab quoties dices:q̃ paup achaia noſtra eſt.Vergi.ij. geor. totaq; thuriferis pãchaia pinguis arenis. In dictionibus quoq; latinis.a.ante.i. pducitur eadẽ rõne quia. æ. diphthõgus ſoluitur in.ai.diphthongon græcam,vt auæ

Illa prior breuis eſt,dũ ſint modo verba latina.
Nam græci variãt; nec certa lege tenentur.

ali,aurai,pictai. Vergilius tertio æneidos. Aulai in medio libabant pocula bacchi. Idem in ſexto æthereum ſenſum atq; aurai ſimplicis ignem.Idem in.ix.diues equum:diues pictai veſtis & auri. Breuiant vero caicus,caiſtrus,calais.ſais. Ver.j.geor.duplcibus in ſtagnis rimãtur prata caiſtri.Idẽ in.iiij.ſaxoſumq; ſonãs hipanis miſſuſq; caic⁹. Oui.vi.meta.implumes pueri calais:zetuſq; fuerũt.Prop.li.ij.mercurioq; ſatis fertur babeidos vndis. Barbara quoq; inuenio ſemp noſtros breuiaſſe,vt Caiphas,Caim,Naim.¶ A.ãte.o.pducitur;vt aon.aonis.amithaon.onis.machaon,chaon,didymaõ,imaõ,phartaon,lycaon.Ver.in buc.aonos in mõtes vt duxerit vna ſororꝶ.Idẽ.iij.geor.phyllirides chirõ amithaoniuſq; melãpus. Idẽ.ij.æñ.pelideſq;neoptolemus,primuſq; machaon.Idẽ in.v.& clypeũ efferri iuſſit didymaonis artes.Idẽ in. x. audijt illa deus:dum texit imaona aleſus.Oui.ix.meta.accipe me generꝶ dixi parthaone natæ.Idẽ in.j.eiuſdẽ.ſtruxerit inſidias notus feritate lycaon,& a laos cõpoſita,vt laocoon,laodomia,laomedõ.Ver.ij.æñ.laocoõ ardẽs ſumma decurrit ab arce.Idẽ i.vj.euadneq; & paſiphaẽ.his laodomia.Idẽ in.iiij. laomedõtiadæ ſentis piuria gẽtis.Pharaõ quoq; noſtri pduxerũt,vt Arator.nec iã ſua iura Pharaõ ægyptuſq; tenet.e diuerſo Seduli⁹ breuiauit. gabaõ in paſchali dicẽs;ſol ſtetit ad gabaõ.Chaos quoq; & phaon breuiãt.Verg.iiij.georgi.atq; chao denſos diuum numerabat amores.Oui.in epiſ.ſapph⁹.arua phaõ celebrat diuerſa tiphoidos etnæ.¶ A.ãte.u.ſi nõ coeat in diphthõgõ ſemp pducitur,vt amphiaraus,& a laus cõpoſita,vt pthesilaus,menelaus,archelaus.Ouidi. iij. de ponto.not⁹ humo merſis amphiaraus erat.Idem in epiſ.laodomiæ bella gerant alij,prothesilaus amet. Idem en epiſtola Enones. ardet amore tui : ſic & menelaon amauit.¶ E. ante. a. in dictionibus græcis quæ per.e i. diphthongon ſcribuntur atq; apud nos mutant.ei.in.e. longum producitur ſemper,vt æneias æneas,cythereia cytherea, deiopeia deiopea,penelopeia penelopea,calliopeia calliopea,medeia medea,galatheia galathea.amaltheia amalthea.alexandreia alexãdrea,plateia platea, choreia chorea,maleia malea.Ver.j.æñ.at pius æneas p noctẽ plurima voluẽs.Idẽ in eodem, parce metu cytherea.manẽt immota tuorꝶ.Idẽ in eodẽ.quarꝶ q̃ forma pulcherrima deiopeia.Idẽ in priapeia.mẽs erat in cũno penelopea tuo.Idẽ in buc.orphei calliopea lino formoſus Apollo.Idẽ in eodẽ opere, nerine Galathea thymo mihi dulcior hyble Oui.in epiſt.hipſyphiles.Medeæ medea forẽ:qd ſi qs ab alto.Tibul.li.iij.qcqd amalthea:qcqd marpeſia dixit. Hora. iiij. car. portus alexãdrea ſupplex.platea,chorea,malea,tametſi apd græcos p.ei.diphthõgõ ſcribũtur aliqñ breuiãt.e.ãte.a. Hora.ij. epiſ.puræ ſint plateæ:Ver.vj.æñ.pars pedib⁹ plaudũt choreas:& carmina dicũt.Idẽ in.v. ionioq; mari maleæq; ſequacibus vndis.Lõgæ etiã repiũtur.vt apd Ouid.viij.meta.immemores noſtri feſtas duxere choreas.Luca.in.vi.& ratib⁹ lõge flexi. donare maleæ.Quæ vero apd græcos p.e.pſilõ ſcribũtur breuiãt.e.ãte.a.vt theatrũ,boreas,artocreas,baleares.Ver.j.æñ.hic portus alij effodiũt. hic alta theatri.Idẽ in buc.hic tãtũ boreæ curam⁹ frigora quãtũ.Perſi⁹,olcũ artocreaſq; popello.Ver.j. geor.ſtupea torq̃ntẽ balearis verbera fune. ¶ E.ãte.æ,breuiatur.vt nemeæ.es,leæna.æ.ſed de nemees litteratura alio ingremus loco.Ver.in buc.torua leæna lupũ ſeqtur.Aeæ circe & Neſeæ nympha diphthõgo pducũtur. ¶ E.ãte.i.in dictiõibus in quib9.ei.diphthõg9 græca ſoluitur a noſtris.ſemp eſt lõga,vt Baccheius,Priameius,Phineius,Perſeius,Theſeius,Cybellei⁹, Cythereius,Pegaſeius,et hmõi poſſeſſiua.Ver.ij.geor.qd memorãdũ æque,Baccheia dona tulerũt. Idẽ in.iij.o fœlix vna ãte alias Priameia virgo.Idẽ in eode,harpyiæq; colũt aliæq; phineia poſtq̃.Oui.v.meta.ſternitur & meneleus pſeia caſtra ſecut⁹.Idẽ.xv.ſliti theſeius heros ſiſte modũ dixit.Idẽ in.x.ſiquidẽ cibeleius atys.Idẽ ĩ.xiiij.tẽpeſtiu⁹ erat cælo cytherei⁹ heros. Perſi9,cãtare credas pegaſeiũ melos.Idẽ,quoq; de ill' dicẽdũ deiopeia,deiphobe eſt eiphobe,deiphob9,deidamia,deianira.Ver.j. æñ.quarꝶ q̃ forma pulcherrima deiopeia.Idẽ in.vj.deiphobe glauci fatur q̃ talia regi.Idẽ in eodẽ.deiphobe armipotens genus alto a ſanguine.Papi.in achil.ſemp deidamiæ primã pduxit.Oui.in epiſt.deianiræ,impia quid dubitas deianira mori? Eadẽ quoq; rõne echeneis piſculus qui a latinis d'r remora remoræ,penultimã produxit. Luca.in. vi.in medijs echeneis aqs Franciſcus philelphus putat legendum eſſe in medijs olechinus aquis.¶ E.ante.o.breuiatur in dictionibus quæ p.e.ipſilõ ſcribuntur,vt Theodorus,Cleopatra,Neoptolemus.Iuuena.lautorum pueros artem ſcindens Theodori.Mar.nec tibi regali placeas cleopatra ſepulchro.Quæ vero per.e.longum ſcribuntur,producunt,vt eous,eoa,eoum.Verg.j.æñ.eoaſq; acies & nigri mennonis arma.¶ E.ãte.u.breuiatur,vt Creuſa,Tartareus,Vergi.ij.æneidos,lachrymas dilectæ pelle creuſæ.Idem in.vi.hinc via tartarei quæ fert acherontis ad vndas,quæ vero apud græcos per.ei.diphthongon ſcribuntur:quã nos in.e.vertimus producunt,vt Alpheus,Spondeus,Choreus.Papi.ſicanius longe relegens alpheus amores. Ruffinus ſpondeuſq; grauis numerorꝶ aptiſſime pæon.¶ I.ante.a.variã habet rõnem:nã quæ a græcis per.i.iota ſcribuntur.apud nos breuiãt:vt Sophia,Philoſophia,Tragœdia,Comœdia,Elegia,Symphonia.Marti hic pius antiſtes Sophiæ ſua dona miniſtret. Idem in alio loco. Cum tibi ſit Sophiæ par fama & cura deorum.Vergi.in cir.florẽtis Sophiæ virides complectitur hortos,atq; eadem ratione contra multorum vſum,Philoſophia penultimã breuiat.Horatius.Effutire leues indigna tragœdia verſus.Idem. interdũ tamen & voces comœdia tollit.Idem,vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors.Ouid'.flebilis indignos elegia ſolue capillos.Maria quoq; nomẽ proprium diui Chriſti Ieſu genitricis ex litteratura græca breuiat penultimã:quia per.i.iota ſcribitur.Claudianus de nuptijs honorij:præparat:& pulchros Mariæ ſed luce minores.Sedulius quoq; in paſchali qs fuit ille nitor

Marię cū Christus ab aluo ꝓceſſit? Idem tñ alijs in locis ꝓduxit. Cōpoſita quoq; ab archia, vt Monarchia. Tetrarchia. Toparchia. Hierarchia. et inde deriuatū Archias poeta quē Cice. defendit: et a machia. vt Naumachia. Batrachomyomachia. Gigātomachia. & a graphia. vt Orthographia. Coſmographia. Chronographia. Pſeudographia: & a logia. vt Theologia. Aſtrologia. Acymologia. Acyrologia. Philologia. & a nomia. vt Aſtronomia. Antinomia. Chironomia. multaq; quoq; alia q̄ vulgo in penultima acuto accētu ꝓferūtur. vt Melācholia. Agōia. Chyrurgia. Vſia. Producūt vero q̄ apd grecos p. ei. diphthōgō ſcribūtur. vt Agria. Hippodamia. Deidamia. Laodamia. Lāgia. Lāpia. Lebadia. thalia. Papi. xij. thebai. q̄rit inops argia viꝛs. Prop. q̄ ſſt dotatę regnū vetꝰ Hippodamię. Papi. i achil. Deidamia dolos. Verg. vj. ęñ. his Laodamia it comes. Papi. ij thebai. culta ferūt quos pigra vado lāgia tacēti. Idē in. iiij. pœne ſocer eadēſq; vadis lāpia nīuoſis. Idē in. vij. in valles lebadia tuas. Ver. i buc. noſtra neq; erubuit ſiluas habitare thalia. Eadē quoq; rōne dicimꝰ Magia. Pædia. Mœchia. Angaria. Latria. Idololatria. Dulia. Hipdulia. Eugenia. Hermenia. ¶ I. āte. e. ꝑtim breuis ē, vt Hiera. Hyena. Ver. ix. ęñ. quos iouis eduxit loco ſilueſtris Hiera. Oui. xv. meta. paſſa marē nō eſſe marē miremur hyenā. Partim ꝓducūt. vt Pierꝰ. Pierides. Oui. v. meta. Pierꝰ has genuit. Ver. i buc. Pergite pierides. ¶ I. āte. o. ꝓducitur ī dictiōibꝰ q̄ p. ei. diphthōgon a grecis ſcribūtur. vt Ariō. Amphiō. Clio. Hyperiō. Ixiō. Oriō. Pādiō. Echiō. Io. Ver. i buc. Orpheꝰ in ſiluis īter delphinas Ariō. Idē in eodē ope. Amphiō dircęꝰ in actęo Aracintho. Oui. j. de arte. nec mihi ſunt viſę clio cliuſq; ſorores. Idē. i. faſt. placeat equo pſis radijs hyperiona cinctū. Idē. xij. meta. duxerat hippodamē audaci ixione natꝰ. Ver. i. ęñ. cū ſubito aſſurgēs fluctu nymboſus Oriō. Aoriō tñ p eodē breuiauit Catullꝰ dicēs. ꝓximꝰ hydrochoi fulgere aoriō. Oui. vi. meta. hic dolor āte diem pādiona miſit ad vmbras. Idē in. iij. eiuſdē, qnq; ſupſtitibꝰ: quoꝝ fuit vnꝰ Echiō. Idē in. j. cōſtiterat quocūq; loco ſpectabat ad io. Enyo quoq; martis ſoror ꝓduxit. Mar. cū dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo. Quę vero p. i. iota ſcribūtur, breuiāt. vt iolas. dione. Ver. i buc. phyllida mitte mihi: meꝰ eſt natalis iola. Idē in eodē ope. ecce dionei ꝓceſſit cęſaris aſtrū. ¶ I. āte. u. ī dictiōibꝰ q̄ apd' grecos p. ei. diphthōgō ſcribūtur lōga eſt. vt Sperchius. lyciꝰ. arius. bacchius. Verg ij. geor. ſperchiuſq; et virginibꝰ bacchata lacęnis. Pa; i. tēpla lycię dabis & ditia dona ſacratis. Luca. i. iiij. hinc fortis arius. Ruffinꝰ. pricipiū bacchiꝰ erit. cōcludit iābꝰ: a trophiū quoq; & polliū cōpoſita. vt Periſterotrophiū. Orphanotrophiū. Myropoliū. Ichthiopoliū. Xenodochiū quoq; p hoſpitio. qa p. ei. diphthōgō apd' grecos ſcribitur: hac eadē rōne dius dia diū a dia īſula ꝓducit. i. Breuiāt vero q̄ apd illos p. i. iota ſcribūtur. vt Archadiꝰ. Bœotiꝰ. Chius inſula. Luca. in. viij. quas aſine cautes, & quas chius aſpat vndas. Hora. j epiſ qd tibi viſa chius bullati notaq; lesbos. Poſſeſſiuū vero eadē ꝓducit. Idē in. ij. ſer. Cecuba vina ferēs, alchō chiū maris exps. Mar. chia ſeni ſilis Baccho q̄ ſetia miſit. Illa quoq; breuiāt, in qbꝰ ſupra dictū eſt. ei. diphthōgō aliqñ ſolui, vt Bacchęiꝰ. Priameiꝰ. Eneiꝰ. Theſeiꝰ. Ephireiꝰ. q̄ qdē diphthōgꝰ aliqñ etiā in. ę. diphthōgū vertitur. vt Theſęus. Ephireus. Oui. vii. meta. ſoluere deſierat theſęa laude tributū. Prop. nō ita cōplebāt ephyrę laidos ędes. ¶ O. āte. a. ī dictiōibꝰ q̄ a grecis p o micrō ſcribūt, breuiat vt oaxes. coaſpes. coaſtre. thoas. Ver. i buc. pars ſcythiā & rapidū cretę veniemꝰ oaxem. Prop. in. iiij. vel regia lympha coaſpes. Luca. in. iiij. ęthera tāgētes ſyluas liq̄re coaſtre. Oui. xiij. meta. hypſiphiles patria clariq; thoātis. q̄ vero p o mega ſcribūtur: ꝓducūt. vt troas troadis. Ver. in. v. ęñ. at ꝓcul in ſola ſecretę troades acta. Ioānes hac rōne primā ꝓducit: quēadmodū & Iuuēcꝰ ſemp ꝓducit. Sidoniꝰ tñ apollinaris breuiauit dicēs: qa nūc Helias: nūc te iuuet ire Ioānes, hymnographꝰ quoq; ſolue polluti labij reatū ſancte Ioānes ſed hi nulla rōne defendi poſſūt. ¶ O. āte. e. ſi p o mega ſcribitur a grecis lōga ē, vt typhoeus: aloeus. neq; enim p. œ. diphthōgō in penultima ſcribitur typhoeꝰ: vt qdā putauerūt: ſed p eus diphthōgō ī fine: & p o mega in penultima: q̄ cū. e. nō poteſt ī diphthōgō coaleſcere. Luca. v. cōditꝰ inarimes ęterna mole typhoeꝰ. neq; obſtat cū Ver. li. ix. ęñ. dixit. inarime Iouis imperijs impoſta typhœo. Nā ſyneręſis eſt freq̄nter in illo loco recepta. Quod ſi qs eſt q gręcę litteraturę nō credit: ſaltē Oui. verſu illo cōuincetur. q in. i. faſt. ſcribitur. quas quoties ꝓflat: ſpirare typhoea credas. Nullū eni nomē ſcdę declinatiōis mittūt actūm in. a. niſi in eus diphthōgō terminetur. De aloeo nemo vnq̄ dubitauit quin p o lōgū in penultima & p eus diphthōgō in vltima ſcribatur. Luca. in. vi. impiꝰ hāc ꝓlē ſupis immiſit aloeus. Boetia quomodo a latinis ſcribi debeat: noſtri ſcli docti qdā hōies dubitāt: nā cū a grecis p. oi. diphthōgō ſcribatur: quę apd' nos in. œ. diphthōgō verti cōſueuit: boetia poſt. œ. diphthōgō o mega hoc eſt lōga ſubiecta: nō boetia o & e ſolutis ꝓferēda eſt. Quod ſi qs dixerit diphthōgū oi ſolui in oe qd' qdā etiā ī euboia fecerūt oi diphthōgō ī oe ſolutas cōuerſa ſcribētes atq; ꝓferētes eubo eaq̄tuor ſyllabaꝝ. eſto. cōcedamꝰ illis hoc: ſed qua licētia diſpūxerūt alteꝝ. o. p bœotia boetia dicētes. Si vero o micrō a grecis ſcribatur āte e. breuiatur, vt ſimoētis pyroētis obliq ab eo qd' ſimois & pyrois. Ver. j. ęñ. alma Venus phrygij genuit ſimoētis ad vndā. Flaccus. v. argonauti, & formidātē patrios pyroēta dolores. ¶ O. āte. i. eādē rōnē ſeq̄tur: nā q̄ p o mega ſcribūtur ꝓducūt, vt Zoilꝰ, Troilꝰ. Stoicꝰ. Lagois. Mar. Zoilꝰ egrotat, faciūt hāc ſtragula febrē. Ver. j. ęñ. parte alia fugiēs amiſſis troilus armis. Iuue. ſtoicꝰ occidit Bareā delator amicū. Hora. ij. ſer. nec ſcarus: aut poterit ꝑegrina iuuare lagois. Quę vero p o micrō ſcribūtur, breuiāt, vt ſimois, pyrois. Troia vero & Euboia in quibꝰ a latinis oi diphthōgus ſoluitur o ꝓducunt rōne. i. qd' habet vim duplicis cōſonātis; quoties inter [illegible] vocales ponitur in dictiōibꝰ latinis, et in quibuſdā grecis. vt Verg. iiij. ęñ. Troia p vndoſum peteretur claſſibus ęquor, vbi troia duaꝝ ſyllabaꝝ eſt, quia. i. conſonās. Poſſeſſiuum vero troius troia troium tametſi triſyllabum ſit, atq; p. i. vocalē ſcribatur, primā ꝓducit, quoniā a grecis per o mega ſcribitur. Ver. i. ęñ. armaq; fixit troia nunc placida cōpoſtus pace qeſcit. ¶ O. āte. o. breuis eſt. vt laocoon. hippocoō. demophoon. bootes. Verg. ii. ęñ. laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. Idem in. v. hirtacide primus locus exit hippocoontis. Idem. j. georgico. non obſcura cadens mittit tibi ſigna bootes. Ouid'. in epiſto. phyllidis. hoſpita demophoon tua te rhodopeia phyllis. ¶ O. āte. u. in dictionibus quę per o mega ſcribuntur, qualia ſunt poſſeſſiua in. ous. oa. oum. finita ꝓducitur. vt argous. a. ū. cous. a. um. ſardous. a. um. herous. a. um. eous. a. um. eadem quoq; rōne achelous penultimā produxit. Papi. libro. vij. thebaid'. Inachus ante vetro noſterq; achelous abibit. Quę vero per o micron ſcribuntur, breuiant, vt alcinous. antinous. ¶ V. ante reliquas vocales rara eſt apud grecos, ſi tamen vſpiam reperiatur: quia per diphthongon ab illis ſcribitur. longa eſt.

¶ Fio diſſyllabū dictiõibus latinis cū eſt diſſyllabū ꝓducit vocalē ante vocalē ſequentē:nam cū pluriū ſyllabaꝝ eſt:breuiat. Iuue.nā tuus endymion dilectæ fiet adulter. Idē.liceat modo viuere fient:fient iſta palā. Perſius.cras fiet hoc,idem cras fiet. Genitiui quoq; & datiui numeri ſingularis qntæ declinatiõis.e.ante.i.finalē ꝓducunt,vt dies diei,ꝓgenies ꝓgeniei. Verg.in viro bono:omnia quā ſecū reputauerit acta diei.Excipiūtur hui9 ordinis tria noīa q̄ iiſdem in caſib9.e.ante.i.breuiāt.ea ſunt res rei.ſpes ſpei.fides fidei.Octo quoq; noīa primæ & ſcḋæ declinatiõis noīm cum ſuis compoſitis q̄ mittūt gtūm in. ius.& dtūm in.i. & tria ꝓnomina ſcḋæ pronoīm declinationis,hoc eſt iſte,iſta,iſtud,iſtius,iſti,ille,illa,illud,illius, illi.ipſe,ipſa,ipſum,ipſius,ipſi.in gtō hñt.i. ante.u. indifferētem.

Fio producit diſſyllabum,Et genitiui.
Longa penultima ſit quintæ,cui iunge datiuū.
Sed breuiant tantum tria;reſq;,ſpeſq;,fideſq;.
Si gtūs erit,quem dat pronomen in.ius.
Seu nomen,longam poteris proferre breuēq;.
Corripit alterius;Semp ꝓducit alius
E.de,præ,ſe.di,componens;non breuiatur.
Sed breuiant,ſi vocalis ſubit;atq; diſertus.
Tenditur.a.noſtrum;ſed græcis.a.breuiatur.
Re.breuiat ſemp,niſi duplex conſona ſubſit.
Reffert,ꝓ res fert;ſeu diſtat porrige ſemper.

¶ E.de,præ,ſe.di. Quarta regula eſt,q̄ hę præpoſitiones cū veniūt in compoſitione:ꝓducuntur.vt eligo.is.edo.is. educo.is. deligo deligis. dedo dedis. deduco.is.præpono.is.prædico.is.præbeo.es,ſeligo.is.ſeduco.is,ſeparo ras,diligo gis,diluo.is, diiudico diiudicas. Quod ſi vocalis ſequatur breuiāt, vt deorſum:qḋ ex de & orſum cõponitur:dehiſco qḋ ex de & hiſco. cis.dehinc qḋ ex de & hinc.Vergi.iiij. æñ. ſed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat.Idē,iij.æñ. dona dehinc auro grauia ſectoq; elephanto. Præuro.is.idē.vij.æñ.ſtipitib9 duris agitur ſudib9 ve præuſtis. Seorſum.idē.in eſt & nō,alterutro:pariter nonnunq̄.ſæpe ſeorſis. A.di quoq; compoſita duo breuiāt dirimo.is.& diſertus diſerta diſertū. Quod tametſi a diſſero.ris deriuatur altero.ſ.ſtricto primā breuiauit.Oui.i.metamor. hanc deus & litem melior natura diremit. Hora.in epiſ.fœcūdi calices quem non fecere diſertum? Illḋ quoq; hoc in loco notādum:q̄ ſi.de.præpoſitio cõponatur cum dictiõe incipiēti a vocali:præterq̄ qḋ dixim9 breuiari:aliq̄n etiam repitur ꝓduci.Hora.in arte poe.cogitat vt dehinc ſpecioſa miracula promat. Papi.xi.thebai.deeſt ſeruitio plæbes.Aliq̄n fit ſynæreſis ſiue coliſio.vt Ver.in buc. incipe Dameta tu deinde ſequere Menalca.Idem in eodem ope.vir gregis ipſe caper deerrauerat:hic ego daphnim.Idem.vij.æñ.deerit: vber agri troiæ ve opulēta deerit. Aliq̄n expūgitur vocalis a qua dictio cum qua componitur,incipit.vt debeo a de & habeo.debilis & a de & habilis.dego a de & ago.demo a de & emo ¶ Tēditur.a.noſtrū.q̄ a præpoſitio latina in compoſitione ꝓducit vt amēs. qḋ a mēte deſciſcat.auus.a.um.qḋ a via declinet. Ver.iiij.æñ.iiſq; amēs animi & rubore accēſus amaro.Idē ij. geor.auia tūc reſonāt auib9 virgulta canoris.ſed a particula græca priuatiua breuiatur.vt atom9.adyta.orū.Ver.ij.æñ. iiſq; adytis hæc triſtia dicta reportat. ¶ Re.breuiat ſemper,quod re in compoſitione breuiatur.vt refero refers.repeto.is. Quod ſi reffert accipiatur ꝓ eo qḋ eſt diſtat. ꝓducitur:quare per duplex.ff.ſcribēdum vt ꝓducatur poſitiōe. Producnt vero dictiões in quib9 poſt re ſuccedūt duæ cõſonātes aut vna vim duarū hñs.vt reſpõdeo.des.reſeribo.bis.reiicio.cis.reieci. Nā cum re præpoſitio natura breuis ſit.ſi vſpiā in compoſitiõe lõga repiatur,neceſſe eſt hoc fieri rõne duarū cõſonantium:aut vnius vim duarū hñtis. Sed cū ſupra dixerim9.i.cõſonātem in principio dictionū ꝑ ſimplici poni:idq; etiā in compoſitis debere obſeruari.in hoc verbo reiicio aliq̄n habet vim duplicis cõſonātis:aliq̄n ſimplicis.Duplicis.vt apḋ Verg.iij.geor.reiice ne maculis infuſcet vellera pullis. Idem.v.æñ.hæc fatus:duplicem ex humeris reiecit amictū.Papi.vj.thebai. & patria vigil arte lacon,hos reiicit ict9. Simplicis,vt apḋ Ver.in buc.tityre paſcētes a flumine reiice capellas.vbi teſte Serui.reiice ca.pee leumaticus eſt,Papi.li.iij thebai.tela manu reiicitq; canes.vel poti9 dicendū eſt.i.cõſonātem expūgi:qḋ in hoc verbo ſubiicio repitur,vt apḋ Papi in achille.ſubiicit gauiſus Vlyſſes,Luca.in.viij.crine iacet ſubiicitq; facem complexa maritum. Rettuli quoq; præteritū ab eo qḋ reffero cū longū reperitur ꝑ duplex.tt.ſcribi debet.Hora.ij.epiſ.rettulit acceptos regale numiſma Philippos,Propertius.rettulit & querulo iurgia noſtra ſono.Cum vero breuiatur per ſimplex.t.ſcribendum eſt.vt apḋ Suenium in quodam edyllio:fera prælia bello in perſas retulere. Sunt quoq; qui illud Catulli.ſi reditum retuliſſetis,aut in tempore longo retuliſſet legant,Eadem quoq; ratione reffero, cum pro eo qḋ eſt diſtet accipitur,per duplex.ff.ſcribi debet.quoniam produxit primam. Sed quemadmodum alio in loco diximus.non a re præpoſitione, ſed a res & fero compoſitū videtur.relatum in ſupino ab eo quod eſt refero.repperi & reppuli præterita ab eo quod eſt repio reperis.et repello repellis cū hoc verbo reduco reducis prima indifferenti reperiuntur,quare tum ſimplici,tum geminata conſonante poſt re ſcribi debēt. Iuuenalis dixerit Aſtrologus.credent a fonte relatum hominis. Luca.in.iiij.denſaturq; globus:quantum pede prima relato. Lucretius.libro tertio.id rurſum cœli relatum templa receptant. Terentius in Phormione.quod ab illo allatum eſt:id ſibi relatum putet,vbi ratione carminis.l.debere geminari Donatus teſtatur. Luca. reppulit a Libycis immenſum ſyrtib9 æquor: Tibullus,Nam ciconumq; manus aduerſus reppulit vndis. Ouidius in epiſtola Medeæ:quæq; feros reppuli Doctis medicantibus ignes. Silius libro decimoſexto punicorum. Troiugenis reppulit pœnos. Propertius,ab pereat quicunq; meracas repperit vuas. Auſonius.at qui condiderat poſtquam non repperit aurum,Aptauit collo quem repperit laqueum. Lucretius in primo.reducit Venus reductam Dedala tellus. Horatius ſecundo ſermo.dij tibi dent capta claſſem reducere Troia. Idem in epiſtol. palma negata macrum donata reducit opimum. Vergilius quarto, eiectam claſſem ſocioſq; a morte reduxi. Relliquiæ quoq; & relligio,quorum alterum a relinquendo:alterum a religando dicitur.in carmine ſemper producta reperiuntur, quare duplici ll. ſcribenda ſunt. Vergilius primo æneidos, Troas relliquias danaum atq; immitis Achilli. Idem in quarto,relliquias colorem:Priami tecta alta manerent. Idem in ſecundo relligione patrum multos ſacrata per annos. Idem in eodem.corpora perq; domos & relligioſa deorum.

Sed pro componens debes producere ſæpe.
His tamen exceptis proficiſcor,ſiue profanus.
Profiteor addatur. ꝓfor.atq; ꝓfundo ꝓfundus.
Et ꝓfugus,ꝓfugitq;.ꝓcella.ꝓcuro.profeſtus.
Et propero.ꝓnepoſq;.propius atq; proneptis.
Quæq; pro vox græca componit,corripiantur.
Compoſitum nomen ſi finit parte priori
In iota;aut.o.micron,ſemper breuiabit eaſdem.
Sed producit vbiq;.tibijcen.iungis ibidem.
Omnia præterita profer diſyllaba longa.
Findo fidi breuiat.ſcindo ſcidi.& dedit a do.
Et bibo dat bibit.fero dat tulit.& ſtetit a ſto.
Sed ſi vocali præcedit,corripiatur.

¶ Sed pro cõponens,q. hæc præpoſitio pro in compoſitiõe producitur.vt prodo.dis. Breuiant vero quæ hic excipiũtur.proficiſcor,etſi Gellius lib.i.primam dicit habere breuem:lõga tamen aliquando reperitur,vt apud Iuuenalem profectura domo ſicula non mitior aula. Propertius libro.ij.hæc quoq; profecto ludabat Iaſone Varro. Vergil.tamen.vij.æneid.breuiauit dicens. Arcades his oris genus a Pallante profectum. Profanus profana profanum. Verg.vj.procul o procul eſte profani. ¶ Profiteor profiteris.Ouid.de remedio.vtilitas lateat.q. non profitebere fiet.Horat.in arte.inceptis grauibus plerumq; & magna ꝓfeſſis. Profor.aris.Luc.in.ix.hoc ſatis eſt dixiſſe Iouem ſic ille profatur.Verg.iiij.æneidos.& ſic accẽſa profatur.Profundo profũdis.autore Gellio primam indifferentem habet.Catullus.has poſtquã mæſto profundi pectore voces. Sillius libro.xj.punico. impia dementis vulgi,& vix tota profundit.Profundus.da.profundum.Verg.in buc.terraſq; tractuſq; maris cælumq; profundum.Profugus.ga.gum.Idem.i.æñ. Italiam fato profugus lauinaq; venit littora. Profugio profugis.Flaccus.vij.argonauticæ.contigit vix deinde mori:& ſic fata profugit.Columella in horto.ſed trepidus profugit chellas & ſpicula phœbus. Procella.llæ.Verg.i.æñ.ſtridẽs aquilone procella.& ibidẽ.creberq; procellis Aphricus.Procuro.as. Ouid.iij.faſto.riſit & his(inquit)facito mea tela procures. Verg.tamen.ix.æñ.produxit dicens,quod ſupereſt læti bene geſtis corpora rebus procurate viri.& Horat.hæc ego procurare & idoneus imperor. Profeſtus.ſta.ſtum. Horatius.ij.ſermo. non ego narrantem temere edi luce profeſta. Propero.ras. Verg.xj.æñ.ne properate meas teucri defendere naues. Ouid.xj.meta.eſt neptunus auus,pronepos ego regis aquarum.Proneptis.Perſius.patruelis nulla proneptis.Propertius.Martialis,accipe facundi carmen iuuenile Properti.¶ Quæq; ꝓ vox græca, quod pro in compoſitione in dictionibus græcis breuiatur.vt propontis,propino.prologus. Lucanus in.ix. Paruo ruat ore propontis.Iuuenal.quãdo propinat Virro tibi. ¶ Cõpoſitum nomen.Hæc regula duas continet partes.Prima eſt,q. dictiones compoſitæ ſiue ſint græce ſiue latinæ terminantes in.i.primam partem compoſitionis breuiant illud.i. vt omnipotens,quod ab omnis & potens componitur.armiger.quod ab armis & gero.& archigenes,quod ab archon.i.princeps.& genes genus.antitheton:quod ab anti contra & theton poſitum.Verg.ij.æñ.Iupiter omnipotens precibus ſi flecteris vllis. Idem in eodem.armiger automedon vna omnis ſcyria pubes.Iuuenal.aduocat archigenem onéroſaq; pallia iactat. Perſius. librat in Antithetis doctas poſuiſſe figuras. Altera pars eſt,q. dictiones græcæ terminantes in.o. primam partem compoſitionis breuiant illud.o.vt carpophorus:quod ex carpos & phoros,hoc eſt ferens fructum componitur. chriſtophorus eodem modo ferens Chriſtum.Democritus.Demophoon.Iuuenalis quanq̃ & carpophoro facies tua computat annos. Idem perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus.Ouidius.hoſpita Demophoon tua te rodopeia phyllis.¶ A priori parte regulæ excipiuntur vbiq; & ibidem aduerbia,quorum prius ab vbi et q;:poſterius ab ibi & dem particula componitur. Vergil.ij.æñ.horror vbiq; animos ſimul ipſa ſilentia terrent.Idem in primo.voluitur in caput,aſt illam ter fluctus ibidem. Tibijcen quoq; quod ex tibijs & cano componitur duabus breuibus per ſynæreſim coeuntibus penultimam producit. Iuuenalis.& lingua & mores & cum Tibijcine chordas.Producunt quoq; compoſita,quæ in priori parte compoſitionis declinantur.vt plerịq;.vtriq; quanticunq;.qualicumq;.Meridies etiam,quod a medius & dies componitur.d.mutata in.r.antepenultimam producitur.Catullus.iube ad te veniam meridiatum. Eſt enim carmen phaleuticum. Aduertendum tamen eſt quod ſi dictio cum qua componitur ſemis a vocali incipiat:per ſynalœpham exteritur. vt ſemuncia, quod a ſemis & vncia.ſemhomo,quod a ſemis & homo.ſemuſtus,quod a ſemis & vſtus.Perſius.hæreat,vt ſtultis breuis,vt ſemuncia recti. Vergi.viij.æneid.ſemihominis caci facies,an potius ſemhominis caci facies:quoniam in compoſitione litteræ,quæ non pronunciantur,etiam nec ſcribuntur. Matricida producit Auſonius, dicens.Matricida Nero proprij vim protulit enſis.cur non & fratricida, quem Prudentius breuiauit, & homicida quem Iuuenal. ¶ Omnia præterita duarum ſyllabarum producunt ex illis priorem.vt feci a facio facis.legi a lego legis.moui a moueo moues.caui a caueo caues. quamuis enim prima verbi poſitio breuietur,nihilominus in præterito producitur. præterq̃ in verbis ſex,quæ hic explicantur cum ſuis compoſitis.ea ſunt bibo bibis bibi.ad bibo,ad bibis,adbibi. Martialis.dixit,& ardentes auido bibit ore fauillas.Scindo ſcindis ſcidi.abſcindo abſcindis abſcidi.recindo recindis reſcidi. Papi.viij.Theba. oraq; pectoraq; & viridem ſcidit horrida veſtem.Lucanus in.iij.qua mare tellurem ſubitis,aut obruit vndis, aut ſcidit.Findo findis fidi.diffindo diffindis diffidi.Vergilius.in. viij. & media aduerſi liquefacto tempora plumbo diffidit, ac multa porrectum extendit arena. Do das.dedi reddo reddis reddidi. trado tradis tradidi. Vergilius. ſecundo æneid. inſidiæ iam deiphobi dedit ampla ruinam . Sto ſtas.ſteti. obſto obſtas obſtiti.conſto conſtas conſtiti.reſto reſtas reſtiti. Idem in.v.his,magnum alcidem contra ſtetit. his ego ſuetus.Fero fers tuli.circunfero circunfers circuntuli.confero confers contuli. Ouid. primo metamorphoſeos, & tulit ad climenem. Epaphi conuitia matrem. Iuui quoq; præteritum ab eo quod eſt iuuo iuuas. Catullus ad ortulum breuiauit dicens,non ita me diui vera gemunt iuuerit.ſunt qui legant iuerint. pro iuuerint ; ſed huiuſmodi ſyncopes ratio inaudita eſt,habentia vero vocalem ante vocalem nihil dubium eſt breuiare. vt,ruo.ruis.rui.nuo nuis nui.luo.is.lui.

*Quod ſi præteriti,præterita geminantia primas ſyllabas(de præterits plurium ſyllabarum intelligit) nam de ſyllabis ſuperius regula tradita eſt:fuerunt autẽ duo tantũ do dedi & ſto.ſteti.omnia inq̃ illa breuiant.vtraſq; ſyllabas.vt pario.is.pepeci.diſco.is.didici.tundo.is.tutudi.pango.is.pepigi.pũgo.is.pupugi.tango.is.tetigi.pello.is.pepuli.tollo.is.tetuli.cano.is.cecini.Si vero poſt ſecundam ſyllabam ſequantur duæ conſonantes, producunt illam, vt mordeo.es. momordi.tondeo.es.totondi,ſpondeo.es,ſpopondi.pendeo.es. pependi.poſco.is,popoſci,parco.is.peperci,pendo.is.pependi.tendo.is.tetendi. fallo,is.*

Quod ſi præteriti geminetur ſylla prima:
 Vtraq; corripitur,niſi duplex conſona tardet,
 Cædo cęcidi dat,cui iunges pedo pepedi.
 Quæ ſi componas ex his dipunge priorem,
Longa ſupina manent diſyllaba ſede priori,
 Hæc breuiant primas,& quæ cõponis ab illis,
 Et ſtatus atq; datus.ratus & rutus & ſatus. hiſq;
 Et ſitus & litus & citus & quitus,atq; itus addes,
Ex.ui.præterito.ui.in.tum,faciente ſupinum:
 Præter ſex tantũ iam dicta penultima lõga eſt.
Dictio compoſita deriuatiuaq; ſimplis:
 Et primogenitis æqualia tempora ſeruat.

*feſelli.curro.is.cucurri. Cædo quoq; & pedo tametſi non ſequuntur duæ conſonantes etiam producũt.vt cecidi.pepedi.Iuue.ebrius & petulans ſi quemq̃ forte cecidit.Hor.ij.ſer.nam diſploſa ſonat quantum veſica pepedi.In compoſitione quoq; eadem ratio ſeruatur.nam illa quæ primam ſyllabam in compoſitione amittunt, alterã ꝓducunt aut breuiãt,ſcđm ea q̃ dixit.vt fallo.is.feſelli.refello.is.refelli.cedo.is.cecidi.abſcindo.is.abſcidi.pello.is.pepuli.cõpello.is.compuli.tundo.dis. tutudi. contundo contundis contudi.Horat.ij.epiſtola. duram qui contudit hydram. antiquiores tamen eandem produxerunt,vt Ennius.viroſq; valentes contudit crudelis hyems.¶ Longa ſupina,ſupina duarum ſyllabarũ producunt ex illis priorem:vt lauo lauas lotum.moneo moues motum, nuo.is. nutum. Breuiant vero eadem ſupina,quæ hic explicantur cum ſuis compoſitis. Do das datum,reddo.is.redditum.trado.is.traditũ. Verg.i.æñ. poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Sto ſtas,ſteti,ſtatum. Luca.in.x.his aſcripſit aquis quorum ſtata tempora flatus, deriuata quoq; eãdem legem ſeruant,vt ſtatio,onis.ſtatus.us.ſtatura.æ.Verg.ij.æneiđ.nunc tãtum ſinus & ſtatio male fida carinis.Ouid.iiii.faſto.hic ſtatus in cælo multos permanſit in annos.ſtaturus tamen,hoc eſt participium futuri in.rus.ſemper producit primam.Luca.in.vi.vnaq; percuſſit pontũ ſymplegas inanem,& ſtaturam redit.Compoſita vero q̃ mutant.a.in.i.ſemper breuiant,quæ vero non mutant,producunt,vt præſto.as.præſtitum.atum.præſtatus.præſtaturus.conſto.as.conſtitutum.conſtatum.conſtaturus. Luca.in.ij.conſtatura fides ſuperum,Cieo.vel cio cis ciui citum,aut eſt ſecundæ coniugationis:aut quartæ,ſi ſecundæ breuiat,ſi quartæ producit.Ouid.ij.meta.obuius ire polis:nec te citus auferat axis.Compoſita vero tum breuia,tum producta reperiuntur.vt excio.is.exciui excitum.vel excitum.concio.is.iui.concitum,vel concitum.accio.is.acciui.accitum vel accitum.Papi.iij.thebai.excitus & longam iam pridem indignantia pacem.Verg.ij.æñ. excitum ruit ad portus & littora complent.Flaccus.v.argo.ipſe autem tantis concita furoribus arma. Verg.i.æñ.regius accitu chari genitoris ad vrbem.Sero.is.ſeui.ſatum & ab eo compoſita,vt conſero.is.conſeui.ſitum.aſſero.is.aſſeui,aſſitum. Verg.in buc. dulce ſatis humor.Ouid.conſitaq; arboribus lycea reliquerat arua,Sino.is.ſiui.ſitum. & ab eo compoſita deſino.is.deſiui deſitum.Idem.ij.meta.hic.ſitus eſt phaeton currus auriga paterni. Cicero pro Cornelio,ceptum igitur per eos qui volebant deſitum,per hunc qui diſceſſit. Ruo.is.rui.ruitum facit in ſupinis,ſed ab eo compoſita rutũ,quæ omnia breuiant,vt obruo.is obrui,obrutum.diruo.is.dirui.dirutum.eruo.is.erui.erutum. Ouid.in epiſtola,penelo.obrutus inſanis eſſet adulter aquis.Idem in eadem diruta ſunt aliis:vni mihi pergama reſtant.Lino.is,lini.vel leui,litum:& ab eo compoſita.vt oblino oblitum,illino illitum.relino relitum. Verg.iij.geor.paribus lita corpora guttis.Ouid.in epiſtola canaces.oblitus a dominæ cæde libellus erit. Luca.in.viij.illita tela dolis,nec marte cominus vnq̃. Eo.is.iui.itum.& ab eo compoſita.vt prætereo.is.præteritũ. obeo.is.itum.Ouid.i.meta.ſed itum eſt in viſcera terræ.Verg.viij.æñ.o mihi præteritos referat ſi iupiter annos. Idem.x. morte obita quales fama eſt volitare figuras.Ambio.is.quod ab am præpoſitione inſeparabili & eo componitur, tum breuiare,tum producere reperitur:nam ambitus.us.nomen breuiat.Luca.in.i.letalis ambitus vrbi,ambitus.bita.bitum.participium producit.vt Vale.v.argo.ambituq; ſenem promiſſaq; vellera puppi.Ouid.i.metamor.iuſſit & ambitæ circundare littora terræ.Queo quis quiui quitum.& ab eo compoſita nequeo.is.nequiui.nequitum.Teren.in ecyra. nam cum compreſſa eſt nata forma in tenebris noſci nõ quita eſt.Reor.is.ratum.Verg.ij.æñ.nos abiiſſe rati & vento petiiſſe Mycenas, & ab deriuatum ratio breuiat.¶ Ex vi præterito,q̧ ſpina plurium ſyllabarum:nam de diſſyllabis paulo ante poſuit regulam. ſi formantur a præterito perfecto indicatiui modi terminato in.vi.vi.mutata in.tum.in quacunq; coniugatione producunt penultimam.vt amo.as.aui.atum.Pecto.is.quemadmodum lib.ij.diximus,quod in præterito pectiui fecit & in ſupino pectitũ penultimam breuiant.Colu.verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus:ſed ſuſpicamur ab alio præterito hoc eſſe pectui quod in vſu non reperimus.¶ Dictio compoſita,q̧ tanta eſt vocalis in dictione deriuata & compoſita,quanta fuit in dictione primitiua & ſimplici.hæc regula patet latiſſime. Deinde regulam adhuc declarat dicens,q̧ ſi vocalis in vocalem mutetur,nihilominus eadem quantitas manet.vt ab in & amicus componitur inimicus.a.mutata in.i.manente eadem conſonante,hoc eſt.m.ergo vtraq; vocalis,hoc eſt.a.in ſimplici & i.in compoſito breuiatur. Rurſus ab inimico deriuatur inimicitia manente eadem ſyllabarum quantitate.Diphthongus quoq; eadem ratione in vocalem longam ſemper vertitur ſicut cædo:occido,lædo.collido.plaudo.explodo claudo.includo. Quod ſi conſonans mutetur: aliã rationem ſequi debemus: nam eundum eſt ad primas atq; medias ſyllabas. Eſto exempli gratia iuuenis,breuiat primam.iunior producit eandem. & eodem modo iuuo.cado.foueo.bis.nouem decem primas breuiant,ab illis tamen deriuata iucundus.iumentum.caſus. fomes.bini.noni.deni:quia mutant conſonantes producunt eaſdem.*

*¶ Habet tamen hæc regula exceptionem.nam a ſupinis verborum primæ coniugationis in.atum,exeuntibus frequentatiua deriuātur vel formantur potius.a.longa in.i.breuē mutata,vt imperatu imperito.itas.a.minatu minitor.aris.a portatu portito portito portas.Præterea verba quæ dicūtur meditatiua vel potius deſideratiua,formanturq; ab vltimo ſupino qđ in.u.longū deſinit.addita rio.vt ab eſu eſurio.a mictu micturio a partu parturio.in quibus.u.breuiatur.Iuue.eſurit intactā paridis niſi vendat agauē.Idem noctibus hic ponūt lecticas.micturiūt hic.A no.nas.naui natū quoq; prima lōga dicimus a nato.as.eadem breui.Vergil.in.v.æn̄.illum & labentē teucri riſere natantē.& a noſco noſcis noui notū,prima lōga deriuatur a noto.as.eadē breui. Verg.in buc. parta meæ veneri ſunt munera namq; notaui.Agnitus quoq; & cognitus a notus compoſita breuiant. Iuue. agni:⁹ accipies iubet a precone vocari.Luca.in.iij.cali da mihi cognitus axis ægypto.Igitur ex breui ſyllaba plærumq; fit longa nō modo manente eadem cōſonāte,ſed etiā eadem vocali.vt a rego.gis.rex & regula,a lego.gis.lex.gis.a lateo.es.laterna.æ.a ſedeo.es. ſedes.is. a vomo.is.vomis.eris.a voco.as.vox vocis,a venio.is. vena.æ.ab humeo.es.humor,oris,a rapio.pis. rapīi.i.a ligo ligas,ligula.æ.a macro macero.as.a vitio,vitupero vituperas,a iugero iugerū.i.ab italia italus. a.um.a Sicilia ſiculus.a.um.a cerere ceritus.a.um.a ſecus aduerbio ſecius. Et mutata vocali ab homine,humanus.a.um. Econtrario ex ſyllaba longa fit breuis.vt a dico dicax dicacis,a luceo lucerna.æ.ab areo ariſta.æ.a mole moleſtus.a chio,chius.ab aſia,aſius,a ſopio,ſorpor.oris.a frāgo fragor,oris.& fragilis,a ſagino,ſagax,acis.a vado.dis.vadū.i.a diſſero.is.deſſertus.a.ū. a iuro.as.deiero.as.peiero.as.ab æquo.as,aqua.æ.a fido.is.fides fidei.ab odi.iſti.odiū.ij.a titulo,tutor.aris.a quattuor quater,a farre,farina.æ.a tigno,tigillus,a ſigno ſigillū,ab offa offella offellæ.a.māma,mamilla.æ.a lotus lotiū lotij.a fatu fatuus fatua fatuū.ab acer acerbus arcerba acerbum.a femine,femur femoris,ſed de his in primis atq; medijs ſyllabis dicemus.*

Sed ſunt multa quibus non ſeruit regula ſemper.
Illa tamen quæ ſint,primas mediaſq; require.

¶ De crementis ſingularis. Cap.ij.

EX.a.mittit,atis,genitiuus;& eſt breuiandus,
Onis.& enis.ab.o.producit,inis breuiatur.
Al.alis,neutrum producit,ſed breuiat mas.
Nomen in.el.elis,protendit;dic & hebreum.
Il.breuiabit.ilis. Vl.ulis,cui iungere debes.
Vnus in.ol.eſt ſol.crementum porrigiturq;.
An.anis.produc.atq;.En.ſi mittit in.enis.
Qod ſi mittit.inis.breuiat.In.porrigit.inis.

*DE crementis nominū.Reliqui oēs artis grāmaticæ præceptores,quos ego vnq̄ legi,quantitatem ſyllabarum nominis per declinationem primum,deinde per regulas particulares,quas de primis medijs atq; vltimis ſyllabis ſcripſerunt,ſparſiſſe video.fecerunt illi fortaſſe hoc recte:ſed ad puerorum eruditionem non ſatis commode. Nos tamen qui hanc curam ſuſcepimus:vt nil illis ediſcendum proponeremus,quod non illa ætas poſſit capere,ſeparauimus a declinatione hanc ſyllabarum perplexitatem:nec per numeroſas illas regulas ſparſim diffudimus,ſed in vnum quaſi conſpectum in hoc ſecundo Cap.compegimus,quod eſt decremētis nominum.Cremētū vero nominis dicitur quoties genitiuus ſingularis creſcit ſuper primam nominatiui poſitionem,idq; aut in ſingulari,aut in plurali.Agit itaq; in primis de cremento ſingulari,ſed potiſſimum tertiæ declinationis:quia prima non habet crementum niſi cum mittit genitiuum in.ai. ſecundæ tantū in.r.deſinentibus,quæ cum tertia declinatione confunduntur,quartæ & quintæ ad generalem regulam de habentibus vocalem ante vocalem referenda ſunt.¶ Ex.a.mittit.atis.in.a.igitur deſinentia,quæ omnia græca ſunt mittentia genitiuū in.atis.breuiant ſyllabam,quam ſuperat crementum.vt dogma dogmatis.poema poematis.ſchema ſchematis.¶ Onis.& enis. In.o.exeuntia in.onis.vel in.enis.producunt:vt cerdo cerdonis.mango mangonis.anio anienis,nerio nerienis.Exeuntia vero in.inis.breuiant:vt virgo virginis.apollo apollinis. Nomina vero græca in.on.deſinentia ſi ad declinationem latinam in.o.reducantur,etiā breuiāt,ſi apud græcos breuiabant,vt agamemnon agameno agamēnonis.Papin.in achilleide.ſtimulatq; agamenno volentes. ¶ In.c.duo tantū ſunt,lac lactis,quod poſitione producit,halec halecis,quod natura. Mart.capparis & putri cepe & haleci natantes,quanq̄ pro piſce etiam poſſit accipi. ¶ Al.alis.neutrum.In.al.neutra producunt, vt animal animalis.tribunal tribunalis.vectigal vectigalis. Maſculina vero breuiant,vt hic ſal ſalis.hannibal hannibalis. Verg.i.æn̄.vela dabant læti:& ſpuma ſalis ære ruebant.Iuue.expende hannibalem,quod libras in duce ſummo. Valerius probus grammaticus præſtantiſſimus referente Gellio.libro.iiij.hannibalis & haſdrubalis & hamilcaris & huiuſmodi nomina barbara ita pronunciabat,vt penultimam circumflecteret.quod niſi longa eſſet fieri non poterat,tamen vnum tantum Ennij poetæ tetrametron attulit ex eo libro,qui ſcipio inſcribitur.i.qui propter hannibalis copias conſiderant.vbi ſexta ſyllaba neceſſario debet eſſe longa,quia tertius pes iambus eſt.¶ Nomen in.el.deſinentia omnia ſunt barbara preterq̄ duo monoſyllaba mel & fel,quod ſi ad noſtram declinationem(vt alio in loco diximus)referantur,adiectione ſyllabæ id fieri debet.vt michael michaelus.iſrael iſraelus,penultima lōga:ſed quia noſtri ſub terminatione barbara audēt inflectere,merito debent produci,quandoquidem in.el.longa finiuntur,q; a græcis per.e.longum ſcribi conſueuerunt. vt michael michaelis,gabriel gabrielis.mel vero mellis & fel fellis poſitione duplicis.l.producuntur. ¶ Il.breuiabit illis.In.il.breuiāt. vt vigil vigilis.tanaquil tanaquilis. ¶ Vnus in.ol.eſt ſol.In.ol.vnum reperitur tantum ſol ſolis,quod producit. In.ul. breuiat.vt cōſul.ulis.præſul.is.exul.lis.¶ An.anis.pduc.in.an.pducūt.vt acarnā.anis.Ouid.lib.viij.meta.annis acarnaum letiſſimus.Pean.nis.Verg.vi.æn̄.lætum peana canentes.In en,quæ mittunt genitiuum in.enis.producunt.vt ren renis,ſplē.enis. ſiren.enis.Perſius.qui faciā?ſed ſum petulanti ſplene cachinno.Hora.ſyrenū ſcopulos & circes pocula noſti.In.inis. vero breuiant,vt numen.inis,uolumen.inis.¶ In porrigit.inis,In.in.per.i.latinum,vel in.yn.per.y.græcum producunt:vt delphin delphinis,ſalamin ſalaminis.phorcyn.ynis.Verg.in bucco.orpheus in ſiluis,inter delphinas arion. Hora.i.carmi. teucer ſalamina patremq;.Ouid.iiij.metamor.ſquallebant late phorcynidos ora Meduſæ.*

On,modo producit;modo corripit.o.genitiui.
Si tenet.o.magnum producit,ſi breue curtat.
Nomen quod fit in.ar,genitiuo protrahit,aris.
Sed breuiat Cæſar cum nectare.parq;,iubarq;.
Atq; arar & baccar.peregrinaq; nomina quędā.
Tertia quod nomen declinat,ſiue ſecunda:
Si finitur in.r.breuiabis.Demis,iber.ver.
Grecū nomē in.er.modo curtat.vt æther & aer.
Et modo producit.vt crater atq; caracter.
Sed breuiat treuir & vir.cum martyre gadir.

*¶ On.modo producit,in.on.partim breuiant,partim producunt,nam que apud græcos mittunt genitiuum in.onos.penultima per.o.micron breuiant.vt dæmon.onis.canon.onis,lycaon.onis.peon,peonis,amithaō.onis,agamemnon.onis,eſon.is.amphion.onis.ixion,onis.parthaon.is.ſydon.onis.memnon.onis.emathion.onis.Ouid.i.meta.fœda lycaoniæ referens conuiuia menſæ.Idem in.v.vel nos emathijs ad peonas vſq; niuoſos.Verg.iij.æñ.phyllirides chirō,amithaoniuſq; melampus.Idem.iij.æñ.res Agamēnonias victriciaq; arma ſecutus.Ouid'.vij.meta.& caſu ſubito formoſior eſone natus.Idem.xij.met.duxerat hippodamē audaci ixione natus.Papi.in achilleide,cumq; ſuo memorant amphione thebas.Ouid.x.meta,accipe me generum dixi parthaone nate.Martial.quid torus a nilo quid ſindone tinctus olenti.Vergil'.i.æñ.coaſq; acies & nigri memnonis arma. Quæ vero apud græcos mittunt genitiuum in.onos.per.o.mega penultimam producunt eandem.vt amidon.onis.ancō.anconis.babylon.onis.citheron.onis.caulon.onis.colophō.onis,cremyon.onis.cydon.onis.damon.onis.daphnon.onis.dolon.onis.emathion.onis,helicon.onis.lacō.laconis.ladon.onis.naſamon.onis.orion.onis.platanō.platanonis,prophirion,onis.peteon,onis.ſaſon.onis.ſinon.onis.ſicyon.onis.ſalamon.onis.triton.onis.trygon.onis.Iuuc.hic alta ſycione,aſt hic amidone relicta.Catullus quoq;.ancona gnidūq; arenoſam colis.Mart.aſſiduus iactet nec babylona labor.Proper.ſaxa citheronis thebas agitata per artem.Verg.iij.æñ.cauloniſq; arces:& naufragum ſcylaceum.Luca.in.viij.& placidi colophona maris ſpumantia paruæ.Ouid.vij.meta.quodq; ſuam ſecurus arat cremyona colonus.Luca.i.vij.illic & libyæ numidas & creta cydonas.Verg.in buc.paſtorum muſam damonis & alpheſibei.Mart.daphnonas platanonas & aereas cypariſſos.Ouid.in epiſt.penelo.retulit & ferro rhoeſum dolonaq; cæſos.Verg.emathiona liger.corineum ſternit aſilas.Idem.vij.æñ.panditæ nunc helicona deæ cantuſq; mouete.Papi.vij.the.tandem ſperatus nudaum plæbe laconum.Ouid.i.meta.donec arenoſi placidum ladonis ad amnem.Silius.lib.vi.exanimā naſmona tyram ſuper ipſe iacebat.Verg.i.j.æñ.armatumq; auro circumſpicit oriona.Mar.& nomen praſini porphirionis habet.Papi.vij.the.& ſulco petecna domant refluumq; meatu.Sillius.adriaci fugite infauſti ſaſonis arenas.Verg.ij.æñ.talibus inſidijs periuriq; arte ſinonis.Ouid.ij.meta.ceruleos habet vnda deos tritona canorum.Martial.captabit tepidum dextra læuaq; trygona. Sunt quædam nomina habentia indifferens crementum.vt ſidon ſidonis.egeon egeonis.edon edonis.Verg.i.æñ.atq; equidem teucrum memini ſydona venire.in deriuatis tum producta tum breuis reperitur,quod ipſum argumento fuerit in primigenio crementum fuiſſe medium,tametſi ſemper longa reperitur.Verg.primo æneid'.obſtupuit primo aſpectu ſidonia dido.Idem in.iiij.ſidoniam picto chlamydem circundata limbo:& iterum in eodem,& quos ſidonia vix vrbe reuelli.Aegeon quoq; Ouid'.libro.ij.meta.produxit dicens.ægeona ſuis immania terga lacertis.Claudianus vero breuiauit cum dixit:nec centum gemini ſtrictis ægeonis enſes.Edon præterea mons ſiue promontoriū thraciæ,quod mediam habet ſecundam,quod ex deriuatis licet cognoſcere.vt apud Verg.xij.æneid'.ac velut edoni boreæ cum ſpiritus alto.Ouidius quoq;.protimus in ſiluis matres edonidas omnes,vtrobiq; producitur.idem tamen.ij.de reme.breuiauit dicens.ibat vt edonio referens trieterica baccho.& Luca.i.edonis ogygio decurrit plena lyæo.& Syll.iiij.puni edonis vt pangea ſuper trietoride motu.¶ Nomen quod fit in.ar.q. nomina terminata in.ar.producūt crementū,vt cochlear.aris.puluinar.aris.torcular torcularis.Breuiant vero Cæſar.aris.& quæ ſequuntur.Verg.in buc.ecce dionei proceſſit cæſaris aſtrum.Idem in.i.æneid'.ſtipant & dulci diſtendunt nectare cellas.Idem in buc.& cantare pares & reſpondere parati.Idem.iiij.æneid'.it portis iubare exorto delecta iuuentus.Idem in eodem opere,aut ararim parthus bibet,aut germania tigrim.Idem in buc.errantes hederas paſſim cum baccare tellus.Peregrinaq;,quod quædam etiam nomina propria barbarorum breuiant:vt amilcar.aris.gaſpar.aris,boſtar.aris.balthaſar.aris.ſed hæc quemadmodum diximus ex Gelij & Probi autoritate poſſunt producere:ſed frequentior vſus habet vt breuientur.¶ Tertia quod nomen,quod nomina in.er.deſinentia ſiue ſint ſecūdæ ſiue tertiæ declinationis breuiant crementum,vt puer pueri.gener generi.tener teneri.paſſer paſſeris.mulier mulieris,nemo vnquam dixit,q. mulier in obliquis produceretur:præter vnum Priſcia.neq; in locis illis quibus de hoc agebat.ſed in libello de accentu,quem multi huius autoris eſſe non putant.Alexandrum vero quanti faciamus alijs in locis ſumus teſtati.Producunt vero iber i[illegible]ri,quanquā græcis potius annumerari debeat.Lucanus in.iiij.gallorum celtæ miſcentes nomen iberis.& ab eo compoſitum celtiber celtiberi.Martial.vir celtiberis non tacende gentibus.Producit quoq; ver veris.Verg.i.georg.vere nouo gelidus canis cum montibus humor.Græcum nomen,q. nomina græca modo producunt modo breuiant cremētum.Producunt vt byzer byzeris,brachioniſter brachioniſteris.crater crateris,clyſter clyſteris.clymater clymateris.character characteris.cremaſter cremaſteris.halter halteris.luter luteris.phyſeter phyſeteris.præſter præſteris.ſer ſeris ſoter ſoteris.Flaccus libro quinto argonauticæ.byzereſq; vagi philyreq; a nomine dicta littora.populi ſunt ponti.Vergilius in buccol'.crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui.Martialis.quod pereunt ſtulto fortes haltere lacerti.Rufus in arato.delphinas virides & phyſeteras anhelos.Sed de his in declinatione græca plura dicentur:ex græcis vero quædam breuiant,vt aer aeris.æther ætheris.¶ Sed breuiant nomina in.ir.tam ſecundæ quam tertiæ declinationis:rara ſunt ea fere,quæ hic explicantur & breuiant crementum,gadir vero apud Dionyſium.qui perihegeſim ſcripſit de ſitu orbis,gadira in accuſatiuo producte legitur.*

Porrigit oris.ab.or. Breuiãt ſed marmor & ęquor.
Et memor atq; arbor. Grecũ quoq; iungit illis.
Et quod componit corpusq;:puerq;; decusq;.
Vr.breuiat ſemper:ſed de fur dicito furis.
As.atis.produc.Breuiant ſed vas vadis.& mas.
His addatur anas.& ados capientia græca.
Es.breuiabit.etis.vel.itis.Sed deme quietis.
Et magnes.locuplesq;.græcum quod facit.etis.
Merces mercedis illis iungatur.& hæres.
Pesq; pedis breuiat,nomenq; quod ex ſedeo fit.
Datq; Ceres cereris,qđ ſolũ in.ris.breuiabit.
Nomen in.is.quod mittit.idis.vel.eris.breuiabit.
Illud producit,quod mittit in.itis,&.iris.
Et quæ dant.inis,de ſanguis ſanguinis exit.
Protrahe nomen in.os,quod mittit in.oris,&.otis.
Cuſtos cuſtodis producit,bos bouis arctat.
Et q̃ componit potis & pote compos & impos.
Vs.breuiabit.oris.&.eris.pecus hæc pecudisq;.
De pus exit.odis.tibi ſit pro teſte melampus.
Sed palus & ſubſcus atq; incus & quod in.utis.
Tendunt obliquos,intercus.utis,tibi præbet,
Telluris venerisq; dabunt tellusq; Venusq;.
Si monoſyllaba ſunt,genitiuus porrigit.uris.

¶ *Porrigit.oris.quod nomina in.or.producũt crementũ.vt amor.oris.dolor.oris.Breuiant vero marmor.oris.Verg.vj.æñ. in lento luctantur marmore tonſæ.Aequor.oris.Verg.j.æñ.diſiectã æneæ toto videt æquore claſſem.Memor.oris.Idem.j.æñ. at ſperate deos memores fandi atq; nefandi.Arbor.oris.Idem.j.geor.cauat arbore lintres.Græcum quoq;.qđ nomina græca etiã breuiant crementũ.vt neſtor.oris.hector.oris.rhetor.oris.Et qđ cõponit,qđ nomina quoq; cõpoſita a puero.corpore & decore breuiant.vt publipor.oris.marcipor.oris.lucipor.oris.tricorpor.oris.bicorpor.oris.indecor.oris.dedecor.oris.Ador tum breuiare cũ producere Priſcianus autoritate Enij probat dicentis, hic adoris dat primicia ſibi ſanguine libat. Idem alio in loco producit dicens.Emicat in nubes nidoribus ador adoris.ab eo quoq; deriuatũ Verg. produxit.vij.æñ.ſtatuuntq; dapes & adorea liba per herbam.¶ Vr.breuiat,quod nomina in.ur.ſiue ſint ſecundæ ſiue tertiæ declinationis breuiãt:ſed ſecũdæ vnũ tantum reperitur.ſatur ſaturi:tertiæ vero plura.vt fulgur.uris.ſulphur ſulphuris.murmur.uris.Et q̃ faciunt in.oris.iecur.oris.femur.oris ebur.oris.robur.oris.fur vero producit,Verg.in buc.quid domini facient audẽt cum talia fures.¶ As.atis.produc.q̃ nomina tertiæ declinationis finita in.as.producunt crementum.vt c ia tas.atis.bonitas.atis.honeſtas.atis. Breuiant vero vas vadis.Hora.j.ſermo.ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt.Mas maris.Perſius atq; marem ſtrepitum fidis intendiſſe latinæ.Anas.atis. Martialis.& anatis habeas vropygium macræ. Eſt enim trimetrũ iambicum habens in primo loco tribrachum. Ruffus in arato.lati pedemq; anatem cernes excedereq; ponto. Macer quoq; anſeris.aut anatis mixta pinguedine tauri.Vas quoq; vaſis cremẽtum producit per regulam etiam ſi in atis.genitiuus non exeat. nam per.as.atis. voluimus intelligi nomina in.as.tertiæ declinationis ad differentiam eorum,quæ ſunt primæ.Et.ados,q̃ nomina græca tertiæ declinationis mittentia genitiuum in.ados,breuiant crementũ,vt arcas.ados.pallas.ados. dryas.ados.¶ Es.breuiabit.etis.vel.itis.q̃ nomina tertiæ delinationis mittentia genitiuum in.etis.vel.itis.breuiant crementum.vt paries.etis.ſeges.etis.ſtipes ſtipitis. miles.itis. Producit vero quies.etis.& ab eo compoſitum inquies.etis.& locuples.etis. Perſius.in locuplete penu defenſis pinguibus vmbris. Et nomina græca mittentia genitiuum in.etis.vt magnes gnetis.tapes.etis.lebes.etis.dares.etis.Luca.in.iij.& magnetes equis.minye gens cognita frenis. Sillius.iiij.puni.illud ſidonio fulgentem ex ære tapeta. Ouid. in epiſtola briſeidis: viginti fuluos operoſo ex ære lebetas. Verg.v.æneiđ.creber vtraq; manu pulſat verſaq; dareta.Merces quoq; mercedis,& hæres hæredis producunt.Verg.ij.georg.cogendæ in ſulcum,ac multa mercede domandæ.Sed ceres quod ſolum miſit genitiuum in.ris.breuiat.Vergil.primo æneiđ.tum cecerem corruptam vndis cerealiaq; arma. Peſq; pedis.Perſius numeros ille:hic pede liber. Nomenq;,vt obſes obſidis.reſes.idis. Ouid.j.meta.obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.Verg.iiij.æneiđ.iampridem reſides animos.¶ Nomen in.is.quod mittit,q̃ nomina deſinentia in.is.quæ mittunt genitiuum in.idis.breuiant crementum.vt lapis.idis.cuſpis.idis.caſſis caſſidis. & nomina græca.vt paridis.idis.hyaſpis hyaſpidis.tigris tigridis.Breuiant quoq; mittentia genitiuum in.eris.vt cucumis.eris.cinis.eris.puluis.eris.vomis.eris.Producunt ve o exeuntia in.itis.vel in.eris. vt glis.iris.dis.tis.ſamnis.itis.lis.tis. quiritis.itis.Verg.vj.æñ.noctes atq; dies patet atri ianua ditis.Ouid.tñ in ep͞la phyllidis breuiauit dicẽs. & pulſatu nigrẽ ianua ditis,quædam tamen pro ditis legunt dei. Et quæ dans.inis.de nominibus græcis intelligit habentibus in nominatiuo duas terminationes in.in.vel in.is.quæ mittunt genitiuũ in.inis.penultima longa.vt eleuſin vel eleuſis.inis.ſalamin vel ſalamis.inis.delphin vel delphis.inis.phorcyn vel phorcis.ynis. vnum tamen latinum reperitur ſanguis.inis.quod breuiat crementum.¶ Protrahe nomen in.os.q̃ nomina tertiæ declinationis finita in.os.quæ mittunt genitiuum in.oris.& in.otis.producunt crementum.vt ros.roris.flos.oris.mos.oris.lepos.oris.ſacerdos.otis.nepos.otis.rhinoceros.otis.monoceros.otis.phileros.otis.Quæ vero mittunt genitiuum in.ois.græca,quemadmodum ſupra diximus,producunt crementum.vt minos.ois. heros.ois.thos.ois.Sed breuiant bos bouis,& compoſita a potis & pote cõpos otis.impos.otis.¶ Vs breuiabit.eris.& oris. q̃ noĩa tertiæ declinationis deſinẽtia in.us.quæ mittũt genitiuũ in.eris. vel in.oris.breuiant.vt genus.eris.funus.eris.tẽpus temporis,corpus.oris.quibus ãnumerari debet hæc pecus.udis.Et nomina græca compoſita a pus podos,quod eſt pes.vt melampus.odis.i.habens pedes nigros.tripus.odis.decapus.odis.Producunt vero palu udis.ſubſcus.udis.incus.udis.& mittẽtia genitiuum in.utis.vt virtus virtutis.iuuentus.utis.ſalus ſalutis.ſenectus ſenectutis.ſeruitus ſeruitutis.Ex mittentibus vero in.utis. vnum breuiat intercus.utis.Monoſyllaba quoq; mittentia genitiuum in.uris.producunt,vt mus muris.ius iuris. thus thuris.rus ruris.*

Crementum breuiat.s.conſona, ſi præit illi.
Porrige ſęps & plębs diphthōgō.Gręca notēt.
Tenditur ex illis pars quædam, pars breuiatur.
Sed capitis breuiat caput & ſua compoſitiua.
Quod fit in.ax.nomen producit;fax breuiabit.
Ex græcis partim producunt,pars quoqꝫ curtat.
Nomen in.ex.breuiat,produc in gis duo,rex,lex.
Et vibex,halex;& veruex.Græca notentur.
Protrahit.ix.icis.Nonnulla tamen breuiantur.
Sunt ea coxendix,hiſtixqꝫ.filixqꝫ.larixqꝫ.
Atqꝫ calix,& pix,& onyx,varixqꝫ,ſalixqꝫ.
Bebryx atqꝫ cilix & erix,Natrix quoqꝫ ſerpens.
His numeres in.gis.mittentia,nix niuis addes.
Ox.ocis,producit,vt atrox,Gis breuiabit.
Cappadocis breuiat;& præcox iungitur illi.
Porrige nomen in.ux,quod mittit in.ucis.&.ugis,
Quinqꝫ tantum breuiant hæc, nux,crux,dux ducis;& trux,
Atqꝫ Volux volucis;de coniux coniugis exit,

¶ Crementum breuiat,q nomina tertiæ declinationis deſinentia in.s.habentia conſonantem ante.s.breuiant crementum:vt hyems.is.inops,opis. arabs arabis,ſcobs ſcobis,ſcrobs.bis.trabs trabis.quamq̃ Iuuencus produxit libro primo dextra ſed proprio fallax de lumine trabem,cum apud autores ſemper breuietur.Ouidius.a trabe ſublimi triſte pependit onus.Producunt vero ſæps.pis.& plebs,bis.quia diphthongon ſcribuntur,nā ſeps ſepis pro quodā ſerpentis genere breuiat.¶ Græca notentur,q noīa græca partim breuiāt,partim producūt,nā quæ retinent o micron breuiāt.cecrops,opis.æthiops.opis,quæ vero habent.o.mega.pducūt:vt hydrops.opis,conops.conopis.ciclops.opis,europs.opis.Sed de his,cum de declinatione græca agetur plura dicemus.Griphs vero griphis pducit,ſed ciniphs.iphis.breuiat.¶ Sed capitis de nominibus deſinentibus in.t.vnum tātum reperitur quod declinatur caput,itis,qđ breuiat crementū cū ſuis cōpoſitis ſinciput.ipitis & occiput.ipitis.Compoſita vero a capite,quæ deſinūt in.ps.ex.regula ſuperius tradita diximus breuiare.vt biceps.ipitis.anceps itis.caprīceps.itis.¶ Quod fit in.ax.q noīa deſinētia in.ax.producunt crementum.vt audax.audacis.contumax contumacis.pertinax.acis.Breuiant vero fax facis.Vergili.in buc.mopſe nouas incide faces.Ex græcis,quod nomina græca in.ax.deſinentia partim producūt.vt trax.acis.aiax.aiacis.ſiphax.acis.Verg.iij.æn̄.thraces arant acri quondam regnata Lycurgo.Idem in primo.vnius ob noxam & furias Aiacis oilei.Iuuena.tolle tuum precor hannibalem victumq; ſiphacem.Ouid.vj.faſtorū.poſtera lux oritur ſuperat maſiniſſa ſiphacem.Claudianus tamen breuiauit dicens.compulimus durum ſiphacē,partim breuiant.vt abax.acis.a quo eſt abacus.i.atax atacis,dropax.acis.pharnax pharnacis,ſmilax,acis.ſtorax.acis.Iuue.ornamētū abaci,necnon & paruulus infra.Horat.i.ſermo.hoc erat experto fruſtra Varrone atacino,ab atace fluuio galliæ ſic cognominato.Mar.pſilotro faciem lauas & dropace caluā.Serenus necnon appoſito curātur dropace membra.Luca.in.ij.tigranēqꝫ meum,nec pharnacis arma relinquas.Ouid.iiij.met.& crocon in paruos verſum cū ſmilace flores.Verg.in ciri.non ſtorace ideo fragrātes picta capillos.Serenus,aut ſtyracē tornes,aut duri vulturis alam.¶ Nomen in.ex.breuiat,quod noīa in.ex.deſinētia ſiue mittāt genitiuū in.cis.ſiue in.gis,breuiāt,vt iudex iudicis,pollex pollicis,pulex.icis,remex.igis.aquilex.egis.grex gregis.Producunt vero rex regis,lex legis,veruex.ecis.halex halecis,vibex.icis,quod mutauit.e.in.i.in obliquis,& nomina græca.vt myrmex.ecis.ſcolex.ecis,quorum quædā breuiant,vt alopex.ecis.ſed de his in declinatione græca plura dicentur.¶ Protahit.ix.icis,q nomina deſinētia in.ix.producunt,vt perdix.icis,lodix.icis,fœlix.icis.Breuiant,vero coxendix.icis.Serenus,clauſa acies inter geminæ coxendicis vmbras.Hyſtrix.icis.calphurnius in æglogis.venit & hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba.Filix,icis.Ver.ij.georg.& filicē curuis inuiſam paſcit aratris.Larix.icis.Luca.in.ix.& larices fumoqꝫ grauem ſerpentibus vrunt.Calix.icis.Hora.fœcundi calices quem non fecere diſertum.Pix picis.Verg.i.geor.atræ maſſam picis vrbe reportat.Onyx onychis:& ab eo compoſitum ſardonyx ſardonychis.Iuuen̄.ſadoniches criſpo numerantur pectine cordæ.Varix.icis.a quo eſt varicus & varicoſus.Iuenal.varicoſus fiet haruſpex.Salix,icis.Verg.in buc.florentem cithiſum & ſalices carpetis amaras.Bebryx bebrycis.Flaccus libro ſecundo argonau,bebrycis & ſcythici procul in clæmētia ſaxi.Verg.v.æneid.bebrycia veniens amici de gente ferebat.Sillius tñ.iii.puni.produxit eandem dicens.poſſeſſus bacho ſæua bebrycis in aula,Cilix cilicis.Iuuen̄.ſic pugnas cilicis laudabat & ictus.Eryx erycis.Verg.primo æneid.ſiue ericis fines regemq; optatis acceſtem.Natrix.icis.Lucillius,in.ij.ſaty.ſi natibus natricem impreſſit caſſam & capitatam.Sed nomina exeuntia in.gis.breuiāt quoq;,vt dumnorix.gis,ambiorix.gis.ſtyx.gis.ſtrix.gis,quod tum breuis tum longa reperitur.Ouid.vj.faſto.ſic fatus virgam qua ſtriges pellere poſſet.Ouid.in amoribus,vulturis in ramis & ſtrigis oua tulit.De græcis tamen ſuo loco plura dicemus,vnum tamen quod extra omnem proportionem miſit genitiuum breuiat,hoc eſt nix niuis.¶ Ox.ocis,producit,q nomina deſinentia in.ox,producunt,vt atrox,ocis.ferox.ocis.velox.ocis.quæ omnia mittunt genitiuum in.cis.In.gis.vero quod faciat genitiuū vnū reperio allobrox,quod breuiat.Iuue.Ruffus qui toties Ciceronem allobroga dixit:ex facientibus in.cis,duo quoq; breuiant,Cappadox.ocis.præcox.ocis.Luca.in.ij.capadoces mea ſigna tenent.Calphurnius in æglogis.inſita præcocibus ſubrepere perſica prunis.¶ Porrige nomen in.ux.q nomina deſinentia.ux.ſiue mittant genitiuum in.cis.ſiue in.gis.producunt,vt lux lucis.frux.gis.Breuiant vero nux nucis.Verg.in buc.ſparge marite nuces.Crux.cis.Iuuen̄.iudice me dignus vera cruce.Dux ducis.Verg.primo æneid.regia portabat tyrijs duce lætus achate.& ab eo compoſitum redux reducis.Verg.primo.æneid.vt reduces illi ludum ſtridentibus alis.Trux trucis,vnde eſt trucido trucidas.Horatius.in arte poetica:nec coram populo natos medea trucidet.Volux volucis,proprium viri nomen quod Priſcianus dixit breuiare.Coniux quoq; breuiat.Verg.in buc.coniugis,vt magicis ſanos auertere ſacris.

A Plurale.crementū nominum plurale dicitur quoties genitiuus numeri pluralis creſcit ſuper genitiuum numeri ſingularis.Dicit igitur.ꝙ.a.& o.& e.incremento partium orationis,quæ per caſus declinantur in plurali producuntur,vt muſa.æ muſarum dominus domini dominorū dies die es dierū nam genitiuus regularis quintæ declinationis nō eſt dici:ſed die vel dies vel dij:vt in declinatione diximus,ꝙ ſi genitiuus pluralis non creſcit ſuper genitiuū ſingularē,non dicitur habere crementum plurale.vt cæſar cæſaris cæſarum.ſermo.onis.ſermonum.In illis vero,quæ non habent ſingularē aliorum proportionem ſequimur. vt athenæ.arum.ambo.æ.ambo amborum.arum.amborum.ambobus ambabus ambobus. Illa præterea quæ irregulariter declinantur ſequuntur proportionem regularium, vt quis vel qui, cuius quorum quarum quorum. alter alterius alterorum alterarum alterorum. Bos quoq; bouis,tametſi crementum non habet: nihilominus o producit. Horatius in epodo.paterna rura bobus exercet ſuis. ¶Sed breuis eſt,quod.i. & u.in cremēto pulurali breuiantur,quod probat exemplo.

## ¶De cremento Plurali.

A Plurale vel,o.crementum protrahit æque.
Sed breuis eſt.i. vel. u.patribus probat hoc verubuſq;.

## ¶De crementis verborum. Cap.iij.

PErſonā primi præſentis verba ſecundam
Si numero vicunt, dicas crementa tenere.
Crementum verbi primum dic, quod poſituram
Aequat.bis ſuperans dicatur habere ſecundū.
Quod ſi ter vincit tria,tunc crementa notabis.
Nam finem verbi ſpecialis regula ſignat.
A.creſcens verbum producere debet vbiq;.
Ex do.fit.a.breuis.cum primæ compoſitiuis.
E.niſi cum ſubit.r.debes ꝑducere ſemper.
Cum ſubit.r.curtā dāt plurimā, plurima longā.
Omne lego præſens breuiat, quartiq; ſecūdum
Pluſquā perfectū per quamlibet eſt breuiandū.
Semper ero vel erim breuiabis.queq; ſequūtur
Curta ſit in prima.beris.&.bere,ſiue ſecunda.
Longum paſſiuo.reris.vel.rere.notato.
E verbum creſcens alibi producit vbiq;.

DE crementis verborum,cap.iij.¶Poſt formationem temporum & perſonarū nihil eſt in verbo magis neceſſarium quā creſcentiū ſyllabarū quantitas:vnde pendet accentus. Quare viſum eſt hoc in loco cremētis verborū reglas tradere.Sed quia hæc pars eſt ſatis commode ab Alexandro pertractata,niſi quatenus in ſubiunctiui præterito & futuro nonnihil aberrauit,quattuordecim illius verſus mutuati ſumus, cætera ex noſtro adiecimus.

PErſonam primi.Quid ſit verbi crementū, in primis oſtendit dicens,ꝙ cum ratio verbum declinādi exigat.vt per vnā,aut per duas,aut tres ſyllabas creſcat ſupra primam verbi poſitionem,tunc dicetur habere crementum.Quod ſi vna ſyllaba creſcit:ſyllaba quæ æquiparat ſecundam verbi perſonam, erit in primo cremento:nam vltima ſemper ſequitur regulas, quæ de vltimis ſyllabis traditæ ſunt.Secundū vero crementum erit,cū duæ ſyllabæ ſuperant poſitionem.Tertium cum tres ſyllabæ ſuperant poſitionem.Poſitio autem illa dicitur: vnde nomen ſiue verbum incipit declinari,ſed hic ſecundam perſonam præſentis indicatiui modi facimus poſitionem,quia prima perſona in verbis ſecundæ,tertiæ,& quartæ coniugationis,in,o.purum deſinens,vna ſyllaba vincit ſecundam perſonam.vt doceo doces,cupio cupis,audio audis. ¶A.creſcens verbum,ꝙ.a.in omnibus tribus crementis & in omnibus omnium coniugationum temporibus ſemper producitur,vt amamus amabamus.amaueramus. Excipitur primum crementum huius verbi.do das,& ab eo compoſitorum, ꝙ breuiatur,ſi ſunt primæ coniugationis.vt damus,dabam,dabo.darem, dare,venundamus,venundabam,venundabo,venundarem,venundare: & in voce paſſiua eodem modo. In alijs crementis regulam ſequitur generalem. ¶E. niſi cum ſubit.r.quod.e.in crementis verborum:niſi ſequatur.r.littera ſemper producitur.vt amemus,docemus,legemus,audiemus:quod ſi vocalis ſequitur,ex regula generali breuiabit.vt doceam doceamus. Si vero ſequitur.r.numeroſior eſt ratio:nam aliquando.e.breuiatur,aliquando producitur. ¶Omne lego præſens. Dicit igitur,ꝙ lego legis.verba tertiæ coniugationis,per quam hoc verbum lego legis declinatur,ſi poſt.e.ſequatur.r. breuiāt omne præſens tam in voce actiua quā in voce paſſiua,breuiant quoq; ſecundum quarti.ideſt preteritum imperfectum,ꝙ eſt tempus ſecundum quarti,i.ſubiunctiui,qui eſt in ordine modorum quartus.vt vtinam legerem cum legerer & in voce paſſiua legeris vel legere in præſenti indicatiui.legere legatur in præſenti imperatiui.vtinam legerer in præſenti optatiui,cum legerer in præterito imperfecto ſubiunctiui. ¶Pluſquam perfectum quoq; in omni coniugatione breuiat.e.ſequenti.r.vt amaueram.docueram,legeram,audiueram.¶Semper ero,ꝙ tēpora in ero.vel in.erim.deſinentia.hoc eſt futurū indicatiui & ſubiunctiui:& præteritū perfectū optatiui & ſubiunctiui:& q̄ ſequntur.ideſt ſequentes perſonæ cū futuro imperatiui breuiant illud.e.vt amauero,amauerim,amaueris,amauerit. Breuiāt etiā erā & ero.i. præteritū imperfectū & futurū indicatiui a ſum.es.fui.¶Curta ſit in prima,qđ futurū primæ & ſecūdæ cōiugatiōis vocis paſſiuæ,breuiat.e.ante.r. vt amabor,amaberis vel amabere,docebor,doceberis,vel docebere. ¶Longum paſſiuo,ꝗ in voce paſſiua.reris.vel.rere.producit.e.ante.r.quod fit in præſenti optatiui & præterito imperfecto ſubiunctiui,vt vtinam amarer amareris,vel amarere, cum amarer amareris,vel amarere.¶E verbum creſcens,ꝙ in omnibus alijs locis ab ijs,qui ſupra notati ſunt,e. in cremento ſemper producitur.cum videlicet ſequitur.r.nā ſi non ſequitur,ſuperius iā regula tradita eſt:vt in præſenti optatiui & præterito imperfecto ſubiunctiui vocis actiuæ,vt vtinam docerem cum docerem: & in præterito imperfecto indicatiui.vt amauerunt,vel amauere,& alijs in locis,qui ſuperius notati non ſunt.

I,tibi producunt quartæ creſcentia prima,
Primi præterito reperitur,imus.breuiari,
Rimus,vel ritis,verbum producit vbiq;.
Sed primi præſens breuiat.ri,præteritumq;.
Atq; erimus eritis ab ero ſemper breuiabunt.
Inq; velim produc crementa priora,vel in ſim.
I.breuies alijs,ſi non.u.conſona ſubſit.
O.creſcens ſemper producitur,u.breuiatur.

¶ De primis ſyllabis. Cap.iiij.

A.Ante.b. breuis eſt, vt ſtrabo. onis. Trabes trabis.labo.bas.Producunt vero Abel. Crabro cabronis. Flabrum. bri. Flabellum flabelli

¶ I tibi producunt,q.i.in primo crem̃ento verborũ quartæ cõiugationis producitur.vt audiuimus audiuitis audiui audite audirem. Deinde dicit,q.in verbis quartæ cõiugationis quorum præteritũ nõ ſuperat poſitionẽ in prima plurali pſona niſi vna ſyllaba cum debuerit produci,crementũ illud breuiatur:vt vincio.cis.vinxi vinximus,ſancio.cis.ſanxi.ximus.venio.is, veni venimus. Itaq; partim eſt exceptio regulæ ſuperioris:partim eſt regula per ſe,quoniam in oĩbus cõiugationibus in præterito perfecto indicatiui illud.i.breuiatur in penultima.vt amauimus.docuimus.legimus.audiuimus. ¶ Rimus & ritis,quod vbicunq; in coniugatione reperitur rimus & ritis. illud.ri.debet produci:hoc eſt in ſecundo futuro indicatiui,& in futuro imperatiui,& in præterito optatiui & ſubiunctiui & in futuro eiuſdẽ modi,quibus in locis eadem eſt vox,& idem accentus. Deinde dicit,q.in præſenti & in præterito perfecto indicatiui non ꝓducitur rimus & ritis:ſed ſequũtur regulam generalẽ. vt quæro quæris quærimus quæritis. gero geris. gerimus geritis.pario paris peperi peperimus.curro.is.cucurri currimus,quod de verbis tertiæ coniugationis intelligendũ eſt,nam de verbis quartæ iam tradita eſt regula,quod ꝓducunt in præſenti.vt eſurimus.parturimus.nam tertiæ oĩa breuiãt primũ crementũ.vt curro currim⁹.ritis.furio furimus.ritis.fero ferimus.itis.pario parim9.itis.tero terimus.itis.verro.rimus.itis.vro vrimus.itis.fero ferimus.itis.& deponẽtia quærimur.orimur.morimur.Breuiãt quoq; erimus eritis.ab ero eritis. Quod vero illud.i.ꝓduci debeat oẽs grãmatici qui nõ eo noĩe digni ſunt,teſtantur.Probus de præterito perfecto ſubiunctiui,quem ipſe adiunctũ appellat,in oĩbus(inquit)quattuor cõiugationũ modis primã ſecundãq; perſonã plurales penultima ſemp ꝓducũt. & ſubdit exẽpla.vt clamauerimus.eritis.mouerimus.eritis.audierimus.eritis.dixerimus.eritis.Idem quoq; vbi de breuibus ꝓlongis,& lõgis ꝓ breuibus agit.Verg.(inquit)cũ dixit egerimus noſti.ri,(inquit)ſyllabã præter naturã corripit.Vergi. metri cauſa:quia aliter nõ poterat ſtare verſus.Serui.quoq; in illud Verg.vi.æñ.egerimus noſti & nimiũ meminiſſe neceſſe eſt.ri.(inquit)ſyllabã metri cauſa Verg.corripuit.Nã (qđ Diom.ait) vocalẽ illã in præterito perfecto ſubiũctiui debere ꝓduci,in futuro vero breuiari.ego illi(quẽadmodũ de præterito facile aſtipulor)ita de futuro diſſentio,aut oſtendat mihi vbi eadẽ ſit breuis,cũ apud autores ſemp longa reperiatur:niſi metri gratia vſq̃ reperiatur breuis ꝓlõga.Ennius nõ mi aurum poſco,nec mi preciũ dederitis.Verg.in priape,vtilis hæc arã ſi dederitis erit.Oui.v. meta.vitã dederitis in vndis. Idẽ.iij. de põto.& maris ionij cõtigeritis aquas:atq; iterũ in eodẽ.cõſulis vt limẽ cõtigeritis,ait.Prudẽ.quoq; in proœmio ſpychomachiæ,ſi quid trecẽtis bis nouenis additis poſſint figura nouerimus myſtica,qđ eſt trimetrũ iãbicũ hñs in quarto loco neceſſario iambũ.Catullus quoq; in carmine phaleutico,& cũ milia muſta fecerimus.Excuſatur tñ Oui.in.ij.met.eadẽ ratione qua Verg.cũ dixit,Nuper honoratas ſummo mea vulnera cælo videritis ſtellas. ¶ Inq; velim,q.velim & ſim in futuro optatiui & in præſenti ſubiũctiui ꝓducunt crementũ,vt vtinã ſimus ſitis,cũ ſimus ſitis. vtinam velimus velitis. cũ velimus velitis. ¶ I.breuies alijs,q.in alijs locis ab iis,qui ſupra notati ſunt.i.ſemper eſt breuis,vt legimus.itis,legite,legito,legimini,amamini,qđ vero dixit niſi.u.cõſona ſubſit:iam dictũ eſt de præteriti perfecti cremẽto in quarta cõiugatione quod producitur.vt audiui,dormiui,ſtabiliui,nũc vero de alijs cõiugatiõibus idẽ eſſe dicẽdũ præcipimus.vt cupio.is.iui,ſapio.is.iui.q̃ro.is.q̃ſiui. ¶ O creſcẽs,q.o in incremẽtis verborũ ſemp ꝓducitur.vt amatote docetote,u.vero ſemp breuiatur,vt volum⁹ q̃ſumus ſum9.

PRepoſitis regulis gñalibus de ſyllabarũ quãtitate,proſequitur regulas ſpeciales:per quas qđ in illis nõ potuit cõprehẽdi supplebitur:atq; nõnunq̃ regulæ ipſæ gñales magis explicabũtur,& primo agit de primis ſyllabis,tũ de medijs, poſtea de vltimis.Itaq; ſi dictio:cui⁹ quãtitatẽ ſyllabarũ ſcire cupis,fuerit monoſyllaba.in vltimis illã requires,ſi diſyllaba,primã in primis,vltimã in vltimis,ſi polyſyllaba,primã in primis,vltimã in vltimis,mediã ſiue illa ſit vna ſi plures:in medijs reperies. ¶ A.igitur ante.b.in primis ſyllabis breuiatur,vt ſtrabo,onis.Hora.i.ſer.ſi quod ſit vitiũ nõ faſtidire ſtrabonem.Verulanus cui ſtipulatur Maturantius:dixit primã producere,ſed non ꝓbauit.Labo.as.nã labor.eris.producit:vt ſtatim dicemus.Verg.ij.æñ.cuſtodes ſufferre valẽt,labat ariete crebro,& ab eo compoſita,vt labefacio.is.labefacto.as.breuiat quoq; Abraã.Arator.principiũ meminiſſe iuuat deus(inquit)abraã Grabatũ etiã breuiat,quãuis græci per.t.duplex ſcribãt. Verg.mẽbra leuat ſenſim vili dimiſſa grabato.Trabes.is.etiã breuiat nõ obſtãte Iuuẽco dicẽte.deripe,ſed proprio fallax de lumine trabem.Verg.i.æñ.ære trabes foribus cardo ſtridebat abenis.ſiue ſit a trabes ſiue a trabs.is.Producunt vero Abel nomen propriũ viri.Prudẽtius,paſtorẽ ſternit in Abel.Crabro.onis,qđ ideo ſuſpicamur primã ꝓducere natura:quia nunq̃ breuis reperitur.Verg.iiij.geor.aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis.Oui.iij.faſto.milia crabronũ coeunt,& vertice nudo ſpicula defigũt.Idẽ.xi.meta.ſpicula crabronũ ſpiſſa ceruice gerenti.Idẽ in.xv. preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt,in ſacris litteris ꝓ crabro corrupte legitur ſcrabro.Poteſt tñ fieri,vt ſyllaba illa natura ſit breuis:ſed tutius eſt,vt illã interim ꝓ longa relinquamus:quoad exẽplo alicuius autoris probetur eſſe breuis,id qđ in multis alijs dictionibus eſt a nobis factũ.Flabrũ.i.ꝓ ſpũ ſiue vento Verg.ij.geor.nõ flabra nec ignes cõuellunt.Idẽ in.iij.horreſcãt flabris:ſummũq; ſonoræ dãt ſiluæ.Ser.dicit tantũ in plurali flabra.orũ.declinari.Primã aũt natura longã eſſe,probatur autoritate Proper.cũ lib.ij.(inquit.)& modo pauonis cauda flabella ſuperba.& Mar.iiij.epig.ſupina praſino cõcubina flabello,quod eſt carmẽ trimetrum habens iambum in.v.loco.Clau.quoq;in eutropium.hannibali pyrrhoq; togas flabella peroſi. Ouid.tñ in prima

de arte breuiauit dicens, profuit & tenui ventos mouiſſe flabello, erit ergo indifferens. Fabula, æ. Hora. ſ. ſer. non longa eſt fabula diues. Idem. i. epla. fabula qua propter paridis narratur amorem. Labicũ. i. oppidũ prope romam vetuſtiſſimũ fuit, a quo via labicana dicta eſt. Mart. i. epiſt. labicana leui ceſpite velat humus. Verg. tamen cum de iiſdem populis loqueretur. vij. æñ. dixit, & picti ſcuta labici. Labor. eris. Verg. v. æñ. labitur infœlix, caeſis vt forte iuuencis, & ab eo deriuata vt labes. Idem. ij. æñ. hinc mihi prima mali labes. Nabis nomen propriũ viri. Sil. lib. xv. fatidicus nabis veniens. Pabulum. Verg. i. æñ.

Fabula fabulæ. Labicũ. i. Labor. beris. Labes. is.
Nabis. bis. Pabulũ pabuli, Sabura. ę. Sabus ſabi.
Tabraca. ę. Tabes tabis, Tabi tabo. Et verbalia ĩ.
abilis. vt nabilis. fabilis. Breuiant ſtabilis habilis.
A. ante. c. breuis; vt academia academię; achãtis. idis.
acer. eris. p arbore, macer. a. um. Producũt vero
Acer acris. Acis. is. flu. Brachiũ. ij. Brachę. arum.
Cacabus. i. Cacus. i. Cacabo. as. Dacus. i. Facũdus.
a. um. Gracito. as. Machina. æ. Macero. as. Pacu
cius. ij. Pachin⁹. i. placo. as. Racipolis. is. Trachyn.
trachinis. Thrace thraces. Vacia vacię. Vacien⁹
vacieni. Vacinium. ij. Vacillo. Zacharias.
A. ante. d. breuis eſt; vt vadum vadi. gradior. eris.

pabula guſtaſſent troiæ. Sabura. æ. nomen viri. Sill. lib. xv. ſtridentem ſabura cornũ. Tabraca. Iuue. imbriferos pandit vbi tabraca ſaltus. Sill. tabraca tum tyriũ vulgus. Tabes & tabi. Lucre. imbribus, vt tabe membrorum arbuſta vacillent. Verg. iij. æñ. & terrã tabo maculant. Et quedam nõia ꝓpria. vt apud Sil. lib. iiij. pars laudes ore canebãt ſabe tuas, et apud Clau. trabigi trabigiũ tumidũ: & verbalia terminata in abilis. nabilis, flabilis. Verg. iij. æñ. nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli. Ouid. i. meta. ſic erat inſtabilis tellus, & innabilis vnda. Ab habeo tamen habilis, & a ſto ſtabilis breuiãt Verg. i. æñ. namq; habilem de more humeris ſuſpẽderat arcũ. Luca. in. iiij. conſeritur ſtabili: naualibus area bellis. ¶ A. ante. c. breuis eſt, vt academia, hoc exemplũ iccirco poſuimus, quia Verul. dixit primã producere cũ Hor. ij. epi. in primitiuo breuiauerit dicẽs, atq; inter ſiluas academi quærere verũ, nã quod Verul. affert ex Pli. lib. xxxij. natu. hiſt. carmen laureę tulij Ciceronis liberti atq; academiæ celebratã nomine villam. Atq; rurſus eiuſdem Ciceronis, inq; academia vmbrifera viridiq; lyceo, non magis pro illo q̃ pro nobis facit. Tolerabiliuſq; eſt in dictione præſertim græca. i. ante. a. produci, q̃ duas ſyllabas natura breues facere lõgas. Achantis quoq; putauit primã producere cũ ſit breuis, quoniã ab achãto. i. ſpina deriuatur. Verg. in buc. & molli circũ eſt anſas amplexus achanto, & in eodẽ opere, mixtaq; ridẽti colocaſia fundet achãto, q̃d vero defenſores Verul. aſſerunt illud. Vergi. iij. geor. littoraq; alcyonem reſonãt achãtida dumi. ego neſcio cur Vergiliano codici tanta iniuria debeat fieri, vt pro defenſione falſitatis detracta & cõiunctione, velint illum corrumpere, nam in omnibus libris legitur & achantida dumi. Acha nomen proprium viri de quo in lib. Ioſue, Pruden. in ſpychomachia, cum victor concidit Acham. Acer quoq; ideo poſuimus, quoniam pro arbore primam breuiat, facitq; in genitiuo aceris. Ouid. x. meta. & platanus genialis acerq; colorib⁹ impar: & ab eo deriuatũ acernus. Verg. ij. æñ. præcipue cum iam hic trabibus contextus acernis. Acer acris, producit. vt ſtatim dicemus. Macer quoq; pro exemplo ideo poſitum eſt, quia ab illo deriuatum macero. as. producitur. Verg. heu heu quam pingui macer eſt mihi taurus in aruo. Producunt vero acer acris acre pro fortis & vehemens. Verg. v. æneid. acer anhelanti ſimilis. Acis vir & fluuius. Ouid. xiij. meta. acis erat fauno nymphaq; ſimethide cretus. Clau. tamen breuiauit de raptu. lucus erat prope flumen acis. Bacharo nomen proprium viri apud Mar. & Auſonium. Brachium. ij. Idem. xv. concaua littorei ſi demas brachia cancri. Brachæ bracharum. Mart. quam veteres brachæ britonis pauperis & q̃. Cacabus cacabi, pro olla coquinaria dicta a feruoris ſono, Papi. in ſiluis. alborum calicum atq; cacaborum. Nam carmen eſt phaleuticum. Cacus. i. Ouid. i. faſto. cacus auentinæ timor atq; infamia ſiluæ. Verg. quoq; viij. æneid. ſemper produxit. Ouid. tamen idem libro. ix. metamor. breuiauit dicens, his cacus horrendum tiberino in gurgite monſtrum. Cacabo. as. Ouid. de philomena. cacabat hinc perdix. hinc gracitat improbus anſer. Dacus. i. Luc. in. i. hinc dacus præmat, inde getes. Verg. ij. geor. & coniurato deſcendens dacus ab iſtro. Daces vel daca iidem autores aliis in locis breuiarunt. Verg. viij. æneid. indomitiq; dace & pontem indignat⁹ araxes. & Luca. i vij. & vetitos errare dacas in mœnia ducat. Poteſt tamen illis in locis legi dahas, qui ſunt populi ſcythiæ aſiaticæ, Pomponio, Plinio, Syllio. Facundus facunda facundum, & facundia. Iuuena. cuius erant mores qualis facundia. Gracito. as. Ouid. de philo. hinc gracitat improbus anſer. Machina machinæ. Verg. iiij. æneid. minæq; murorum ingentes, æquataq; machina cælo. Macero maceras. Lucretius, macerat inuidia ante oculos illum eſſe potentem. Horat. primo carmin. quam lentis pœnitus macer ignibus. eſt enim carmen aſclepiadeum. Priſcia. tam ... perihegeſim breuiauit dicens, frãgitur hircino maceratus ſanguine tantum. Pacuuius. ij. Perſius, ſunt quos Pacuuius & verrucoſa moretur antiope. Pachynus pachyni. Oui. xiij. metamor. quibus imbriferos verſus pach. nus ad auſtros. Verg. tamẽ breuiauit in. iij. æneid. præſtat trinacrij, metas luſtrare pachyni. Idem in. vij. æneid. dardaniam ſiculo proſpexi ab vſq; pachyno. Placo. as. Idem in. ij. æneid. ſanguine placaſtis ventos & uirgine cæſa. Racipolis nomen proprium viri. Lucanus in. v, gelidæ dominum racipolim oræ. Trachin. inis, Ouid. xi. metamor. herculeam trachina iubet. Thraca. æ. vel thrace. es. Hora. primo epiſtol. thraca ne vos ebruſq; niuali compede vinctus. Vacia & vacienus. Mar. docti patria narbo vacieni, eſt enim carmen phaleuticum. Vacinium. ij. Verg. in buc. alba liguſtra cadunt: vacinia nigra leguntur. Vacillo vacillas. Ouid. ſpes mea vacilla. Lucre. in primo, imbribus, vt tabe membrorum arbuſta vacillent. Zacharias. Auſonius, Zachariæ iuſſit linguam. p. l. ¶ A. ante. d. breuis eſt, vt vadum, quod eſt a vado vadis in quo prima producit r. Verg. primo æneid. illiditq; vadis, atq; aggere cingit arenæ. Adraſtus. Verg. vi. æneid. parthenopeus, & adraſti pallentis imago. Breuiat quoq; quadrupes. Ennius. deniq; vi magna quadrupes equus atq; elephanti. Vergilius poſitione produxit dicens, quadrupes & frena iugo concordia fero. Spado ſpadonis. Iuuenal. cum tener vxorem ducat ſpado. Arator cardinalis produxit dicens, prænius hic ſpado eſt.

Producunt vero Adam, Caduceus caducei, Clades cladis, Fadus fadi; Gades gadium, Ladon ladonis; Rado radis, Radix radicis, Spadix ſpadicis, Suadeo ſuades, Trado tradis; Traduco, is, Vado, is. Gradiuus indifferentem habet.

A, ante, f breuis eſt; vt vafer, a, um, afer vero producit.

A, ante, g, breuis eſt; vt ago agis; plagæ, arum, pro reti, & pro regiõe, plaga plagæ Producũt agea, æ. Agalma agalmatis. Bragada bragadæ. Fag⁹ fagi. Flagito. Flagitium. Fragrũ fragri. Fragor fragaris; vnde ſuffragor & refragor, Lagus, i. Magalia magalium. Mago magonis. Pagus pagi. Pagina paginæ. Plaga plagæ pro vulnere. Sagus, i. Saga, æ. Strages, is. Stragulum, i. Tragula, æ. Vagio, is Vagina, ę.

A, ante, l, breuis eſt, vt Malus mala malum, Alo, is. Producunt vero Ala alæ, Ales alitis, Alea aleę, Alecto alectus. Alia aliæ flu. Balena balenæ. Baliſta baliſtæ. Balo balas. Calo, onis. Caligo, as

*Producunt vero Adam primus generis humani parens. Sedul. in paſchal. gaudia longa metam: nam qui deflemus in Adam. Auſonius tamen breuiat dicens: deceptumq; adiunxit Adam nos ſera nepotum. Adria ꝓ mari adriatico ſemꝑ (quod legerim) ꝓducit primam. Lucanus in. v. ſonat ionio vagus adria ponto. Caduceus, & caducifer, Oui. viij. meta. poſitis caducifer alis: Iuuena. breuiauit dicẽs, violato pœna caduceo. Verg. valla caduceo legit. Clades cladis. Ver. ij. æñ. quis cladẽ illius noctis: quis funera fando. Fadus nomen ꝓprium viri apud Verg. Et Fadũ hebeſumq; ſubit. Gades gadiũ. Lucan⁹ in. iij. oceanũq; negat ſolus admittere gades. Ladõ. onis. fluuius arcadiæ. Oui. j. meta. donec arenoſi placidũ ladonis ad amnẽ. Rado. is. Verg. v. æñ. radit iter læuum interior, atq; ab eo deriuatum radix radicis. Idem. ij. geor. truditur e ſicco radix oleagina ligno. Spadix, icis. Idem. iij. geor. honeſti ſpadices, glauciq; color deterrimus albo. Suadeo ſuades. Idẽ in buc. ſæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro. Trado tradis. Idem in eodem ope, non vero egonis, nuꝑ mihi tradidit egon. Traduco traducis, Idem in iij. geor. poſt partum cura in vitulos traducitur omnis. Gradiuus. i. tum prima longa reptitur. Verg. iij. æñ. gradiuumq; patrem: geticis q præſidet aruis. Iuue. hæc tetegit gradiue tuos vrtica nepotes Luca. i. j. qd tãtum gradiue paras, tũ eandem breuiat, vt apd' Ouid. vj. meta. Et genus a magno ducentem forte gradiuo, & Valerius flacc⁹ in. iiij argo. magnoq; exorta gradiuo. ¶ A, ante. f breuis eſt: vt vafer vafra vafrum. Perſius, omne vafer vitium ridenti flaccus amico. Affranius quoq; breuiat, Auſonius. quam. toga facundi ſcænis agitauit affrani. Afer afra afrum. ſunt qui ꝑ. f ſcribunt a ꝓducit primam. Mar. rideris mltoq; magis traduceris afer. nos vero ꝑ. ph, ſemꝑ ſcribimus. ¶ A. ante. g. breuis eſt. vt ago agis: & plaga ꝓ reti. Ver. iiij. geor. retia rara plagæ lato venabula ferro, & plaga ꝓ regiõe. Idẽ in. j. æthera quos lapſa plaga Iouis ales apto. Pro vulnere; vero (vt ſtatim dicemus) primã ꝓducit. Agrippa. Manilius lib. j. aulæ Agrippa ſitæ, veneriſq; ab origine ꝓles. Producunt vero agea ageæ: quamq̃ ab agẽdo dicatur, ſignificatq; nauium foros. Ennius, multa foro ponens ageaq; repletur. Agalma agalmatis. Martianus. habitu qui agalmatha firmãt. Bragada. æ. fluuius Aphricæ. Luca. in. iiij. quæ ſe bragada. Fagus fagi. Verg. in buc. tytire tu patulæ recubãs ſubtegmine fagi. Flagito flagitas. Verg. in. xij. notumq; efflagitat enſem. Flagitiũ flagitij. Hora. ij. ſer. conſiſtit ſumptus neglectis flagitium ingens, Fragrum fragri. Ver. in buc. qui legitis flores & humi naſcẽtia fragra. Fragor fragaris, quod verbum non eſt in vſu, ſed ab eo cõpoſita ſuffragor ſuffragaris: & refragor refragaris. Ver. in priapeia. copia me perdit: tu ſuffragare rogatus: & ab eo deriuatũ ſuffragiũ Oui. ij. de ponto. grata qdẽ hæc ſunt animo ſuffragia noſtro. Lagus lagi. Iuue. ad Pharon & Nilum famoſaq; mœnia lagi Magalia. ium. Verg. j. æñ. miratur molem æneas magalia quondã. Mago. onis. Sillius lib. v. ſocerq; auſer magonis inire. Pagus. i. Hora. j. epiſ. qs circum pagos & circũ cõpita pugnax. Pagina. æ. Mar. laſciua eſt nobis pagina: vita ꝓba eſt. Plaga ꝓ vulnere ſiue ictu. Ver. iiij. geor. multa reluctãti obſtruitur plagiſq; perẽpto. Sagus. a. ũ. vnde eſt præſagus. a. ũ. ꝓ eo qd' eſt diuin⁹, & præſagire diuinare. Hora. ij. epiſ. ſomnia terrores magicos miracula ſagas. Luca. in. ij. aut te preſage malorũ Antoni. Sagana tñ qd videtur ab eo qd eſt ſaga deriuari. Hora. j. ſer. breuiauit dicẽs, cũ ſagana maiore vlulãtẽ: pallor vtraq;. Strages. is. Ver. vj. æñ. ꝓcubuiſſe ſup cõfuſæ ſtragis aceruũ. Stragulũ. i. Mar. zeil⁹ ægrotat, faciũt hãc ſtragula febrẽ. Tragula. æ. Silli⁹ ij. j. puni. Cui tragula ſemꝑ fulmineã, armabat celebratũ miſſile dexterã. Vagio. gis. Oui x. meta. reddit on⁹ vagitq; puer. Idẽ in epiſ. canaces, vagit⁹ dedit ille miſer, ſenſiſſe putares, eſt enim vagire puerorum: cũ vero leporum eſt: primã breuiat. vt idẽ de Philomena: glaucitat & catul⁹: ſed lepores vagiũt, Vagina. æ, Oui. vagina decipit enſem. Flagro. as. flagrãtia & flagrũ natura breuiare inde intelligere licet: qd flagellũ breuiat. Hora. j. ſer. nec ſcutica dignũ horribile ſectere flagello. ¶ A. ante. l. breuis eſt, vt mal⁹. a. ũ. ꝑ nõ bon⁹, nã in aliis ſignificatiõib⁹ ꝓducit, vt e veſtigio dicem⁹. Thales. etis. Iuue. mite thaletis ingeniũ. Sidoni⁹ ꝓduxit dicẽs, Thales hoc etiã numeris inquirit & aſtris ſocius. Quart⁹ anaxagoras thaletica ſeruat. Producũt vero ala. æ. Ver. iiij. æñ. hic primũ parib⁹ nitẽs Cyllenius alis. Ales. itis. Idẽ in moreto, excubitorq; diẽ cãtu prædixerat ales. Alea. eæ. Hora. ij. ſer. ꝑ raro hæc alea fallit. Alecto. us. Ver. vij. æñ. luctificã a lecto dirarum a ſede ſororum. Alia. æ. flumẽ Italiæ. Idẽ, quouſq; ſecãs in fauſtum interluit alia nomen. ſunt qui ꝑ duplex. ll. ſcribunt allia. Balena balenæ, Iuuenalis, quantum delphinis balna Britanica maior, Baliſta baliſtæ, Sillius primo punicorum, Phocais effundit vaſtos baliſta molares, ſunt qui litteraturam græcam ſecuti balliſta ꝑ duplex. l. ſcribant. Balo balas. Vergilius primo georgicorum. balatumq; gregẽ fluuio merſare ſalubri. Ouid. de philo. ... a balat ouis. Calo calonis, Horatius primo ſermo. hunc ꝑminxere calones. Caligo caligas, & ab eo deriuatum caligo caliginis. Ver. ij. æñ. caligat nubem eripiam, Iuue. & gen⁹ humanũ dãnat caligo futuri. Nam qd qdã ex Sillio li. xij afferũt, ac iuxta caligante ſitu, legendũ eſt præpoſtere iuxta ac calligante ſitu. Fruſtra quoq; excipiũt qdam callũ. i. & ab eo cõpoſita, & calliſto & alia a callos, eos. qd eſt pulchritudo cõpoſita, cũ ꝑ duplex. l. ſcribatur.*

¶ B

Halo.as.a quo eſt halitus,us.Mar.halat & immodico ſexta Nerone calet.Verg.in.vij.talis ſeſe halitus atris faucibꝰ effundens.Halex.ecis.& halec.ecis.Martia.capparis & putri cepas halece natantes.Hora.in.i.ſermo.ſiſer halec fecula coa.Malus.i.ꝑ arbore pomifera vel ꝑ arbore nauis.Vergi.ij.georgico.felicis mali:quo non præſtantior alter.Idem.v.æneidos.ingenti manu malũ de naue ſereſti.Malũ quoq; pro pomo.Idem in buccoli.malo me Galathea petit laſciua puella.Mala.æ.ꝑ mandibula.Idem.vij.æneidos,& violare manu maliſq; audaciꝰ orbem.Palatiũ.ij.qđ tum prima longa:tum breui reꝑitur.Breui,vt apd' Verg.i.georgico.quæ Thuſcũ,Tiberim,& Romana palatia ſeruas.Ouid'.i.metamorphoſeos.haud timeam magni dixiſſe palatia cœli longa.Papi.in.i.ſiluarum,dum noua contemptis ſurgant palatia flammis.Martialis.inde ſacro veneranda petes palatia cliuo.Sed hæc autorum differentia poteſt eſſe ex eo,qđ ſunt qui putent palatium a balatu ouium eſſe dictum.ſunt qui a pallante,qui ergo producunt per duplex.ll.pallatium ſcribere debent.Palus.Iuuẽ.aut quis non vidit vulnera pali.Palor.aris.Verg.v.æneidos.Demoleus curſu palantes troas agebat:nam hoc verbum multis in locis Liuꝰ expreſſit.vt lib.v.ab vrbe.vagiq; ꝑ agros palantur.Pala.læ.Columela in horto.verſetur robore palæ.Palliũ quoq; poſitione duplici.i.producitur,neq; obſtat quod quidã afferunt illud Auſonij.Molle aurum pallijs græcia texe tuis.nã ſynæreſis eſt duplicis.i.aut potius legẽdũ eſt pallis ab eo,qđ palla.æ.Qualus.i.Verg.ſecũdo geor.tale dabit ſpecimen,tu ſpiſſos vimine qualos.& Colume.ipſe ferens holitor deductos põdere qualos.Cuius diminutiuũ Propertiꝰ breuiauit dicẽs.lib.iiij & iniquis penſa quaſillis.Qualis.e.Verg.i.æñ.qualis in eurotæ ripis,aut per iuga cynthi.Talus.i.Horat.i.ſermo.quarum ſubſuta talos tegit inſtita veſte.Talis.e.Verg.i.æñ.talis erat dido,talem ſe læta ferebat.& ab eo deriuatum talio.onis.Mart.corrũpit ſine talione cælebs.¶ A.ante.m.in diſſyllabis producitur.Breuiat vero amo.as.& ab eo deriuata amor.amicus.Chlamis.idis.Verg.v.æñ.victori chlamidẽ auratã,quã plurima circũ.Fames.is.Idem in.vij.hæc erat illa fames.Hamus.i.apđ Iuue.breuis reperitur,cũ apud reliquos autores ſit longa(ait enim)diſpoſitis prædiues hamis;ſunt qui dicãt poetã feciſſe ecthlipſim abiecta.s.cum vocali,qua ratione ſupra diximus.Samo.i.Idem in.i.poſt habita coluiſſe ſamo.Tamen.Iuue.non tamen inuideas vati.Lamus viri nomem propriũ breuiat.vnde lamiæ dicti.Hora.Æli vetuſto nobilis a lamo.Et nomina polyſyllaba vt mamilla.Iuuẽ.in meroe craſſa maiorem infante mamillã,nam mamma a quo eſt dimin[illegible]iuum per duplex.m.ſcribitur.Amita.æ.Perſius.iam reliqua ex amitis patruelis nulla proneptis.Scamander.Catullus.teſtis erit magnis virtutibus vnda ſcamandri Homeri tamen intepres produxit dicens.fluxus geminis ſcamander fontibus exit.Producunt vero amentum.amenti.Sillius.ix.puni.& velut amento contorta haſtilia turbo.Amineum vinum.Verg.ſunt amineæ vites firmiſſima vina.Auſonius,qui ſolus chieum miſcet & amineum.Lamina.næ.Vergil.primo.geor.tum ferri rigor atq; argutæ lamina ſerr[illegible].Lamentor.taris.Idem.ij.æneid'.Troianas vt opes & lamentabile regnũ.¶ A.ante.n.in diſſyllabis producitur,vt planus plana planum.Planus tamen nomen viri proprii breuiat,vt ſtatim dicemus.Manes quoq; pro animis ſiue inferorum dijs.Lucretius tamen breuiauit dicens.& nigras mactant pecudes manibuſq; deiſq;.Anus pro podice producit.Anulus quoq; & anellus.Breuiant quoq; anas anatis.Martialis.tota quidem ponatur anas:ſed pectore tantum.Anus.us.Idem.cum ſis anus coniux;& ſint tibi mortua membra.Canis.is.Vergil.in bucol.Notior vt iam ſit canibus,non Delia noſtra.Cano.is.Idem.arma virumq; cano.Canis fluui.Silius.lib.viij.& canis & rubico.Manus.us.Idem.in.ij.ecce manus iuuenem.Planus plani.pro ſeductore.Horat.primo epiſt.n[illegible]mel irriſus triuijs attollere cura fracto crure planum.Breuiant quoq; ab ana præpoſitione græca compoſita,vt analecta,orum.Mart.ocia,ſed ſcopis nunc analecta dabunt.Anaglypha.orum.Idem & menſis anaglypha de paternis.Et polyſyllaba,vt animus.i.anubis.idis.Producunt vero Anulus.i.Iuuena.anulus ſi demens,& ſæuas curre per alpes.Canabis.is.Perſius,tibi torta canabe fulta cœna ſit in trãſtro.Danubius.ij.Ouid.de põto.cedere Danubius ſe tibi Nile negat.Ganeo.onis.Iuue.ſed laudem ſiliquas occultus ganeo pultes.Prudentius tamen breuiauit in pſycho.Laxa ganeonum lege teneri.Idem in amarti.vegetamq; gulam ganeonis ineſcent.Ianua ideo producitur,quia a Iano deriuatur.¶ A.ante.p.breuis eſt.vt apis pro volucri ex inſectis,nam pro api boue ægyptio producitur.vt ſtatim dicemus.Ouid.xiiij.metamor.non apis inde tulit collectos ſedula flores.Aprilis.Mart.in menſem rogo differas aprilem.Apricus aprica apricum.Horatius,gaudet equis canibuſq; & aprici gramine campi.Aplauſtrium.Manilius in primo.incipit arguamq; ratem per apluſtria ſumma.Daphne daphnes.Petronius,& baccis redimita daphne tremulaq; cupreſſus.Producunt vero apis bos.Lucanus in.ix.& ſacer in cineris magni mactabitur apis.Aupulus apula apulum.Idem in.v.apulus adriacas exit garganus in vndas.Horatius.in primo ſermonum.ſequor hunc Lucanus an apulus anceps.

Halo.as.Halex.ecis.malꝰ arbor.malum pomũ.mala mandibula Palatium.ij.Palus.i.Palor.aris.Pala.æ.Qualus.i.Qualis.e.Talus tali.Talis.e.Palatum mediam habet.

A.ante.m.in diſyllabis producitur.vt Fama.æ.Breuiant vero Amo amas.Chlamis.idis.Fames.is.Samos.Tamen.Et pollyſyllaba.vt Mamilla.æ.Amita.æ.pręterquã Amentum.i.Amineum.i.Damœtas.æ.Lamina.ę.Lamẽtor.aris.Mamercus.i.Mamertinus.i.Mamura.ę.& Mamurꝰ.ij.& Bamura.æ.Hamus.i.indifferentem habet.

A.ante.n.in diſyllabis producitur.vt Sanus.a.um.Planꝰ.a.um.Breuiãt vero Anas.atis.Anus.us.Canis.is.Cano.is.Canis fluui.Manꝰ.us.Planꝰ.i.pro nebulone,& ab ana præpoſitiuo græca cõpoſita;vt Analecta.orum.Anaglyphũ.i.Et polyſyllaba,vt Animus.i.Anubis.idis.præterquã Anulus.i.Canabis.is.Danubiꝰ danubij.Ganeo ganeonis,quæ producunt.

A.ante.p.breuis eſt,vt Apis.is.napus.Vapidus.a.vapidũ,producũt vero Apis bos.Apulus.a.um.

*Apulia.æ.Idem in eodem.incipit ex illo montes apulia notos.Idē tamen in.iij.car.breuiauit dicens:nutricis extra limen apuliæ.Eſt enim carmen alcæum conſtans ex pentimemeri iambica & duobus dactylis.Sunt qui appulus & apulia cum producitur,duplici p ſcribāt.Apœninꝰ.Verg.xij.æñ.vertice ſe attollens pater apœninus ad vndas.Apidanus.i.Propert.qualis in herboſo cōcidit apidano.Aphrica.æ.quod vero primā natura longā habeat:argumento eſt.apher.ra.rum.Vergi.iij.geor.armentarius apher agit tectūq; larēq;.Crapula.æ.Serenus,at male digeſtis ſi crapula ſauiet eſcis.Capetus.i.Ouid.iiij.faſto.*

Apulia apulıæ.Apœnínus apœnini.Apidanus apidani.Aphrica aphrícæ.Crapula crapulæ.Capetus capetı.Pape.Papilio papilionis.Papo papas,Rapū rapi.Sapo ſaponis,Sapis.is.fluuiꝰ;Saperda.æ.Vapulo,las.

A.ante.q.breuis eſt;vt Aqua.æ.Laqueus.i.

A.ante.r.breuis eſt;vt Ariſta ariſtæ.Haruſpex haruſpicis,Hara.æ.Producunt vero Ara aræ,pro altare.Arados,Areo ares.Area aræ.Barium barij.Baris baridis.Caria cariæ.Caryca caricæ.Glarea glareæ.Larius larij.Lariſſa lariſſę.Nares.iū.Naricia.æ.Pareo.es.Et noīa adiectiua in.arus.a.um.vt Clarus.a.um.Varus.a.um.

A.ante.s.breuis eſt;vt Aſia aſiæ.Caſa.æ.Producunt Aſius aſia aſium.Aſis aſidis.Aſopus aſopi.Baſium.ij.Caſeus caſei.Naſus.i.Naſo.onis.Phaſis.idis.Paſithea.Saſon.onis.

A.ante.t.breuis eſt,vt Quater & quaterni,Nato,as.Producunt vero.Atagen.enis.Atina atinæ.

*& tuus eſt idem capete factus auus.Idem tamen.xiij.meta.breuiauit dicēs.ex illo poſt hūc capetuſq; capſoq;.Papilio.onis.Oui.xv.met.ferali mutat cū papilione figurā.Papo.as.& papas apđ Perſiū,& Iuue.pducūt.& Papus apđ Lucretiū ideoq; p duplex.p.cōſueuit ſcribi.Papos interpretatur auus:& papa.æ.p pontifice maximo,qđ inde videtur deriuatū.Papius quoq; vnde lex papia & papinius producunt.Auſonius:papia lex placuit,Iulia diſplicuit.Sidonius,ne qđ papinius tuus meuſq;.Rapū.pi.Marti.hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa.Sapo.onis.Serenꝰ,attrito ſapone genas purgamento.Sapis.flu.Italie.Luc.in.ij.Cruſtumiūq; rapax,& iūctꝰ ſapis iſauro.Sapda.Perſiꝰ,ī ſapdas adueho pōto,nec obſtat qđ a ſapore,ī quo prima breuis ē,autore Feſto,deriuatur.Vapulo.as.Iuue.ſi rixa ē,vbi tu pulſas,ego vapulo tātū.¶A.ante.q.breuis eſt,vt aqua aquæ.tametſi ab æquus.a.ū.deriuatur laqus,laquear,aquila aquilo.¶A.āte.r.breuis eſt,vt Ariſta.æ.quāq̃ ab arēdo deriuatur.Verg.in buc.poſt aliquot mea regna vidēs mirabor ariſtas.Ares quod interpretatur Mars apđ græcos indifferentē habet.Marti,ſed græci qbus eſt nihil negatū,& quos ares ares decet ſonare.Charites quoq; breuiauit & chariſtia feſta,quamq̃ inde carus.a.um.ducatur.Ouidi.ſecundo faſto.proxima cognati dixere chariſtia chari.Haruſpex quoq; qđ ab hara et aſpiciēdo cōponitur.Iuue.Cōmēdare volet,varicoſꝰ fiat haruſpex.Producūt vero areo.es.Ver.aret ager vitio moriēs ſitis aeris herba,et ab eo deriuatū area ara.æ.Ver.i.geor.area tū primū īgēti eſt æquāda cylindro.Idē.i.æñ.ſaxa vocāt itali medijs q̃ in fluctibꝰ aras.Bariū.ij.Hor.i.ſer.via peior aduſq; bari mœnia piſcoſi.Baris.idis.Prop.baridos et cōtis roſtra liburna ſeq.Caria.æ.Mani.iiij.aſtro.arcades ātiq celebrataq; caria fama.Carolꝰ Aretinꝰ breuiauit dicēs:Cū caria ātiquo fuerit ſpoliata ſepulchro.Carica.æ.Oui.i.faſto.qđ vult palma ſibi:rugoſaq; caryca dixi.Glarea.æ.Verg.ij.geor.nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris.Larius.ij.Idem in eodem,quid memorē lacus,te lari maxime,teq;.Lariſſa.æ.Hora.i.carmi.nec tam lariſſæ percuſſit campus opimæ.Nares narium.Verg.vi.æñ.auribus & truncas inhoneſto vulnere nares.Naricia.æ.Ouid.romechiumq; legit,caulonaq; nariciāq;.Verg.iij.æneid.hic & naricij poſuerunt mœnia locri.Pareo.es,Idem in primo.paret amor dictis caræ genitricis.Smaragdus a Martial.producitur.dicens.ſardonycas ſmaragdus adamātas iaſpides vno.Alij breuiant.vt Luca.in.ix.viridi dictincta ſmaragdo.Et Papi.ij.theba.florentes igne ſmaragdos.Et nomina adiectiua.vt clarus.a.um.gnarus.a.um.rarus.a.um.varus.a.um.& ab eo deriuatum varicus.a.um.& diuarico.as.& præuaricor.aris.nam varicoſus a varicibus dictus eſt.Perſius,fallit pede regula varo.Ouid.de arte.ingentes varica fertq; gradus.¶A.ante.s.breuis eſt.vt aſia.æ.Verg.i.æneid.europa atq; aſia pulſus.Idem in.iij.poſtquam res aſiæ priamiq; euertere gentem.Producunt vero ab aſia deriuata.vt aſis.idis.aſius.a.um.aſiacus.a.cum.Ouid.v.meta.iam ſuper europē ſublimis & aſida terrā.Idē in.ix.& in aſide terra mœnia conſtituis.Et in.xij.aſiacas caſuras aſpicis arces Verg.primo georgico.aſia circum dulcibus in ſtagnis rimantur prata caiſtri.Ego neſcio an ſit vlla palus,quæ vocetur aſia.vt voluit Seruius ibidē.Et rurſus in.vij.æneid.in illud Verg.dant per colla modos,ſonat amnis & aſia longe pulſa palus.& poſt illum reliqui omnes:hoc tamen cōpertū habeo primitiuū aſia primā breuiare.deriuata vero pducere eſſe autē aſius.a.um.poſſeſſiuū ab aſia,nemo eſt,qui nō intelligat,vnde prata aſia dixit Verg.in.geor.& palus aſia in æñ.& in.iij.geor.atq; ephyre.atq; opis & aſia deiopeia.Aſopus.i.Luca.in.vi.accipit aſopos curſus:phœnixq; melaſq;.Baſium.i.Marti.eſſe quid hoc dicam,quod olent tua baſia myrrham.Caſeus.i.Vergilius.pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi.Naſus.i.vnde Oui.naſo cognominatus eſt.Marti.& pueri naſum rhinocerotis hñt.Ouidi.qui modo naſonis fueramꝰ quinq; libelli.Phaſis.idis.flu.Idem.vij.meta.contigerāt rapidas limoſi phaſidos vndas.Paſithea.Papiū.libro ſecūdo theb.non hoc paſithea.Saſon.onis.Luca.in ſecūdo perfunditur æquore ſaſon.Et iterum in quinto.non humilem ſaſona vadis.¶A.āte.t.breuis eſt,vt quater aduerbiū,qđ tametſi a quattuor deriuatur:extrita altera.t.litterā primā breuiauit.Vergili.ij.æneidos,ſubſtitit:atq; vtero ſonitū quater arma dedere.Atrax.flu.Theſſaliæ.Catullus.ſmirna canas atracis penitus mittetur ad vndas.Atrox.lib.ij.punico.inſtat atrox terga increpitās fugientia victor.Atlas.Ouidius,hercule ſuppoſito ſydera fulſit atlas.Atreus.Ouidꝰ.xv.metamorpho.Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris atridæ.Natrix quoq; breuiat apud Lucillum dicens.Si atribus natricem impreſſit craſſam ac capitatā.nā Luca.poſitione produxit.dicens & natrix violator aquæ.Producunt vero Atagen ſiue atagena,Marti.ionicarum guſtus atagenarum.Atina.æ.Vergili.tela nouant atina potens.*

Atys,yos,Atella.æ,Ater atra atrum,Catillus.i, Chratis,idis, Crates,is, Crater,eris, Clatrꝰ.i,Frater.is,Fatum.i,Gratus,a.um,Latus,a.um,Laterna,æ,Latona,ę,Mater matris,Materia,æ,Maturus,a,um,Matutinus,a.um,Pratum,i,Patagia,æ: fluuiꝰ. Saturnus.i,Vates.is, Vaticanus vaticani.
A,ante,u,conſonantem breuis eſt,vt Auis,Producũt vero Auius a,um .Claua,ę,Clauis,is,Clauus claui.Dauus,i,Flauus.a,um,Gnauus,a.um,Gauiſus.a,um,Lauiniũ.ij,Lauina,ę, Mauors,ortis. Mauis a malo.Nauis,is pauo.onis,Prauus,a.um Suauis ſuaue. Suauius.

E Ante.b.breuis ẽ.vt Trebia.æ.Nebris nebridis Producunt vero. Creber.a. um.Crebrenus.i. fluuius,Debeo,es,debilis debile. Flebilis flebile, Gleba.æ, Hebe,es, Hebeſus hebeſi. Rhebus.i.

Atys.Ouid.x.met.ſiquidem cibelcius atys.& Perſius. berecyntinius atys,de alio tamen aty.Ouid.v.meta. dixit,erat indus atys,quem flumine gange.& a cata præpoſitione græca compoſita.vt cathedra catholicus.Sidonius tamen,& Prudentius primã produxerunt.Catena quoq;,quãq̃ Mart.dixit,expectãt curæ catenatiq; labores.Atella,æ.Sillius in.x.puni.iamq; atella ſuas iamq; & gallogrecia adegit:vnde attellanus.a.um.Iuue.ruſticus ex odio riſum mouet atellanæ.Ater.a.um.Verg. primo æneid.teucrorũq; alios,ater quos æquore turbo.Catillus.i.viri nomen.Sillius.viij.puni. hinc tibur catille tuũ. Chratis chratidis flu.calabriæ.Ouid.xv.met.Chratis & hinc ſibaris noſtris cõterminus oris.De alio eiuſdem nominis prima breui dixit in.iiij.de ponto,huc lycus,huc ſageris,penuſq; hiſpaniſq; chratiſq;. Crates.is.Verg.primo geor.arbuteæ crates y myſtica vãnꝰ iacchi.Crater crateris.Idẽ in.i.æñ.crateres magnos ſtatuunt,& vina coronãt.Clatrꝰ.i.Hora.in poe.obiectos caueæ valuit ſi rũpere clatros.Frater.tris. Ver.i.æñ.frater vt æneas pelago tuus oĩa circũ.Fatum.i.qd' ideo ꝓducit,quia a participio huius verbi faris vel fare deriuatur.Gratus.a.ũ. a quo deriuatur gratia gratulor & grator. Verg.populus alcide gratiſſima vitis iaccho. Latus.a.um.quod videtur eſſe participium,a fero.atq; ideo producere primam.Idem.i.æñ.littoraq; & late populos ſic vertice cæli.Laterna.æ.quod licet a latendo deriuatur:nihilominꝰ primã producit. Mart. dux laterna viæ nunquid ſum fuſcior.Latona.æ,Verg.i.æñ.Latonæ tacitũ pertentant gaudia pectus.Mater.tris.Idem in eodem.cui mater media ſeſe tulit obuia ſilua. Materia.æ. Idem.ij.æñ.iacet omnis ad vndam materies.Maturus.a.um.Idem in buco.maturæ vinitor vuæ.Matutinus.a.um.Idem in.viij.æñ. & matutini volucrum ſub culmine cantus.Natus.i.pro filio,nata pro filia,natalis,& natura ideo producunt:quia a participio natus nata natum deriuantur.Pratum.i.Verg.in buc.huc ipſi potum venient per prata iuuenci.Patagia.æ. fluuius Siciliæ. Verg. iij.æñ.viuo.præteruehor oſtia ſaxo patagiæ,non patagia.vt dicit Serui.& poſt illũ fere oẽs:ſed patagiæ.vt Georg.merula. Saturnus.i.Idẽ.i.geor.frigida ſaturni quo ſeſe ſtella receptet.Statera.æ.qd' nomen Verulanus dicit primã producere:nõ perſuadet mihi.cum Mart.libro.x.in carmine phaleutico ſcribat:nõ ergo eſt manus iſta,ſed ſtatera.Vates.tis.& ab eo deriuata vaticinor & vaticanus & vaticiniũ.Vergi.iiij.æneidos,heu vatũ ignaræ mentes : qd vota furentem. Iuuena.& vaticano fragiles de monte patellas.¶ A.ante.u,conſonantem breuis eſt,vt auis,tametſi ab a & via compoſitũ videatur:quẽadmodũ & auius.a.ũ.ſed hoc producit,illud vero breuiat.Verg.ij.georgicorũ.auia tũc reſonant auibꝰ virgulta canoris.Claua.æ. Clauis.is.atq; ab vtroq; clauiger:tam is qui clauam quam q clauem gerit.Ouidi.xv.metamorpho.clauiger alloquitur lapidoſas eſaris vndas.Clauus.i.Vergi.v.æneidos,hortaturq; viros,clauũq; ad littora torquet, & Iuuena. clauus mihi militis hæret.Dauus.i.Hora.intererit multũ dauus ne loquatur,an heros.Dauid quoq; Seduliꝰ in paſchali produxit dicens : cæcatos clamare viros fili inclyte Dauid, nos tamen lib. ij. breuiauimꝰ cũ in tertia declinatione ſcripſimꝰ,noſtri dixere dauidis. Flauus.a.ũ.Vergi.primo georgicorũ,flaua ceres alto ne quequam ſpectat olympo.Gnauus.a.ũ. Ouidi. primo de ponto, det mihi formoſa gnaua iuuenta manu.Inde ignauus.a.ũ.Vergi.hyems ignaua colonis.Gauiſus.a.um.Propertius.nõ ita Dardanio gauiſus atrida triumpho. Lauina lauinæ. lauinium.ij.Vergi.ſeptimo æneidos,& iuxta genitorem aſtat lauinia virgo.Idem in primo.Italiam fato profugus lauinaq; venit.idem tamen in eodem breuiauit dicens.Imperio explebit vrbemq; a ſede lauini transfert. Mauors mauortis.Ouidi.ſexto metamorphoſeos,cecropia palas ſcopulum mauortis in vrbe. Ouidius. ſic ego,ſic poſita dixit mihi caſſide mauors. Vergil.tertio æneidos,terra procul vaſtis colitur mauortia campis. Mauis ſecunda perſona ab eo quod eſt malo ideſt magis volo. Horatius primo ſermo. an tibi mauis inſidias fieri : preciumq; auellier ante. Nauis,atq; ab eo deriuata nauita & nauigo. Vergili. primo æneidos, nauibus infandum amiſſis vnius ob iram. Idem.vi.æñ.nauita ſed triſtis nũc hos nũc accipit illos.Idẽ quoq;.i.æñ.tyrrhenũ nauigat æquor.Pauo.onis. Claudianꝰ,patricius roſeis pauonũ ventilat alis.Iuueñ.& crudũ pauonem in balnea portas.Prauus.a.ũ.Hora.in poeti. non magis eſſe velim,q̃ naſo viuere prauo. Suauis.e.Verg.in buc.Suaue rubens hyacinthus.

E Ante.b.breuis eſt,vt trebia trebiæ.nebris nebridis,hæc duo poſuimus quia trebiã cum trebula Seruiꝰ confundit,hãc itaq; poſuimus in exceptione.illã vero pro regulæ exemplo,nebula nebulæ,ebulus ebuli,lebes lebetis,ebenus ebeni. Gehennæ gehennarum.Auſonius,& Lucanus breuiant.Idem tamen Auſonius produxit dicens,niguida pyrenes & pinea gehennarum.Hebrus quoq; breuiat.Seneca in Oeta.& hydra vires poſuit & notos Hebro.Vergilius poſitione produxit dicens volucremq; fuga peruertitur hebrum.Producunt vero Creber.a.um.Vergi.quinto æneidos,creber vtraq; manu pulſat verſaq; dareta.Crebenus.i.fluui.Ouidi.xv.metamorpho.aſpicit exerien patria crebenida ripa:hoc eſt crebifiliam. Debeo & debilis ideo producũt:qa a de præpoſitione & habeo & habilis componũtur,vt ſupra dixit.Flebilis quoq;:qa ſequitur ꝓportionem verbaliũ in.ebilis deſinentiũ, vt delebilis,explebilis,& qd' modo diximꝰ debilis.Gleba glebæ.Ver.i.æneid. terra antiqua potens armis atq; vbere glebæ.Hebe hebes.Ouid.ix.meta.hoc illi dederat iunonia muneris hebe. Rhebus.i. nomen ꝓpriũ equi apd' Vergi.x.æneí.Rhebe diu.res ſi qua diu mortalibꝰ vlla eſt,ſunt q p.oe.diphthongon ſcribãt rhœbus.

Sebethus ſebethi, Trebula trebulæ, Thebę thebarum. Thebe thebes, immo omnia græca quę per eta ſcribuntur.

E, ante.c. breuis eſt; vt ſecus; pecus; Producunt vero. Secius pro minus; ſecurus ſecura ſecurũ, Gręca quoq; q̃ per eta ſcribuntur omnia ꝓducũt; vt Echo echus. Cecubum cecubi. Lechytus.i. Theca, æ. Et ab eo compoſita; vt Dactylotheca; Pinacotheca.

E, ãte, d, breuis eſt; vt ſedeo.es. ꝓducũt vero; Credo is. Cedrus.i. Cedo is. ceſſi, Pedo, is, ſedulus, a, ũ; ſedes, is, ſeditio ſeditionis. Et græca q̃ per eta ſcribuntur; vt medea.ę, media; rheda rhedæ,

E, ante.f. breuis eſt; vt Nefas; nefandus; nefarius.

E ante.g. breuis eſt; vt Lego.gis. Rego.gis. Tego. is. Producũt vero Lego.gas. Pegaſus.i. Regula.ę. Regulus.i. Regina. ę. Rhegiũ. ij. Tegula tegulę.

E, ante l, in diſſyllabis lõga eſt; vt Chela.æ. Breuiãt vero Chelys.ys. Celer.is.e Gela.æ. Gelu; indeclinabile; Lelex lelegis; Helix helicis; Et a meli hoc eſt melle; & a melam quod eſt nigrum cõpoſita & deriuata; vt Melilothos.i. Melãthium melãthij ſcelus.eris. Telon.onis. Velim.is.velit,

*Sebethus.i.flu. Papi.i. ſilua. eubois & pulchra gaudẽs ſebethus alũna, inde Ver.vij.æñ. ſebethis.idis. fecit dicẽs, oebale quem generaſſe telõ ſebethide nympha. Trebula.æ. oppidũ in agro reatino & eiuſdẽ nois iuxta cruſtumiũ colonia Romanorum. Mar.v. epigra. humida qua gelidas ſũmittit trebula valles, & iterũ i diſtichis. Trebula nos genuit, cõmẽdat gratia duplex. Thebæ.arũ. ꝓ boeotiæ vrbe, vnde eſt thebanꝰ & thebe.es. vrbs Aegypti: & vnde thebeus. Ebrius.a.ũ. & febris.is. ideo ſuſpicantur ꝓductã habere primã: quia ſemꝑ lõgæ repiuntur. Nebris vero primã breuiatq̃ ꝑ e. pſilõ ſcribitur a græcis: qđ ſi in carmine lõga reperitur: illđ erit poſitiõe nõ natura, vt Frãciſcus maturãtius putauit. ¶ E. ante.c. breuis eſt: vt ſecus ꝓ aliter, pecꝰ.oris. vel pecudis, decet, iecur. Echion vero vnꝰ ex ſupſtitibꝰ terrigenis apđ Ouidiũ breuiat. iij.meta. & cognominis eiuſdẽ apđ Iuue. accipis vxorẽ de qua citharoedꝰ echiõ, apđ eundẽ tñ Oui. v.meta. ꝓductũ legitur, echionq; ſagax quondam vẽtura videre. Producũt vero Secꝰ. Ver.ij.geor. indulge ordinibꝰ: nec ſecius oĩs in vnguẽ, ſecus tñ vt diximꝰ breuiat. Idẽ.xij. æñ. haud ſecus accẽſo gliſcit violẽtia turno. Securꝰ.a.ũ. ideo ꝓducit, qa a ſe & cura cõponitur, vt ſit ſecurꝰ qui eſt ſeorſum a cura. Mecũ, tecũ, ſecũ, quia cõponũtur ex me, te, ſe. Græca vero ꝑ eta oẽs ꝓducũt, vt Echo.us. Perſius, reparabilis aſſonat echo. Cecubũ.i. Mar. cecuba fundanis generoſa coquũtur amyclis. Theca.æ. & a theca cõpoſita, vt bibliotheca, dactylotheca, pinacotheca, Mar. ruris bibliotheca delicati, Cecrops vero primã habet mediã. Lucretiꝰ, finibꝰ in cecropis funeſto reddidit agros, niſi legas finibꝰ cecropijs extrita.s. littera. Producunt etiã q̃ ꝑ diphthõgõ ſcribũtur, vt cæcus, græcꝰ, mœchus, oeconomꝰ. ¶ E. ãte.d. breuis eſt, vt ſedeo.es. cedo ꝓ dic. Producunt vero credo credis. quod a cretum & do cõponitur. Verg.vi.æñ. præpetibꝰ pẽnis auſus ſe credere cælo. Cedrus.i. Perſius, & cedro digna locuti. Hora. breuiauit dicẽs. poſſe linẽda cedro. Cedo.is. ceſſi. Ver.in buc. oĩa vincit amor, & nos cedamus amori. Cædo.is. cæcidi ꝑ æ. diphthõgõ ſcribitur. Cedo vero ꝓ dic, vt diximus primã breuiauit. Iuuena. poſt minor & aliã credas cedo ſi breue parui. Pedo.dis. Mar. pedere te malim, nãq; hoc neq; inutile dicit. Sedulꝰ.a.ũ. ſedo.as ſeditio.onis. ideo ꝓducũt qđ a ſe & dolus primũ, a ſe & do das ſcđm a ſe & itio tertiũ interpoſita.d. euphoniæ cauſa cõponũtur. Pædor vero pædia.æ. & pædico.cas. q̃ a pes qđ eſt puer græce deriuãtur, ideo ꝓducũt, qa æ. diphthõgõ hñt. Et græca q̃ ꝑ eta, vt Oui.i epiſ. medeæ, medea forẽ qđ ſi qs ab alto. Et inde medꝰ.i. & media regio & meca herba & medicũ pomũ, Rheda quoq;. nã græci ſuũ eſſe putãt, cũ tñ Quinti. dicat Gallicũ eſſe. Iuue. hic dũ tota domꝰ rheda cõponitur vna. ¶ E. ante.f. breuis eſt, vt nefas: & inde nefaſtꝰ: nefariꝰ & nefandꝰ. ¶ E. ãte.g. breuis eſt, vt lego.is. rego.is. tego.is. Tegmeſſa quoq; breuiat. Hora. forma captiuæ dñm tegmiſſæ, eſt enim ſapphicũ carmẽ. Oui. poſitiõe ꝓduxit dicẽs. odimus & mœſtas tegmeſſam diligat aiax. Producũt vero lego.as. ꝓ eo qđ ẽ legatũ aliquo mittere, et teſtamẽto præter ſolidã hæreditatẽ aliqđ alicui relinq̃re. Pegaſus.i. equꝰ alatus. Oui.iiij.meta. pegaſon & fratres matris de ſanguine natos. Regula.æ. tametſi a rego.is. deriuetur: i quo (vt diximꝰ) prima breuiatur. Verg. in moreto, nec ſumptus erat illđ opus ſed regula curæ. Regulus & regina ideo primã ꝓducunt: qđ a rege deriuãtur. in quo prima lõga eſt cremẽto. Sedulius breuiauit primã reguli dicẽs, poſt regulus nato quidam moriẽte rogabat. Rhegium.ij. brutiorum ciuitas. Oui.iiij.metamor. liquerat & zanclẽ aduerſaq; mœnia rhegi. Tegula. Iuueñ. vltimus ardebat: quẽ tegula ſola tuetur. ¶ E. ante.l. in diſſyllabis longa eſt, vt chela.æ. Verg. primo geor. q̃ locus erigonem inter. chelaſq; ſeq̃ntes. Breuiãt vero chelys.ys. Oui. in epiſto. ſapphus, inde phœbo chelyn communia munera mittam. Celer celeris.e. Vergi.v. æneidos, protinus æneas celeri certare ſagitta. Gela.æ. Ciuitas & flumen Siciliæ. Vergi.iij. æneidos. immaniſq; gela fluuij cognomine dicta. Gelu indeclinabile ſiue gelum geli. Lucreti. libro ſexto, dimittit quaſi ſæpe gelum, quod cõtinet in ſe. Lelex lelegis. Ouiđ.viij. metamorpho. illa troezenius heros parte lelex alia. Helix helicis, hederæ ſpecies: de qua Plini. libro xvi. eſt candida & nigra hedera, & tertia quæ vocatur helix, cuius prima ſyllaba breuis a Theocrito ponitur in primo edyllio. Et a meli hoc eſt a melle compoſita & deriuata vt melimelum, melilothos, melos. Martialis infanti melimela dato fatuaſq; mariſcas. Ouid.iiij. faſtorum, pars rorem, pars melilothon amat. Lactantiꝰ de Chriſti reſurrectione, fitq; repercuſſo dulcior aula melo. Homerus tamẽ in Hymnis primam ꝓduxit, vt illud Perſij, cantare credas pegaſeium melos: etiam defendi poſſit autore Homero, Hermolaus in fine.xxxij. libro naturalis hiſto. Et a melan quod interpretatur niger, vt Melanthion, Melampus, Collumella, Melanthia grata cymino. Vergi.iij. georgico. phyllirides chiron amithaoniuſq; melampus. Scelus ſceleris. Iuuenalis. quod ſcelus admiſit, quæ nam hic culpa puellæ eſt. Telon telonis. Vergi. ſeptimo æneidos, oebale quem generaſſe telon ſebethide nympha fertur. Velim velis velit. Luca. in primo. Accipiam cirrhea velim ſecreta mouentem.*

Velut,uti.Et nomina pollyſyllaba.vt melior.pro ducunt vero belua.æ.Delibutus.a.um.Deliciæ deliciarũ.Delubrũ.i.Eliſiũ.ij.Electrũ.i.Helios,& ab eo cõpoſita vt Heliades.Peligni.orum.peluſium.ij.pelion.ij.pelias.adis.Pelamis.idis.Spelũca.æ.Spelæum.i.Telephus.i.Telegonus.i.Telemachus.i.Telemus.i.Velabrum.i.

E.ante.m.breuis eſt.vt Emo.is.pducũt vero Crementũ.i.Demũ aduerb.Demo.is.Et a demos cõpoſita,vt Demoſthenes.Emathia.æ.Emolumentũ.i.Eminus aduerb.Femẽ.is.& ab emis qđ eſt ſemis cõpoſita.vt Hemina.æ.Hemiciclus.i.Nemo.inis Phemonoe.es.Remus.i.Shema.atis.& a ſemis compoſita,vt Semita ſemitæ.Temo temonis.

E.ante.n.longa eſt.vt Vena.æ.Veneo.is.breuiãt vero bene aduer.Benignus.a.um.Enyo.us.Enipeus.i.enĩ cõiunctio.Feneſtra.æ.& a genes qđ interp̃tatur genus,& a Geno.is.deriuata& cõpoſita.vt Geneſis.eos.Genus.eris.Menalippus.i.menapi.orũ.menãder.i.Phrenitis.is.penes p̃poſitio.Penit⁹ aduer.Penetro.as.Penates.iũ.pen⁹.us.vl.oris.Senex.is.Seneca.æ.Senõ.onis.Sthenel⁹.i Teneo.Teneor.oris.Tenuis.e.Tenus p̃poſitio.

*Velut & veluti.Verg.in.i.æñ.ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt.Et nomina polyſyllaba:vt melior ſiue ſit cõparatiuum ſiue proprium viri.Mart.en vocant ad cœnam melior te claſſice rectã. Producunt vero,belua.æ.quamq̃ ſunt qui per.æ.diphthongon,ſunt qui per duplex.l.ſcribant.Iuue.nimirum conſtat leuiori bellua ſumptu.Delubrum.Verg.ij.æñ.hic primum ex alto delubri culmine telis.Eliſium.ij.Idem lib.vi.mittimur eliſium & pauci læta arua tenemus.Electrum.Idem in buc.pinguia corticibus ſudent electra myricæ.Idem tamen.viij.æñ.liquido vt poteſtur electro dixit prima breui.& in ciri.lachrymoſo parauit electro. Helios,ideſt ſol cũ compoſitis.Mart.fletibus heliadum ramis.Peligni.orũ.Martial.non hæc pelignis agitur vindemia prælis. Peluſium.vnde peluſius.ſia.ſium.& peluſiacus.ca.cum.Idem in diſticho.accipe niliacã peluſia munera lentem.Verg.i.geor.nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis.Pelion.ij.Luca.in.vi.pelion opponit radijs naſcentibus vmbras.Sillius tamen.iij.puni.breuiauit.Oſſaq; cũ pelio cumq; hemo ceſſerit othris. Sunt qui non pelio:ſed imido legant apud Papi.Pelias.adis.Ouid.de reme.vulneris auxiliũ pelias haſta tulit.Pelamis.idis.Iuue.& vas pelamidum aphrorũ. Spelunca.æ.quæ dicitur græce ſpelæum.i.Verg.vi.æñ.ſpelunca alta fuit vaſtoq; immanis hiatu.Idẽ in buc.certũ eſt in ſiluis inter ſpelæa ferarũ.Selibra.æ.Mart.ſaturnaliciæ ligulã miſiſſe ſelibræ.Thelephus.i.Iuue.telephus,aut ſummi plena iam margine libri.Thelegonus.goni.Ouid.de ponto.telegoni vt parens vetitis nata figuris.Telemamchus.i.Horat.haud male telemachus proles patientis vlixi.Telemus.Oui.xiij.meta.telemus eurimides quem nulla feſellerat ales.Velabrũ.i.Hora.ij.ſer.cũ velabro omne macellum.¶E.ante.m.breuis eſt.vt emo.is.fremo.is.femur.oris.nemus.oris.Producunt vero.crementum,atq; ab eo cõpoſitum incrementum.Verg.in buc.chara deũ ſoboles magnum iouis incrementum.Demum aduerb.Idem.vi.æñ.ſic demũ lucos ſtygios regna inuia viuis.Demo.is.ppterea primã pduxit:qđ a de præpoſitiõe & emo componitur.Cõpoſita quoq; a demos,qđ interpretur populus,vt Demoſthenes,Democritus,Demophoon,Iuuẽ.eloquium & famam Demoſthenis aut Ciceronis.Emathia.æ.Vergi.primo georgicorum,emathiã & latos hemi pingueſcere cãpos.Emolumentum,i.Iuuẽ.nullus in vrbe locus,nulla emolumenta laborum.Eminus aduerb.Ouid.xiij.metamorpho.eminus ingenti reſupinum vulnere fudi.Femen feminis,nã quod Seruius illud Vergi.x.æneidos legit,ocyus enſem eripit a femine:magis placet,vt cũ Priſciano legamus,ocyus enſem eripit a femore:quoniã hoc primã breuiat:illud vero producit eãdem.Ab hemis quoq; compoſita & a ſemis qđ ab hemis interpretatur aſpiratione mutatata in.s.vt hemina heminæ,hemitriteus.i.ſemideus.i.ſemiuir.ri.Perſius.fregerit heminas areti ædilis iniquas.Marti.vir tongilius male dicitur hemitriteo.Ouid.primo metamor.ſunt mihi ſemidei:ſunt ruſtica numina fauni.Verg.iiij.æneidos,& nunc ille paris cum ſemiuiro comitatu.Hemus hemi.Verg.primo georgico.emathiã & latos hemi pingueſcere cãpos.Nemo neminis.Idem.ix.æneidos,turne quod optãti diuum promittere nemo.Phemonoe.es.Luca.in.v.Phemonoẽ errore vagã curiſq; vagantem.Remus remi,quo nauis impellitur.Vergil.primo æneidos,frãguntur remi tum prora auertit ab vndis,nã pro romuli fratre primã breuiat.Idem in eodem,cana fides et veſta remo cũ fratre quirin⁹.Schema.atis.quoniã per.c.longũ a græcis ſcribitur.Et a ſemis (vt diximus) compoſita,vt ſemita.Ver.iiij.æñ.caſtigatq; moras,opere omnis ſemita feruet.Temo.onis.Vergi.georgico.huic a ſtirpe pedes temo ptentus in octo.¶E.ante.n.longa eſt.vt vena.æ.veneo.is.Vergi.iiij.æneidos,vulnus alit venis.Iuue.ſummula ne pereat qua vilis teſſara venit,venor.aris.Breuiãt vero bene & benignus.a.um.Hora.ſi bene te noui.Idem.quippe benignus erat.Enyo.us.Mart.cum dubitaret adhuc belli ciuilis enyo.Enipeus.i.Luca.in.vi.ſanguine Romano q̃ turbidus ibit enipeus.Enim coniunctio.Vergi.hic tibi fabor enim quãdo hæc te cura remordet.Feneſtra.æ.Iuue.cum pateãt altæ caligãteſq; feneſtræ.Et a genes ſiue geno genis compoſita & deriuata,vt Geneſis,archigenes,genius genero gen⁹.Phrenitis.Iuue.cũ furor haud dubius cũ ſit manifeſta phrenitis.Penes præpoſitio.Hora.quã penes arbitriũ ius eſt & norma loq̃ndi,nã pene aduerb.primã pducit.Penitus.Verg.i.penituſq; precacib⁹ auſtris.Penetro.as.Idẽ in.vij.dardan⁹ idæas phrygiæ penetrauit ad arces.Penates.Idẽ in.i.iliũ in Italiã portans victoſq; penates.Pen⁹.us.vel penoris.Idẽ in eodẽ,cura penũ ſtruere.Hora.i.epiſt.portat frumẽta penuſq;. Senex ſenis.vnde ſenior & ſenectus.Idem in.vi.iã ſenior ſed cruda deo viridiſq; ſenectus.Seneca.cæ.Iuue.a ſeneca q̃ piſo bonus q̃ cocta ſolebat.Senon.onis.Luca.in.i.nos primi ſenonũ motus cymbrũq; furẽtem.Sthenelus.i.Verg.therſandrus ſtheneluſq; duces & durus vlyſſes.Teneo.es.Idẽ in.i.ſed mihi ſorte datũ tenet:ille immania ſaxa,Tenor.oris.Verg.aliũ vt habuiſſe tenorem.Tenuis.e.Idẽ in.iiij.geor.in tenui labor:at tenuis nõ gloria:ſi quẽ.Tenus præpoſitio.Idẽ.ij.æñ.capulo tenus abdidit enſem.*

Venafrum venafri. Venilia veniliæ. Venetus veneta venetum. Venia veniæ. Venꝰ veneris. Venenum veneni. Venio venis. Xeniū xenij.

E.ante.p.breuis eſt,vt lepus leporis. Nepa nepæ. producunt vero cepa cepæ. Cephiſus cephiſi. Epirus epiri. Repo repis. Sepe ſepis. Sepia ſepiæ.

E.ante.q.breuis eſt. vt Nequeo nequis,neq;.Producunt vero Nequam. Nequicia.æ. Nequaq;. Nequis.Sequana.æ.

E.ante.r.breuis eſt;vt Serum ſeri.Herus heri.Producunt vero Berylus berylli.Beritus beriti.Ceruſa ceruſæ.Cerinthe cerinthes.Cera ceræ.Clerus cleri.Eridanus eridani. Eretum ereti. Eruca erucæ.Feralis.e.Feronia feroniæ.Feriæ feriarū. Geriones gerionis.Hæres hæredis. Heros herois,Herodes herodis.Meriones merionis.Neritos neriti.Neris neris.Nerio nerienis.Pera peræ.Pero peronis.Serus ſera ſerum. Seres.um. Spero ſperas,Seria ſeriæ. Seria ſeriorum. Theron theronis. Thera theræ. Tereus terei. verus vera verum. Veratrum veratri. Verona veronæ.Et a xeros.hoc eſt ſiccus compoſita; vt Xerampelinus. Xerolophus.

*venafrū.i.Mar.hæc tibi Cāpanl ſudauit baccha venafrū.Venafranus.Iuue.ipſe venafrano piſcem pfudit oliuo.Venilia.æ.Ver.x.æn̄.cui pilūnus auus:cui diua Venilia mater. Venetus.a.ū.Iuue.cōtentuſq; illis veneto craſſoq; cuculo. Venus. eris. Verg.i.æn̄.ſic venus & veneris cōtra ſic filius orſus.Venia.æ.Idem in.iiij. tu modo poſce deos veniā ſacriſq; litatis. Venenū.i.Idē in.i.occultū inſpires ignē fallaſq; veneno.Venio.is.Idē in.iiij.audiā & hæc manes veniet mihi fama ſub imos.Xenius,qđ interpretatur hoſpes,vñ xeniū & pxeneta. Mar.oīs in hoc gracili.xenioꝝ turba libello. Idē vaciniorū pxeneta ſartorū.Eſt enim trimetrū iābicū:ide quoq; axenos.i.inhoſpitalis.¶E.ante.p.breuis eſt,vt lepu,oris.epulum.i. Producunt vero Cepa.æ.Verg.cepa rubens ſectiq; famē domat area porri.Cephiſus.i.Luca.in.iij.quos impiger ambit fatidica cephiſus aqua.Epirus.i.Verg.iij.æn̄.littoraq; epiri legimus.Repo.is. Horati. in poe.verum opere in longo fas eſt irrepere ſomnum. Repens tamē & repētinus & repente q̄ a repo videntur deriuata: primam breuiant.Oui.i.faſto.Bina repens oculis obtulit ora meis.Sepes.pis.Verg.in buc. hinc tibi q̄ ſemper vicino ab limite ſepes.Sepia.æ.Perſius,nigra qđ infuſa vaneſcat ſepia lympha.¶ E.ante.q.breuis eſt,vt equus equi.ſequor.eris.nequeo.neq;.Producunt vero nequam & ab eo deriuatum nequicia ſiue nequicies.Hora.ij.ſermo.illum aut nequicies aut vafri inſcicia iuris.Nequicquam.Verg.ij.æn̄.ſed quid ego aut hæc nequicquā ingrata reuoluo.Nequis nequa nequod vel nequid. Idem in.iij.hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti. Sequana & ſequani populi Belgarum illius fluminis accolæ.Lucanus in.i.optima gens flexis in gyrum ſequana frenis. ¶ E.ante.r.breuis eſt, vt ſerum.i.Verg.iij.geor.acremq; moloſum paſce ſero pingui.Serus.a.um.producit,vt ſtatim dicemus,eodem modo herus.i.primā breuiat:heros herois. eandem produxit. Producūt vero Beryllos.i.Iuue.heliadū cruſtas & inæquales beryllos,eſt enim ſpondeus in quinto loco.Sillius.ij. punicorum,& ſolitum digito beryllon adederat ignis.Prudentius tamen in pſycomachia breuiauit dicens:hinc tibi ſapphirum ſociauerat,inde beryllum.Beritus. i. vrbs phœniciæ Vulpiani iure cōſulti patria.Priſ.in perihegeſi.antiquāq; tyron beriti & mœnia gratæ.Ceruſa ceruſæ,vnde ceruſatꝰ ceruſata.um.Mart.& ceruſata cādidiora cute.Idem alio loco,ceruſata timet labulla ſolem.Cerinthe.Ver.tertio geor.trita meliſphylla & cerinthe ignobile gramen. Cæra cæræ,quod ideo producit,quia per.e.longum ſcribitur a græcis:a pleriſq; tamen latinorum per.æ.diphthongon.Cleros quoq; quod interpretatur ſors a græcis per.e.longum ſcribitur. Eridanus. Vergi.quarto georgicorum,eridanus quo non alius per pinguia culta.Eretum ereti.Idem ſeptimo æneidos,ereti manus omnis oliuiferæq; mutuſcæ.Eruca erucæ.Idem in moreto.intibaq; & venerem reuocans eruca morantem. Feralis ferale, tametſi a ferus fera ferum.deriuari videtur,Ouidi.xv.metamorphoſeos,ferali mutat cum Papilione figuram.Feronia feroniæ.Hora.primo ſermo.ora manuſq; tua lauimus feronia lympha.Geriones gerionis.Vergili.ſeptimo æneidos, & forma tricorporis vmbræ geriones.Hæres hæredis.Martialis,hæredem Fabius labienum ex aſſe reliquit.Heros herois.Vergil.primo æneidos.littora trinacrio:dederatq; abeuntibus heros.Meriones merionis. Ouidi.xiii.metamorphoſe, nec minus idomeneus patriaq; creatus eadem meriones.Nereus.Verg.in buccoli.tum durare ſolum & diſcludere nerea ponto.Neritos neriti.Vergi.tertio æneidos,& neritos ardua ſaxis,mons eſt ithacæ.Neris.is.mons eſt argiuorum.Papi.quarto theba.neris & ingenti turritæ mole cleonæ.Nerio.enis.vxor martis cuius primam multi produxerunt.Gelli.tamen.xij.noct.attica.dicit,eos qui probe locuti ſunt primam breuiaſſe,nam & nero cum quo ſymbolū habet primam breuiauit.Pera peræ.Martialis,in diſticho,cuiꝰ titulus eſt pera.dormiat & tetrico cum cane pera rogat.Pero.onis.Vergi.ſeptimo æneidos,inſtituere pedis crudus tegit altera pero.inde peronatus perone calceatus.Serus.a.um.Idem in quarto,ſeraq; terrifici cecinerunt omnia vates. Seres populi.vnde ſericus.a.um.Idem ſecundo georgicorum,velleraq; vt folijs depectant tenuia.Spero ſperas.Idem primo æneidos,at ſperate deos memores fandi atq; nefandi.Seria ſeriæ.Perſius,ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule. Seria. orum.& ſerio aduerb.i.non iocoſe.Horatius primo ſermo.ſed tamen amoto quæramus ſeria ludo.Thera theræ.vrbs prope ſyrtē minorem in Aphrica Callimachi poetæ patria, de qua dicit ipſe,nomine Calliſto fuerat:ſed poſtmodo thera dicta fuit tellus vrbis origo meæ.Tereus terei.Vergili.in buccolicis,aut vbi mutatos terei narrauerit artus.Verus vera verum.Idem in tertio æneidos,vera ne te facies:verus mihi nuncius affers.Veratrum.Perſius,ebria veratro, non quicquid deniq; lectis. Verona.æ.Ouidi. Mantua Vergilio gaudet,Verona catullo.Et a xeros quod interpretatur ſiccus.a.um.compoſita,vt xerolophum, xerolibya,xerampelinus.a.um.Iuuena.& xerampelinas veſtes donauerit illi.*

GRANA

E.ante.s.longa eſt;vt Theſeus theſei.Breuiãt vero Seſoſtris.is. Theſis; Veſulus.i.Veſenus veſeni. Veſuuius veſuuij.

E.ante.t.producitur; vt meta metæ. Thetys.yos. Breuiant vero etiam coniunctio. Fretum freti. Getes getę.Hetruria hetrurię.Meto metis.Metuo metuis.Metallum metalli.Metaur⁹ metauri.Metopon.u.& a metros ſiue meta compoſita & deriuata;vt metreta;metaphora.Retro aduerbium.Tetricus tetrica tetricum.Thetis thetidis;& a tetra compoſita;vt tetrarcha.veto.as.vetus veteris;veternus.i.Et habẽtia.p.ante.e.vt petra.æ.peto.is.

E.ante.u.conſonantẽ longa eſt, vt leuus.a.um.leuis & leue ꝓ terſus & planus;breuiant vero breuis & breue,Leuis & leue pro non grauis.Seuerus.a.um.

I Ante.b.breuis eſt;vt liber libri.Producunt vero.Fibula fibulę.Hibernus hiberna hibernum.Ibis ibidis.Liber liberi;ꝓ baccho & homine libertatẽ habẽre.Libethrũ op.Libo libas.Libũ.i.Scribo ſcribis.Sibilo ſibilas.Scibilis.e. Tibia.æ. Tybur.is.tribulum.i.nam tribulus breuiat; viburnium.i. vibex.icis.

*¶ E.ante.s.longa eſt,vt theſeus.i.rheſus.i.Breuiant vero ſeſoſtris.is.Luca.lib.vij.venit ad occaſum:mundiq; extrema ſeſoſtris.Veſulus.i.Verg.x.æñ.actus aper multos veſulus quẽ pinifer annos.Veſeuus.i.Ver.ij.geor.talẽ diues erat capua: & vicina veſeuo:dicitur quoq; veſuuius & ꝑ abſciſionẽ veſuius.Martia.hic eſt pampineis viridis modo veſuius vmbris.Cteſiphon primam produxit:tum per regulam:tum quia apud græcos p.eta.longum ſcribitur. Sidonius tamẽ appollinaris breuiauit dicẽs,hæc teſſera caſtris in ctesiphonta datur.¶ E.ante.t.producitur,vt beta.æ.bethis.is.ſeta.æ.meta.æ.Breuiãt vero,etiam coniunctio ſiue aduerbium affirmandi.Vergi.in bucco.illum etiam lauriq;,etiam fleuere myricæ. Fretũ. Idem in eodem ope,in freta dum fluuij currẽt,dum mõtibus vmbræ.Getes.æ.Luca.in.i. hinc dacus premat,inde getes. Hetruria.æ. hetruria licet ab æthra vel ab æthria oppido duci videatur,non tñ ꝑ.th.nec ꝑ.æ.ſed ad hunc modum ſcribi ſolet etruria,& etruſcus ꝑ.e.breue in principio.Marti. quãtum ſollicito fortuna parentis etruſco.Verg.ij.geor.hãc remus & frater ſic fortis etruria creuit.Meto metis.Idem in.iiij.purpureoſq; metunt flores,& flumina libant. Metuo metuis,atq; inde metus.Idem in bucco.nec ſæuos metuẽt armẽta leones. Metallum metalli. Ouid'.x.metamor.grauidamq; amathunta metallis.Metaurus metauri.Luca.in.ij.in læuũ occidere latus veloxq; metaurus.Et compoſita ſiue deriuata a metros,vt metreta.æ.geometra.æ.dimeter.a.ũ. Martia.plurimus hiſpanas mittet mihi nauta metretas.Iuuena. Grammaticus. Rhetor. Geometra. Pictor. Aliptes.ſunt qui alia ratione legant geometres. Compoſita quoq; a meta præpoſitione græca,vt metaplaſmus.i.metaphora.æ.metamorphoſis.Retro.Oui.v.metamor. acta retro naris medioq; eſt fixa palato.Tetricus.ca.cum.a tetrico mõte ſabinorum.Vergili.vij.æñ. qui tetricæ horrẽtis rupes.montẽq; ſeuerum.Marti. & quamuis tetrico triſtior ipſa viro.Thetis.idis. pro matre Achillis.Verg.v.æñ.leua tenet thetis & melite panopeaq; virgo.ſcribiturq; ꝑ.th.in principio:& ꝑ.i.iota. in ſecunda.Tethys vero per.t.ſubtile in principio. & th.aſpiratum in ſecunda,& y.pſilon pro vxore Oceani primam habet indifferentem.breuem apud Verg.in buc.quæ tentare tethyn ratibus,quæ cingere muris.longam apud Lucanus in.i.tethios vnda vagæ lunaribus æſtuat horis. Idem in.ij. oceanus mea ſigna tenet,tethynq; fugacem.Et a tetra,quod intepretatur quattuor compoſita.vt tetrarcha,æ.tetraſtichũ,i. Horat.i.ſermo.modo reges atq; tetrarchas.Veto vetas.Verg.iij.æneid'.fariq; vetat ſaturnia iuno. Vetus.eris.idem in.iiij. agnoſco veteris veſtigia flammæ.Veternus.i.Idem.i.georg.nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.Et habentia.p.ante .e.vt peto.is.petra.æ.Petrus i.petrinus.a.um.Sedulius in paſchal'.forte petri valide torrebat lampadis æſtu febris anhela ſocrum.Horat.i.epiſtola.inter minturnas ſinueſſanumq; petrinum.¶ E.ante.u.conſonantem longam eſt.vt leuus.a.um.leuis leue,quod a pleriſq; per.æ.diphthongon ſcribitur ad differentiam leuis,quod ſignificat non grauem.in quo prima ſyllaba breuiatur.vt ſtatim dicemus. Breuiant vero breuis & breue.Verg.i.æneid'.in breuia & ſyrtes vrget miſerabile viſu. Leuis non grauis. Idem in bucco.ante leues ergo paſcentur in æthere cerui. Seuerus.a.um. Verg.in.vij.æneid'.qui tetrici horrentis rupes montemq; ſeuerum.*

*I Ante.b.breuis eſt.vt liber pro cortice ſiue libro ſcripto de aliqua re.Verg.in buc.ne ſiccum moriens alta liber aret in vlmo.Martial'.cum tibi parue liber ſcrinia noſtra vacent. Producunt vero fibula.æ,Verg.iiij.æneid'.aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.Ibis ibidis.Iuue.pars hæc illa pauet ſaturam ſerpentibus ibim.Hibernus.a.um.Verg.iiij.æneid'. qualis vbi hibernam lyciam xanthiq; fluenta.Libanus libani. Sedulius in paſcha. ſemper habens frondes:& tanq̃ libana cedrus.Liber liberi,pro baccho.Vergil'.i.georgico. Liber & alma Ceres veſtro ſi munere tellus. Liber libera liberum. & Liberi liberorum pro filijs,& libertas.atis.& reliqua ſymbolum habentia.Libo libas,& libum.Verg.primo æneid'. oſcula libauit gnatæ. Idem in.vij.& adorea libapt. herbam.Scribo ſcribis,Horatius.ſcribimus indocti doctiq; poemata paſſim. Sibilo ſibilas,& ſibilus ſibili. Vergil'.in bucco.nam neq; me tantum venientis ſibilus auſtri. Scibilis ſcibile ex proportione verbalium in.bilis.deſinentium.vt audibilis.viſibilis.Tibur tiburis.Horatius. Romæ tybur amen ventoſus tybure Romam.Tibia tibiæ.Papinius.vij.theba.tibia cui teneros ſuetum producere manes.Tribulum tribuli,inſtrumentum ruſticum Vergil'.i.georgicorum tribulaq; traheæq; & iniquo pondere raſtri.nam pro herba ſpinoſa breuiatur.Ouid'.lolium tribuliq; fatigant. Viburnum viburni. Idem in bucco.quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Vibex vibicis. Perſius. ſi puteal multa cautus vibice flagellas. Fibra vero & hibris hibridis,ſemper producere reperi:cum forte natura breuiant primam,quare(vt alias dixi)quo ad nos conſtiterit eſſe breuem,in illis prima quaſi longa vtemur.*

I.ante.c.breuis eſt, vt Dicax.acis.Siculus.a.ū. Producunt vero Dico.is.Ficus.i.Icarus.i.Icon.onis. Ico.icis.Lycas.ę.lycium.ij.Mica micæ.Nice.es.i. victoria.Phycus.untis.op.Pica.æ.Ficus.i.Picēnū picæni.Sica æ.Sicut coniunctio,Sicilia.ę.Sicania ſicaniæ.Sichæus.i.Spica.æ.Spiculum.i. Ticinꝰ.i. Trica.æ.Triceni.æ.a. Viceni.æ.a. Vicies & tricies.Vicus.i.Vicinus vicina vicinum.

I.ante.d.longa eſt, vt Idē in genere maſculino. Breuiant vero Cydon,onis. Didymus.i.Didyme.es. Fidelia ę.Fidis chorda.Fides.ei.Fidenę.arū.Gnydos.i. Hydaſpes.is. Hydrus.i. Idem in genere neutro. Idume idumes. Idoneus idonea idoneum. Ideo coniunctio. Quidem coniunctio.

¶ I.ante.c.breuis eſt: vt dicax.acis.quanq̄ a dico.is.deriuetur,in quo prima quoq;.producitur. & ſiculus.a.um.cum a Sicilia deriuetur, in quo prima quoq; producitur, vt ſtatim dicemus, cycnus ſiue cygnus, vt ſcribunt latini.Mart. quæ capta eſt alio nuda lacæna cycno, & compoſita a cyclo.i.circulo. vt cyclops. Verg.æn̄.lib.iij.manibus fabricata cyclopum. Cyclas.adis. Sene.in tragœdijs, & vaſta calpe ſonuit, & voces cyclas, eſt namq; iambus. Ichneumon. Mar.delectat marſū ſi pernicioſus ichneumon. Lychas.Verg.inde lychan ferit extinctum iam matre perempta.Idem tamē produxit alibi dicens.protinus anteum & lycham prima agmina turnis. Producunt vero dico,is.Verg.dicite quandoquidem in molli conſedimus herba.Ficus.i.Mar.cum dixi ficos rides quaſi barbara verba. Icarus.i.Verg.vj.æn̄.partem opere in tanto (ſineret dolor) icare haberes.hinc icarius.a.um. & icariotis. Icon,onis.quod imago interpretatur, ideo primam producit quoniam per.ei.diphthongon a græcis ſcribitur. Ico,is,pro ferio.is. Lucre.ex hinc corpus propellit & icit. Caper tamen putat breuiare: & apud Lucre.icit præteritum eſſe atq; ideo producere quod duarū ſyllabarum eſt. Licium.ij. Verg.in buc.terna tibi primū triplici diuerſa colore licia circūdo. Mica,æ.Mar. mica vocor quid ſim cernis cœnatio parua. Nice quoq; quod interpretatur victoria & ab eo compoſita.vt niceterium.ij.niceros.otis. Iuue. & ceromatico fert niceteria collo. Mart. nymbis ebria nicerotianis. Phycus phycuntis. Lucanus.lib.ix.meritum phycunta ruinas. Pyca.æ Mar.in diſtichis.pica loquax certa dominum te voce ſaluto. Picus.ci. & pro viro. & pro aui. Verg.vij.æn̄.accipimus fauno picus patriſq; parentem. Picens.entis.picænum.i.picentinus.a.um. Mart.picentina ceres niueo ſic nectare. Iuue. tunc picens accipe dixit. Sica.cæ.Mart.quodq; tibi tribuit ſubula: ſica rapit. inde eſt ſicarius. Hora.j.ſermo. ſi quis erat fur, aut ſicarius aut alioqui. Sicut. Iuuen̄.ſicut in amplexu ſubitum & miſerabile longum. Sicilia.æ.a quo deriuata, tum producere, tum breuiare reperiuntur: nam Sicelis.idis, ſemper producit. Verg.in buccol.ſicelides muſæ paulo maiora canamus. Ouid.in epiſt.ſapphus.ſicelideſq; matres ſicelideſq; nurus. Siculus.a.um.ſemper breuiat Verg.j.æneid.vix e conſpectu ſiculæ telluris in altum. Idem in eodem, ſunt & ſiculis regionibus vrbes. Sicania quoq; primam producit. Ouid.xj. meta intrāt ſicaniā tribus hæc in æquora linguis. Ex deriuatis tamē ſicanius ſicania ſicanium, producit. Sicanus ſicana ſicanum breuiauit Verg.iij.æneid.ſicanio prætenta ſinu iacet inſula contra. Idem in.v. fida reor fraterna ærycis portuſq; ſicanos. Sichæus primam habet mediam. Verg.j.æneid.huic coniunx ſichæus erat ditiſſimus agri. Idem in.iiij.haud grauiora timet: quam morte ſichæi. Spica ſpicæ & ſpicus ſpici, & ab eis deriuata, vt ſpiceus ſpicea ſpiceum. Verg.j. georgico. ſpicea iam campis cum meſſis inhorruit. Idem in moreto.allia cum fractis ſpicis. Cicero.in arato.ſpicum illuſtre ferens. Spiculum ſpiculi. Verg.iiij. georgico. & ſpicula cæca reliquunt. Ticinus ticini fluuius. Sillius.j.puni. dum Romana tuæ ticine cadauera ripæ. Trica tricæ. Marti.i.ſunt opinæ tricæq; & ſi quid vilius iſtis. Triceni tricenæ tricena. Mart.bis tibi triceni fuimus māne vocati. Viceni vicenæ vicena quibus tricies & vicies aduerbia. Verg.in ætna, vicenos perſæpe dies iacet obruta moles. Martial.non plenum modo vicies habebas. Vicus vici.vnde eſt vicinus vicini, & vicinia viciniæ. Horat.ij.ſermo.vnguentarius & thuſci turba impia vici. Iuuenal.quam ſi me laudet tota vicinia pago. ¶ I.ante.d.longa eſt, vt Idem in genere maſculino. Verg.viij.æn̄.idem Atlas generat, cæli qui ſydera torquet. Phydias.æ. Iuue.phidiacum viuebat ebur. Auſonius; breuiabit dicens cuius opus phidiæ, qui ſignum pllados eius. Breuiant vero cydon. onis.vrbs cretæ, vnde cydonius cydonia cydonium. Marti.ſi tibi cecropio ſaturata cydonia melle. Sillius.ij.puni.crebra cydonæo fundebat ſpicula cornu. Verg.in buccol.ire libet partho torquere cydonia cornu. Cydon tamen nomen viri inde fictum idem prima longa protulit.x.æneid.dum ſequeris clytiū infœlix noua gaudia cydon. Statius tamen alterius viri nomen breuiauit dicens, hoc regi promiſſa cydon. Cydonias.adis.produxit etiam Ouid.in primo de arte. illum gnoſiades cydoniadeſq; iuuencæ. Didymus didymi, quod interpretatur geminus ſiue ſit proprium viri nomen, ſiue appellatiuum. Martial.quales nec didymi ſciunt puellæ, eſt enim carmen phaleuticum. Sedulius in paſchali, cui didymus congnomen erat. Didyme didymes, inſula in mari Siculo. Ouid.lib.viij.metamorph. olearos didymeq;. Fidis fidis pro chorda. Verg.vj.æneid. thraicia fretus cythara fidibuſq; canoris. Fides fidei. Idem in.viij.accipe daq; fidem: ſed fidus.da.dum. & fido fidis, primam producunt, quanq̄ cum fide ſymbolum habere videantur. Fidenæ fidenarum. Iuuena. produxit. viuat fidenis & agello cedo paterno. Idem.an fidenarum gabiorumq; eſſe poteſtas. Verg.tamen.vj.æneid.breuiauit dicens: hi tibi nomentum & gabios vrbemq; fidenam. Gnidos gnidi. Ouid.x.metamorph. piſcoſamq; gnidon, grauidamq; amathunta metallis. Hydaſpes. Verg.iiij. georgi.lydia nec populi parthorum aut medus hydaſpes. Hydrus & hydra. Seneca in tragoedijs, excedit artus virus, vt fama eſt hydræ, eſt enim iambus in fine. Idem in genere neutro.nam, vt paulo ante diximus, in maſculino producitur. Martial. & quæreris quod non marce bibamus idem. Idume idumes. Lucanus in.iiij. & arbuſto palmarum diues idume. Sillius.iij.punico.palmiferamq; ſenex bello domitabat idume. Idoneus.a.um. Hora.hæc ego procurare & idoneus imperor. Ideo. Verg.ij.georgico.rhetica nec cellis ideo contende falernis. Quidem coniunctio a quo ſunt equidem & quandoquidem ſiquidem. Idē in bucco.non equidem inuideo, miror magis. Iuue.quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum.

Video vides. Vidua viduæ.

I.ante.f.non reperitur niſi in compoſitis & breuiatur.

I.ante.g.breuis eſt.vt figulus.i.Producunt vero Bigæ bigarum.Figo gis.Fligo.is. Frigus.oris.Frigilla, æ. Gyges, æ. Pyga, æ. Pigardus pigardi. Strigilis ſtrigillis.Striga.æ.Stigo ſtigas. Trigę trigarum. Triginta. Viginti. Vigeſis.

I.ante.l.longa eſt,vt iliſſus fluui.Sile.es,pileus pilei. pila pilæ.pro columna,Silenus.i.Breuiant vero Cilium cilij.Cylindrus.i.Cylidrus.Cilix cilicis.Filix filicis.Ilaira.æ. Hilaris.e. Ilerda.æ. Lylea.æ. Lylibeum.ij. Milium milij. Milo.onis. Pila pilæ qua ludimus,Pilus pili. Pylos.i. Philos.i. Philera philleræ, Pylene.es. Siler sileris, Silex ſilicis.Syla ſilę.Sileo ſiles.Siligo ſiliginis. Siliqua.æ. Silurus ſiluri.Stilus.i.Tilia tiliæ.

Video vides. Verg.ij.æneid.quæ ſit rebus fortuna videtis. Vidua.æ.Iuue.Reſcripſit, vidua eſt locuples, quæ nupſit auaro. ¶ I ante f. nunquam fere niſi in compoſitis reperitur, tunc enim (quemadmodum ſupra diximus) breuiatur vt bifer.a.um.bifidus.a.um.biformis.e.bifrons.ontis. ¶ I.ante.g.breuis eſt.vt figulus.i.rigeo.es.Migro migras, quod primam habet breuem, ne quis putet producere natura. Manilius lib.iij. naſcentum acciperent proprias ſigniſq; migrarent. Nam poſitione produxit Verg.cum dixit, veteres migrate coloni, & alibi migrantes cernas. Signum quoq; breuiat Lucret. nil tamen eſſe ſigni miſta potuiſſe creari. Tigris etiã breuiat.vt Manilius lib.iiij. & tigris & rubri radiãtia littora ponti. Producunt vero bigæ.arum.Verg.vij.æneid. aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. Figo.is.idem in buccol. atq; humiles habitare caſas, & figere ceruos. Fligo.is. quod raro eſt in vſu: ab illo vero compoſita frequenter. affligo affligis, confligo confligis, infligo.is. Oui.xiij. met... affligi ſociorum corpora terræ. Verg.ij.æñ. confligũtq; zephyri. Frigus.oris.idem in bucco. & fontes ſacros frigus captabis opacum, & quæ cum illo ſymbolum habẽt.vt frigidus.a.ũ.frigeo.es. Friguilla.æ.frigutio frigutis. Mart. & ſturnos inopes: friguillarũq; querellas. Gyges.æ. rex Lydiæ, a quo gygeus.a. um. Proper. lydia gygeo tincta puella lacu. Verg.tamẽ.xi. æneid.alterius gygæ primam produxit dicens: & ſucciſo poplite gygen. Pyga pygæ. Hora.primo ſerm.ne nummi pereant, aut pyga, aut deniq; fama. & ibidem de pygis, naſuta & latere ac pede longo eſt. Pigardus pigardi. Iuue.lepus ac caper & pigardus. Strigilis.idem. ſtrigilibus pleno cõponit linthea gutto. Hora. tamen breuiauit dicens furtiua mutat ſtrigili, qui prælia vendit. & Perſius. I, puer & ſtrigiles criſpini in balnea defer. Sunt qui apud Iuue.pro ſtriglibus legant ſtrigibus, quæ ſunt ex olerum genere. Stigo.as.a quo compoſita magis ſunt in vſu. inſtigo.as. veſtigo.as. Verg.in ætna. præſſoſq; inſtigãt agmine venos. Idem in.vi. ergo alte veſtiga oculis riteq; repertum. Triginta.idem.i.æñ. triginta magnos voluendis menſibus orbes. Viginti quoq; eadem ratione & vigeſis. Mar. amphora vigeſis modus datur ære quaterno. ¶ I.ante.l.longa eſt vt iliſus fluuius atticæ. cuius primam Papi.breuiauit dicens: anfractu riparum incuruus iliſos. ſæuus nonos fluuio ſtygias luſtrare ſeueris eumenides, alibi tamen produxit dicens. celauit geticos ripis iliſus amores. Hyle quod ſilua interpretatur primam per regulam produxit, hylæi quoq; populi ſarmarticæ producunt eandem. Val.Flacus. mouit & hylæa ſupplex cũ gente ſerenem. hyle quoq; oppidum eſt boeotiæ cuius primam Homerus producit. Papi. tamẽ eadẽ breuiauit dicens, qui breue littus hyles. Pileus.i. quod exemplum ideo quoq; poſuimus, ne quis putet a pilo deriuari. vt quidam ſomniant: in quo: vt ſtatim dicemus, prima breuiatur: ſed ab eo quod græce dicitur pileon. Perſius. hæc mera libertas. hanc nobis pilea donant. Pila quoq; pro ſtructili columna primam produxit. Et pila pro mortario vbi tunduntur fruges. & pilium pro ipſo inſtrumẽto a quo pilunnus auus turni, de quo Virg.x.æñ. cui pilunnus auus cui diui venilia mater. Pilatus ſub quo Saluator eſt paſſus in ambiguo eſt, an a pilo teli genere, an a pila luſoria dicatur. Itaq; a Iuuẽco producitur, ab Aratore breuiatur. Silenus. Verg.in.buc. ſilenũ pueri ſomno videre iacentem. Et paulopoſt breuiauit dicens. quantum omnis mundus gaudet cantante ſileno. ſunt qui dicant illud non eſſe Vergilij carmen. Breuiant vero Cilium.ij. a quo ſuperlicium componitur. Iuue. illa ſupercilium madida fuligine tinctum. Cylindrus. Verg.i.georg. area tũ primũ ingenti eſt æquanda cylindro. Cylidrus.i. Luc.ix. cherſidrus tractuq; via fumante cylidri. Cilix.icis.idem. o nunq̃ pacate cilix. Filix fili.is. Perſius. ſed tamen iſta filix nullo manſueſcit aratro. Hilaris.e. & ab eo deriuatũ hilaro.as. Verg.in buc. & multo in primis hilarãs cõuiuia baccho. Ilerda.æ. Luca.in.iiij. ſurgit ilerda manu placidis prælabitur vndis. Lilæa.æ. ciuitas boeotiæ. Papi.vij. theba. coriciumq; nemus ꝓpe lentemq; lilæam. Lilybæum.i. ciuitas & promontoriũ Siciliæ. Verg.iij.æñ. & vada dura lego ſaxis lilybeia cæcis. Milium.ij. Verg.i.georg. accipiunt ſulci, & milio venit annua cura. Milo.onis. Luca. Pompeiana reum clauſerunt ſigna milonem. Pila.æ. pro ſpherula qua ludimus. Hora.i.ſermo. namq; pila lippis inimicum & ludere crudis. Pilus pili, & ab eo deriuata vt piloſus piloſa piloſum, pilo.as. Mart. nunc ſunt crura pilis & ſunt tibi pectora ſetis horrida. Pilum.i. pro telo producit. Luca. & pila minantia pilis. Pilos pili. Oui.l. in epiſtola pene, nos pilon antiquam neleis neſtoris arua. Philos quod interpretatur amicus, & ab eo cõpoſita, vt philippus, pãphilus. Hora.i. epiſtola. ſtrenuus & fortis cauſiſq; philippus agendis. Pilene pilenes, vrbs ætoliæ. Papi. belli fama viros miſit ſcopuloſa pilene. Siler.eris. virgulti genus. Verg.ij.geor. molle ſiler lentæq; geniſtæ: & pro fluuio. Luca.ij. radenſq; ſalerni culta ſiler. Silex ſilicis. Verg.i.æneid. ac primum ſilicis ſcintillam excudit achates. Sileo ſiles. Idem in bucco. & nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor & omnes. Siligo.inis. Iuuena. ſed tener & niueus: molliq; ſiligine factus. Siliqua.æ. idem ſed laudem ſiliq... occultus ganeo pultes, Silurus ſiluri. Idem. vendere municipes fracta de merce ſiluros. Stilus. Hora.i. ſermo. ſæpe ſtilum vertas. Idem in.ij. ſed hic ſtilus haud petet vltro. Tilia tiliæ. Vergil.i. georgico. cæditur & tilia ante iugo leuis altaq; fagus. Serenus tamen producit dicens. fraxinea inflãmis, quæ fundit tilia ſuccum.

I.ante.m.in diſyllabis longa eſt,vt Limus.i.Breuiãt vero Fimus.i.Hymẽ.enis. Mimas. antis. Nimis aduerbiũ. Simon.onis.Simul. aduerbium. Tim⁹ thimi.Polyſyllaba quoq;,vt ſimilis.e. Producunt vero Simius.ij. Simia.æ. Simulus.i.Hymera.æ. Chimerinos.i.Timæus.i.Dimidium.ij.

I.ante.n.lõga eſt; vt Linum lini.Sinum.i.pro vaſe. Breuiant vero Cynapes cynapis.fluuius.Cyned⁹ cynedi.Cinis cineris.Cyniras cineræ.Cynicus.a.ũ. & a cynos compoſita.Inula.æ.Innus.i.Linus.i.nomen proprium. Lino.is.Minerua.æ.Minium.ij. Minius.ij.fluui⁹. Minio.onis.Miniæ.populi. Mina.æ. Miniſter.tri.Minæ.arũ.Minor.aris.verbũ Minor.oris.nomen,Minuo.is.Miniſcor. Ninus nini.Sinapis.is.Sine præpoſitio. Siniſter.a.um Sino.is.Sinõ.onis. Sinopis.opis.Sinus.us.Sinueſſa ſinueſſæ. Tinea.æ. Et a ſyn præpoſitione græca compoſita,vt Synagoga.æ.Synthedra.æ.

I.ante.p.breuis eſt:vt Stipes ſtipis. Typhoeus. œi.

¶ I.ante.m.in diſſyllabis lõga eſt,vt rima.æ.limus.i.Breuiãt vero fimus.i.Verg.i.geor.ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola ne vc.Hymen.tum breuiat,tum producit.Ouid'.in heroi.adfuit & certis tẽpora vinctus hymenis.Catull.produxit,hymenæus breuiat.Verg.iiij.æñ.hic hymeneus erit,nõ auerſata petentẽ.Catull.hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.Mimas.antis.mons minoris Aſiæ.Ouid'.ij.meta.& tandem rhodope niuibus caritura mimaſq;.a quo bacchi ſacerdotes dicti ſunt mimalonides & mimaloneus.a.um.Perſius.torua mimaloneis implerũt cornua bombis.Nimis aduerbium,& nimium,quod ab eo deriuatum eſſe videtur.Simul aduerbium. Verg.iiij.æñ,quã ſimul ac tali præſenſit peſte teneri. Thymus.i. Idem in.i.æñ.feruit opus,redolentq; thymo fragrantia mella. Pollyſyllaba quoq;,vt ſimilis ſimile,ſimila.æ. chimera chimeræ:quanq̃ apud græcos per ei diphthongon in principio ſcribatur,plerumq; eandem primam breuiat,autore hermo.in Plini.libro.v. Didymus quoq; breuiat.Mart.quales nec dydymi ſciunt puellæ.Arator produxit dicens,probrans modo didyme diſcis. Producunt vero ſimius.ij. Martial.callidus emiſſas eludere ſimius haſtas.Simia.æ.Iuue. cuius ſupplicio nõ debuit vna parari ſimia,atq; pinde ſimulus viri nomen apud Verg.in moreto, Simul⁹ exigui cultor cũ ruſticus horti.Hymera.æ.fluuius qui mediam Siciliam diuidit : vt dicit Liuius.xxiiij.ab vrbe condita. Sillius,xiiij.punicorum,armauere ſuos, qua mergitur hymera ponto. Chimerinos,quod interpretatur hyemalis.Mart.horrida ſi brumæ ſidera chimerinos. Tymæus tymæi viri proprium nomen. Sedulius in paſchal'.dum reſidens cœtus timæi filius illud. ¶ I.ante n.longa eſt:vt linũ lini,finis.is.Sinum pro vaſe.Verg.in bucco.ſinum lactis & hæc te liba priape quotannis, pro ſinu veſtis ſiue maris breuiat, vt ſtatim dicemus. Hinulus quoq; producit apud Horatium dicens:vitas hinuleo me ſimilis cloe.Proper.tamen breuiauit dicens,atq; hinuli pellis totos operibat amantes. Breuiant vero Cynapes cynapis fluuius.Ouid'.in.iij.de ponto. Perthenuſq; rapax:& voluens ſaxa cynapes.Cyned⁹.i.Iuue.inter ſocraticos notiſſima foſſa cynedos.Cinis.eris. Idẽ.quorũ flaminia tegitur cinis atq; latina.Cyniras cyniræ rex fuit cypri.Ouid'.x.metamor.inter fœlices cyniras potuiſſet haberi. Cynicus.a,um. quod interpretatur caninus: & reliqua a cynos,quod interpretatur canis,compoſita:vt cynogloſſa herba:cynocephalus.i.cynorhodos.i.Inula.æ.Hora. atq; accidas mauult inulas.Linus.i.Verg.in bucco,vt linus hæc illi diuino carmine paſtor. Lino linis:vel linio.is.Iuue.nã qui plura linit victuro dolia muſto.Minæ minarum.Verg.iiij.æneid'.pendent opera interrupta minæq;,inde eſt minor minaris.Minerua.æ,Iuue.ſeruauit trepidam flagrãti ex æde Mineruam. Minium minij. Verg.in bucco.ſanguineis ebuli baccis minioq; rubentem.& habentia cum illo ſymbolum,vt minius minij fluuius Hiſpaniæ. Minio minionis fluuius Italiæ. Myniæ populi theſſaliæ.Vergi.x.æneid'.qui ſunt minionis in aruis.Ouid'.vij.metamorpho.iamq; fretum myniæ pagaſea puppe ſecabant. Mina minæ genus monetæ.Priſcia.de ponderibus, accipe præterea paruo quam nomine graij mnam vocitant,noſtriq; minam dixere priores.Miniſter miniſtri, miniſtro miniſtras: & inde deriuata. Verg.i.æneid'. totidemq; pares ætate miniſtri Minor minoris. Iuuena.ad vos iam veniet minor altilis. Inde eſt minus & minuo minuis,& minimus.Miniſcor miniſceris.a quo reperitur compoſitum reminiſcor reminiſceris.Verg.dulces reminiſcitur argos,& eodem modo comminiſcor comminiſceris.Ninus nini,rex fuit aſſyriorum.Ouid'.iiij.metamor.conueniant ad buſta Nini,lateantq; ſub vmbra:pro vrbe quoq; in ſacris literis dicitur niniue.Lucanus in.iij.& fœlix ſic fama ninus.ventoſa damaſcus. Sinapis ſinapis, Columel.ſeq; laceſſenti flectum factura ſinapis.Sine præpoſitio. Virg,v. æñ. haud equidem ſine mente reor,ſine numine diuum. Siniſter ſiniſtra ſiniſtrũ.idem in buccol'.ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix. Sino ſinis. Idem in eodem opere.atq; hanc ſine tempora circum. Sinon.onis,Verg.ij.æñ.talibus inſidijs periuriq; arte Sinonis. Sinopis. is. vrbs ponti,vnde ſinopæus ſinopæa ſinopæum. Ouid.i.de ponto.non doluit patria cynicus procul eſſe ſinopæus. Sinus.us. Verg. primo.æneid'.inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos,hinc pro ſinu maris.& pro ſinu veſtis. Idem in eodem.nuda genu:nodoq; ſinus collecta fluentes.Sinueſſa.æ. Hora.i.ſermo.plotius & varius ſinueſſæ Vergiliuſq;. Tinea.æ. Iuue. tinea pertunde libellos.Ouid'.xv.meta.agreſtes tineæ res obſeruata colonis.Serenus tamen pduxit dicens.Natura interno cum viſcere tinea ſerpens,& a ſyn compoſita:vt Synagoga ſynagogæ.Sedulius in paſchal'.iamq; capharneæ ſynagogam intrauerit vrbis.Synhedra,æ.quod interpretatur conſeſſus.Lucanus in.viii. profugum collecta ducem paruiſq; ſynhedris. ¶ I.ante.p. breuis eſt.vt ſtipes.pis.pro genere quodam pecuniæ.Ouid'.i.faſto.dulcia cor dentur video ſtipis adijce cauſam. ſtipendium vero quod a ſtipe videtur deriuatum producit.Catull'.indomito nec duro ferens ſtipendia tauro.Verg.in diris,aut inter varios veneris ſtipendia flores.Cyprus quoq; breuiat:vt Hora.i.car.ſic te diua potens cypri. Niphates etiam quãq̃ per ei diphthongon a græcis ſcribatur breuiat.Iuuena.quoſdam facit iſſe niphatẽ in populos.Typhoeus.i.Luca.in.iiij.Cõdit⁹ inarimes æterna mole typhoeus. Typhon vero producitur. vt apud eundem in.vij. antraq; letiferi rabiem typhonis anhelant.

Scyphus.i, Producũt vero Gryphes. Gryphus.i. Iphit⁹.i. Pipo.pas. Pipilo.as. Rhiphœi.orũ. Ripa ripę. Scipio onis. Sipho.onis. Stipes.itis. Stipo.as. Scrypulus.i. Siphariũ.ij. Sipus.untis. Typhis.is. Thiphõ thiphonis. Vipera viperæ.
I.ante.q.breuis eſt.vt Liqueo liques. Liquo liquas. ſiquidem. producũt vero. Liquetium.ij. Liquor liqueris. Liquor.oris. Liquidus.a.um. mediã hẽt.
I.ante.r.longa eſt.vt lira pro ſulco. A chir qđ eſt manus deducta partim breuiãt.vt Chiragra.æ. partim ꝑducũt; vt Chirurgus.i. Chironomon.ontis. breuiant vero Dirimo.is. Hyrie.es. Hirudo.inis. Hirundo.inis. Lyra.æ. Miron.onis. nomen propoſitum viri. Myron, quod interpretatur vnguentum. Nireus.i. A pyr quod eſt ignis deriuata partim breuiant, vt Pyra. Pyragmon.onis. Pyretrũ.i. Pyropus.pi. partim ꝑducunt, vt Piramus.i. Pyramis.idis. Pyrene.es. Pyrous.i. Pyrus.i. Pyrum.i. Quirinus quirini. Syrus.a.um. Syracuſę.arum.

Scyphus.i. quod ideo poſuimus ne quis cum Ioanne tortelio decipiatur, qui in verſu illo Verg.vij.ẽñ. hoc pater anchiſes auro libabat ad aras, pro auro legit ſcypho: perinde ac ſi primam producat. Producunt vero gryphus.i.q̃ a gryphe detracta aſpiratione deriuatur, in quo prima cremento producitur. Verg.in buc. iungentur iã gryphes equis æuoq; ſequenti. Pipo.as. & quod ab eo diminutiuũ eſſe videtur. pipilo.as. Ouid'. de philo. accipiter pipat, miluus hianſq; lipit. Catullus de pſſacre, ad ſolam dominam vſq; pipilabit, quod eſt carmen phaleuticũ. Riphœi.orũ. montes ſcythiæ vnde Riphæus.a.um. Verg.i.geor. mũdus vt ad ſcythiã riphœaſq; arduus arces. Ripa.æ. Idem in buc. aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. Scipio.onis. Lucan⁹.in.ij. ſcipio luceriæ quanq̃ firmiſſima pubes. Sipho. onis. Iuue. effigiẽq; deæ lõgis ſiphonib⁹ implent. Stipo.as. Verg.i.ẽñ. ſtipãt & dulci diſtendunt nectare cellas. Scrypulus.i. Ouid. de medicamine faciei. Quiq; parant marathri ſcrypula myrrha nouem. Sypharium.ij. Iuue. conſumptis opibus vocẽ damaſippe locaſti ſyphario: ſunt q̃ non ſyphario, ſed ſypario legant. Sipus.untis Luca.in.vij. quas recipit ſalapina palus & ſubdita ſipus. Typhis.is. Verg.in buc. alter erit tum typhis & altera qui vehat argo. Typhõ vero ſupra dixim⁹ ꝑducere. Vipera.æ. Iuue. tu ne duos vna ſæuiſſima vipera cœna. ¶ I.ante.q.breuis eſt.vt liqueſco.cis. liquo.as. eliquo.as. Verg.in buc. limus vt hic dureſcit, & hæc vt cæra liqueſcit. Idẽ in moreto, ſubſidit ſincera: foraminibuſq; liquatur. Perſi⁹. eliquat & tenero ſupplantat verba palato. Producunt vero liquor.eris. Verg.i.geor. liquitur: & zephyro putris ſe gleba reſoluit. Liquetiũ.ij. fluuius venetiæ eſt teſte Seruio in illud Verg.ix.ẽñ. quales aeriæ liquetia flumina circum, ſunt qui legant liquentia Liquor.eris. Liquor liquoris. Lucre.in.i. pondus vti ſaxis: calor ignis liquor aquarum, & ibidem fiet. vti cibus omnis & aridus & liquor ipſe. Liquidus.a.um. quoniam aliqueo.es. vel a liquor.eris. poteſt deriuari, tum prima breui, tum eadem longa reperitur, quod vno verſo Lucre.lib.iij. oſtendit dicens: craſſaq; conueniunt liquidis, & liquida craſſis. ¶ I.ante.r.longa eſt, vt lira pro ſulco: vnde eſt lirare & deliare & delirus. Auſoñ. & ſi pierias patitur lirare ſorores. vnde eſt delirare. Hora.i.epl'a, quicquid delirant reges, plectuntur achiui. Idem in arte poe. delirus ve ſenex. Nam quod Lucre.lib.i. dixit quod facit hic idem perdelyrus eſſe videtur: atq; alibi, quod mihi tum vanum tum delyrum eſſe videtur, vbi.m. non abijcitur, poteſt & non abijci.vt ſit a lira pro ſulco. nam pro inſtrumento muſico lyra.æ. primam breuiat.vt ſtatim dicemus. A chir quod interpretatur manus compoſita partim breuiant.vt chiragra.æ. Hora. poſtq̃ illi iuſta chiragra. Perſius. ſed cum lapidoſa chiragra. Mart. ſed nil patrono porrigit, hæc chiragra eſt, partim producunt.vt chirurgus. Mart. chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo diaulus. Verg.in priapeia, chirurgamq; manum miſer timerem. Chironomon.ontis. vel chironomos.i. Iuue. & chironomonta volanti cultello. Idem chironomon ledam molli ſaltante bathyllo. Breuiãt vero dirimo.is. Ouid'.i.meta. hanc deus & melior litem natura diremit. Hyrie es. Idem in.vij. inde lacus hyries vidit. Hirudo.inis. Hora.in poe. non miſſura cutem niſi plene cruoris hirudo. Hirundo.inis. Ouid'.in.ij. faſto. fallimur? an veris prænuncia venit hirundo. Lyra lyræ. pro inſtrumento muſico. Miron.onis. Mart. quis labor in phiala docti myos an ne mironis? Myron myri pro vnguento: vnde eſt myropola myropolæ. myropolium myropolij. Myrobolanum.i. myriſticus.a.um. Nireus.i. Ouid'.ij. de arte. ſit licet antiquo nireus adamatus Homero. Horat.iij.carmi. qualis aut nireus fuit, aut aquoſa raptus ab ida. A pyr, quod interpretatur ignis deriuata partim breuiant.vt Pyra pyræ. Verg.iiij.æneiđ. At regina pyra penetrali in ſede ſub auras. Pyracmon.onis. Idem.in.viij. bronteſq; ſteropeſq; & nudus membra pyracmon. Pyretrum.i. Ouid'.ij. de arte. tritaq; in annoſo flaua pyretra mero. Pyropus.i. Idem.ij. metamor. clara micante auro: flammas imitante pyropo. partim producunt vt pyramus.i. pro viro & pro fluuio. Ouid.iiij. meta. pyramus & thiſbe iuuenũ pulcherrimus alter. Pyramis.idis. Mart. barbara pyramidum ſileat miracula memphis. Iacobus Conſtantinus: non a pyr, ſed a pyro, hoc eſt tritico deducit, quod in pyramidibus illis ægyptijs triticum adſeruabatur. Idq; probus ex ratione quantitatis ſyllabæ pyrene quoq; & pyrenæus variat. Claudianus in ſtili. pyrenea tegit lapidoſis frondibus ilex. Lucanus.in.iiij. iamq; pyrenææ quos nunquam ſoluere titam. Pyrus pyri. & pyrum.i. Verg.in bucco. inſere nunc melibœe pyros. Idem.ij. geor. cruſtumijs ſyrijſq; pyros. Quirinus.i. Verg.pri.æneid'. Remo cũ fratre Quirinus: vnde quirites dicti. Ouid'. an ſi pulſaſſem minima de plebe quiritem. Syrus ſyra ſyrum. Luca.in.vij. viuant galatæq; ſyriq;: vnde etiã ſyri & aſſyrij dicti ſunt. Syrus quoq; inſula vna ex cycladibus, quæ patria fuit Pherecidæ ſyri primam producit apud Homerum, qui eius meminit. Scyros quoq; producit. Verg.ij.æneid'. vna omnis ſcyra pubes. & Papi. palladi litoreæ celebrabat ſcyros honorẽ. Sidonius appollinaris autor non contennendus, ſed græcarum literarum ignarus breuiauit dicens, vel ſcyrias vacuaſſe colos, vel ſerica. fila per cannas torſiſſe leues. Syrius vero pro ſtella producit primam. Vergilius.iij. æneidos. exurere ſyrius agros. Syracuſæ ſyracuſarum. vnde ſyracuſius ſyracuſia ſyracuſium. Idem in buccoli. Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu.

Tyrus.i.Tyrãnus.i.Viridis.Vireo.es.Viriat⁹.i.
Viroſus a viro.

I.ante.s.longa eſt.vt Niſus.i. Breuiant vero biſon biſontis.Ciſiũ.ij.Diſertus.i.Iſaurus.i. Miſer.a.ũ. Niſi coniunctio.Ptiſana.æ. Ptiſis.is. Siſer ſireris. Siſimbrium ſiſimbrii.

I.ante.t.breuis eſt,vt Italus.a.um.Mitra.æ.Citrũ.i. Vitrum vitri:Britannia britãniæ;Vitiũ vitij.Lr̃a literæ. Producunt vero Bythinia.æ.Briton.onis Clitella.æ. Clitũnus.i. Clytorius.ij. Cliton.onis. Dito.as.Diteſco.is.Fritinio.is.Ithyręus.a.um. Mitis.e.Mityl⁹.i.Nitor.eris.Pythagoras.ę.Pythe⁹.ei. Python.onis.Pythius.a.um.Pyteleon.onis.Pitiſma.atis.Pituita indifferentem habet.Ritus ritus. Rito.as.Scitor.aris.Sithon.onis.Triticum.ci.Triton.onis:Tityrus.ri.Titan.anis.Titillo.as.Vita.ę. Vitis.tis.Vito.as.Vitupero.as.Zithum zithi

I.ante.u.cõſonãtẽ lõgaeſt;vt Liuor liuoris.Viuo.is.

*Tyrus.Idem.pri.æñ.ſed regna tyri Germanus habebat.Tyrannus.i.Idem in.vij.pars mihi pacis erit.dexteram tetigiſſe tyranni.Viridis.e.Idem in.vj.iam ſenior,ſed cruda deo viridiſq; ſenectus.Vireo.es.viretum.i.viriditas.atis.eandem rationem ſequuntur.Viriatus.ti.Sillius.iij.puni.hos Viriatus agit.¶I.ante.s.longa eſt,vt.Niſus.i.pro rege Megarenſium in accipitrem verſo.Verg.i.geor.apparet liquido ſublimis in aere niſus.Breuiant vero biſon.ontis.Mart.illi ceſſit atrox bubalus atq; biſon.Ciſium.ij.Auſo.vel ciſio trijugi.Iſara.æ.flu.galliæ.Luca.in.i.hi vada liquerunt iſaræ qui gurgite ductus.Iſaurus.i. Idem in.ij.cruſtumiumq; rapax & iuncto ſapis iſauro.Miſer.a.um.Verg.i.æneid.& magno miſeræ dilectus amore,& quæ cum eo ſymbolum habent miſeria.æ.miſereor.eris.Niſi cõiunctio.Ouid.v.meta.o niſi te virtus opa ad maiora tuliſſet.Ptiſana.æ.Mar.Ptiſanã fabãq; ſolebas.vnde ptiſanarium.ij.Hora.hoc.ptiſanarium orizæ.Ptiſis.Iuuena.ptiſis & vomicæ putres & dimidiũ crus.Siſer.iris.Colume.iam ſiſer aſſyrio venit quæ ſemine radix. Siſimbrium.Ouid.date grata ſiſimbria mitto.¶I.ante.t.breuis eſt,vt mitra,qđ ideo primam briuiare dicimus,quia eius diminutiuum mitella breuiat.Vergi.in copa,copa ſyriſca caput graia redimita mitella.Vitrum.i.Mart.condantur parco fuſca falerna vitro.Britannia.æ.vnde eſt britannus.a.um.Verg.in buc.& penitus toto diuiſos orbe britannos.Lucre.tamen in.vi.producit dicens,nunquid britannis cælũ differre putamus.Apud græcos quoq; indifferenter profertur britãnos & bretãnos.Vitiũ.ij.Iuue.omne animi vitiũ tanto conſpectius in ſe.& quia ſi a vito vitas diceretur,obſtaret ſyllaba,ſunt qui malint a voce declinare ſiue potius a voco.as.vnde vox deriuetur.Litera quoq; breuiat qđ ex eius cõpoſito liquet oblitero.as.Auſo.quos fama obliterat & quos.Producũt vero bythinia.æ.vnde bythynius.a.um.Mart.lib.iiij.aſtro.cappadocum armeniæ iugis bythinia diues.Flaccus in.iij.argo.bythinio phrygiõe ſatum:ſed quem ſua voto.Iuue.tamen breuiauit dicens,quamq̃ & cappadoces faciant equiteſq; bythini.Brito.onis.Idem.quam nec terribiles cymbri:nec britones vnq̃.Mart.quam veteres brachæ britonis pauperis & quam.Clitella.æ.Hora.i.ſer.hic muli capuæ clitellas tempore ponũt.Clitũnus.i.Verg.ij.georg.hinc albi clitũne greges & maxima taurus.Clytorius.ij.fons eſt arcadiæ.Ouid.xv.met.clytorio quicũq; ſitim de fonte leuauit.Cliton.onis.flu.arcadiæ.Papi.iiij.theb.& rapidus Clitõ,& qui te pitbie iadon.Dito.as.& diteſco.is.Hora.in.poe.ſermonem patriũ ditauerit.Idem.ij.ſer.qua ratiõe poſſe diteſcere.Italia.æ.Verg.i.æneid.Italiam fato profugus lauinaq; venit.Idem in eodem:italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.Italicus quoq; & italis.idis.Ouid.xv.meta.grata quis italicis autor poſuiſſet in oris.Verg.in.xij.italides quas ipſa decus ſibi dia camilla Italus.a.um.tum breuiare,tum producere reperitur.Idem in.iij.& ſæpe Heſperiam ſæpe itala regna vocare.Idem in.ix.cõiecto ſternit iaculo volat itala cornus.Idem in.viij.hinc auguſtus ages italos in prælia cæſar.Horat.pri.ſermo.at græcus poſtquam eſt italo perfuſus aceto.Mitis.e. Verg.in.buc.fronde ſuper viridi ſunt nobis mitia poma.Mitylus.i.piſciculus.Mart.ſurgitur inciſo mitylus ore mihi.Nitor.is.Verg.iiij.hic primum paribus nitens Cillenius alis.Pythagoras.æ.Iuue.pythagoras cũctis animalibus abſtinuit qui.Pytheus.ei.Ouid.vij.meta,nã me pelopeia pytheus.Idem in epiſtola.phedræ.hic tecum troezena colam pytheia regna.Python.onis.Idem in.i.meta.ſtrauimus innumeris tumidum pythona ſagittis:a quo pythius,a.um.Luca.in ſexto,vnde & Theſſalicæ veniũt ad pythia laur⁹.Pyteleon.ontis.Hora.rhodio qđ pyteleonti,Pitiſma pitiſmatis.Iuuenalis,q lacedæmoniũ pitiſmate lubricat orbem.Angelus tamen politian⁹ pitilyſmate legendum eſſe contendit.Pituita.tæ,indifferentem habet longam apđ Catul.mucuſq; & mala pituita naſi;& apđ Perſi.ſomnia pituita qui purgatiſſima mittũt:breuem vt apđ Hora.primo epiſto.præcipue ſan⁹ niſi cũ pituita moleſta eſt,ſunt qui apđ Hora.faciãt ex duab⁹ vocalib⁹ ſynæreſim:vt ſit pituita ſyllabarũ triũ.Ritus.us.a quo eſt rite.Verg.ſexto æneidos.riteq; repertũ carpe manu:namq; ipſe volens faciliſq; ſeqtur.Rito ritas,a quo reperiũtur compoſita irrito.tas.& prorito tas.Ouid.i.metamorpho.tu faſce neſcio quos eſto content⁹ amores irritare tua.Columel.& peluſiaci proritet pocula zythi.Scitor.aris.Verg.ij.æneidos,ſuſpenſi eurypilũ ſcitatũ oracula phœbi,& ibidem:tũ vero ardem⁹ ſcitari & quærere cauſas.Sithon ſithonis mõs Thraciæ,vnde ſithoni⁹.a.ũ.& ſithois ſithoidis.Vergi.in buccoli.ſithoniaſq; niues hyemis ſubeam⁹ aquoſæ.Ouidi.in epiſtola phylli.nec vehit actæas ſithois vnda rates.Triticũ.i.Verg.primo geor.at ſi triticeã in meſſem robuſtaq; farra.Triton.onis,Deus marin⁹.Idem primo æneidos,cymothoe ſimul & triton annixus acuto.Triton quoq; ꝑ lacu in Affrica:a quo Pallas tritonia dicta eſt dicente Luca.in.viij.& ſe dilecta tritonia dixit ab vnda.Vergi.ij.æneidos,nec dubijs ea ſigna dedit tritonia monſtris.Tityr⁹.i.Idem in bucco.Tityre tu patulæ recubãs ſub tegmine fagi.Titã.anis,Ouid.nullꝰ adhuc mũdo præbebat lumina titã.Titillo.las.Hora.i.ſermo,præterea ne vos titillet gloria iuræ.Vita vitæ.Verg.in ſexto æneidos,nate mihi quondã vita dũ vita manebat.Vitis.tis.Idem in buc.vitis vt arboribus decori eſt vt vitibus vuæ.Vito.as Iuue.illiꝰ occurſos etiã vitare memẽto.Vitupero.ras.tametſi a vitio cõpoſitũ eſſe videatur.Zithũ zithi,vt qđ pauloãte attulimꝰ ex Columela,& Peluſiaci pro ritet pocula zithi.¶I.ãte.u.cõſonãtẽ lõga eſt,vt viu⁹ viua viuũ,viuo viuis,priuus priua priuũ,priuo priuas,*

O Ante.b.longa eſt: vt Gobius.ij. Robus, oris. Breuiant vero Globus.i, Obeſus,a.um. Obelus.i. Obolus.i. obex.cis. Probus.a.um. Probo.as. Probrum.i. Soboles ſobolis.

O.ante.c.breuis eſt, vt Proceres.um. Voco vocas. producũt vero Cocytus.i. Crocalus.i. Focale.is. Locuſta. æ, Oceanus oceani. Ocyor & ocyus. Phoca.æ.Phocus.i.Phocis.idis.Procerus.ra.um. Poculum poculi. Vocalis vocale.

O.ante.d.longa eſt.vt.Clodius.dij.Lodix.icis.Rodo rodis. Breuiant vero Fodio.is.Modus modi. modo aduerbium.Odor.oris.Odiũ.dij.Et a pus podos hoc eſt pes.Et a rhodos quod eſt roſa cõpoſita & deriuata.vt Podalyri⁹.rij.Rhododaphne.es.Rhodus rhodi.Rhodope.es.Rhodanus rhodani.Sodalis ſodalis.

O.ante.f.breuis eſt.vt ofella.Producũt vo Tofus.i.

O.ante.g.longa eſt,vt Cogo.gis.Breuiant vero logos,& ab eo compoſita & deriuata.vt theologus Rogus rogi.Rogo.gas.Toga togæ.

O.ante.l.breuis eſt,vt colon membrum.Producũt vero Boletus.ti. Bola.æ. Colum.i. Colliphiũ.ij.

O Ante.b.longa eſt.vt gobius.ii.robigus.i.robur.oris.Breuiant vero globus.i.Verg.ix. æñ.quis globus o ciues caligine voluitur atra.Obeſus,ſa.ſum.quod ab ob & eſus.ſa.ſum.componitur.Idem.iij.georg.breuis aluus obeſaq; terga.Obelus.i.quod interpretatur veru ideo breuiat:quia per.o.micron a græcis ſcribitur. Auſoñ. pone obelos.igitur ab eo per diminutionem fit obeliſcus.ci. Verg. in roſis.hæc aperit primi faſtigia celſa obeliſci. Obolus oboli. Priſcia. de menſuris.ſemi oboli duplum eſt obolus.quem pondere duplo gramma vocant.Obex obicis.ſi in recto reperiretur breuiaret primam:quia ab ob præpoſitione componitur, & in obliquis ſi non habet.i.conſonantem etiam breuiat. vt apud Sillium iiij.puni. & fidos certent obices accerſere ſilua.Probus.a.um. probitas.atis. & probo.as.& ab eo cõpoſita vt improbo.as.reprobo.as.approbo.as. probrum.i.a quo opprobrium componitur.& exprobro.as.Hor.ij.ſer.opprobrijs dignũ latrauerit integer ipſe. Soboles.lis.Verg.in.buc.chara deum ſoboles: magnum Iouis incrementum.¶O.ante.c.breuis eſt.vt proceres.erum.procus.i.voco.as.tametſi vox.cis.crementũ producat.vt ſuo loco diximus.Producunt vero cocyt⁹ cocyti.Verg.vi.æneid.cocytuſq; labens ſinu circũuenit atro.Crocalus.i.Ouid.viij.meta.& ſumptus pro ſupplice crocalus armis.Focale.is.illud quod collo circunducitur.Mart.hoc focale tuas aſſerat auriculas.nã a faucibus deriuatur.au.diphthongo in.o longum cõuerſa. Horat.tamen breuiauit dicens faſciolas cubitale focalia potus.Et videtur inclinari a foco.Locuſta.æ.Iuueñ. inſtituitq; rudes melior locuſta ꝓpinquas. Oceanus.i. Verg.iiij.georg.oceanumq; patrem rerum nymphaſq; ſorores.Ocyor & ocyus ab eo quod eſt ocys, quod interpretatur velox. Ouid.j.meta.fugit ocyor aura illa leui,vnde & ocymum dictum,hoc eſt a celeritate creſcẽdi. Phoca.æ. Verg.iiij.geor.ſternunt ſe ſomno diuerſo in littore phocæ. Phocus.ci.Ouid.vij.meta. & proles tertia phocus:ſcilicet æaci filius. Phocis.idis. Idem in.j. ſeparat aonios diuerſis phocis ab aruis.Procerus.a.um.Verg.in bucco.corticis atq; ſolo proceras erigit alnos. Poculũ.li. Idem in eodem.inſanire libet quoniam tibi pocula ponã.Vocalis.e.quod non a voco.as.ſed a voce deriuatur.Ouid.viij.met. regia turris erat vocalibus addita muris.¶O.ante.d.longa eſt,vt rodo.dit.clodius ii.lodix.icis.ſodes quod eſt blandientis. Hora.j.epiſtola.roſcia dic ſodes melior lex an puerorum.Breuiant vero fodio.dis.Verg.vj.æñ.aut ſpumãtis equi foderet calcaribus armos.Modus.di.vnde eſt modeſtus,moderor & modulor & modicus.Horat.eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines.Modo aduerbum.Verg.iiij.æneid.ſi modo quod memoras factum fortuna ſequatur.Odor odoris,odorus odora odorum, odoror odoraris. Verg.j.georgi. nonne vides croceos,vt tmolus odores. Odium.ij. Ouid.in epiſ.exerces precioſa odia.Et a pus podos,quod interpretatur pes compoſita & deriuata,vt podalyrius.ij.podagra Ouid.de remed.quãtus apud Danaos podalyrius arte medendi. Mart.litigat & podagra Diodorus:flacce laborat. Compoſita quoq; & deriuata a rhodos quod interpretatur roſa:vt rhododaphne.es. Verg.in culice.laurus item phœbi decus exurgens rododaphne. Rhodus inſula. Hora.j. car.laudabunt alij claram rhodon,aut mitylenẽ. Rhodope.es.Verg.in buc.nec tantum rhodope miratur & Iſmarus orphea. Rhodanus.i.Proper.in.ij.teſtis arar,rhodanuſq; celer,magnuſq; garunna.Sodalis ſodalis. Hora.audieris hæres ergo nunc dama ſodalis. ¶O.ante.f. breuis eſt,vt ofella.æ.diminutiuum ab offa:ſed in primogenio producitur,atq; ideo per duplex.ff.ſcribitur,in deriuatiuo vero alterum.f.exteritur,vt ſit breuis. Iuue.ſolueret & patruo ſimiles effunderet offas.Idem.& quæ non egeant ferro ſtructoris ofellæ. Mart.me meus ad ſubitas inuitet amicus ofellas. Tofus.i.ſunt qui per.ph.ſunt qui per.f.ſcribant,ſed ſemper producitur. Verg.ij.geor. & tofus ſcaber,& nigris exeſa chelydris. Iuue.herba nec ingenuum violarent marmora tofum.¶O.ante.g.longa eſt:vt cogo.is.Breuiant logos,quod interpretatur ſermo: & ab eo compoſita & deriuata.vt logicus,dialogus,aretalogus.Iuue.mouerat vt mendax aretalogus in mare nemo.Sidonius qui plerumq; in græcis fallitur,longam poſuit ſecundã in ſyllogiſmo.Argumentoſis dat retia ſyllogiſmis.Rogus.gi.Idẽ. & minor igne rogi.Rogo.as.atq; ab eo compoſita.vt interroga.gas.arrogo.as.irrigo.as. Toga æ.Iuue.quid faciãt comites,quibus hinc toga,calceus hinc eſt.¶O.ante.l.breuis eſt,vt colon quod interpretatur membrũ,ſcribitur enim a græcis per omicron:vnde & ab eo compoſita & deriuata breuiaut:vt monocolon,dicolon,tetracolõ.Poples quoq; breuiat ex Lucre.li. iiij.brachia palpebræq; cadunt popliteſq; cubãti.Nã poſitione Verg.produxit dicens:ſucciſo poplite gygẽ. Producunt vero boletus.i.Iuue.boletus dño,ſed qualem claudius edit.Bola.æ.Verg.vj.æñ.caſtrumq; inui bolamq; coramq;:vnde bolanus.a.ũ. & bolanus nomen viri propriũ.Hora.o te bolane cerebri fœlicem aiebam.Colum inſtrumentũ quo aliquid colatur.Verg.ij georg.colaq; prælorum fumoſis deripe tectis,hinc eſt colo.as.Colliphium.ij.Iuue.luctantur paucæ,contendũt colliphia paucæ.Georgius Merula per duplex.ll. ſcribi debere putat : quia deriuatur ab eo quod eſt collix, qui eſt panis ſubcinericius.

Doliũ.ij.Dolon,onis.Moles.is.Molior.iris.Mo ly.yos.Nola.e.Nolo verbũ. Olearus.i. Olenos.i. Olim aduerbi.Prolixus.a.ũ.proles.is. polypus.i, polidamas.antis.ſol⁹.a.ũ.Solor.aris. Solers.ertis. Solẽnis ſolemne, Spoletiũ ſpoletij. Tmolus.oli.
O.añ.m.lõga eſt,vt Doma.atis.vomer.eris.vel vo mis,Como.is.Comeſſor.aris,Breuiãt vero Bro mius.ij.Coma.æ.Comes.itis.Chromis.is. Come do.is.Dñs.i.Dom⁹.us.Domo.as.Glomero.eras. Homo.inis.Homer⁹.i.Nomas.adis. Omaſum.i. Omitto.is.Stomach⁹.i.tomos&abeo cõpoſita& deriuata.vt Atom⁹.i.ptom⁹.i.tomacula.vomo.is.
O.ante.n.breuis eſt.vt Bonus.a.um. Moneo.es, Producunt Conor.aris.Cone.es.Conopæum.i. Conus.i.Donum.i.donec. Monychus.i. Nonus nona nonũ.Nonæ.arũ, Pronus.a.um. Pono.is.

*Dolium.ij.Iuue.tanq̃ alta in dolia longus deciderit ſerpens bibit & vomit.Dolon.onis.Ouid.in ep̃la penelo,retulit & ferro rheſum dolonaq; cæſos. Idem tamen.iiij.meta.breuiauit dicens,auſum eadem quæ vos phrygia de gente Dolona.Dolo quoq; pro genere teli,quoniã a dolo deriuatur primã breuiat.Verg.ij.æñ.ſanoſq; gerunt in bella dolones.Moles.is.Verg.j.æñ.miratur molem æneas magalia quondam.inde eſt molior.iris.& amolior.iris.Idem in eodem:moliriq; arcẽ & manibus ſubuoluere ſaxa.Moly.yos herba ab Homero celebrata.Verg.in priape.quem cur moly vocat,mẽtula moly fuit.Ouid.xiiij.meta,moly vocãt ſuperi,nigra radice tenetur.Nola.æ.Sillius.xiiij.puni. hinc ad chalcidicam transfert citus agmina nolam.Nolo non vis.Martial.ſplendida ſit nimium ſordida nolo cutis.Olearos inſula p̃pe euboeã. Verg.iij.æñ.olearõ niueãq; parõ ſparſaſq; per æquor. Olenos.i, oppidum boeotiæ. Papinius.iij.theba.olenos ionijs & fluctibus hoſpita portu.vnde Ouid.iij.meta.dixit,oleniæ ſidus pluuiale capellæ. Olim aduerbium. Verg.j.æneid.certe hinc Romanos olim voluentibus annis. Prolixus.a.um.Idem in bucol.hirſutumq; ſupercilium prolixaq; barba.Proles.lis. Idem in.iiij.æneid. nec prolẽ auſoniũ & lauinia reſpicit arua.Polypus,pi. & polydamas.antis.primam producunt,cum reliqua a poly,quod interpretatur multum compoſita breuiãt. vnde & a quibuſdam per.ll.duplex ſcribũtur. Ouid. iiij.meta.vtq; ſub æquoribus deprẽſum polypus hoſtẽ. & pro morbo.Hora.j.ſer.delectat veluti balbinũ polypus agnæ. Perſius. nec mihi polydamas, & troades l[?]beonem [?] Ouid.xij.meta.ſed neq; deiphœbum neq; polydamãta,nec ipſum,quanq̃ tunc græci non per.o.micron.ſed per.o.& ypſilon diphthongon ſcribunt pulypus & pulydamus,vt producantur diphthongo, atq; eodem modo pulycletus pro polycletus dicunt.vt Prudentius in Romano.forceps myronis pulycleti malleus,nam trimetrum iambicũ eſt. Solus.a.um. Verg.iiij.æneid.ſola domo mœret vacua ſtratiſq; relictis. Solor. aris. Idem in.j.ſolabar fatis contraria fata rependens.Solers,ertis.a quo eſt ſolertia, & ſolennis. a plæriſq; per duplex.ll.ſcribuntur.Tibullus,primus aratra manu ſolerti fecit oſyris.Ouid.ix.metamor.huic licet ex toto ſolertia confluat orbe.Verg.v.æneid.annua vota tamen ſoléneſq; ex ordine pompas. Tmolus tmoli.Idem primo georgico.Nonne vides croceos vt tmolus odores.Ouid.x.metmorph.iudice ſub tmolo certamen venit ad impar. Spoletium ſpoletij,vnde ſpoletinus ſpoletina ſpoletinum. Mart.ſpoletina data eſt:ſed quam ſiccauerat ipſe.* ¶ *O.ante.m.longa eſt,vt doma.atis. quod interpretatur tectum,quamuis domus breuiet.Vomer.eris.tametſi a vomo vomis,in quo prima breuis eſt,deriuetur. Vomica etiam breuiatur. Iuuena.& phthiſis,& vomicæ putres & dimidium crus. Seren.produxit dicens,vomica qualis erit,vel idem proxima quædam. Como comis,quod ideo poſuimus,q̃ Coma comæ,cum quo ſymbolum habere videbatur,primam breuiat. Comeſſor comeſſaris,quod græcum eſt,nequis putet a comedo.dis,deriuari. Breuiant bromius bromij.Lucanus in primo.mons phœbo bromioq; ſacer.Vergilius in copa.eſt hic munda ceres: eſt amor & bromius. Coma comæ.Martialis.tam longæ bromio quam tibi phœbe comæ. Comes comitis. Verg.ij.æneid. Sit comes & longe ſeruet veſtigia coniux. Chromis.is nomen proprium. Vergilius in bucco.pergite pierides:chromis & mnaſylus in antro.Comedo comedis.Iuuen.præclaris vna comedunt patrimonia menſa.Dominus domini. Verg.iiij.æneid. Reppulit & dominum æneã in regna recipi.Domo domas.Idem in.vj.Os rabidum fera corda domans. Domus.us. Idem in.viij. Et domus herculei cuſtos primaria ſacri G[?]omero g[?]omeras. Idem in.ij.ſed glomerare manum bello & concurrere in arcem. Homo hominis.Idem in primo. Mortalis nec vox hominem ſonat:o dea certe.Homerus homeri.Iuuenal.rex pilyus magno ſi quicquam credis Homero.Nomas nomadis.Martialis.cui diadema daret marmore picta nomas,eadem eſt numidia. Omaſum omaſi.Horatius.ſeu pingui tentus omaſo.Omitto.is. Idem.ij.ſermo.artem ne illuſus omittas. Stomachus ſtomachi. Iuuen. ardenti ſtomacho:nam quæ meritoria ſomnum.Tomos,quod interpretatur inciſio,Martial.ſcripturi quam iconſient & tomos vilis,hic pro parte libri accipitur,eſt & tomos locus in ponto, de quo Ouid.iiij.de triſtibus.inde tomos dictus locus hic,quia fertur in illo membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. vnde idem autor fecit tomites.æ. & tomitanus.a.um.A tomos tomacula & prototomos quoq; breuiant. Vomo vomis. Iuue.cõuomit hic inter nautas & prandet & errat.*
¶ *O.ante.n.breuis eſt,vt conõ,oris.bonus.a.um.progne quoq; breuiat.Petronius,atq; vrbana progne,quæ circũ gramina fuſæ.Vergil.poſitione produxit dicens.& manibus progne pectus ſignata cruentis. Producunt conor.aris.vnde eſt conatus.us.Ouid.de remed.Sed quid præcipue noſtris conatibus obſtet.Cone.es.inſula iſtri fluuij.Lucanus in.iij.barbaræ cone ſarmaticas,vbi perdidit aquas.Conopæum conopæi.Iuuena.vt teſtudineo tibi lentule conopæo. Eſt enim ſpondeus in quinto loco. Conus coni.Ouid.iij.metamor.tegmina mox capitum picto mutantia cono.& pro cypariſſi galla: vnde coniferæ dictæ ſunt a Vergilio. Donum doni.Verg.in buc.phyſtulam damætas dono mihi quam dedit olim. Donec.Verg. in bucco.cogere donec oues. Monychus monychi,ex centauris.Iuue.quãtas iaculetur monychus ornos. Nonus.a.um.& inde nonæ nonarum.Verg.v.æneid.Propterea ſi nona diem mortalibus almũ Ouid.j.faſto.nonarum tutela deo caret omnibus iſtis. Pronus prona pronum. Oui.j.meta.me miſerũ ne prona cadas.Pono.is. Ver.in bucco.quoniam tibi pocula ponam.*

Pone prępoſitio & aduerbium. Zona.ę. & gonia quod interpretatur angulus, & phone quod eſt vox, & ab eis compoſita & deriuata, vt Trigonus trigona trigonum. Phonaſcus phonaſci. De quibus in medijs ſyllabis dicetur.

O. ante. p. breuis eſt, vt Populus. uli. Opis opem, ab ope & in plurali opes. Sopor ſoporis. Producũt vero Copa copę. nomen proprium fœminæ. Copia copiæ. Copula copulæ. Copo. onis. Cophos cophi, ſurdus. Dropax. pacis. Opis. is. Nympha, Opilio opilionis. Populus populi pro arbore. Popeanum popeani. propago ꝓ vitæ. Propino propinas indifferẽtem habet. Pſophis pſophidis, Scopæ ſcopearum. Sopio ſopis. Stlopus ſtlopi.

O. ante. q. breuis eſt, vt Loquor loqueris. Coquo coquis, Quoq́.

O. ante. r. breuis eſt, vt Chorus chori. Cora. æ. oppi. Italiæ. Producunt vero Chorus chori, pro vẽto argeſte. Coram præpoſitio & aduerbium. Corycus coryci. Corytus coriti. Coralium. ij. Cloreus. i. Doris. idis. Doricus. a. um. Dorion. ij. doron, hoc eſt donũ ſiue palmus. Hora. æ. Morus. i. Morio morionis. Noricũ. i. Ora æ. Oro. as. Orithya. æ.

*Pone præpoſitio & aduerbium. Idem. ij. æñ. pone legunt ſinuātq; immenſa volumina terga. Zona. æ. Hora. ibit eo quo vis, qui zonam perdidit (inquit.) A gonia, quod interpretatur angulus cõpoſita & deriuata, ideo producũtur quia per o. mega ſcribuntur, nam a gonus, qđ eſt genus ſiue genu breuiant: vt in medijs dicetur, ſed a phone, quod interpretatur vox, ideo producunt, quia per. o. mega ſcribuntur, vt phonaſcus. Sidonius Apollinaris tñ breuiauit in morte Claudiani, dicẽs. Pſalmorũ modulator & phonaſcus quære antiphona penultima longa ac in eodem accẽtu acuto, vel circunflexo proferẽda. Nam a phonos, quod eſt mors breuiauit, vt tiſiphone, perſephone. ¶ O. ante. p. breuis eſt, vt opis opem ab ope, Opis vero pro nympha producit: vt paulopoſt dicemus. Sopor ſoporis. & ſoporo ſoparas, breuiant: cum ſopio ſopis producat, vt ſtatim dicetur. Producunt vero copa copæ nomen fœminæ apud Vergilium celebratæ opere, quod illius nomine inſcribitur. Copia copiæ. Idem. j. æñ. poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Copula copulæ. Ouid'. vij. metamor. copula detrahitur canibus. Copo coponis. Martialis. Callidus impoſuit nuper mihi copo rauenæ. Cophos, quod interpretatur ſurdus. Idem, quattuor & cophon paula proſopõ amat. Dropax dropacis. Martia. pſilotro faciem lauas & dropace caluam. Opis nympha. Vergilius. iiij. georgicorum. Atq; ephyre atq; opis atq; Aſia deiopeia. Opilio opilionis. Verg. in bucolicis, venit & opilio tardi venere ſubulci. dicitur etiam & vpilio, onis. immo opilio debuit breuiare, vpilio vero producere. Opperior opperiris & opportunus. a. um. per duplex. pp. ſcribuntur. Populus populi, pro arbore. Vergilius in buccolicis. populus Alcidæ gratiſſima vitis Iaccho. Popeanum popeani. fucus quidam. Iuue. pane tumet facies, aut pinguia popeana. Eſt enim ſpondeus in quinto loco. Propago pro filio breuiat. Verg. vj. æñ. Vobis Romana ꝓpago. & Ouid'. ij. meta. Per quæ tua vera propago. Pro vite ꝓducit. Verg. ij. geor. Preſſos ꝓpaginis arcus expectãt. Propino. as. tum. breuis reperitur, vt apud Iuue. quando propinat Virro tibi, ſumitq; tuis cõtacta labellis. tũ longa, vt apud Martial'. cœnat, propinat, poſcit, negat, innuit, vna eſt. Pſophis, idis. Ouid, v, meta. Vſq; ſub orchomenon pſophidaq;. Sopio ſopis. Verg. j. æñ. Hunc ego ſopitum ſono ſuper alta cythera, cuius compoſitum ſemiſopitus. a. um. eadem breuiat Ouid. ij. amorum. purpureo iacuit ſemiſopita toro, niſi forte legendum eſt ſemiſopora ſono. Idem in epiſtola ariadnes. Theſſea præſſuras ſemiſopita manus, ex quo ſuſpicamur primam habere indifferentem. Itaq; de induſtria breuem poſuimus quodam in loco, vbi patriam ſalutauimus, hic fuerant cunæ, quæ me ſopiere iacentem. Stlopus. i. Perſi. nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. Scopæ. arũ. Mart. in apophoretis. in precio ſcopo teſtatur palma fuiſſe. ¶ O. ante. q. breuis eſt. vt loquor loqueris. coquo coquis. ¶ O. ante. r. breuis eſt. vt chorus, cum ſignificat multitudinem coæuorum, quod ideo poſuimus, quia pro vento qui ſpirat ab occidenti æſtiuali: primam producit: vt ſtatim dicetur. Cora. æ. quoq; antiquiſſimum Italiæ oppidum primam breuiat dicente Verg. vj. æñ. Bolamq; corãq;, nam coram præpoſitio ſiue aduerbium producit. Idem. j. æñ. poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Corus cori, pro vento qui etiam caurus dicitur. Idem. v. æñ. condunt vbi ſydera cori. Colume. frigoribus gelidis iræq; obnoxia cori. Corycus coryci oppidum & mons Siciliæ, vnde eſt corycius. a. um. Luca. in. iij. coryciumq; patens exeſis rupibus antrum. corytus coryti, pro pharetra. Verg. ix. æñ. corytiq; leues humeris & lætifer arcus. Sill'. vij. puni. paruulus ex humero corytus & aureus arcus. Coralium. lij. Ouid'. iiij. meta. nunc quoq; coralijs eadem natura remanſit. Idem in. xv. ſic & coralium quo primum cõtigit auras. Claudianus tamen breuiauit, dicens. mergit ſe ſubito velliq; coralia chloe. Sidonius quoq;, lactea punicco ſinuãtur colla corallo. Chloreus nomen propri. viri apud Verg. Doris. idis. dea marina. Verg. in buc, doris amara ſuam non intermiſceat vndam. Doricus. a. um. Idem. ij. æñ. panduntur portæ iuuat ire & dorica caſtra, Dorion dorij oppidum magneſiæ. Lucanus in. vj dorion ira flebile pieridum. Papi. iiij. theba. geticos quos flebile vati dorion. Et a doron, quod interpretatur haſta, a quo eſt doriphorus primam breuiauit. Hora horæ pars diei. xij. ſiue noctis. Verg. in more, iam nox hybernas bis quinq; peregerat horas. Morus pro arbore, Ouid'. iiij. metamor. ardua morus erat niuei vberrima pomis & pro pomo. Horat. qui nigris prandia moris fiet. Morio pro tardo & ſtolido natura. Martial. morio dictus erat viginti milibus emi. Morari quoq; prima longa eſt huiuſmodi quempiam eſſe. Sueto. in nerone de claudio, morari cum inter homines deſiſſe producta prima ſyllaba iocabatur, hoc eſt morionem eſſe. Noricum norici regio Macedoniæ, Dalmatiæ contermina. Verg. iij. georgicorum. tum ſciat aerias alpes & norica ſi quis. Ouid. xiiij. metamor. durior & ferro, quod noricus excoquit ignis. Ora oræ pro extremitate. Verg. j. æñ. Troiæ, qui primus ab oris. Oro oras. Idem in codẽ. oramus prohib[illegible] infandos a nauibus ignes. Orythia orythiæ. erichtei regis athenarum filia. Vergil'. iiij. georg. atq; getæ, atq; ebrus. atq; actias orithya.*

Orion orionis. Oricos oppidũ. Prora, ræ. Sora. ræ. Soracte. ctis. Sorex. icis. Thorax thoracis. Et habentia. I. ante. o. vt Lorum lori. Gloria glorię. Ploro ploras,

O, ante. s. longa eſt; vt Moſes moſis. Proſa, æ. Breuiant vero Coſæ coſarum. coſyra coſyre. doſis; hoc eſt datio. Moſa moſę. Oſyris. yridis. Proſeucha proſeuchę. proſymna. næ. poſui pteritũ a Pono ponis. Roſa roſæ,

O, ante. t. breuis eſt; vt Notus ventus. Nothus nothi. ſpurius. Nota notæ; & Noto notas. Botrꝰ botri, Producunt vero clotho clothus. Lotos loti. Poto potas. Proteꝰ protei. Sotades. dis. Totꝰ. ta. tum. Et a protos, quod interpretatur primus cõpoſita; vt Protogenes. is.

O, ante. u, conſonantem breuis eſt; vt ouis; nouus noua nouum. Producit vero ouum oui.

V Ante. b. breuis eſt; vt Ruber. a. um. Producunt vero Bubulcus. ci. Bubo, onis. Bubalꝰ bubali. Bubaſtus bubaſti. Iubilus iubili. Lubricus ca. cum. Nubes nubis. Nubo. bis. Pubes pubis. Rubigo rubiginis. Suber ſuberis. ſubula. lę. Tuber tuberis. Vber vberis.

*Orion. onis. Luca. in. i. ſarmatumq; auro circũſpicit oriona. Flaccus. i. argo. non meus orion nec ſeuꝰ pleiade taurꝰ. Vergi. vij. æneidos. vbi orion hybernis tũdit euris. Idem tamen breuiauit in primo dicens: cũ ſubito aſſurgens fluctu nymboſꝰ oriõ. Et in. iiij. dũ pelago deſæuit hyems & aquoſus orion. Oricũ. Luca. in iij. tũ qui Dardaniam tenet oricon, Prora. æ. Verg. i. frangũtur remi: tũ prora auertit ab vndis. Sorex. icis. Serenꝰ. ſi prægnans artꝰ captiua ſoricis edit. Thorax. acis. Verg. xi. æñ. Bis ſex thoraces petitũ pfoſſumq; locis. Et habentia. l. ante. o. vt lorũ. &c. ¶ O. ante. s. longa eſt, vt Moſes. Iuue. Tradidit arcano quodcũq; volumine Moſes. Apd Siliũ Moſes alte lib. xv. breuiatur decidit enſe Moſe. Proſa. æ. Auſoniꝰ pſa Aſiæ in cauſis numeros imitata chororũ. Breuiant vero coſæ, arũ. vrbs Thuſciæ. Ver. vij. æñ. quiq; vrbẽ linquere coſas. Coſyra. æ. inſula in mari ſiculo. Oui. iij. faſto. fartilis & melite ſterili vicina coſyræ. Doſis quod interpretatur datio. nã p. omicrõ ſcribitur a græcis. vnde eſt antidoſis p ãtidoto. Moſa fluuiꝰ Galliæ. Sidoniꝰ. Rhenꝰ, Arar, Rhodanꝰ, Moſa, Matrona, Sequana, Ledus. Oſyris. idis. Tibullꝰ. primꝰ aratra manu ſolerti fecit oſyris. Proſeucha. æ. Iuue. ede vbi conſiſtas in qua te quæro pſeucha. Proſymna. næ. vrbs Theſſaliæ. Papi. li. iiij theba. hinc armat lariſſa viros hinc celſa pſymnæ. Poſui præteritũ a pono. is. cuiꝰ in præſenti prima fuit lõga. Ver. iij. æñ. hinc & narícij poſuerunt mœnia locri. Roſa. æ. Idem in roſis: ambigeres raperet ne roſis tunc aura ruborem. ¶ O, ante. t. breuis eſt, vt notꝰ. i. ventus a meridie ſpirãs: q latine dr auſter. Vergi. i. æñ. tris notꝰ abreptas in ſaxa latẽtia torq̃t. Nothꝰ quoq; qd interpretatur ſpuriꝰ. Oui. i epla phedræ, cur niſi ne capes regna paterna nothꝰ. Noto. tas. Ver. in buc. parta meæ Veneri ſunt munera nãq; notaui: q̃ exempla ideo poſita ſũt: qa notꝰ. ta. tũ, participiũ a noſco. cis. primã pducit ex regula generali ſupinorũ duas ſyllabas habentiũ. gothus quoq; breuiat, tametſi apd græcos p. tt. duplex vltimo aſpirato legatur. Breuiãt quoq; botrꝰ botri. & botryo. onis, qa p omicrõ ſcribitur. Gothꝰ. i. Auſoniꝰ, bis poſſem victos inde referre gothos. Producũt vero clotho clothꝰ. Iuue. hæc exempla para fœlicibꝰ at mea clotho. Cote ſiue cotes, oppidũ Mauritaniæ pducit primã: qa p o, longũ a græcis ſcribitur, vt Pli. lib. v. & Strabo. Cotidianꝰ quoq; pducit, Cõiugis in culpa flagrabat cotidiana. Mar. tñ breuiauit dicens: cultꝰ ſindone non cotidiana. Et alibi leuis dropace tu cotidiano. Lotos loti, arbor & nympha in illã verſa. Ouidi. ix. meta. Florebat aquatica lotos, & ibidem: lotos in hãc nymphæ fugiens obſcœna priapi. Proteus. i. Hora. quo teneã vultus mutãtem pthea nodo, & a ptos qd interpretatur primꝰ compoſita: ſic vt ptogenes, ptomartyr, ptoclitus. Sotades. is. Marti. periclitatur capite ſotades noſter. Totus. Idem. tota mihi dormitur hyems. ¶ O. ante. u. conſonantem breuis eſt, vt ouis. is. nouus noua nouũ, pducit vero ouũ oui. Horatius, longa quibꝰ facies eſt ouis illa memento.*

*V Ante. b. breuis eſt, vt Ruber. a. um. Iubeo iubees. tuba. æ. Producunt vero Bubulcus. ci. Ouid. iiij. de ponto. per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas. bubo. onis. auis nocturna. Verg. iiij. æneid. ſolaq; culminibus ferali carmine bubo. Bubulus. i. animal. Mart. illi ceſſit atrox bubalus atq; biſon. Bubaſtus. i. oppidũ ægypti. Ouid. ix. meta. Inde fœmininũ poſſeſſiuum formauit dicens: Sanctaq; bubaſtis varijſq; coloribus apis. Iubilus ſiue iubilum. Sillius. iiij. puni. & lætus ſcopulis audiuit iubila cyclops. Lubricus. a. um. Hora. lubrica naſcentes implent conchilia lunæ. Sed poteſt fieri ne poſitione producatur. Nubes. is. & nubilus. a. um. Verg. i. æñ. eripiũt ſubito nubes cælumq; diemq;. Idẽ in. iiij. turbida tranat nubila. Nubo. is. Ouid. ſi qua voles apte nubere: nube pari. inde cõponitur obnubo. is. in alia ſignificatione. Verg. xi. æñ. arſuraſq; comas obnubit amictu. Innuba tamen & pronuba ſemper breuiant. & ſi a nubo compoſita ſiut, Papi. iiij. theba, in vultus cecidere greges tunc innuba mantho, Ouid. xiiij. meta. innuba permaneo, ſed iã fœlicior ætas. Verg. iiij. æñ. deueniunt prima tellus & pronuba Iuno. Idem in. vij. & bellona manet te pronuba nec face tantum. Connubium vero tum breui, tum longa reperitur. Idem in. i. connubio iungã ſtabili propriãq; dicabo. Idem in. iiij. cuiq; loci leges dedimus cõnubia noſtra reppulit. Pubes pubis. Idem in. i. haud aliter pubeſq; tuæ pubeſq; tuorum. & deriuata & compoſita. vt pubertas, pubeſco. impubes. is. Rubigo. inis. pro vitio frumenti & ferri. Verg. i. geor. vt mala culmos eſſet rubigo. Hora. ij. ſerm. Iuppiter vt pereat poſitum rubigine ferrum. pro linguæ mordacitate. Mart. breuiauit dicens, veteris ore alter nimiaq; rubigine captus. niſi forte debuit pro rubigine eſſe erugine. Prud. in pſyco. cõdere vagina gladiũ nec teſta rubigo. Suber. eris. Verg. vij. æñ. raptus de ſubere cortex. Subula. æ. Mar. quodq; tibi tribuit, ſubula ſicca rapit. tuber. eris. pro fœtu terræ. Iuue. O lybiæ diſiunge boues dũ tubera mittas, pro tumore quoq; cutis. Hora. qui ne tuberibus proprijs offendat amicum. Pro arbore & pomo. Martial. breuiauit dicens, tuberes & apirina ramis. Vber vberis. Vergili. libro primo æneid. atq; vbere glebæ.*

V.ante.c.longa eſt;vt Duco ducis.Luceo,es. Breuiant vero Cucuſas.atis,Cuculus.li.Cuculo.ſas. Cucullus cuculli,Cucuma cucumę,Cucumis cucumeris.Cucurbita cucurbitæ.Cucurrio.is.Ducenti.æ.a.Duceni.æ.a.Iucundus.a.um. Lucerna.æ.Lucrum cri.Luceres.lucumo.onis. lucellum.li.ſucerda.æ.

V.ante.d.lõga eſt;vt Rudo.is.Ludo.dis. Breuiãt vero;Pudor.oris.Pudet pudebat.Rudis.de.Rudis.dis. virga prætoris.Rudens rudẽtis.Sudes ſudis.ſtudium ſtudij.Tuder tuderis,Tuders tudertis.

V.ante.f.lõga eſt,vt Vſens vſentis.Buſo buſonis. Breuiãt vero Ruſæ ruſarum.

V.ante,g.longa eſt;vt iugerum.ri, Nugæ.arum. Breuiant vero Fugio fugis.Fuga fugæ.Iugũ iugi,Iugis iuge.Pugil pugilis.Turguriũ turgurij.

V.ante.l.breuis eſt;vt fulix fulicis,Producunt vero Culus culi.Dulichium dulichij.Fuligo fuliginis.Iulius iulij.Mulus muli.Mula mulæ.Puleiũ.i.Pulex pulicis.Thule thules.Vligo.ginis.

V.ante,m.lõga eſt;vt Humor humoris;Humidus humida humidum.Humanus humana humanum.Iumentum iumenti.Breuiant vero cumulus cumuli.Crumena crumenæ.Humus humi. Humerus humeri.Numa numæ. Numãtia.æ.

¶ V.ante.c.lõga eſt,vt duco.is.& ab eo cõpoſita,vt deduco.is induco.is.ſed educo.as,breuiat et ſi a duco.is,cõpoſitũ videat̃ Ver.i.ix.æñ.quattuor hic iuuenes totidẽ quos educat vſens.Luceres quoq; pducit.Oui.v.faſt.quoſq; vocãt rãnes luceribuſq; ſimul.Prop.tñ breuiauit dicẽs:rhãneſq; viri luceresq; colõi.Breuiãt vero.Cucuſas.atis.Prudẽ.carmeli cõtẽptorq; necis cucuſas.Cucul9.i.p aui.& cuculo.as.p eo qđ eſt ipſã auẽ canere.Oui.de philo.et cuculi cuculãt:fritinit rauca cicada.Cucul9.li.& cuculla.æ.p capitis tegmine.Mar.illinc cucullo pſpicit caput tect9,eſt enĩ trimetrũ iãbicũ.& alio loco ĩ carmĩe phaleutico,& thuris piperiſq; ſis cucull9: Cucuma,æ. Idem ad quartũ cucumã fecit octacili9.Cucumis.eris.ver.ĩ copa.& pẽdet iũcocerule9 cucumis.Cucurbita.æ.Iuue.iãpridẽ caput hoc vẽtoſa cucurbita q̃rat.Cucurrio,is.Oui.cucurrire ſolet gallus.Ducẽti.æ.a.et Duceni.æ.a. Hora.i.ſer.hẽbat ſæpe ducẽtos ſæpe decẽ ſeruos.Iucũd9.a.ũ.qđ a iuuo nõ a ioco deriuatur.Iuue.nã p iucũdis.a.q.d.d. Lucrũ.i.natura pmã breuiare ex diminutiuo cognoſcim9.Hor.i.epiſ.qđ pure trãqllet honos an turpe lucellũ. Lucrinũ quoq; eadẽ rõne breuiat.Mar.oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata lucrino,nã poſitiõe,Ver.pduxit.ij.ge. an memorẽ port9 lucrinoq; addita clauſtra.Lucerna.æ. tametſi a luceo.es.deriuet.Iuu.hæc ego nõ credã venuſia digna lucerna.Luceres Romuli milites.Prop.li.iiij.hic tities rhãneſq; viri luceresq; colõi.Lucumo.onis.Auſo.ſamij lucumonis acumẽ.Sucerda.æ.Luci.hic ĩ ſtercore humi ſtabulis fimo atq; ſucerdis. V.ãte.d.lõga ẽ,vt rudo.is.Perſi.findit arcadiæ pecuaria rudere credas.Oui.ĩ faſto,ĩtẽpeſtiuo cũ rudit ille ſono.Ver.vij.æñ.breuiauit dicẽs:fera ſub nocte rudẽtũ,vbi Ser.inqt,rudo naturalr lõgã habere primã:ſyſtolẽ ergo fecit.Rudẽs.tis.quoq; p fune.Idẽ breuiauit i.i.dicẽs,iſeqtur clamorq; virũ ſtridorq; rudẽtum,Breuiãt vero pudor.oris.& pudet.bat. Verg.iiij.æñ.ãte pudor q̃ te violẽ:aut tua iura reſoluã. Rudis.e.p re noua.Oui.ĩ epl'a penl'.q̃ tãtũ lanas nõ ſinit eſſe rudes:hĩc eſt erudio.is.quaſi extra ruditatẽ pono.Rudis quoq; p virga prætoris breuiat.Hora.i.epiſ. ſpectatũ ſatis & donatũ iã rude q̃ris.Sudes.is.Ver.vij. æñ.ſtipitib9 duris agitur ſudib9 ve præuſtis.Studiũ.ij. Oui.ſingula dũ narrat curſu ſtudioq; loq̃ndi. Tuder. eris.oppi.Italiæ.Tuders.ertis.poſſeſſiuũ ab eo.Sili.iiij. punico.& gradiui colẽ celſo de colle tudertem. Idem in ſexto deuexũ lateri pẽdet tuder.¶ V.ante.f.longa eſt,vt vſens,entis.flu.Italiæ.Ver.vij.æñ.atq; in mare cõditur vſens.Idẽ quoq; in alio loco p nõie pprio viri poſuit, Buſo,onis,Idẽ.i.geor. inuẽtuſq; cauis buſo:& q plurima terræ.ſunt q buſſo.onis.p duplex.ſſ.ſcribãt.Breuiat ruſe.arũ.Ver.vij.æñ.quiq; ruſas baſtauũq; tenẽt.¶ V.ãte.g.lõga eſt,vt iugerũ.i.nugæ.arũ.ruga.æ.Breuiãt vero fugio.is.& fuga.æ.Ver.i.buc. quẽ fugis ah demẽs.Iugũ.i.quo boues iũgũtur:& p mõtis ſummitate:& p rauiũ trãſtro:& p telæ axe.Ver.in buc.aſpice aratra iugo referũt ſuſpẽſa iuuẽci.Iugis.e.p eo qđ eſt ſubiugo,vnde iugo.as.& biiuges.quadriiuges.Nã iugis p aſſidu9 primã pducit. vt Hora.ij.ſer.vicin9 iugis aq̃ fons,Iugul9 quoq; breuiat primã:vnde iugulo.as.Hora.vt iugulẽt hões ſurgũt de nocte latrones.Pugil apđ Sidoñ.primã breuiat dicẽs.Sparta terapnea pugilẽ cũ gymnade pinguẽ.Pru.ĩ ſymmachũ pduxit dicẽs. vnctis pugilib9 miles pugnabat ethruſcis:& Iuue.nec pugilares defert ĩ balnea rauc9. Hymnograph9 quoq; in dimetro iãbico breuiauit dicẽs:mũdũ pugillo cõtinẽs.Tuguriũ.ij.Iuue.paupis & tuguricõgeſtũ ceſpite culmẽ.¶ V.ãte.l.breuis eſt. vt fulix.icis.ſiue fulica.æ.Auiẽ.in ara.& cũ parua fulix trepido volat arua volatu.Verb.i.geor.ĩ ſicco ludũt fulicæ.Producũt vero cul9.i.Mar.nõ culũ neq; enĩ cul9 eſt q nõ cacat olim.Dulichiũ.ij.Ver.iij.æñ.dulichiũq; ſamoſq; & neritos ardua ſaxis.Fuligo.inis.Ver.in buc.ſemp & aſſidua poſtes fuligine nigri.Iuli9 iulij.Idẽ.i.æñ.Iuli9 a magno demiſſum nomẽ Iulo.Mul9 li.Mula.le.Puleiũ.Seren9 produxit dicens puleiũ vt potens vna ſuper aure locabis.Mar.quadrima nigri nec corona puleij.Pulex.icis.Idẽ in diſt.mordẽte moleſto pulice.vel ſi qđ pulice ſordidi9.Thule.es.inſula q̃ ab alijs d'r thyle.Ver.i.geor.tibi ſeruiat vltima thule.Vligo.ginis.Ver.ij.ge.atq; pĩguis hum9 dulciq; vligine leta.Pulip9 p polyp9 & polidamas p polydamas,& polyxena legim9 apđ poetas.vt ſyllaba breuis pducatur.¶ V.ãte.m.lõga eſt,vt humor.oris.Humid9.a.ũ. q̃ ideo poſuim9:qa ab humo ĩ quo prima breuis eſt deriuata vidẽtur.Ver.i.geor.atq; exudat inutulis humor.Idẽ in eodẽ:humida ſolſticia atq; hyemes optate ſerenas agricolæ.Human9 quoq; tametſi ab hõie deriuatur,in quo prima breuis,primã pducit,Iumentũ.Iuuenalis.ſed iumenta vocãt.Breuiant vero cumul9.i.Vergi.i.geor.Cumuloſq; ruit male pinguis arenæ.Crumena crumenæ.Iuuenalis:te deficiente crumena.Humus.i.Ver.ij.georgi.atquæ pinguis humus dulciq; vligine læta.Humerus humeri.Idem.i.æñ.Os humeroſq; deo ſimilis.Numa.æ.rex Romanorũ.Iuue.hic vbi nocturnæ numa cõſtituebat amicæ.

numanus.i.nomẽ viri apđ Verg.ix.æñ.celebratũ,ſit ſatis ænide telis impune numanũ.Numerus.i.Verg.in buc.numeros me mini ſi verba tenerẽ.Numiſma.atis.Hora.rettulit acceptos regale numiſma philippos.Rumex.icis.Ver.in more.Fecũduſq; rumex:malueq; violeq; rubebãt.¶ V.ãte.n.lõga eſt,vt iuno.onis.funꝰ,eris.munꝰ muneris.Breuiãt vero cuneus cunei.Iuueñ. digna tuo cuneis an hñt ſpectacula totis.Ver.j.geor.nã primi cunei ſcindebãt fiſſile lignũ.Cuniculꝰ cuniculi,tã p lepuſculo q̃ p via ſubterranea,Mar.gaudet i effoſſis habitare cunicul9 ãtris.Tunica.æ.Iuu.tũicã mihi malo lupini.¶ V.ãñ.p.breuis ẽ

Numanus numani nomen ꝓprium viri,Numerus nũeri,Numiſma.atis,Rumex.icis. Tumeo tumes. Tumulꝰ tumuli.Tumultus tumultus.

V.ante.n.lõga eſt;vt Munus muneris. Breuiant vero Cuneꝰ cunei.cuniculꝰ cuniculi.Tunica.ę.

V,ante.p.breuis eſt:vt lupus lupi. Producũt vero cupa.æ.Iupiter.nuper aduerbium.pupus pupi. Pupa.æ.Pupula.æ.Pupillꝰ.i.Rupes.is.Scrupꝰ.i, Suparus.i.Stupa.ę.

V.ante.r.lõga eſt,vt Curio curionis. Breuiant vero Curius curij.Cures curiũ oppidum.Curetes. ppli.Curulis curule. Durius durij.fluuiꝰ, Furio furis.Muria muriæ.Nurus.us.Spurius,rij.

V.ante.s.lõga eſt,vt puſio puſiõis.Breuiant vero. Fruſino,onis.Puſillus puſilla puſillum.Suſanna ſuſannæ.Suſurrus ſuſurri.

V.ante.t,longa eſt.vt Vtor vteris.Breuiant vero Cutis.tis.Frutex fruticis.Futuo.is.Futurus futura futurum.Lutum.i.Mutina.ę.Mutilus.a.um. Muto.onis.Nutrio.is.Puteus.i.Putus,a.um,Putris.e.Puto.tas.Ruteni populi.Rutilus.a,ũ. Rutuli populi.Rutulus.i,Rutuba rutubę; fluuius. Rutupe oppidum. Vter vtra vtrũ. Vter vteris. Vterus vteri. Vtica vticę. Vti coniunctio.

vt lupus.i. cupio.is.Supremꝰ queq;,Ouid'.de triſti.nec mãdata dabo:nec cũ clamore ſupremo.Producũt vero cupa.æ.Iupiter Iouis ſiue iupitris:quãquã ſunt q vtrũq; p duplex.pp.ſcribãt.Nup aduerbiũ.Ver.in buc.nõ verũ egonis nup mihi tradidit egõ.Pupꝰ.i.& pupa et pupula & pupillꝰ & pupilla.Mar.dicit ſe vetulã cũ ſit cærelia pupa.Perſiꝰ,nẽpe hoc qđ veneri donata a virgine pupa.Pupula,æ.p eo qđ quidã dicũt pupille.æ.Oui.de amore,ſuſpicor & fama eſt oclis quoq; pupula duplex. Pupillꝰ.i.Iuue,pupilli ꝓſtrãtis;at hic dãnatꝰ inani.Rupes.is.Vergi.in buc.nec tantũ phœbo gaudet parnaſia rupes.Supparꝰ.ri. & Stuppa a plæriſq; p duplex.pp. ſcribũtur:qa ꝓducũt primã:ſed ideo poſuimꝰ qa de orthographia nõ ſatis cõſtat.Scrupꝰ.pi.vnde ſcrupulꝰ.i. & ſcrupeus.a.ũ.Ver.vj.æñ.ſcrupea tuta lacu.Sed primã natura breuiari ꝓbat Priſcianꝰ de põderibꝰ dicẽs: drachma vocãt ſcrupulum noſtri dixere priores.A.bu. particula q̃ in cõpoſitiõe magnũ apđ græcos ſignificat, ꝓducũtur cõpoſita,vt bupeda,bupalꝰ,bucẽtaurus,bupreſtis,vpilio quoq; rõne pauloãte dicta ꝓducitur,Vergi.in buc.venit & vpilio.¶ V.ãte.r.lõga eſt, vt curio.onis,nomẽ viri.Luca,curio ſicanas trãſcẽdere iuſſus in vrbes.Breuiãt vero curius.ij. Iuue,q ſimulãt curios & bacchanalia viuũt.Cures.iũ.oppidũ Sabinorũ. Ver.vj. æñ.curibꝰ paruis & paupe terra.Curetes.tũ.ppli ſunt Dalmatiæ.Luca.in.iiij.illic bellaci cõfiſus gẽte curetũ. Nã p cretæ pplis ꝓducit.Verg.iiij.geor.curetũ ſonitus crepitãtiaq; æra ſecutæ.Curulis.æ.a curru. Luca. in.j. Vacueq; loco ceſſere curules.Iuueñ.ſellas donare curules.Durꝰ.ij.fluuiꝰ Hiſpaniæ.Silli.i.j.Hinc certãt pactole tibi duriuſq; taguſq;.Furio furis, ſiue furo furis. & furor. Lucanꝰ, qs furor o ciues.Muria.riæ. Hor.j. ſer.qđ pingui miſcere mero muriãq; decebit.Nurus.rus.Ver.ij.æñ.Dardanis & diues Veneris nurus.Spuriꝰ.ij.Auſoniꝰ,quiq; notas ſpurijs verſibꝰ appoſuit.¶ V.ante.s.lõga eſt,vt puſio puſionis.Iuue,qđ' tecũ puſio dormit.Buſiris lõga & breuis repitur.Vergi.neſcit buſiridis aras.Papi.lib.xij.nõ trucibꝰ mõſtris buſiri infandũq; dediſti.Breuiãt vero fruſino.onis oppidũ Italiæ.Iuueñ.aut fabrateriæ domꝰ:aut fruſinone paretur.Puſillꝰ.a.ũ. p paruus.Hora.dij bene fecerũt inopẽ me quodq; puſilli.Suſurrꝰ.ri.Ver.in buc.ſæpe leui ſomnũ ſuadebit inire ſuſurro.Suſanna fœmina in ſacris litteris quãq̃ videtur a ſuſis dicta. Claudianꝰ in epigrãmatis breuiauit,ſancta Suſanna ſua.¶ V.ãte.t.lõga eſt,vt Vtor, Gluten,quãquã Vergi.de Mecœnatis obitu breuiauit dicens. cõglutinãtur aq̃.Breuiãt vero cutis.is.Mart.de cute qđ faciat ille vel ille ſua.Frutex.icis.Oui.in.iij.de arte. hos ego q canẽt frutices violaria vidi.Futuo.is. Auguſtꝰ apđ Martialẽ,qđ' futuit glaphyrã Antoniꝰ hãc mihi pœnã Fuluia cõſtituit ſe quoq; vti futuã.Lutũ luti.Hora.j.epl'a.Vixiſſet canis immũdus vel amica luteſus. Mutina mutinæ.Luca.in.i.His cæſar peruſina fames:mutinæq; labores.Mutilus mutila multum.Oui iij.de arte. turpe pecus mutilum turpis ſine gramine campus.Muto.onis.a quo mutoniatus.ata atum.Marti.dormis cum pueris mutoniatis : eſt enim carmen phaleuticum. Horatius tamen primo ſermonum producit dicens.Huic ſi mutonis verbis mala tanta videntis.Puteus putei.Iuuenalis,hortulus hic puteuſq; breuis nec reſte mouendus.Putus puta putum,ſi Gellio credimus qui a puto putas declinat lib.ix.noctium atticarũ.Putris.e. quod primam habere breuem oſtendit.Ouid.in primo de ponto dicens.Eſtur vt occulta vitiata putredine nauis.Idem.xv.metamorpho.Putrefacta eſt ſpina ſepulchro.Puto.tas,ſiue p eo qđ' eſt cogito cogitas,ſiue p eo qđ' eſt arbores purgo. Ruteni.orum.populi Germaniæ.Luca.in pri.ſoluuntur flaui longa ſtatione ruteni.Rutilus,a.um,rutilo.as.Vergi. hæc modo q̃ toto rutilauerat igne comarũ.Rutuli populi Italiæ antiqſſimi.Idem.j. æneidos,ternaq; trãſierint rutulis hiberna ſubactis.Rutulus viri nomen tũ breui tũ longa legitur.Ouidi.vj.faſto.hæc tibi præpoſito memorãt dixiſſe rutuli.Marti. famæ rutilum ſuæ relinquas.Rutuba,bæ,fluuiꝰ Italiæ.Lucanꝰ in.ij.vnda facit rutubãq; cauũ dilabitur inde.Rutrũ.i.qđ ex rutello colligit. Lucil.frumẽtariꝰ eſt.medicũ hic ſecũ atq; rutellũ.Rutupe oppidũ Britãniæ littorale,Idẽ rutupinaq; littora feruẽt. & Iuue. rutupino ve edita fundo.Vter.a.ũ.& ab eo cõpoſitũ vterq;,vtraq;,vtrũq;.Vter vteris,qđ' tametſi in declinatiõe prima longa poſuit:idcirco ſuſpicor primã habere natura breuẽ:qđ ab eo vterꝰ deriuatũ breuiat.Ver.ij.æñ.ingemuit ſtetit illa tremẽs vteroq; recuſſo.Vtica.cæ,oppidũ Aphricæ.Lucanꝰ in.vj.nõ vticæ Lybicæ clades.Vti & ab eo cõpoſita,vt vtiq;,vtinam veluti,

¶ *V.purũ.ante,u,conſonantẽ longa eſt.vt Vua,vuidus.a.um.Verg.in buc.aut cuſtos gregis,aut maturæ vinitor vuæ. Idẽ in eodem,vuidus hiberna venit de glande Menalcas,qđ ſi conſonans præcedat.u.breuiatur.vt fluuius.ij.Pluuia.æ.Iuno.as.*

*Ante.b.in medijs ſyllabis breuis eſt,vt Calaber.ra,rum.alabandæ,arum.Producũt vero atabulus.li.ventus Apuliæ peculiaris.Horat.in primo ſerm. Oſtentare mihi quos torret atabulus & quos,Barabas. Sedulius in paſchali. Tunc colucre baal nunc elegere barabã ſed potius dicendum eſt per duplex.bb.ſcribendum eſſe, interpretatur enim filius patris,qđ ſi per.b.ſimplex ſcribatur breuis repitur. vt apud Marullũ in clauſula pẽtametri. mulciber eſt Barabas,Et verbalia in,abilis.vt amabilis.penetrabilis.& in.abundus,vt populabundus.amorabundus.errabundus.Verg.in buc.errabunda bouis veſtigia.& in,abulũ. finita:vt venabulũ.li,incunabulum.li. tintinabulum.li. Verg.in.iiij.æñ.lato venabula ferro.Idem. Iouis incunabula cretam. Iuue.tot tintinabula dicas.In. abrum. quoq; produci debere ſuſpicor,quia ſemper reperio longam,vt velabrũ,candelabrũ.volutabrũ.de dolabra nihil dico,quia dolabella reperitur breuis.* ¶ *A.añ.c.breuis eſt,vt alacer.Producunt vero benacus benaci.lacus Italiæ. Verg.ij.georg.fluctibus & fremitu aſſurgens benace marino.Cloaca.æ.Iuue.pinguis torrẽte cloaca. Iracundus,a,um. Hora.in poe.Impiger iracundus inexorabilis acer.Meracus.a.um. Idem.ij.epiſto.expulit helleboro morbũ bilemq; meraco.Muſtaciũ,ij,Iuue.cœnam & muſtacia perdas labente officio crudis donanda.Nouacula Mart.vel ſæua nouacula nudet. Opacus opaca.um.Iuue.tanti tibi nõ ſit opaci. Paſtinaca.æ.& pro piſce & pro radice hortenſi.Macer. Eſt paſtinacæ virtus in ſemine tantum. Piſtacium piſtacij ex nucum genere arbor.Palladius de arborum inſitione,quin & amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos.Portulaca portulacæ.Macer.Andragenes græce quæ portulaca latine,Sarracum.ci.Iuue.Frigida circuagunt pigri ſarraca bootæ,in.acrũ.finita ſemper producere inuenio. vt ſimulachrũ.ambulacrũ.Et nomina in.aculũ.vt tabernaculũ.li.retinaculũ,li. gubernaculũ.li. & in.aceus.a.ũ. vel.acius.a.um.vt ordeaceus.a.um. arũdinaceus. a.um. gallinaceus.a.ũ,vinacium.cij.* ¶ *A.ante.d.breuis eſt:vt bragada fluuius Aphricæ.Luc.iiij.Bragada lẽtus agit ſiccæ,ſulcator arenæ. Producit vero cicada.æ. Verg. in buc.Sole ſub ardẽti reſonãt arbuſta cicadis.* ¶ *A.ante.g.lõga eſt.vt imago.inis.carthago.inis.Breuiãt vero aruiragus.gi.Iuue.& de temone Britãno excidet aruiragus.rex fuit Britãniæ.Aſparagus.i.Idẽ,aſparagis qua deſpiciat cõuiua cauda,Chiragra.æ.Mart.ſed nil patrono porrigit,hæc chiragra eſt. Lalage.es.nomen ꝓpriũ fœminæ.Mart.deſine iã lalage triſtes ornare capillos,lalages quoq; cuiuſdam meminit Hora.in odis. Mandragora mandragoræ. Colum. mandragoræ pariat flores meſtamq; cicutam.Maſſageta. Lucanus in primo maſſagetem ſcythicus non alliget Iſter.Patagia fluuius.Verg.iiij.æneid. Latiq; ſonantem patagiam. Pelagus pelagi. Verg.Non illi imperium pelagi ſæuumq; tridentem. Podagra.æ.Mart.litigat & podagra Diodorus flacce laborat. Ver*[illegible] *vertagi. Idem in diſtich,non ſibi,ſed domino venatur vertagus acer.* ¶ *A.ante.l.breuis eſt.vt Mænalus.i.Producũt vero hic aqualiculus .Perſius. pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extat. hic Canalis. Vergilius. iiij. Georgicorum. Currentem ilignis potare canalibus vndam Omphale omphales. Propertius libro tertio.Omphale in tantum famæ proceſſit honorem.Sardanapalus. Iuuenalis.& Venere & cœnis & plumis Sardanapali. Stymphalum.vnde ſtymphalides. Claudianus. audieram memorandæ tuas ſtymphali volucres. Sandalium. Vergilius de obitu Mecœnatis.argentata tuos etiam ſandalia talos,Et in.alis.vt verbalis verbale,vocalis vocale.ſacerdotalis ſacrdotale.maialis maiale.* ¶ *A.ante. m. breuis eſt,vt calamus calami.Producunt vero dictamum.i.Verg.xij.æneid. dictamum genitrix dictæa carpit abida.Et nomina verbalia in.amen,exeuntia.vt velamen.inis.certamen.inis.& exeuntia in.entum.vt armẽtum.i.nucamentum.i.firmamentum.i.Velamen. Iuuena.clari velamen honoris,inde velamentum. Lucanus.in. viij. fluxu virorum velamenta vides.*

V.purum ante.u.cõſonantem longum.eſt.vt vua, quod ſi conſonans pręcedat breuiatur,vt fluuius fluuij.Iuno.as.Pluuia,æ.

¶ De medijs Syllabis. Cap.v.

A Ante.b.in medijs ſyllabis breuis eſt,vt Calabria.æ.Syllaba.bæ.Producunt vero Atabulus.i.& verbalia in.abilis. deſinentia,vt Amabilis.e.& in.abundns.a.ũ.vt Populabundus.a.um.& in. abulum; vt Incunabulum.li. Venabulũ.i. Tintinabulum.li.& in.abrum;vt velabrum.

A.ante.c.breuis eſt,vt Alacer.cris.Producunt vero benacus.ci. Cloaca,ę, Iracũd⁹.a.um.Meracus.a.meracũ.Muſtaciũ.ij.Nouacula.æ, Opacus.a.ũ. Paſtinaca,æ.Piſtacium.ij.Portulaca.ę.Retinaculum retinaculi.Sarracũ.Et nomina deriuata in.acrum,vt Lauacrum. Simulacrum. Ambulacrũ; vel in.aculum,vt Gubernaculum gubernaculi, Et in Aceus.a.um;vel acius.a.um, vt Ordeace⁹ ordecea.um.Gallinaceus.a,um. Vinacium.ij.

A.an.d.breuis eſt;vt bragada flu.ꝓducit vo cicada.

A.ante.g.longa eſt,vt Imago.ginis. Indago.as,vel indago.ginis.Breuiãt vero Aruiragus.i.Aſparagus.i.Chiragra.ę.Lalage.es.Mãdragora.ę.Maſſageta.æ.Patagia.æ. Pelagus.gi. Podagra. græ. Vertagus.gi.Et nomina compoſita ab agorazo. quod eſt Emo.is.vt Pytagoras. Anaxagoras.Et ab ago;quod eſt duco,vt pædagogus, Synagoga.gæ.Paragoge.ges.Et a Frango;vt naufrag⁹. Et a Vagus vaga vagum,vt noctiuagus.

A.ante.l.breuis eſt,vt Męnalus.li. Ital⁹.i. Producũt vero canalis.Omphale.Sardanapal⁹.Prymphalus.Pandalium.Et in.alis.deſinẽtia, deriuata a nominibus vel a verbis;vt Animalis.e. Venalis.e.

A.ante.m.breuis eſt,vt Calam⁹.i.Thalamus.i.Producũt.vero Dictamũ.i.Et verbalia in. amen.ſiue .amentũ.finita;vt ſolamẽ, iuuamẽ; iuuamentũ:

Armamentū.i. Luc.in.ix.vincitur & nudis auertitur armamentis.Inde armamentariū.Iuue.quicqd habent telorū armamētaria cæli.Et nomina hebrea ad noſtram declinationem extenſione ſyllabarum reducta,quæ quia in fine accuuntur:in eadē ſyllaba retinent accentum.& ex conſequenti ratione latina eandem producunt.vt adam adamus.i. abraam abraamus.i.roboam roboamus.i.¶ A.ante.n.loga eſt.vt inanis.e.romanus.a.um.garganus.i.ne enim vſq̄ breuiatur:vt quidam delirant. Breuiant vero apidanus.i. Luca in.vi.apidanus nunq̄ celer niſi mixtus enipeus.balanus.i.atq; inde balanatus.a.um.Hora.iij.

Et hebrea ad declinationem noſtram reducta,vt Adam adamus.i.Abraam abraamus.i.

A.ante.n.longa eſt,vt inanis.Breuiāt vero Apidanus.ni.Balanus.ni.Clibanus.ni.Drepanū.i. Dardanus.i.Eridan9.i.Galbanum.i.Hypanis.is.Hippomanes.Laganum.i.Libanus libani.Raphan9 raphani.Rhodanus.i.Et nomina græca in phanos vel phanes deſinentia,vt Stephanus.i. Epiphanus.i.Ariſtophanes.is.Sicanus ſicana ſicanū & Cyane indifferentem habet.

A.ante.p.breuis eſt,vt Alapa.æ.terapne.es.Producunt vero anapis.is.meſapus.i.Priapus priapi. ſerapis.is.ſinapis ſinapis.

A.ante.q.breuis eſt,vt Tanaquil.Producunt vero nequaq̄ & vtraq̧ i ablto;& vſq̧quaq̧ aduerbiū.

A.ante.r.breuis eſt,vt Cithara.ræ.Barbarus.a.um. Producūt vero Amaracus.ci.Amarus.a.ū.Auarus.a.um.Cochleare.is.Denarius.ij.Tiaras.ę.Et Denominatiua in.aris,vel.arius.a.um.vt Auxiliaris,e.Antiquarius.a.um.Sextarius.ij.Sacrariū.ij.

A.ante.s.breuis eſt;vt Petaſo.onis.Carbaſus.i. Producūt vero.Agaſo.onis.Amaſis.is.Omaſum.i.

A.ante.t.breuis eſt,vt Cyathus.i.Calath9 calathi,producunt vero Acathes.æ.p lapide.Aratus.i.Aratrum.i.Egathes inſulæ.Et ꝓpria nomina in ares. vt Phraates.is.Euphrates.is.Mithridates.Et denominatiua in,atus.vt ſenatus.

car.nec preſſa tuis balanus capillis. Perſi. balanatum gauſape pectis.Clibanus.i.quod nomen græcum eſt:interpretaturq; fornax. Drepanum.i.Verg.iij.æn. Hinc drepani me portus & illætabilis ora. Dardanus filius Iouis.Verg.in.vij.Dardanus idæas phygiæ penetrauit ad vrbes.Eridanus.i.Verg.in.vi.plurimus eridani per terram voluitur amnis.Galbanū.i.Iuue.cerulea indut9 ſcutulata,aut galbana raſa.Verg.iij.geor. galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.Hypanis.is.Ver.iiij. georg.ſaxoſumq; ſonās hypanis myſuſq; caicus.Hyppomanes.Idem in.iij.georg.hyppomanes lentum diſtillat ab inguine virus.& Iuue. Hyppomanes carmeq; loquar,coctumq; venenum.Laganū.i.Hora.i.ſer.refero laganiq; catinum,& ibidem laganum portantes œnophorumq;.Libanus.Sedulius in paſchal.ſemper habens frondes & tanq̄ libana cedrus. Raphanus.i. Catullus intrabunt raphaniq; mugileſq;,eſt enim carmen phaleuticum.Rhodanus.i. Ouid'.ij.meta.heſperios amnes rhenum rhodanūq; padūq;. Sathanas mediam producit ratione ſuperius dicta:quoniam dicitur a ſathā.Et noīa græca in phanos vel phanes deſinentia,vt ſtephanus,diaphan9 diaphana diaphanū.epiphanes.is.ariſtophanes.is. Hora.i.ſermo.eupolis atq; cratinus ariſtophaneſq; poetæ.Sicanus.a.um.mediam habet indifferentem.longam. vt apud Verg.v. æn. Fida reor fraterna Erycis portuſq; ſycanos,breuem vt apud Ouid.in ibin. plurima quæ flāmas ſicanus ætna vomit. Cyane quoq; indifferentem habet,breuem apud Ouid.in.iij.de ponto. quāquā ſuis cyanem miſcet anapis aquis.Mart.ſic minimas intrant cyaneaſq; nates. longam apud Iuuen. cyanes plenos & tēpeſtatibus vtres.Ouid.ix.meta.cognita cyane preſtāti corpore nympha.¶ A.ante.p.breuis eſt:vt alapa.Terapne.es.oppidum laconiæ,nam breuiare Sillius Italicus oſtendit,vt diximus alias,cum dixit, nonnunq̄ affirmat terapneis ilion armis.Ouid'.in epi.t.paridis poſitione producit dicens.Rure terapneo nata puella phrygem. Producunt vero anapis Siciliæ fluuius.Ouid'.xiiij.meta.& cyanes & anapis & ortygia aretuſa. Meſapus.i.nomen eſt proprium viri a Vergi.in.æn.celebrati.Priapus.i.Idem in buc.ſinum lactis & hæc te liba priape quotannis. Serapis.pis.deus ægyptiorum.Mart.vincebant nec quæ turba ſerapin amat.Sinapis.is.Columel.ſeq;laceſſenti fletum factura ſinapis.

¶ A.āte.q.breuis eſt.vt tanaquil.Iuue.ante tamen de te tanaquil tua quando ſororem.Nequaq̄ vero produxit & vtraq; in ablatiuo,nam in nominatiuo & accuſatiuo breuiat.¶ A.ante.r.breuis eſt,vt cithara.æ.barbarus.a.um.iſmarus.i.tartarus tartari. Producunt vero amaracus.i.Verg.i.æn.idaliæ lucos vbi mollis amaracus illum.Amarus amara amarū.Idem.i.geor. & amaris intyba fibris.Auarus auara auarū.Hora.ſemper auarus eget. Cocleare.is. Mart.mittere cū poſſis vel cochleare mihi,& in diſtibis,nūquid ſcis potius cur cochleare vocer.Denarius denarij.Mart.vnus ſæpe tibi tota denarius arca. Idem tamē alio in loco breuiauit dicens. Denarys tamē hanc non amo baſſe tribus:Tiaras.æ.Verg.vij.æn.ſceptrum ſacerq; tiaras, Iuue.phrygia veſtitur bucca tiara.Et denominatiua in arius aria ariū,atq; ſubſtātiue accepta in arius,& ariū.vt ſextarius ſextarij,armariū.ij.veſtiariū veſtiarij,roſariū.ij.Iuue.de quo ſextarius alter. Idem, aut apud iſiacæ potius ſacraria lenæ.

¶ A.ante.s.breuis eſt:vt petaſo.onis.carbaſus.i.pegaſus.i.Producunt vero agaſo.onis.Perſi.hic dama eſt non treſſis agaſo. Amaſis.is.Lucanus in.ix.non mihi pyramidum tumulis euulſus amaſis.Omaſum.i.Hora.ceu pingui tentus omaſo.

¶ A.ante.t.breuis eſt,vt cyathus.i.lapatus.i.carpartus.a.um.Producunt vero aratus.i.poeta græcus.Germanicus in aratū. a Ioue principium magno deduxit aratu.& Ouid'.cū ſole & luna ſemp aratus erit.Achates.æ.nomen propriū viri celebratiq;& lapidis,cuius meminerunt Plini.atq; Solinus.Verg.i.æn.ipſe vno graditur comitatus achate. Aratrū.i.cuius mediam natura eſſe longam vel ex eo colligimus,qđ apud idoneos autores ſemp longa reperitur.tametſi a græcis aratron per omicrō ſcribatur.& Petrus Riga quodam in loco breuiauerit. Egathes inſulæ in mari lybico Sillius.lib.i.puni.flore virens auet egathes abolere parentum dedecus:& in eodem opere ſepe.

¶ A.ante.u.cõſonantẽ longa eſt;vt cadauer.eris.papauer.eris. Batauus.a.um. Iuuẽ.hic petit euphratem iuuenis domitiq; batati.& Mar.in diſti.& mutat latias ſpuma batauа comas.Luca tũ in.i.breuiauit dicẽs.Vangiones batauiq; truces quos ære recuruo.Patauiũ.ij.Vergili.primo æneid.hic tamen ille vrbem pataui.

A.ante.u.conſonantẽm lõga eſt;vt Cadauer.eris. Papauer papaueris. Breuiant vero Batauus.a.um.Patauium patauij.

E.Ante.b.breuis eſt;vt Tenebrę tenebrarum. Erebus erebi. Producunt vero Corebus corebi. Ephœbus ephœbi. Perrhæbus perrhæba.perrhæbum.

E. ante. c. longa eſt;vt imbecillus.a.um.& a theca compoſita;vt Bibliotheca;Apotheca.Breuiant vero illecebræ illecebrarum,Seneca ſenecæ.Senecio ſenecionis,

E.ante.d.longa eſt;vt Teredo teredinis. Breuiant vero Andromeda andromedæ. Eſſedum eſſedi.Lebedos lebedi.Macedo macedonis.Peucedanum peucedani. Tenedos tenedi. Vnedo vnedonis.Et ab hedra compoſita: vt cathedra;ſynhedra;exhedra.Et a medeo;quod eſt impero compoſita;vt Diomedes.Et a cleos quod eſt gloria;vt Empedocles,

E.ante.f.indifferens eſt;vt tepefacio tepefacis; calefacio calefacis.Producunt vero Veneficus.i.Venefica veneficæ.

E.ante.g.breuis eſt; vt Elegia elegiæ. Telegonus telegoni. Producit vero Cethegus. i. Aliqui diphthongo ſcribunt,

E.ante.l.breuis eſt;vt obelus obeli.Sepelio ſepelis. Producunt vero Phaſelus phaſeli. Philomela philomelæ.Et deriuatiua in.elis. vt Crudelis.& in ela.vt Tutela tutelæ. Cybele indifferentem habet.

E.ante.m.longa eſt;vt eremus eremi.Breuiant vero Artemis artemidos.i.diana; & ab eo compoſita. Elementum elementi. Ptolemæus ptolemei. Tlepolemus tlepolemi. Vehemens vehementis.

E.ante.n.producitur: vt Verbena verbenæ.Breuiant vero Armenia.æ,Eben9.i.Helen9 heleni.

E.Ante.b.breuis eſt,vt ereb9.i.terebinth9.i.celebris.e.mulıebris.e.Producũt vero coreb9.i.Ver.ij.æñ.iuuenisq; corebus mydonides.Ephœb9.i.Iuue.armeni9 zalates cũctis narrat ephœbis.Perrhæb9.a.ũ.a perrhæbe vrbe Theſſaliæ.ſed p.æ.diphthongon ſcribitur.Oui.xij.meta.corpore nõ læſo perrhæbum cenea vidi;cenea perrhæbum.¶ E.ante.c.longa eſt,vt imbecillus.a.um. qđ ex in & bacillus componitur in quo prima breuiatur. Breuiant vero illecebræ.Claudian9 in Ruffinũ.Illecebris capitur nimiũ. Seneca ſenecæ,Iuuenalis,a Seneca,q̃ piſo bonus q̃ cotta ſolebat,Senecio ſenecionis,eadem quoq; rõne breuiat. ¶ E. ante.d.longa eſt,vt teredo teredinis,vredo vredinis,albedo albedinis.Breuiant vero andromeda andromedæ.Ouidi. in epiſto.ſapph. Andromedæ patriæ fuca colore ſuæ.Eſſedũ.i.Vergi.tertio georgico. belgica vel molli meli9 feret eſſeda collo.Lebedos.Horati.ſcis lebedos qđ ſit.Peucedanũ.ni.Macedo macedonis. Luca.in q̃nto.in macedũ terras miſcens aduerſa ſecũdis. Tenedos tenedi.Vergi.ſecũdo æneidos,eſt in conſpectu tenedos notiſſima fama. Et ab hedra hoc eſt ſede compoſita:vt cathedra.æ,ſynhedra ſynhedræ,exhedra exhedræ, Martialis decimo epigrã. cũ cathedraticos portet tibi rheda miniſtros.Vnedo vnedonis.ideo breuiat:quia ab vnus & edo componitur,Et a medeo i. impero. vt Laomedon,Alcimedon. Et a cleos gl[illegible] Empedocles. Sophocles. ¶ E.ante.f.indiffer[illegible] tepefacio,liquefacio liquefacis,Horati.ſecũdo ſermo. matris iugulo ferrum tepefecit acutum,tepefecit ſecunda breui poſuit.longam Catullus poſuit dicens.Alta tepefaciet permixta flumina cæde.Vergi.ſecũdo æneidos,illos patefactus ad auras, & Propertius nec flenti dñæ patefiant nocte feneſtræ.Veneficus ſemper producere reperitur:ſed id forte efficitur,quoniam ſi plures ſyllabæ breues concurrerẽt,vix poſſet recipi in hæc genera carminum quæ ſunt magis in vſu:aut quia in veneno ſecunda producitur. ¶ E.ante.g.breuis eſt,vt thelegonus.i.elegus elegi,vcalegon vcalegonis.Producunt vero Cethœgus cethœgi,nomen proprium viri Romani. tamen diphthongo,æ.ſcribitur.Iuuenalis, clodius accuſet mœchos.catilina cethœgum, ¶ E. ante.l.breuis eſt, vt obelus obeli,quod breuiare ex eo manifeſtũ eſt: quod a græcis per epſilon ſcribitur, & quod in diminutiuo illius a Virgilio in roſis breuiatur,cum dicit: hæc aperit ſummi faſtigia celſa obeliſci. Sepelio ſepelis. Perſius, iam pridem hunc ſepeli: tu reſtas: perge tacebo. Producunt vero phaſellus phaſelli Iuuenalis.Paruula fictilibus ſolitam dare vela phaſelis. Cybele tum breuiare tum producere reperitur. Vergilius tertio æneidos, Hinc matris cultrix. Cybeles, Coribantiaq; æra,cum vero producitur per duplex.ll.ſcribi conſueuit.Lucanus in primo, & lotam paruo reuocant almone Cybellen.Barbara vero in.el.finita quæ ad noſtram declinationem ſyllabæ extenſione reducuntur; producunt. vt Michael. Michaelus Michaeli.Iſrael. Iſraelus Iſraeli. ¶ E.ante.m.longa eſt, vt eremus eremi,nam per.e.longum in ſecunda ſcribitur a græcis, in quo peccauit Hymnographus cum in carmine Sapphico ſcripſit,Præpotens martyr eremiq; cultor. Racemus racemi, vindemia vindemiæ, Breuiat vero Artemis artemi.Diana.vnde Artemidorus.Artemiſia.Elementum elementi.Horatius primo ſermonum. doctores elementa velint vt diſcere prima. Ptolemæus ptolemæi.Lucanus in nono.Te Ptolemæe feram fruſtra ciuilibus armis. Tlepolemus.i. Ouidius in epiſtola Penelopes. ſanguine Tlepomi Lyciam tepefecerat haſtam.Vehemens vehementis.Prudentius,præceptor vehemens eundo. ¶ E.ante.n.producitur,vt verbena verbenæ,murena murenæ,catena catenæ.alienus,aliena:alienum.Breuiant vero armenia æ.Verg.in buccolicis.Daphnis & Armenias curru ſubiũgere tigres.Eben9 ebeni.Vergi.primo georgico.fert ebenũ ſolus eſt thurea virga ſabæis.Helenus.i.

Helena.æ.Verg.iiij.æñ.hos Helenus monit9. Idem in.i.ornatus argiuæ Helenæ, quos illa mycenis. Iuuenis.is. Idem in.ij.iuuenes fortiſſima fruſtra. Ingenium ingenij. Hora.ingenium Graijs muſa dedit ore rotundo. Ingenuus.a.um. Iuue.ingenuiuultus puer ingenuiq; pudoris. Olenos.i.oppidum Aetoliæ: alterum fuit Boetiæ. Papi.iiij.theb.olenos ionijs e fluctibus hoſpita portu. Seneca in troade. olenos tectis habitata raris. Porſena.æ.rex hetruſcorum. Mart.hãc ſpectare manum porſena non potuit. Ver.tñ in.viij.æñ.autoritate ſua produxit dicens, necnon Tarquinum eiectum, Porſenna iubebat, atq; ideo p.nn. duplex ſcribi cõſueuit. Breuiãt quoq; a venio.is. compoſita, vt aduena.æ, cõuena.æ. Et a genes qđ interpretatur gen9, vt Archigenes. Iuue.aduocat archigenẽ onerosaq; pandit iactat. Antigenes. Vergi.in buc. nõ tulit. Antigenes & erat tũ dign9 amari. Diogenes, Auſoni9. Diogenes, obijt nõ obijt ſed abijt. Hermogenes. Hora.ij.ſer.inuideat qđ Hermogenes ego cãto. Menogenes. Mar.menogenẽ omni tu licet arte velis. Origenes.is. Hor.i.ſer. vt quõdã marſe9 amator origenis ille. Impiti hui9 rationis dicũt hermogenes & origenes penultima longa. Protogenes. Iuue. Proteges aliqs vel diſphil9 aut erimãthus. Breuiãt etiã a ſthenos, hoc eſt robur & valẽtia cõpoſita, vt Antiſthenes.is, Calliſtenes.is. Demoſthenes. Idẽ. Eloquiũ & famã Demoſthenis & Cicerõis. Et a parthenos: qđ interpretatur virgo cõpoſita & deriuata. vt Partheni9 mõs Arcadiæ, Ver.i buc. frigora parthenios canib9 circũdare ſalt9. Parthenope, Neapolis Italiæ ciuitas. Idẽ.iiij.georgi.illo Vergiliũ me tpe dulcis alebat Parthenope. Parthenope9.i.rex Arcadiæ, Idẽ.vj.æñ. Parthenope9 et adraſti pallẽtis imago. In, mene, quoq; ſiue, menes, finita: Et Clymene.es. Melpomene.es. Periclimenes.is. Achæmenes, is. Oui.j.meta. Et tulit ad clymenem epaphi cõuitia matrẽ. Hor.iiij.car. Quẽ tu melpomene ſemel: eſt enim carmẽ pherecratiũ. Idẽ.ij.car. hũc tu q tenuit diues Achæmenes. Ouid.xij.meta. Mira periclemenes mors eſt cui poſſe figuras. ¶ E.ãte.p. breuis eſt, vt Teleph9.i. Producũt vero Aſop9.i. fluui9. Priſcia. in peribegeſi ex Dionyſio, atq; malos lemures qđ pellit munus aſopi. Aſclepi9.ij. medic9 fuit præſtãtiſſim9, ſcribiturq; a græcis p.e.lõgũ. Macer. nõ modicũ ſanos aſclepius aſſerit illas. Ioſeph9 quoq; producit rõne a nobis ſæpius dicta, de noĩb9 barbaris ad latinã declinationem reductis. Iuuẽc9 vrget monitis Mariæ pueriq; Ioſeph9

Helena helenæ. iuuenis iuuenis. ingenium ingenij. Ingenu9 ingenua ingenuum, Olenus oleni. orcomenos. Porſena porſenæ. Et compoſita a venio venis, vt aduena aduenæ. Et a genes; hoc eſt gen9; vt Archigenes; Antigenes; Diogenes; Hermogenes; Menogenes. Origenes; Protogenes; & a ſtenos; hoc eſt robur; vt antiſthenes. calliſthenes; Demoſtenes. Et a parthenos quod eſt virgo; vt Parthenius parthenij, Parthenope; parthenopeus. Et in, mene, vel, menes, finita, vt Clymene clymenes Nyctimene nyctimenes. Periclimenes periclimenis. Achæmenes achæmenis. Philopomenes.

E. ante. p. breuis eſt; vt Telephus.i. Producũt vero Aſopus pi. Aſclepius ij. Ioſephus.i. Præſepe. pis.

E. ante. q. breuis eſt; vt diequarti; diequinti.

E. ante. r. breuis eſt; vt Cerberus cerberi; Producũt vero Abdera abderæ. Auſterus auſtera auſterum. Chimera chimeræ. Cithera citherorum, Citheron citheronis. Cyperus cyperi. Galerus galeri. Homerus homeri. Et a Hieros compoſita vt Hiera hieræ. Hierapolis. Iberus iberi. Machera macheræ, Megera megerę. Myſterium myſterij. Niceterium niceterij. Panthera pãtheræ. Poderis. is. Syncerus. a. um, Seuerus ſeuera ſeuerum. Trieteris. idis.

E. ante. s. breuis eſt; vt Apeſas. antis. Aereſis. Producũt vero Carcheſiũ. ij. Diœceſis eos. Galeſus. ſi. Haleſus. i. Ieſus. Lyrneſus. i. Myleſius. a. um.

Præſepis is, vel præſepe.is, vel præſepiũ.ij. Ver.i buc. cũ primũ paſti repetẽt præſepia tauri. E.ãte.q. breuis ẽ. vt diequartæ vel diequarti. diequinte vel diequinti vt autor eſt Gell.lib.ix. nocti. attica. aduerbia ſunt ſignificãtia diẽ quartã diẽ quintã futurã, vt craſtinodie, q ex die & quarti & quinti cõpoſita ſunt, eodẽ tñ autore illđ.e. breuiat qđ erat alioqui lõgũ. ¶ E.ãte.r. breuis eſt, vt cerbe9.i. vter9.i. patera.æ. iterũ aduerbiũ. Producũt vero abdera.æ, oppidũ Thraciæ, vnde eſt abderitanus. a. um. Mart. abderitanæ pectora plebis habes. Auſter9, a.ũ, Hor.ij.ſer. mollit auſterũ ſtudio fallẽte laborẽ. Cythera.orũ. vnde eſt cythere9.a.ũ. & Ven9 cytherea dicta, Ver.i.æñ. Hũc ego ſopitũ ſomnio ſup alta cythera. Idẽ in eodẽ, parce metu cytherea manẽt immota tuorũ. Cyper9.ri. iunci odorati ſpecies ẽ: & viri nomẽ pprium apđ Martialẽ celebratũ. Galer9.ri. Iuue. Sed nigrũ flauo crinẽ abſcõdẽte galero. Hiera hieræ. Ver.ix.æñ. quos Iouis eduxit luco ſilueſtris hiera. Homer9. Hora. Enni9 et ſapiẽs & fortis & alter Homer9. Iber9.ri. fluui9 Hiſpaniæ, Luca.i.iiij. Qui præſtat terris aufert tibi nomẽ iberus, Myſteriũ.rij. Ouidi9, Pẽdim9, interdũ doctis myſteria rerũ. Niceteriũ.rij. Iuue. Et ceromatico fert niceteria collo, & alia noĩa græca in terion deſinẽtia: q apđ illos p eta ſcribũtur, vt pſalteriõ, phylacteriõ, apodyteriõ, cœmiteriõ, bapiiſteriõ, nã latina hui9 formæ breuiãt vt magiſteriũ, miniſteriũ, Poderis gen9 veſtis talaris: cui9 meminit diu9 Ioãnes i Apocalypſi: ideo producere dicim9: q p.e lõgũ a græcis ſcribitur, Syncer9.ra.rũ. qđ a ſyn: & cera cõponitur. Hora. ſyncerũ eſt niſi vas qđcũq; infundis aceſcit, Seuer9.ra.rũ. Idẽ. ad imã cãtare ſeueris. Trieteris.dis, & trieteric9.ca.cũ, Papi.iiij.theb. Lud9 & atra ſacrã recolet trieteris ophrẽ. Ver.iiij.æñ. Thyas vbi audito ſtimulã trieterica baccho. ¶ E.ãte.s. breuis ẽ, vt hæreſis.is. atheſis.is, fluui9. producũt vero carcheſiũ. Ver.iiij.ge. Et mater cape moeonij carcheſia bacchi. Diœceſis ſcđa p diphthõgõ: q p.oi.a græcis ſcribit: & penultima p.e. lõgũ: quia p eta lõgũ ab illis ſcribit, duplex a iunioribus in hac dictiõe cõmittit error litteraturæ videlicet & accẽt9, Galeſus.i. Ver.iiij.geor. Quã niger humectat flauẽtia culta galeſus. Haleſus.i, fluui9 Siciliæ, Columel. & q Siccani flores legijs haleſi. Ieſus qđ eſt triſyllabũ, vt apđ Iuuẽcũ ſemp qui ſequit græcos. qui.i. cõſonãtẽ nõ hñt. Lyrneſus oppidũ phrygiæ Ver.vij.æñ. Lyrneſi dom9 alta: ſolũ laurẽte ſepulchrũ. Mileſi9.a.ũ. Idẽ.iiij.geor. Sẽſit eã circũ mileſia vellera nymphæ.

*Marpeſꝰ.i.mons Pari,vt Seruiꝰ inquit,Verg.vi.æñ.Quam ſi dura ſilex aut ſtet marpeſia cautes.Magneſia magneſiæ,& magneſius.a.um regio Theſſaliæ,Matheſis.eos.quoniam p.e.longũ in penultima ſcribitur.Poeſis quoq; eadem ratione ꝑducitur.Horatiꝰ in poet.ut pictura poeſis erit.Synthereſis penultima longa:qa p.e. longũ a græcis ſcribitur p.i.non p.e. in ſecũda.ergo duplex quoq; error a noſtris committitur in hac dictione,alter litteraturæ,accentus alter.Alia quoq; repiuntur complura ꝑduci:quia p.e.porrectã a græcis ſcribuntur,vt Hebeſus.Moneſis,Vogeſus,& ab eſus.a.um,compoſita,vt adeſus.a.um,obeſus.a.um.¶ E,ante.t.longa eſt,vt moretum.i. pinetum.i.facetus.a.um. Breuiant vero amethiſtus.i. Mart.cum poteſt amethiſtinos tricutes:eſt enim carmẽ phaleuticum.Aretuſa.ſæ.Vergi.in buc.Extremum hũc aretuſa mihi concede laborem. Chryſendetum.i.Idem.ſi videre potes miſeri chryſendeta cinnæ.Iapetus.ti.Oui.pri.metamor.Quã ſatus iapeto mixtã flu...libus vndis.Lampetiæ,Idem cãdida lãpetiæ.Macetes.tæ.Papiniꝰ in achil.quo macetæ ſua ſigna citent.Pharetra.æ.Ver.primo æñ.Succinctam pharetra:aut maculoſæ tegmine lyncis.Pheretrum.i.Idem in.xi. Sed venit in mediũ pheretro pallãte repoſto.Pyretrum.i.Macer.eſt pyretrum calidum.Nam poſitione ꝑduxit Ouid.in.ij.de arte dicens.tritaq; & annoſo flaua pyretra mero. Phaeton.ontis,Marti.quid tibi vis dipyron qui phaetõta facis. Phetuſa.æ.Oui.ij.metamor.Equis phetuſa ſororũ,nam per.æ.diphthongon non ſcribi,alibi teſtati ſumꝰ.Taygeta.tæ.vna ex pleiadibus.Oui.iij.faſto.Maiã & lectrã taygetãq; Ioui.Taygetus.ti.mons laconiæ q taygeta.Ver.ij.geor.Virginibꝰ bacchata lacænis taygeta.Triquetra.æ.p Sicilia,& Triquetrus.a.um. Nam poſitione Hora.ꝑduxit in.ij.ſermo.dicens,quid militibus ꝓmiſſa triquetra.Temetum.i.Iuueñ. de corcyra temetum deduxerat vrna. Venetus,a.um.Idem cõtẽtuſq; illic veneto duroq; cuculo.Mar.In venetis ſint lauta licet conuiuia terris.Vietus.a.um. Hora. in epodo. quis ſudor vietis & q̃ malus vndiq; membri.Lucre.tñ proportionem ſecutꝰ lib.iij.de rerum natura ꝑducit dicens:nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vietum.nã a vieo.es.vieui participium eſſe videtur,eſt autem vietus languidꝰ.Breuiãt quoq; denominatiua in.etas.exeuntia,vt a pius pietas,a varius varietas,a nimius nimietas,a ſatis ſatietas.Et ab arete qđ interpretatur virtus deriuata & cõpoſita:vt panaretos qđ interpretatur oĩm virtutũ plenꝰ:quo noie a qbuſdã dictꝰ eſt liber,q eccliaſticꝰ appellatur. Eſt etiã viri nomẽ ꝓpriũ apđ Mar.arguto madidꝰ pollice panaretꝰ.Aretalogꝰ hoc eſt virtutis ſermo vel narrator.Iuue.nouerat vt mẽdax aretalogus in mare nemo.Alij ab aretos qđ eſt placidus deducunt:quaſi placida loquens.*

Marpeſus.i. Magneſia magneſiæ. Matheſis.eos.Poeſis poeſis.Synthereſis.is.Et ab Eſus.a.ũ.compoſita,vt Obeſus.a.um.

E.ante.t.longa eſt;vt moretum moreti. Breuiant vero Amethiſtus amethiſti. Arethuſa arethuſæ.Chryſendetum chryſendeti.Iapetum iapeti.lampetiæ.Macetes macetæ.Pharetra pharetrę.Pheretrum pheretri.Pyretrum pyretri,Phaeton phaetontis. Phetuſa phetuſæ. Taygeta.ę.Taygetus taygeti. Triquetra triquetræ. Triquetrus.a.um,Temetum temeti. Venetus veneta venetum. Victus vieta vietum.Et denominatiua in.etas,deſinentia,vt Pietas pietatis. Varietas varietatis.Et ab arete.hoc eſt virtute cõpoſita,vt Paneretus panereti.Aretalogus.i.

I.Ante.b.breuis eſt.vt Senſibilis ſenſibile,alibi.
I,ante.c.breuis eſt. vt Ruſticus. Amycus nomẽ proprium viri.Producunt vero.Amicus amica amicum.Apicius apicij,Apricus aprica apricũ,Aricia ariciæ,Caicus caici. Canicula caniculæ,Craticula craticulæ,Cuticula cuticulæ.Cuniculus cuniculi.Conuicium conuicij. Ceruical ceruicalis,Equicolus equicoli. Febricula febriculæ,Formica.æ.Labicum labici.Lectica lecticæ,Lorica loricæ,Lumbricus lumbrici. Myrica myricæ.Marica maricæ.Mendicus mendica mendicum. Meretricula meretriculæ. Multicium.ij.

*I.Ante.b.breuis eſt,vt ſenſibilis.e.credibilis.e.terribilis.e.alibi aduerbiũ.Oribaſus apđ Oui.canis nomẽ ꝑducit qa p.ei.diphthõgõ ſcribitur,dicit enim.Doricꝰ & oribaſus arcades oẽs.¶ I.añ.c.breuis eſt,vt ruſticꝰ.a.ũ.vrbicꝰ.a.ũ.Amycꝰ.i.nomẽ viri a Ver.celebratũ in.i.æñ.nũc Amyci caſum gemit & crudelia ſecũ.Idẽ in.v.bebrycia veniẽs amyci de gẽte ferebat.Producũt vero amicꝰ.a.ũ.& amicitia.æ.& amico.as.Apiciꝰ.Iuue.q̃ miſer & frugi nõ fecit apiciꝰ.Apricꝰ.a.ũ.Ver.i buc.duceret apricis in collibꝰ vua colorẽ.Aricia.æ.Hor.i.ſer.egreſſum magna me cœpit aricia Roma.Caicꝰ.i.nomẽ viri & fluuij.Ver.i.æñ.aut Capyn aut Celſis in puppibꝰ arma caici.Idẽ.iiij.geor.ſaxoſumq; ſonãs hypanis myſuſq; caicꝰ.Canicula.æ.Perſiꝰ,ſcire erat ĩ voto dãnoſa canicula quãtũ.Craticula.læ.Mart,parua tibi incurua craticula ſudet ofella.Cuticula.æ.Perſius,ſemꝑ & aſſiduo curata cuticula ſole.Cuniculꝰ.i.Mart.gaudet ĩ effoſſis habitare cuniculꝰ ãtris.Cõuitiũ.ij.ſiue p.t.ſiue p.c.ſcribatur.Oui.i.meta.& tulit ad clymenẽ epaphi cõuicia matrẽ.Ceruical.alis.Mar.tinge caput nardi folio ceruical olebit.Eqcolꝰ.i.ꝑpli ſunt Italiæ.Ver.ix.æñ.& pulcher eqcolꝰ armis.Febricula.æ.cuiꝰ deriuatũ Catul.poſuit dicẽs:verum neſcio qđ febriculoſi.Formica.æ.Ver.i.iiij.ac velut ingẽtẽ formicæ farris aceruũ.Labicꝰ.ci.Idẽ.vij.æñ.& picti ſcuta labici,& Sili.xij.iãq; adeo eſt agros igreſſus & arua labici.Lectica.æ.Iuue quadrãtes lectica petit,ſequturq; maritũ.Lorica.æ.Vergil.vij.æneidos,loricã quam Demoleo detraxerat ipſe.Lumbricus lumbrici.Serenus,lumbrici quoq; terreſtres miſcentur oliuo.Myrica myricæ,Vergi.in buccolicis non omnes arbuſta iuuant humileſq; myricæ.Marica.æ.nympha & ſilua eiuſdem nominis in Italia.Vergili.ſeptimo æneidos,hunc fauno & nympha genitum laurente marica.Mendicus mendica mendicum & mendico mendicas.Hor.i.ſermo,mendici,mimi,barathrones hoc genus omne.Iuue,digito mendicat pollio nudo.Meretricula.æ.Hora.ij.ſermo.meretricula Dauum.Multiciũ.cij.Iuue.tu multicia ſumas,& ibidem quæro an deceãt multicia teſtem.*

*Naſica.æ.nomen proprium viri. Romani qui cognominatus eſt Publius Scipio Naſica. Nouicius.a.um. Idem, tetrumq; nouicius horret. Numicius.ij.fluuius Italie. Verg.vij.æñ.tyrrhenũ ad tybri fontis vada ſacra numici. Palicus.ci.ſtagnum: & puer. Verg.placabilis ara palaci. Periculum.i. Perſius.nil me pudet capiti non poſſe pericula cano. Poſticus.a.um. Idem.occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ. Poſticum.i Hora.atria ſeruantem poſtico falle clientem. Pudicus.a.um. & pudicitia.æ. Iuue.credo pudicitiam ſaturno rege moratam. Pædico.as. & pædico.onis. Mart.pædicatur eros, fellat linus, hoc quid ad tes*

Naſica.ę.Nouicius.a.um.Numicius.ij. Palicus.i. Periculũ.i.Poſticus a.ũ.Poſticũ.i.Pudicus.a.um. Pedico.as.Pediculus.i. Phœnicopter⁹.i.Redimiculũ.i.Rubrica.cæ.Triuicus.i. Tibijcen.inis.Tegeticula.æ. Vaticanus.i. Viticula.æ. Veſica.cæ. Vrtica. æ. Vmbilicus.i. Vſtica.æ.Et a nice; hoc eſt victoria;cõpoſita,vt polynices.is. Olimpionices.ę.Et nomina barbara in.icus,vt Alaricus.i. Theodoricus.i. Fredericus.i.

I.ante.d.breuis eſt,vt Liuid⁹.a.um. Cupidus.a.um. producunt vero Abydos.i. Acidalia.æ. Deſidero.as.Faſtidio.is. Formido.as. trucido.as. Et nomina in.ido.exeũtia;vt crepido.inis.cupido.inis. formido.inis.libido.inis. Et nomina patronymica maſculina a nominibus in eus diphthongon deſinentibus;vt a ꝓmetheus.ei.ꝓmethides. A tide⁹.ei.tidides. Nã reliqua fere omnia breuiãt;vt a priamo priamides;a neſtore neſtorides,ab Agamẽnone agamẽnonides.

I.ante.f. vnum reperio productum. Alliſæ alliſarum.

I.ante.g.breuis eſt;vt litigo;ꝓducunt vero auriga.ę.

*Idem.conſidis naribus:non eſt pædico maritus. Pediculus. Mart. & menti dominus pediculoſi. Phœnicopter⁹ phœnicopteri. Iuue. & phœnicopterus ingens. Rediculũ.li.Iuue. Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt. Rubrica.æ. Perſius.nõ ſecus ac ſi oculo rubricã dirigat vno. Hora.ij.ſer. prælia rubrica picta aut carbone. Triuicus.i.vicus Apuliæ. Horat.i.ſer.nunq̃ crepſemus niſi nos vicina triuici. Tibijcen.inis. ſed quemadmodum ſupra diximus duplex.ij.breue in vnam ſyllabam longã per ſynæreſin coit. Iuue.ſaltatur nigro tibijcine qualicũq;. Tegeticula.æ. Mar.dat tibi ſecuros vilis tegeticula ſomnos. Vaticanus.i. Mart. in vaticanis cõdita muſta cadis. Viticula.æ. Verg.in diris.dulci nãq; tumet nõdum viticula baccho, fortaſſe & alia diminutiua reperias, quæ ad horũ prorportionẽ producãtur. Veſica.æ.Iuue. nũc via proceſſus vetulæ veſica beatæ. Vrtica.æ.Idẽ.hæc tetigit gradiue tuos vrtica nepotes. Vmbilicus.ci.Verg.in priapeia.delphos pythius orbis vmbilicus, eſt enim carmen phaleuticũ. Vſtica.æ.mõs. Hora.i.car.valles & vſticæ cubantis. Et a nice quod interpretatur victoria compoſita, vt polynices.icis. Papinius.xij.thebaid'.heu mihi nunquis adeſt chari polynicis ad ignes. Veronice.es.Iuue. deinde adamas notiſſimus & veronices. Et nomina barbara in.icus.vt rodericus.ci.enricus.ci.ludouicus.ci.theodoric9.ci.alaricus.i. Claudianus de bello in alaricũ, ſed nũquã tãti Mauros cõtraxit in' arctũ res alarice tuas. Barbara aũt dixim⁹: non vt quidam de omnibus proprijs regulam tradiderunt, nam vrbicus, caſtricus, eutycus, pannichus & reliqua nomina quæ a græco ſiue latino ſermone deducta ſunt, breuiant. Iuuenal'.vrbicus exodio riſum mouet atelanes. Mart.euticus ille tuum caſtrice dulce latus. Idem.horrida, ſed mens eſt panniche volſa tibi. ¶ I.ante.d.breuis eſt, vt liuidus.a.um. viuidus.a. viuidum. fœtidus.a.um. Producunt vero abydus.i. Verg.primo.georg.pontus & oſtriferi fauces tentantur abydi. Acidalia Vennus. Verg.primo æneidos.at memor ille matris Acidaliæ. & peſtis animæ ſeptima accidia.i.incuria vel negligentia. Faſtidio faſtidis, & faſtidium faſtidij. Idem in buccolicis, inuenies alium:ſi te hic faſtidit Alexis. Idem in eodem.matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. Formido formidas. Iuue.in gremio matris formidat ruſticus infans. Trucido trucidas. Verg.ij.æneid'.fit via vi rumpunt aditus, primoſq; trucidant. Infidus infida infidum ideo producit, quia a fido fidis deriuatur, in quo prima longa eſt, nam perfidus perfida perfidum, quia a fides fidei in quo prima breuis eſt, componitur. eandem breuiat. Conſidero quoq; & deſidero, quia ex ſidero componuntur producunt. Et nomina in.ido.exeunta ſiue a nomine ſiue a verbo deriuentur.vt cupido cupidinis, formido.inis.libido.inis. Crepido crepidinis. Iuue.nulla crepido vacat. Producunt prætereа nomina patronymica maſculina in.ides.quæ formantur a nominibus in.eus. diphthongon deſinentibus.vt a theſeus theſei theſides, a peleus.ei.pelides, a tyrrheus.ei. tyrrhides. tideus tidides, atreus atrides. a coroneus coronei coronides. ab ariſtæus ariſtei ariſtides. a prometheus promethei promethides. Vergil'.ij.georgico. præmiaq; ingentes pagos & compita circum theſidæ poſuere. Idem.ij.æneid'.pelidæ genitori illi mea triſtia facta. Idem in.vij.tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum nutribant tyrrheuſq; pater. Ouidius.iiij.faſto nulla coronides cauſa doloris erat. Idem in.ij.de triſtib'.iunxit ariſtides milleſia carmina ſecum. Idem in primo.meta.inde promethides placidis epimethida dictis, ab ænea quoq; ſatis licenter Verg.ix.æneid'.finxit æneides dicens, ſit ſatis æneide telis impune numanum, & a lycurgo Ouidius.in ibim lycurgides, quiq; lycurgidem lætauit ab arbore natum. Euclides quoq; quod formam habet patronymici produxit, vt apud Martial'.libro.v.epigram.dum ſibi redire de patrenſibus fundis ducenta clamat coccinatus euclides. Eſt enim trimetrum hipponacticum habens in fine ſpondeum. Pherecydes. Serenus.ſed quis non paueat pherecydis fata tragoedi. Euripides. Sidonius.orcheſtram quatit alter euripidis. Nam reliqua fere omnia patronymica in.ides.breuiant, vt priamides, æacides.hirtacides.neſtorides.antenorides. In.oides quoq; græca, quæ ſimilitudinem ſignificant: quoniam per.ei.diphthongon in penultima ſcribuntur, eandẽ producũt.vt daphnoides. ¶ I.ante f.vnũ reperio productum. alliſæ.arum.oppidum Italiæ. Sili'. lib.viij.alliſæ & clamor cõtẽptæ ſemp acerræ. Inde alliſana vaſa. Hora.ij.ſer.inuertũt alliſanis vinaria tota. ¶ I.ãte.g.breuis eſt.vt litigo.as.mitigo.as.remigo.as.producunt vero auriga.æ. Ouid'.ij.meta.hic ſitus eſt phaeton currus auriga paterni.*

caligo.as.caſtigo.as. fatigo.as. faſtigiũ.ij.Et a ſli-
go.is.cõpoſita, vt affligo.is.infligo.is. Inſtigo. as.
leſtrigones.um.pſtigię.arũ.ſalpyga,æ.origanũ.i.
quadrigę.arũ.veſtigo.as.vectigal.alis.Et noia ex
eũtia in.igo.vt caligo.inis.vertigo.inis.v'ligo.inis.
I.añ.l.breuis eſt,vt maſſilia;pducũt vo aſil⁹.i.aſylũ.i.
aſylas.ę.nomẽ ppriũ viri;aprilis.is.ędilis.is.croco
dilus.i.eriphile.es. exilis.e. maſſyl⁹.a.ũ.pãphylia.
.ę.petilia,ę.qntilis.is.ſextilis,is.ſubtilis.e.venilia.ę.
Et noia neutra in.ile.deſinẽtia.vt cubile.ſedile.Et
adiectiua a noib⁹ deriuata;vt a puero.rilis.a ſene,
.ilis.Breuiãt tñ ab humo.ilis.a pari.ilis,ad apc.ſilis.
I.añ.m.breuis eſt.vt optim⁹.a.ũ.pducũt vero arimi-
nũ.i.diſcrimẽ.inis.enthymema.atis.opim⁹.a.um.
q̃drim⁹.a.ũ.ſublimis.e.Et noia a verbis quartę cõ
iugatiõis in.imẽ.excũtia.vt a munio.is.munimẽ
.inis.a lenio.is.lenimẽ.a farcio.is.farcimẽ.inis. &
quæ ex eunt in.entũ.vt veſtimẽtũ.pauimẽtum.
I.ante.n, longa eſt. vt Clandeſtinus,a.um. Pachi-
nus.i.Breuiant vero Acinus.i.Amineum.i.Api
rinum.i.Ariminum.i.Aſinus.i.Aſinc.es.op.Buc
cina.ę.Catina.ę.Circinus.i.Ciminus.i.mõs eſt &
lacus Italię.Comin⁹ aduerbiũ.Deſtino.as.Dñs.i.
Eminus aduerb.Euphroſyne.es.Eleemoſina.æ.

*Caligo.as.Verg.ij.æñ.caligat nubem eripiã tu nequa parentis. Caſtigo.as.Iuue.triſtibus obſcœnis caſtigas turpia cum ſis. Fatigo.as.Verg.ix.æñ.terga fatigamus haſta.Faſtigium.ij.Oui.ij.meta.cuius ebur nitidũ faſtigia ſumma tegebat.Et a fligo.is.cõpoſita,quod verbũ non eſt in vſu,vt affligo.is.confligo.is.Inſtigo.as.Verg.in ætna.preſſoq; inſtigant agmine ventos.Lyſtrigones.Ouid.ij.de põto,quis non antiphatem leſtrygona deuouet,aut quis.Origanum.i.producere dicimus: quia per ei diphthongon a græcis ſcribitur,& q. Nicander in theriacis ſecũdam in carmine longam poſuit,nã quod apud Mart. legitur,inter lactucas origanũq; libet.potius oxygarũ legendum.Præſtigiæ.arum. Plau.in amphi.hæc præſtigiatrix mulier.&c.quadrigæ.arum.Verg.i.georg.vt cũ carceribus ſeſe effudère quadrigæ.Salpyga.æ.Luca.in.ix.metuat ſalpyga latebras. Veſtigo.as. & veſtigium.ij. Verg.in moreto.veſtigatq; focum læſus quẽ deniq; ſenſit.Sedulius excuſari poteſt in eo quod dixit veſtigijs calcare ſuis:quoniã duplex.i.coit p ſyncræſin. Vectigal.alis.Hor.i.ij.ſer.iurgatur verbis ego vectigalia magna.Producũt quoq; noia exeũtia in.igo.vt caligo.inis.vertigo.inis.fuligo.inis.ſiligo.inis.¶ I.ante.l.breuis eſt,vt maſſilia oppidũ galliæ Narbonẽſis.Luca.in.iij.maſſiliæq; ſuædonatur libera phocis.Nã maſſyl⁹ maſſyla.um,producit vt ſtatim dicemus.Producunt vero aſilus.i.Verg.iij.geor.plurimum alburnũ volitans cui nomen aſylo.Aſylũ.i.Idem.ij.æñ.& iam porticibus vacuis Iunonis aſilo. Aſylas.æ. nomen viri a Vergil. celebratum.vt corineum ſternit aſylas.aprilis.Ouid.iiij faſt.Cæſar in aprili qd' tueâris habes. Aedilis.is.Perſi. fregerit heminas areti ædilis iniquas. Auſilena apud Catull.7.Petilia.Verg.iij.æñ.ſubnixa petilia muro.Crocodilus.i.Iuue.ægyptus portenta colat,crocodilon adorat.Eriphyle.es.Idem.occurrent multæ tibi belides atq; eriphyle. Exilis.e.Verg.in moreto.cruribus exilis ſpacioſa & prodiga plãta. Maſſyllus.a.um. Idem.iiij.æñ. maſſyliq; ruunt eqtes & odora canũ vis.Quintilis.is. atq; eadem ratione ſextilis.Hora.i.epiſt.ſextilem totum mẽdax deſideror,Quintilis & Quintilianus & ſextilia breuiãt.Subtilis.e.pro eo qđ eſt tenuis,nã ſutilis pro re conſuta breuiat.vt Verg.vi.æñ.gemuit ſub põdere cymba ſutilis. Et nomina neutra in.ile.deſinentia,vt cubile,ſedile.monile.haſtile,ancyle.Et adiectiua a noĩbus deriuata,vt a puero puerilis a viro virilis.a ſene ſenilis.ab anu anilis,ab hoſte hoſtilis, nam verbalia in. bilis.breuiant,vt amabilis,quæ abſciſſa ſunt ex his. vt docilis pro docibilis,nobilis pro noſcibilis,habilis,debilis,nubilis & ſimilia.Nomina quoq; participialia in.ſilis.vel.tilis vel.xilis:vt a fuſus fuſilis,a ſenſus ſenſilis,a ſutus ſutilis,ab apertus apertilis,a tortus tortilis,a nexus nexilis.¶ I.ante.m. breuis eſt,vt optimus.a.um. Producunt vero Ariminum.i. Lucanus in primo.vicinũq; minax inuadit ariminum.Diſcrimen. Iuue.tanquã famæ diſcrimen agatur. Enthimema.Idem.torqueat enthymema.Opimus.a.um.Verg.i.æñ.genitor tunc belus opimã.Quadrimus.a.um.Hora.i.car.deprome quadrimũ ſabina o taliarche merũ dyota. Sublimis.e. Verg.i.georg.apparet liquido ſublimis in aere Niſus. cõponitur enim ex ſub & limus:quemadmodum.& illimis ex in & limus.in quo prima producitur. Et nomina a verbis quartæ coniugationis.&c.vt munimen,atq; inde munimẽtum. Vergilius.ij.geor.vrgerẽt hoc effuſos munimẽ ad imbres.Lenimẽ. Hora.i.car.dulce lenimẽ mihi cũq; ſalue.¶ I.ante.n.lõga eſt,vt pachinus.i.Verg.iij æñ.præſtat tinacrij metas luſtrare pachyni.Et in.vij.Siculo proſpexit ab vſq; pachyno.Priſc.in perihege. ex Dionyſio breuiauit dicẽs,cũ procul effuſis pachini diſceditur oris.Clandeſtinus.a.um.qđ ab oĩbus putatur penultimã breuiare,produxit Sil. ceu clandeſtino traheretur tẽpore bellũ.Manilius.i.aſtro.& clãdeſtinis ſurgentia fraudibus arma.Breuiant vero Acinus.i. Hora.ij.ſer.aridũ ore ferẽs acinũ ſemeſaq; lardi.Catullus.acina genere fœminino dixit,ebrioſaq; acinæ ebrioſioris. Amineũ. Verg.ij.geor ſunt etiam amineæ vites firmiſſima vina. Auſoñ.ſolus qui chium miſcet & amineũ,apud quoſdã producitur. Apirinum.i.Mart.in diſti.non tibi de lybicis tuberes & apirina ramis.Ariminũ.i.oppiđ.Italiæ. Luca.lib.pri. vicinũq; minax inuadit ariminum & ignes.Aſinus aſini.Aſina.æ.& Aſine.es.oppidũ Arcadiæ.Luca.in.viij.quas aſinæ cautes:& quas chios aſperat vndas.Buccina.Iuue.ſurda mihi gemeret graue.buccina quærimus: vt ſit.Catina.æ.oppi. Siciliæ. Silius.xiiij. pum.Tum catinæ ardenti nimium vicina typhoeo.Ciminus.i.lacus & mons Hetruriæ.Verg.vij.æneid. Ciminι cum monte lacum lucoſq; capenos. Nam pro herba per.y.pſilon ſcribitur & producit. Horatius. pallerem caſu: biberem exangue cyminum ſiue cuminum.Cominus aduerbium pro eo quod prope.Vergilius.vij.æneid.pugnatur cominus armis. Circinus circini.& Circino circinas.Ouidius.ij.meta.& eaſdem circinat auras. Deſtino deſtinas. Vergil.ij.æneid. me deſtinat aræ. Eminus aduerbium, pro a longe. Ouidius.iij.metamor. Eminus ingenti reſupinum vulnere fudi. Euphroſine vna fuit ex charitibus.cuius penultimam Orpheus in theogonia breuem poſuit. Eleemoſyna quoq; eandem breuiat.*

Ficina.æ.Fuſcina.ę.Fuſcinus.Fœminina.æ.Fruſino.onis.Inquino.as. Licinus.i. nomen propriū viri. Lamina.æ.Machina. æ. Mutina.æ. Morinus.a.um.Nundinæ.arum. Pagina.æ.Patina.æ. Pāpinus,i.Proſerpina.æ.Protinus aduer. Ruſpina.æ.Saſina.æ. Sarcina.æ. Sibina. æ. Statiua.æ. Sophroſyna.æ. Ticinus.i. Trutina.æ.Et quędam nomina adiectiua ab aduerbijs temporalibus deriuata,vt Craſtinus.a.um.Diutinus.a.ū. Hornotinus.a.um. Priſtinus.a.um. Perendinus.a.um. Serotinus.a.um. Alia tamen producunt,vt matutinus. veſpertinus. Et a nominibus materiam ſignificantibus deriuata,vt Oleaginus.a.um. Faginus.a.um. Tiliaginus. cerrinus. Et a nominibus colores & lapillos ſiue odores & vnguenta ſignificantibus , vt Adamantinus.a.um.amethyſthinus.a.um. Amaracinus a.um. Amigdalinus,a.ū. Bombycinus.a.um. Biſſinus.a.Cryſtallinus..a.ū. Crocinus.a.um.Coccinus.a.um.Carbaſinus.a.ū. Glaucinus.a.um.Gauſapinus.a.um.Hyantinus hyantina.um.Hyacintinus.a.um.Myrrhinꝰ.a.ū. Praſinus.a.ū. Smaragdinus.a.ū. Sandícinus.a.ū. Tyriāthinꝰ.a.ū Et q̄dā noīa græca ī.rinos, deſinētia;vt earinos.Oporinos.Therinos.chimerinos.

I.ante.p.breuis eſt, vt demipho. onis antipho.onis. Producūt vero Euripꝰ.i.Euripides tñ apud Sidoniū breuiat. Seriphos.Colliphiū.ij. Obſtipꝰ.a.ū.

I.ante.q.lōga eſt,vt antiquus.a.um:vbiq;. Breuiant vero Aliquis aliqua aliquod vel aliquid. Reliquus reliqua .um. Siliqua.æ. Vndiq;. Vtiq;.

*Fiſcina.æ.Verg.primo.georg.Nunc facilis rubeat texatur fiſcina virga.Fuſcina.æ.Iuue.Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina gracchi.Fuſcinus.i.lacus Italiæ.Mart.fuſcinus & pigri taceantur ſtagna Neronis.Fœmina.æ.Verg.pri.æñ.dux fœmina facti. Fruſino.onis.Iuue.aut ſabrateriæ domus,aut fruſinone paretur.Inquino.as.Luca.in.iiij. Facinus quos inquinat æquat.Licinus.i.Idem.pallante & licinis expectantes ergo tribuni.Machina.æ.Verg.murorum ingētes æquataq; machina cælo.Mutina.æ.Luca.in.i.his Cæſar peruſina fames mutinæq; labores.Morinus.a.um.populi ſunt Galliæ.Verg.viij.æñ.Extremiq; hoīm morini Rhenuſq; bicornis.Nundinæ.arū.& nundinor.aris.qđ ab eo deriuatur.Pagina.æ.Mart.Sæpe duplex vnū pagina tractat opus.Patina.æ.Iuue.debetur magnus patinæ,ſubituſq; prometheus. Pampinus.i. Verg.i.geor.Heu male tū mites defendit pampinus vuas.Proſerpina.æ.Idē in.vi.hoc ſibi pulchra ſuū ferri pſerpina munus.Pachynus.Priſcia.in perihegeſi.procurrēs pachyno longe clauſtriſq; pelori,ſed frequētius producitur.Protinus aduerbium.Idem in buc.protinus æger ago,hāc etiam vix tityre duco.Ruſpina.æ.oppidū Aphricæ.Sillius.iij.punico.quæq; procul cernit nō æquos ruſpina fluctus. Saſina.æ. oppidum Italiæ.Mart.nec tua baianas ſaſina malit aquas.Sarcina.æ.Iuue.ſpeculum ciuilis ſarcina belli.Sibina.æ.genus teli eſt.Ennius apud Feſtum.illyrici reſtant ſiccis ſibiniſq;.Statina ſtatinæ,inſula Campaniæ.Papinius.iij.ſiluarū.Aenariæq; lacus medios ſtatinaſq; renatas.Sophroſina ſophroſinæ.nomen propriū fœminæ eadem ratione breuiat qua euphroſine.Ticinus ticini. Sillius.adde etiam ticini ſpumantes ſanguine ripas. Trutina.æ. Perſius. Caſtiges trutina,nec te q̄ſiueris extra. Et nomina quædam adiectiua ab aduerbijs temporalibus deriuata: vt a cras Craſtinus.a.um.A diu diutinus.a.um.Ab horno hornotinus.a.um.A pridie priſtinus.a.um. A perendie perendinus.a.um.A ſero ſerotinus.a.um.alia tamē producunt. vt matutinus.veſpertinus.Breuiāt quoq; noīa quædam poſſeſſiua a nominibus materiam ſignificantibus deriuata.vt Oleaginus.a.ū.Faginus.a.um.Verg.ij georg.truditur e ſicco radix oleagina ligno. Idem in buc.fagina celatū diuini opus alcimedōtis. Et a nominibus colores quoſdā aut lapillos ſiue odores & vnguēta ſignificantibus,vt Adamantinus.a.um. Propertius. Colchis flagrantes adamantina ſub iuga tauros.Amethyſthinus.a.ū. Iuue.cauſidicū vendunt amethiſtina cōuenit illis.Amaracinus.a.um.& amaracinum vnguētum ex amaraco.Lucre.ſicut amaracini blādū ſtateſq; liquorē.Amygdalinus.a.um.Serenus.Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.Bōbycinus.a.um.Iuue Delicias & paniculus bōbycinus vrit.Biſſinus.a.um.atq;eadem ratione Carbaſinus.a.ū.Cryſtalinus.a.um.& Myrrhinus.a.um.Iuuen. grandina tollūtur cryſtallina: maxima rurſus myrrhina. Crocinus.a.um.Propertius,& Crocino nares murrheus vngat onyx.Coccinus.a.um. Hyantinus. a.um.Mart. Coccina famoſæ donas & hiantina mœchæ.Glaucinus.a.um.Idem.pallia donabit glaucina coſme tibi.Gauſapinus.a.um. Idem.menſe vel auguſto ſumere gauſapinas.Hyacintinus.a.um.Perſius.Aliquis cui circa humeros hyacinthina læna eſt.Praſinus.a.um.Mart.Si praſino veneto ve faues qui coccina ſumis.Smaragdinus.a.um.Prudentius in Pſycomachia.Has inter ſpecies ſmaragdina gramine verno.Sandicinus.a.um.Tyrianthinus.a.um.Mart.vrbica lingonicus tyriāthina bardocucullus.Et quædam nomina græca vt Earinos Oporinos.Therinos.Chimerinos.Idem.ſi daret autūnus mihi nomen oporinos eſſem horrida ſi brumæ ſydera chimerinos.dictus ab æſtiuo therinos tibi mēſe vocarer:tempora cui nomē verna dedere,quid eſt? ſubaudi earinos,quod ipſe in alio epigrammate expreſſit dicens,dicunt ear,non tamen poetæ : ſed græci quibus eſt nihil negatum.* ¶I.ante.p.breuis eſt,vt demipho.onis. antipho onis.antipus.odis.Producunt vero ſeriphos.i.inſula vna ex cycladibus.Iuue.incluſus tāq; gyaro paruaq; ſeripho.Colliphium.ij.Idem.luctantur paucæ comedunt colliphia paucæ.Obſtipus.a.um.pro obliquus.Hora.ij.ſer.ſtes capite obſtipo multum ſimilis metuenti.ſunt qui per duplex.p.ſcribant.Euripus.i.Luca.in.v.Euripumq; trahit curſum mutantibus vndis.Euripides.Sidonius.orcheſtram quatit alter euripidis.alij breuiant.¶I.ante q.lōga eſt,vt antiquus,antiqua.um.obliquus.a.um.vbiq; Breuiant vero aliquis aliqua aliquod,quod ex alius & quis componitur.Reliquus reliqua,reliquum. Perſius.iam reliqua ex amitis patruelis nulla proneptis. Siliqua.æ. Vergil. primo georgico. grandior vt fœtus ſiliquis fallacibus eſſet. Vndiq; & vtiq; aduerbia ex regula generali breuiantur.

I.ante.r.breuis eſt;vt zephyrus.i. Producunt vero Buſiris.idis.Cercira.æ.Camiros.i.Corcyra.æ.Coſira.æ.collyrium.ij.Cypirus.i.Delirus.a.um.Epirus.i.Ithereus.a.um.Magyros.i.Niſirus.i.Papyrus.i.Podalirius.rij.Sadphyrus.i.Semiramis.idis.

I.ante.s.longa eſt;vt anchiſes.Breuiant vero Cityſus.i.Eliſius.a.um.

I.ante.t.breuis eſt;vt digitus.i.lecythus.Producunt vero Aconitum.i.Architas.æ.Beritus.iti.Catamitus.i.Cocytus.i.Coritus.i.Hermophroditus.i.Idolotytũ.i.Irrito.as.Luſitania.æ.Margarita.æ.Mauritania.æ.Pituita.æ.Paraſitus.i.Therſites.ę.Valitudo.inis.Et nomina græca in.itis.deſinẽtia;vt phrenitis.pleuritis,& a nominibus proprijs virorum ſiue locorum deriuatiua in.itis.vel ita.pro maſculinis.In.itis.pro fœmininis deſinentia.vt leuites vel leuita leuitę,leuitis leuitidis,moabite vel moabita:moabitis moabitidis.Et denominatiua in itus.a.um.exeũtia,vt auritus.a.um.turritus.a.um.Verba quoq; frequentatiua & nomina participialia;quæ formantur a ſupinis verborum quartæ coniugationis in.itum.penultima longa terminatis;vt dormio.is.itum.dormito.as.audio.is.itum,auditus.us.ſeruitus tamen a ſeruio ſeruis,penultimã breuiat,& ſeruitium ſeruitij.

I.ante.u.cõſonantẽ longa eſt,vt ſaliua.ę.breuiat vero rediuiuus,a.um.

O Ante.b.breuis eſt,vt orobus.i.niobe.es.Producunt vero Iacobus.i.October octobris.

¶ I.ante.r.breuis eſt,vt zephyrus zephyri.cybyre.es.Producunt vero Cercira & Camiros,quia per.ei.diphthõgon ſcribuntur.Strabonis interpres claramq; camiron dixit.Buſiris.idis.Verg.ij.geor.aut quis illaudati neſcit buſiridis aras?Corcyra corcyræ inſula Dalmatiæ.Luca.in.ij.portus corcyra tuos ſeu læua petatur.Coſyra.æ.inſula in mari ſiculo.Ouid'.iii.faſt.fertilis eſt melite ſterili vicina coſyre.Collyrium.ij.Iuue.angulus inſpecta geneſi collyria poſcit.Cypirus.i.eadem ratione producit qua cyperus.vt diximus.Delirus.a.um.quaſi a ſulco deuians:nam lira prima longa ſulcus eſt tranſuerſarius.Delyrus delyra delyrũ.per ypſilon breuiat:quia a lyra inſtrumento muſico cõponitur:vt ſit delyrus quaſi diſſonus.Lucre.in.i.quod facit hic idem perdelyrus eſſe videtur.Eepirus.i.Verg.i.geor.eliadum palmas epiros equarũ.Ithyræus.Verg.ij.geor.ithyræos taxi curuantur in arcus.Luca.quoq;.ithyræis curſus fuit inde ſagittis.Magiros.i.quod interpretatur coquus.Iuue.finxerunt pariter librarius archimagiri.Podalyrius.Mart.enterocelarum fertur podalyrius hermes.Papyrus.i.Idem.creſcit multa dãnoſa papyro,& in diſtichis,perdite niliacas muſæ mea damna papyros.Sapphyrus.i.Prudẽtius in pſycomachia,hinc tibi ſapphyrum ſociauerat inde beryllon.Semiramis.Iuuenal'.quod neq; in aſſyrio pharetrata Semiramis orbe.¶ I.ante.s.longa eſt.Nemo vnq̃ mirabitur ſi quid immutauerimus in re tam varia & difficili,& cui nullus adhuc finem impoſuerit:quare hanc regulam aliter poſuimus in alijs noſtris æditionibus.Nunc vero illã inuertimus,quia.i.ante.s.frequẽtius reperitur lõga quam breuis.Ideo dicimus,q.i.ante.s.longa eſt:vt anchiſes.æ.Aruiſium.ij.Breuiant vero Cythiſus cythiſi.Eliſius.a.um.Verg.in buc.florentem.cythiſum & ſalices carpetis amaras.Luca.in.iij.ſedibus eliſiis campoq; expulſa piorũ.¶ I.ante.t.breuis eſt vt digitus.i.dignitas.atis.Producunt vero aconitum aconiti.Iuue.ſed nullis aconita bibuntur fictilibus.Architas.æ.Hora.primo.car.menſorem cohibent archita.Berytos quoq;,vt diximus,in primis ſyllabis cum de.e.ante.r.agebamus,autoritate Priſciani:atq; etiam Dionyſij poetæ vnde opus illud interpretatum eſt:ſecundã quoq; produxit,ait enim,antiquamq; tyron beryti & mœnia grata.Catamytus catamyti.Auſonius.A i.e.tu catamytus eris.Cocytꝰ cocyti.Ver.vi.æñ.cocyti ſtagna alta vides ſtygiamq; paludem.Corytus coryti.Idem in decimo.corytiq; leues humeris & letifer arcus.Corythus vero penultima breui & per.th.oppi.fuit Italiæ a rege ſui nominis conditum.Idem in ſeptimo,hinc illum corythi tyrhena a ſede profectum.Hermophroditus,diti Ouid'.iiij.meta.hermaphroditus aitnato date munera veſtro.Heraclytus penultimã ideo produxit:quia per ei diphthongon apud græcos ſcribitur.Sidonius tamen appollinaris breuiauit dicens.Quicquid pythagoras,Democritus heraclituſq;.Idolothytum.i.quo verbo vſus eſt diuus Ioannes in apoc.ſignificatq; dijs immolatũ.Irrito.as.quod in primis ſyllabis diximus quod a rito.as.cõpoſitum eſt:nã irrito.as.ab in & ratus.a.um.cõponitur,ſignificatq; inanio.is.& irritus.a.um.pro eo qđ eſt inanis penultimã breuiat.Luſitania.Sill'.lib.iij.puni.hos variatus agit.Luſitanũq; remotis.Margarita.æ.ideo pducit:quia ab eo qđ eſt margaris.itis.deducitur:in quo cretnẽtũ pducitur.Mauritania.Manilꝰ.iiij.aſtrono.exiccat pplos & mauritania nomẽ Orithyia.Verg.iiij.geor.& actias orithyia.Pituita.æ.qđ in primis ſyllabis pbauimus.penultimã pduxit.Paraſitus.i.Iuue.ad cœnã quoties paraſitus venerit infans.Therſites.æ.Idẽ.malo pater tibi ſit therſites:dũ modo tu ſis.Valitudo.inis.Hora.ij.ſer.dura valitudo inciderit,ſeu tarda ſenectus.Et noĩa græca.&c.vt hic leuites vel leuita leuitis,tidis.hic teſbites vel teſbita.æ.teſitis teſbitidis.hic iſraelites vel iſraelita,iſraelitis.tidis:ſed de his in genere nominũ plura diximus.Et denoĩatiua,&c.vt auritus.a.ũ.Verg.i.geor.auritoſq; ſequi lepores.Turritus.a.ũ.Idẽ.in.vi.inuehitur curru phrygias turrita p vrbes.Crinitus.a.ũ.Idẽ in.i.cythara crinitus ioppas.Verba quoq; frequẽtatiua,vt dormito.as.Hor.in poe.qñꝗ bonus dormitat Homerus.Noĩa pticipialia.i.q̃ ſunt ſimilia pticipijs præteriti tẽporis vocis paſſiuæ,vt auditus.us.tinnitus.us.mugitus.us.ſeruitus tñ q̃uis a ſeruio.is.ſeruitũ.in ſupino penultima longa veniat,breuiauit.¶ I.ante.u.cõſonãtem lõga eſt,vt ſaliua,æ.oliua.æ.rediuus.i.gradiuus.i.Breuiant ridiuiuus in ſyllaba ſcda:nã in tertia producitur.Iuue.ac velut exhauſta rediuiuus pullulet arca.

O Ante.b.breuis eſt,ut orobus,nã a græcis per omicron ſcribitur.Niobe.es.Iuue.atq; eadem ſcropha Niobe fœcundior alba.Producunt vero Iacobus.i.qua ratione ſæpe a nobis dictum eſt.Claud'.in epigrammatis.Ne laceres verſus dux Iacobe meos?Mart.octobres age ſentiat Kalendas.Dolobella.æ.Iuue.inde Dolobella eſt.a.h.a.

O.ante.c.breuis eſt,vt colocaſia.Et nomina in.ochꝰ ſiue.lochus.vt Archilochus.Antiochus. Producunt Triochola,Patrocinium.

O.ante.d.longa eſt,vt erodius.ij. Herodes.is. orodes.is. Et nomina græca in.odes.finita ; vt geodes.is.i.terrenus.Capnodes.ideſt fumoſus. Et ab ode q̃d eſt cantus compoſita;vt epodos;nã compoſita ab hodos;quod eſt via,breuiant.vt exhodus.l.perihodus.i.ſynhodus.i.

O.ante.g.breuis eſt;vt compoſita a logos;quod eſt ſermo;vt theologus;aſtrologus;aretalogus. Producunt vero ab ago;quod interpretatur duco; compoſita;vt pædagogus.i.Iſagoga.æ.Synagoga.æ.Paragoga.æ.Bagogus.i.

O.ante.l.breuis eſt;vt obolus.i.ſoboles.is.Producũt vero Aetolia.æ.Capitolium.ij. Cymolus.i.Idolũ idoli. Mediolanũ mediolani.Pactolus pactoli. Et a poleo(hoceſt vẽdo)cõpoſita.vt pharmacopola phamacopolæ.Bibliopola.æ.

O.ante.m.longa eſt.vt amomum.i. Breuiant vero Sodoma.Salomon & Salome.Et a ſtomos compoſita.vt Chryſoſtomꝰ.i.&a dromos.vt catadromus;& a tomos;vt atomus.

O.añ.n.lõga ẽ;vt corona.bellona;Breuiãt ꝟo abrotonũ.i.Aponꝰ.i.Auſoniꝰ,a.ũ.Coctonũ.i. Edonis edonidis.Geryones.nis. Hermione.es.Mycone mycones.Matrona.æ.fluuius.Et a gonos ſiue gone; quod eſt genus; compoſita; vt antigonus.i. Erigone.es.Et a phonos,quod eſt mors.vt thiſiphone.es.perſephone,es.Leõtophonus.Nebrophonos.Nã agonia,q̃d eſt angulꝰ ꝑducũt.vt trigona figura;aut tetragona.pẽtagona,&a phone; quod eſt vox;vt ſymphona.antiphona.aphona.

O.ante.p.breuis eſt;vt caropus.i. œſopum.rhodope.Producunt vero anthropos.Aſopus.i.eſopꝰ. Canopus.i.Canopeum.i.Crotopus.i. Europa.æ.

*¶O.ante.c.breuis eſt:vt colocaſia. Verg.in buc.mixtaq; ridenti colocaſia fundet acantho.In ochus quod eſt græce cohors, vt Antiochus pro cohorte.Iuue.nec erit antiochus,nec erit mirabilis illic,ſiue lochus, quod eſt vehiculum, vt archilochus. Hora.archilochum proprio rabies armauit iambo.ſcribuntur enim per omicron. Producunt vero triochola. Sillius.lib.iiij. vaſtata triochola bello.Patrocinium.Ouid.i.triſtiũ.cauſa patrocinio non bona.m.e. & ſimilia,vt tyrocinium,latrociniũ, lenocinium.¶O.ante.d.longa eſt.vt Erodius.ij.quod in ſecunda per omega ſcribitur apud illos. Herodes.is. Hora. præferat Herodis palmetis ludere & vngi.Orodes.is.Verg.carmine celebratur,vt iacet altus Orodes.Et nomina græca denominatiua in.odes.deſinentia,vt geodes,hoc eſt terrenus.thoides hoc eſt ſulphureus, & compoſita ab ode,quod eſt cantus,vt epodos.Auſonius.dactylicos elegos choriãbũ carmen epodo. Breuiant vero compoſita ab hodos q̃d eſt via,vt exhodus,ſynhodus,perihodus, methodus, exhodiũ quaſi ab hodo. Iuue.breuiauit dicens,tandẽq; redit ad pulpita notũ exhodiũ. Sipõtinus ab.ode.dicit cõponi. ¶O.ante.g.breuis eſt,vt cõpoſita a logos qualia ſunt,aſtrologus,theologus,aretalogꝰ. Syllogiſmus.Sidonius Appollinaris produxit dicẽs.argumẽtoſis dat retia ſyllogiſmus.Cõpoſita vero ab ago quod interpretatur duco producunt,vt pedagogus ductor puerorũ.Iſagoga.i.introductio. ſynagoga.i.conuentus.paragoga.i.adductio.Bagogus apud Ouid.nomen celebre¶ O.ante.l.breuis eſt,vt obolus.i. capricolus.i.caſeolus.i.Producũt vero ætolia.æ.Oui.iij.de amoribus,nec tanti calidũ:nec tota ætolia tanti.Capitoliũ.ij. Verg.in.viij.ſtabat ꝓ tẽplo & capitolia alta tenebat. Cymolus.i.inſula in mari Aegeo. Ouid.vij. meta.hinc humilem myconẽ cretoſaq; rura cymoli,vnde dicta eſt creta cymolia.Idolum.i.nã a græcis per.omega ſcribitur.Miror q; Sedulium virum alioqui doctiſſimum breuiaſſe, cum in paſchali ſuo dixit, idola dilexꝫ ſimili nã more furentes.Pactolus.i. fluuius lydiæ.Iuue.q̃d tagus & rutila voluit Pactolus arena. Mediolanũ. Auſonius & mediolani mira omnia.Et nõia compoſita a poleo quod interpretatur vẽdo,vt pharmacopola.æ.bibliopola,æ.myropola. Hora.i. ſermo.ambubaiarum collegia pharmacopolæ. Martial.ſed quæ me vendit bibliopola putat. ¶O.ante.m.longa eſt,vt amomum.i.cynamomum,i.aroma.atis. idioma.atis. condyloma.atis. Breuiant vero. Sodoma.æ.& a ſtomos quod interpretatur os compoſita, vt chryſoſtomos chryſoſtomi,pſeudoſtomos.i.Salomon quoq; & Salome a iunioribus breuiantur. ¶O.ante.n.longa eſt:vt corona.æ. obſonium. ij. Breuiant vero abrotonum. Hora.ij.epiſto. abrotonum ægro non audet, niſi quæ didicit, dare.Aponus aponi locus iuxta Patauium. Luca.in.i.colle ſedens aponus terris vbi fumifer exit. Mart.cenſetur aponi liuio ſuo tellus.Auſonius.a.um.Verg. in æneid.ne tecum auſonium quicunq; eſt quærere tybrim.Coctonum.i.Iuue.aduectus Romam quo pruna & coctona vento.Edonis Bacchi ſacerdos a Lucano in.i.breuiatur. Edonis ogygio decurrit plena lyæo:ſed per ſyſtolen : nam per.o. mega ſcribitur. Verg.ac velut Edoni boreæ,& Papinius:& alij.Geriones.onis.Verg.viij.æñ.gerione extincto tyrinthius attigit arua. Matrona fluuius Galliæ.Sidonius,rhenus,arar,rhodanus,moſa,matrona,ſequana.ledus.Mycone.ones.vel myconos.Verg.iij.æñ.errantem mycone celſa gyaroq; reuinxit. Et a gone ſiue gonos,quod eſt genus & a phone,quod eſt mors.Nam a gonia quod interpretatur angulus compoſita producunt,vt trigon.onis.trigonus.tetragonus.pentagonus.agonus.¶O.ante.p.breuis eſt: vt æſopum.i.Oui.in.iij.de arte.æſopa quid redolent quãuis mittantur athenis,alij legunt oſypa.Producunt vero anthropos: quia per omega ſcribitur a græcis.Aſopus.i.fluuius achaie. Luca.in.vi. accipit aſopus curſus phœnixq; melaxq;. Aeſopus.i.Hora.filius æſopi detractam ex aure metellæ.Canopus.i. Iuue. prodigia & mores vrbis damnante canopo. Conopæum.i.Idem.vt teſtudineo tibi lentule conopæo.Crotopus.i.nomen proprium viri a Papinio. libro primo thebai,celebrati,perquirens noſtri tecta haud opulenta crotopi.Europa europæ. Verg.i.æñ.europa atq; aſia pulſus nec plura querentem.*

Hyſopus.i,Iopas.æ.Metopõ.Pyropuspyropi.Sinope ſinopes.Sinopis ſinopidis.

O.ante.r.breuis eſt;vt pacor⁹.Et cõpoſita achorus: vt meſochorus.philochorus.& ab agoreo,quod eſt mercor,vt Pytagoras.æ.Anaxagoras,æ.& a phoro quod eſt fero;vt carpophorus.i.doriphorus,i.Produceũt vero Aurora.ę.Anthores.is.Cytorus.i.Diores.is.Elorus.i.Pelor⁹.i.Et denominatiua in.orus,a.um. vt decorus.a.um.odorus.a.ũ. Et a dorõ,qđ interpretatur palmus ſiue donum cõpoſita,vt Polydor⁹.i.Theodor⁹.i.Iſidorus Iſidori.Et a moros,quod eſt fatuus;vt Sycomorus.

O.ante.s.longa eſt,vt hircoſus,doloſus.aloſa.metamorphoſis,eos.Breuiãt vero Ambroſia.æ.Ambroſius.ij.Theodoſius theodoſij;& græca habẽtia omicron,vt mnemoſyne.

O.ante.t.longa eſt;vt ægrotus.a.um.Breuiant vero a dotos,quod eſt datus;cõpoſita:vt Antidotũ.antidoti.Herodotus,herodoti.

V Ante.b.breuis eſt;vt coluber,rutuba.ę.delubrũ.i.Producunt vero Ambubaia. Anubis.anubidis.Saluber.bris.ſolubilis.volubilis,a nubo nubis cõpoſita breuiant duo ꝓnuba,innuba.Cõnubium vero indifferentem habet.

V.ante.c.lõga eſt;vt eunuchus.i.cadue⁹.a.um.Breuiant vero Volucer.cris.cre.Volucris.is.

V.ante.d.longa eſt; vt irudo.inis.teſtudo.inis.Breuiat vero Dryuda.æ.

V.ante.f. vnum reperio nomen ꝓprium viri Cucufas,quod breuiat.

V.ante.g.lõga eſt,vt ſalſugo.inis.ærugo.inis.

V.ante.l.breuis eſt,vt anulus.i.æmulus.a.um.Producunt vero adulor.aris.Amulius.ij.Apulia.æ.Curulis.e.Edulis.e.Getulia.æ.Peculiũ.ij.Torcular.aris.Tribulis.e.Et abule,qđ eſt cõſilium compoſita,vt Traſibulus.i.Ariſtobol⁹.i.Cleobolus.i.

V.ante.m.lõga eſt;vt Acumẽ.inis.Alumẽ.inis.Breuiãt Autumo.as.Autumedõ.õtis.Columẽ.inis.

*Hyſopus.i.ideo producere dicimus,quia per omega ſcribitur a græcis.Iopas.Verg.i.æneiđ.cithara crinitus Iopas. Metopõ metopi,qđ interpretatur frõs.Priſ.in perihegeſi.ꝓminet europæ hũc criu dixere metopõ.Pyrop⁹.i.Ouiđ.i.met.clara micãte auro flãmas imitãte pyropo.Sinope.es.Priſ.in perihegeſi,alterius ſyriæ quæ tendit ad vſq; ſinopem.¶O.ante.r.breuis eſt.vt cõpoſita a chorus.i.vt meſochorus.i.philochorus.i.Et ab agoreo qđ eſt mercor:vt Pytagoras.æ.Anaxagoras.æ.& a phoro quod eſt fero,vt carpophorus,doryphorus,producunt vero aurora.Verg.iiij.æñ.humentẽq; aurora polo dimouerat vmbrã.Anthores.is.nomen viri a Verg.celebratũ in.x.æñ.herculis anthorẽ comitẽ,qui miſſus ab argis.Cytorus.i.mons paphlagoniæ.Verg.ij.georg.& iuuat vndantem buxo ſpectare cytorum. Diores.is. Idem.v.æñ. regius egregia priami de ſtirpe diores. Elorus.i.fluuius ſiciliæ.Idem.iij.æñ. exupero præpingue ſolum ſtagnãtis elori.Pelorus.i,Idem in eodem,& anguſti rareſcent clauſtra pelori.Et nomina in.orus.a.um.deſinẽtia,vt decorus.a.um.canorus.a.um.odorus.a.um. Et a dorõ,quod interpretatur palmus ſiue donum cõpoſita,vt polydorus.i.theodorus.i.heliodorus.i.apollodorus.i.arthemidorus.i.Iſidorus.i.calliodorus.i.Verg.iij.æñ.nã polydorus ego hic cõfixum ferrea texit.Iuue.lautorum pueros artem ſcindens theodori. Idem tonſoris tãtum dãno rapit heliodorus.Mart.apollodoro gaudet imbrifer nilus.Idem.arthemidorus amat,calliodorus arat,ex quo manifeſtum eſt quanto in errore ſunt iuniores qui Iſidorũ penultima breui proferunt. Et a moros quod eſt fatuus.vt ſycomorus,quia moros per omega ſcribitur:vnde eſt morus arbor & morio.onis & moror,ari pro infaturari.¶O.ante.s.lõga eſt,vt hircoſus.a.ũ.Breuiãt vero Ambroſius.ij.ambroſia.æ.Iuue.aut glaphirus fiat pater ambroſiuſq; choraules.Ver.i.æñ.ambroſiæq; comæ diuinũ vertice odorem.Et græca,vt mnemoſyne.mnemoſynon.euphroſyne,eleemoſyne,quia omicrõ habẽt. ¶O.ante.t.lõga eſt,vt ægrot⁹.a.ũ.aſar[illegible]tum aſaroti.Breuiant vero a dotos,quod eſt datus compoſita,vt zenodotus.i.Herodotus.i.Antidotum.i.*

*V Ante.b.breuis eſt.vt coluber.rutuba.æ.fluuius Italiæ.Producunt vero Ambubaia. Hora.i.ſer.ambubaiarum collegia,pharmacopolæ.Anubis deus ægyptiorum. Verg.viij.æñ.omnigenũq; deũ monſtra & latrator anubis.Saluber.bris.Ouiđ.iiij.faſto.phœbe ſaluber ades.Volubilis.Hora.i.epiſt.labitur & labetur in omne volubilis æuũ,atq; eadẽ rõne ſolubilis.a nubo breuiant innuba & pronuba.¶V.ante.c.lõga eſt,vt eunuchus.i.eruca.æ.ſambuca.æ.Breuiant vero volucer,cris.cre.& hæc volucris.is.Verg.& matutinĩ volucrũ ſub culmine cantus.¶V.ante.d.lõga eſt.vt irudo.inis.Hora.in poet,non miſſura cutẽ niſi plena cruoris irudo.Erudio.is.q[illegible]a rudis componitur breuiat.Dryude populi gallo[illegible]m.Luca.in.i.ſacrorumq; dryudæ.¶V.ante.f.breuis eſt,vt cucufas.Pru.carmeli.contemptorq; necis cucufas. ¶V.ante.g.longa eſt,vt ſalſugo.inis.ferrugo.inis.Verg.i.georg.cum caput obſcura nitidum ferrugine texit.¶V.ante.l.breuis eſt:vt anulus.i.hortulus.i.Producunt vero adulor.aris,vnde & adulator.Iuue.cæcus adulator diruſq; a ponte ſatelles Amulius.ij.rex albanorum.Ouiđ.in faſt.contemptor amulius æqui. Apulia.æ.Hora.i.ſermo.incipit ex illo montes apulia notos. Edulis.e.Hora.ij.ſermo.vinea ſubmittit capreas non ſemper edules.Gætulia.æ.& gætulus.a.um.Verg.iiij.æneiđ.hinc gætulæ vrbes genus intractabile bello. Peculium.ij.Idem in bucco.nec ſpes libertatis erat,nec cura peculi.Torcular.aris.Priſcia.in.iiij.lib.in.ar.(inquit)deſinentia deriuata ſi conſonantem habeant ante.ar.penultimã ſyllaba producitur,vt a torqueo torcular.Tribulis. Hora.ij.ſermo.vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Thraſibulus.Auſonius.arma ſuperueheris q thraſibule tua. ¶V.ante.m.longa eſt:vt acumen acuminis. Breuiãt vero autumo autumas Horatius.ij.ſermo.autumat hæc populus,hæc magnos formula reges.Columen columinis pro culmen.Sillius.libro.xv.punicorum. Auſonij columen regni,inde incolumis incolume.Iuuenalis.incolumi Troia Priamus veniſſet ad vmbras.*

Columella.æ.Documentum.ti.Emolumentũ.i. Irrumo.as.Lucumo.onis. Monumẽtum.ti. Et a tumeo cõpoſita. vt Cõtumax.acis.Cõtumelia.ę.

V.ante.n.lõga eſt,vt Fortuna fortunę. Breuiãt vero Albunea albuneæ.

V.ante.p.breuis eſt.vt Vpupa.ę. Cẽturipe.rupes.

V.ante.r.lõga eſt,vt Silurus.i.Ligurio.is. Breuiant vero Bituri.orũ.Camurus.a.um.Centurio.onis. Lemures.urum.Luxuria.ę.Mamurius.i.Maſſurius.ij.Mercurius.ij.Purpura.æ. Sabura.æ. Tugurium.rij.Et verba deſideratiua, quæ formantur ab vltimo ſuppine addita.rio,vt ab Eſu eſurio eſuris. A partu parturio parturis,

V.ante.s.pducitur,vt Ceruſa.ę. Creuſa.æ.Breuiãt vero Brundiſium.ij. Blanduſia.æ. Canuſium.ij. Peruſium.ij. Voluſius.ſii. Venuſium venuſii.

V.ãte.t.lõga eſt,vt Cicuta.ę.Preputiũ.ii. Cõfuto.as, Refuto.as.Breuiãt arbutus.i.Defrutũ.i. Recutitus.a.ũ.Et a quatio quatis cõpoſita,vt Cõcutio.is.

V.ante.u.conſonantem breuis eſt, vt Diluuium. Exuuiæ,exuuiarum,

¶ De vltimis ſyllabis. Cap.vi.

A Terminalis longa eſt,vt ama, ſupra,Breuiãt vero.ita.puta aduerbium,quia.Poſtea indifferentẽ habet.Nominatiuus quoq;,accuſatiuus,& vocatiuus vtriuſq; numeri,præterq̃ nomina nu

Columella pro parua colũna,& gutturis parte vulgera:& pro ſerno.Mart.irridens carmẽ illud Lucilli.Lucilli columella eſt hic ſitus metrophanes. Irrumo.as.Mart. quæ faciat,duo ſunt irrumat,aut futuit.Documentũ.i.Ouid.i.meta.& documẽta damus,qua ſimus origine nati.Emolumentũ.i.Iuue.nullus in vrbe locus,nulla emolumẽta laborũ.Lucu[illegible]onis.Auſoſamij lucumonis acumen.Monumẽtum.i.Ver in.vi.illa hæc monumenta reliquit. Quod ſi Priſc.regula ver[illegible] nota in meritũ eandẽ retinẽt ſyllabã quã habẽt in penultima præteriti perfecti[illegible] indumenta nanus tenente plumea telis,& Arator,quibus indumenta pudoris,atq; ex hac ratiõe aſſumentũ breuiabit. Sed qd dicendum,q argumentũ producitur: Verg.argumentũ ingẽs.Et a tumeo compoſita,vt cõtumax.acis. cõtumelia.æ.Mart.ſed tu ſyllaba cõtumax repugnas.Idem in alio loco.nec te barbara cõtumelioſi.¶ V.ante.n.longa eſt,vt fortuna.æ.lacuna.æ.Breuiant vero albunea.æ.ſilua in agro tiburtino.Verg.vij.æñ.cõtulit albunea nemorũ quæ maxima ſacro.¶ V.ante.p.breuis eſt,vt cẽturipe oppidũ Siciliæ.Sili9.lib.xiiij. necnõ vertice largo cẽturipe.¶ V.ante.r.lõga eſt,vt cẽſura.æ.ſcaturio.is.ligurio.is.Prudẽ.petra dei iuſſu potũ largita ſcaturit. Hora.ij.ſer.tractauit calicẽ manibus dũ furta ligurit. Breuiant vero bituri.orũ.populi galliæ.Luc.in.i.& bituri longiſq; leues ſaxones in armis. Camurus.a.um. Verg.iij.geor.pes etiã camuris hirtæ ſub cornibus aures.Cẽturio.onis.Mart.encolpus dñi cẽturionis amor. Sedulius in dimetro iãbico breuiauit dicẽs, flex9 genu cẽturio.Lemures.rũ.Hor.ij.epi. nocturnos lemures portentaq; theſſalaridos.vnde lemuria.Oui.in faſtis appellauit dicẽs.ritus erat veteris nocturna lemuria ſacri. Luxuria.æ.Ver.i.geor.luxuriã ſegetũ tenera depaſcit in herba.Mercuri9.ij.Idẽ.iiij.tũc ſic Mercuriũ alloquitur ac talia mãdat.Mamurius.ij.Oui.iij.faſto.Mamurius morũ fabre ne exactior artis.Maſurius.Perſi.excepto ſi quid Maſuri rubrica notauit.Purpura.æ.Iuue.ſed tũ hoc ipſis eſt vtile purpura vẽdit.Sabura.æ.præfect9 exercit9 Iubæ regis.Luca.in.iiij.vt ſibi cõmiſi ſimulator ſabura belli. p nauis libramento pducit. Tugurium.ij.Idẽ in buc.pauperis & tuguri congeſtũ ceſpite culmẽ.Et verba deſideratiua,q̃ alij meditatiua appellãt: vt eſurio.is.parturio.is.Iuue noctib9 hic ponũt lecticas,micturiũt hic.Verg in buc.nũc oĩs parturit arbos.¶ V.ante.s.pducitur.vt ceruſa.æ.creuſa.æ.arethuſa.æ.teletuſa.æ.Ebuſus.Priſcia.ex Dionyſio in perihegeſi. hinc frangitur æquore Ebuſos. Sillius ĩn lib.iij.puni.breuiauit dicens,iamq; ebuſus phœniſa mouet:mouet artabrus arma. Breuiant vero brunduſiũ.Luca.brũduſium geminis iubet hanc cõtingere caſtris.Blanduſia.Hora.o fons blãduſiæ.ſcilicet.u.Canuſiũ.Idem. Seruius oppidius canuſi duo prædia diues.Peruſiũ.Luca.in.i.bis cæſar peruſina fames.Voluſius.Iuue.quis neſcit voluſi bithynnicæ.Venuſiũ & ſiracuſæ indifferentẽ.habẽt.¶ V.ante.t.longa eſt.vt cicuta.æ.Præputiũ.ij.Iuue.nil præter gelidas auſi conferre cicutas.Idem.impatienſq; moræ pauet & præputia ducit.Cõfuto.as.& refuto.as.Verg.xij.æñ.quod ſi fors dicta refutet. Breuiant vero arbutus.ti.Verg.in buc.& quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.Defrutum.Mart.& nigri ſyria defruti lagena.Recutitus.Mart.nec recutitorũ fugis inguina iudæorũ.& a quatio.is.cõpoſita.vt cõcutio.is.diſcutio.is.percutio.is.

DE vltimis ſyllabis.Cap.vi. A.terminalis,q dictiones in.a.terminatæ producũt ſyllabam illam finalem,vt ama.narra.vltra.ſupra.Breuiant vero.ita.Verg.ix.æñ.non ita me genitor bellis aſuetus Opheltes.Puta. Perſius.hoc puta nõ iuſtum male rectius iſtud.Quia.Hora.i.ſer.non quia Mœcenas lydorum quicquid hetruſcos.Poſtea indifferentem habet.Ouid'.i.faſtorũ.poſtea mirabar,cur non ſine litibus eſſet.vbi poſtea breuis eſt,reperitur alias lõga,vt Hora.in eppodo. Romanus heu poſtea fugabitis,vbi duæ poſteriores ſyllabæ iambicum faciunt,pari quoq; ratione vltimam producunt.antea preterea,interea. Vltra quoq; Serenus breuiauit dicens,curaq; nil prodeſt,nec ducitur vltra cicatrix.Et fruſtra.Auienus in arato.ima vehunt cæli luxit dum fruſtra frequenter. Breuiant quoq; nominatiuus accuſatiuus & vocatiuus vtriuſq; numeri.vt hæc muſa o muſa: plurali hæc tempora o tempora,quod etiam in compoſitione ſeruatur,vt vtraq;,pleraq;,& eadem,quæ in his caſibus breuiant,in ablatiuo producunt. Lucanus in.iiij.vtraq; frugiferis & ſilua nobilis aruis.Verg.v.æneid'.creber vtraq; manu pulſat, verſatq; dareta.Hora.in poeti.plæraq; differat & præſens in tempus omittat.Verg.ij.georg.non eadem arboribus pendet vindemia noſtris.Ouid.iiij.meta.at non duricia iaculum quoq; vicit eadem. Reperitur etiã plærumq; in ablatiuo breuis.Verg.in.x.æñ.vna eademq; via ſanguis animuſq; ſequuntur. Propertius in.iiij.hac eadem rurſus lygdame curre via.Calphurnius in æglogis,rupe ſub hac eadem quam plurima pinus obumbrat.Sed producunt nu

*meralia in.ginta.deſinentia, vt triginta, quadraginta, quinquaginta, ſexaginta, ſeptuaginta, octoginta, nonaginta. Verg. j. æneid'. triginta magnos voluendis menſibus orbes. Idem in. vij. triginta capitum foetus enixa iacebit. Petronius arbiter. ſanguine Romano ſexagintaq; triumphos. Quod vero apud Mart. legitur: ſexagintaq; teras cũ lumina mane ſenator, & alio in loco, mutua quod nobis ter quinquaginta dediſti: ego ſuſpicor vitio ſcriptorũ eſſe factũ, vt ꝑ ſexagena ſexaginta, & ꝑ quinquagena, quinquaginta ſcriberetur, quẽadmodũ pro eo quod Iuue. ſcripſit quadringenta dedit gracchus ſeſtertia dotem. nonnulli aſſerunt ad huius regulæ euerſionem quadraginta dedit gracchus, quaſi quadringenta milia ſeſtertium non ſit ſumma, qua equites ex lege Roſcia cenſerentur: vt idem Iuuena. quadringenta tibi ſi quis deus, aut ſimilis dijs. & Mart. quadringenta tibi non ſunt chereſtrate ſurge, & alio loco quadringenta ſecat, qui dicit ſycamerice. Producitur præterea vocatiuus a nomibus græcis in. as. vel in. es. deſinentibus, quæ ad primam nominis declinationem latinam referuntur, vt æneas o ænea, anchiſes o anchiſa, & a nominibus græcis in. as. terminatis, quæ ad tertiam declinationem noſtram reducuntur, vt pallas pallantis, o palla, calchas calchãtis, o calcha. Verg. x. æneid'. ænea vigila, & velis immitte rudentes. Idem in iij. coniugio anchiſa veneris dignate ſuperbo. Idem in. x. teq; iuuat palla: ſed bellis acer aleſſus, quod ſi huiuſmodi vocatiui breues reperiantur, a terminatione potius latina veniunt, vt Hora. ij. ſermo. ne quis humaſſe velit aiacem atrida vetas cur, nominatiuus nõ atrides, ſed atrica fuit, Proper. non ita dardanio gauiſus atrida triumpho. Nominatiuus quoq;, producunt etiam nomina græca, quæ non habent accentum in ante penultimam. vt theologia, philoſophia: nã quæ habẽt in ante penultima breuiant. vt ægina. Mna producitur circunflectiturq; ¶ E. terminalis breuis eſt, vt hoc mare, lege, legite: legere. Producunt vero me ab eo qđ eſt ego mei. Verg. ix. æneid'. meme adſum, qui feci, in me cõuertire ferrum. Te ab eo quod eſt tui. Idem in. iiij. te propter lybice gẽtes, te vero particula, quæ huic pronomini adijciturbreuis eſt. Lucre. in. j. Accipe præterea quæ corpora tute neceſſe eſt. Sed ab eo quod eſt ſui. Verg. in. vi. & magno ſe corpore miſcet. Et nomina græca fœminina ꝗ̃ apud græcos in. e longũ finiuntur: vt penelope. es. neq; id ſolũ in recto, ſed etiã in reliquis caſibus illi cõterminalibus, quãꝗ̃ Iuuẽ. autoritate ſua ablatiuũ a calpe. es. breuiauit dicẽs: ſed lõge calpe relicta. Sed hic caſus poteſt eſſe ab altera declinatinone ſ. calpis. is. a calpe: ſicut & Verg. præneſte ſub ipſa dixit, ab eo qđ eſt præneſtis. Et pluraliter declinata. vt tẽpe. cete. mele. Oui. j. meta. ſiluæ vocãt tẽpe per quæ peneius ab imo, apud Lucre. cygnea mele & muſa mele. Et vocatiuus ablatiuuſq; a noĩbus græcis terminatis in. es. producta ſiue ſint primæ declinationis. vt anchiſes o anchiſe ab anchiſe, ſiue tertiæ eorum præſertim quæ apud illos in. eus. diphthongon terminantur. vt achilleus, Perſeus. vlyſſeus, achilles o achille ab achille. perſes o perſe a perſe. vlyxes o vlyxe ab vlyxe. Et ablatiuus a nominibus quintæ declinationis. vt dies a die, progenies a progenie. Fames quoq; quia teſte Gellio. libro. viij. noct. atti. per quintam declinationem apud antiquiores inflectebatur. fecitq; in genitiuo (vt ille ait) fami vel fames more quintæ declinationis, ablatiuum quoq; in. e. longum terminauit. Vergil'. vj. æneid. obijcit ille fame rabida tria guttura pandens, aut quia (vt Priſcia. libro. vij. ſcribit) in quibuſdam nominibus quæ ablatiuum in. es. productam terminantia pares cum genitiuo habent ſyllabas, in tertia declinatione ſolebant antiquiores producere ablatiuum more quintæ declinationis. vt hæc moles a mole. tabes a tabe. Lucretius. imbribus & tabe membrorum arbuſta vacillant. Et genitiuus regularis. Vergilius. primo. æneid'. libra die ſomniq; pares. Ouid'. iiij. meta. prima fide vociſq; ratæ. Et ſecunda perſona. &c. vt doce. mone. Vergil'. vij. æneid'. tu vatem, tu diua mone, dicam horrida bella. Quod vero Proper. dixit. tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ. & Hora. tu caue ne minus, tu ne maius facias: Id non eſt ab eo quod eſt caueo caues: ſed ab eo quod eſt cauo cauis, quemadmodum in tertia coniugatione diximus: cum de præteritis verborum in. uo. deſinentibus agebamus: nam illud Ouid'. in. j. de triſt. idq; quod ignoti faciunt vale dicere ſaltem, aut quaſi nomen breuiauit, aut morem ægre diſcedentium oſtendit: qui verba vix integra proferunt. Verg. vero in bucco aut hac ratione, aut illa potius breuiauit, ꝙ vocalis ſequebatur cum dixit. & longum formoſe vale, vale (inquit) iola, aut ab eo quod fuit vallo vallis, ſic Perſius. vide ſis, quaſi a vido vidis breuem poſuit. Et aduerbia illa. fere, ferme, quare. Iuuenal'. nulla fere cauſa eſt in qua non fœmina litem. Idem. mobilis & varia eſt ferme natura malorum. Martial'. vxorem quare teleſinam ducere nolo. Ne quoq; pro vt non ſiue non producitur, vt apud Verg. ij. æñ. ne recipi portis, aut duci in mœnia poſſet: næ vero pro certe per. æ. diphthongon ſcribitur, quemadmodum & væ dolentis interiectio. Producunt vero etiam ohe. & pape. Mart. ohe iam ſatis eſt ohe libelle. Perſius. pape marco ſpondente recuſas.*

meralia in. ginta. deſinẽtia, vt trigĩta quadrrgĩta.
Et a nominibus græcis in. as. & in. es. productas
deſinẽtibus vocatiuus in. a. ꝑducitur. vt Aeneas.
o ęnea. Anchiſes o anchiſa. Nominatiuꝰ quoqꝫ a
gręcis plerũqꝫ producitur. vt Nemea. ę. Tegea. ę.
E. terminalis breuis eſt; vt hoc mare; lege; legere.
Producunt vero accuſatiui trium pronominum
ego me, tu te, ſui ſe. Et nomina græca fœminina
quæ ad primam declinationem noſtram referũtur; vt penelope in nominatiuo; datiuo, vocatiuo,
& ablatiuo. Et nomina gręca pluraliter declinata: vt mele; cete; tempe. & vocatiuus ablatiuuſqꝫ a
nominibus gręcis terminatis in. es. productam,
quę ad primam & tertiam declinationem latinã
referunt; vt anchiſe o anchiſe ab anchiſe; vlyxes
o vlyxe ab vlye. Et abtũs ſingularis a nominibꝰ
quintæ declinationis; vt dies a die. Et gtũs regularis quintę declinationis in. e. vt dies die. Et ſcđa
ꝑſona ſingularis præſentis imperatiui modi ſcđę
cõiugationis actiuę vocis; vt doce; mone, aude. Et
aduerbia illa fere; ferme; quare. ne pro non: næ
pro certe. væ ꝑ hei; ſed hæc duo diphongũ habẽt. Interiectiões quoqꝫ ꝑducunt illę, pape; ohe.

Et aduerbia a nominibus adiectiuis deriuata, vt a pulchro pulchre. Breuiant tamen a bono be- ne, a malo male, Et prepoſitiones duæ. e. de. producuntur.

I. terminalis longa eſt; vt gummi. amaui. Breuiant vero; niſi. quaſi. Datiuus quoq; & vocatiuus græci in. i. deſinentes a nominibus quintæ declinationis illorum; quæ ad tertiam noſtram referuntur. vt Palladi. Phyllidi. o Priami. o Pari. Mihi vero. tibi. ſibi. ibi. vbi. indifferentem habent.

O. terminalis indifferens eſt, vt ego, ergo, ſermo ſermonis. amo amas. Producunt vero datiui & ablatiui ſingulares ſecundæ declinationes, vt domino a domino. & aduerbia datiuis ſimilia, vt falſo, certo. Et nomina græca fœminina in. o. deſinentia. vt ſappho. alecto. clio, Et dictiones monoſyllabæ. vt. o. do. pro. Breuiant tamē cedo pro dic. cito. ilico. modo. & duo. & ambo. Gerundia vero. datiui. & ablatiui in indifferenter deſinunt.

V. terminalis longa eſt. vt Cornu. Gelu.

B. terminalis breuis eſt. vt ab, ob, ſub. Barbara vero producunt. vt Iacob. Aminadab.

C. terminalis longa eſt. vt hoc. dic. duc. ſic. Breuiant vero fac. lac. nec. donec. Hic pronomen indifferens eſt.

*Et aduerbia a nominibus adiectiuis non quidem omnibus: ſed ſc̃dæ declinationis deriuata, vt a docto docte, a pio pie, a iuſto iuſte. A bono vero bene: & a malo male breuiãt. Oui. in ep̃la helenes, nã male q̃d ſuades vixiã bene cogere poſſis. Quod vero q̃dã dicũt apprime quoq; breuiare: idq; autoritate Vergi. ij. geor. confirmãt, cũ dicit: flos apprime tenax, ea lectio mẽdoſa eſt: nã Ver. nõ apprime ſed apprima ſcripſit, ꝓ apprime: hoc eſt nomen ꝓ aduerbio figura apd̃ poetas vſitatiſſima. ¶ I. terminalis longa eſt, vt gũmi, amaui, ſi, ni. Breuiãt vero niſi. Verg. in buc. q̃d niſi me araciũ nouas incidere lites. Quaſi Ouid. et quaſi diſcedẽs oſcula nulla dedi. Auienn9 tñ in arato. ſingulari exemplo lõgũ poſuit. Dtũs quoq; & vctũs græc9 breuiãt, vt Papi. in achilleide, palladi littore celebrabat ſcyros honorẽ. Catull9, morte ferox theſei qualem minoidi luctũ. Sabin9 in ep̃la demophoõtis, phyllidi demophoon patria dimittit ab vrbe, palladi nãq; minoidi & phyllidi datiui ſunt græci, nã latini ꝑducerẽtur. Verg. in buc. mirabar q̃d mœſta deos amarylli vocares. Ouid. in ep̃la chana, prima mihi nutrix occli dixit amas. Idem in ep̃la hele. bella gerãt alij: tu Pari ſemper ama. Noĩa quoq; græca, vt meli q̃d interpretatur mel: q̃d apd̃ nos tãtũ in compoſitiõe repitur, vt melimelum, melilothos, melicratũ, hydromeli, oxymeli. Moly quoq; radix ab Homeeo celebrata: cui9 inuentio, vt inq̃t Pli. li. xxv. natu. hiſto. Mercurio aſſignatur. Ver. in priape. quem cur moly vocat: mẽtula moly fuit. Oui. xiiij. meta, moly vocãt ſupi: nigra radice tenetur. Pronoĩa vero illa, mihi, tibi, ſibi, finalem indifferẽtẽ hñt. Verg. j. æñ. tu mihi quodcũq; hoc regni: tu ſceptra Iouẽq;. Idem in eodem, mihi cauſas memora. Ibi quoq; & vbi, tñ breuiare, tñ ꝑducere repiuntur. ¶ O. terminalis indifferẽs eſt. vt ego. ergo. Prop. in. ij. frater ego tibi ſim fili9 vn9 ego. Hora. nil tãti eſt: ergo fungar vice cotis acutũ. Augu- ſt9. ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis. Producũt vero dati vi vl̃ ablatiui ſingulares ſc̃dæ declinatiõis. eodem tñ q̃d ab eo & dem particula cõponitur: quemadmodũ de eodem diximus: mediã habet indifferentem. Breuem, vt apd̃ Ver. in buc. vno eodemq; igni ſic noſtro Daphnis amore. Idem. xij. æñ. vno eodemq; tulit partu. Prop. in j. hoc eodem ferro ſtillet vterq; cruor. Longã Iuue. poſuit, ne placeat curru ſeru9 portatur eodem, & Martial. cum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem. Et nomina græca fœmina in. o. deſinentia, vt alecto. us. clio cli9. argo argus. Verg. vij. æñ. alecto toruã faciem & furialia membra. Oui in. j. de arte, nec mihi ſunt viſæ clio cliuſq; ſorores, et dictiões monoſyllabæ, vt o. do. ꝓ. Ver. o regina nouã cui condere Iuppiter vrbẽ. Mar. do ii. i naumachiã. tu das epigrãmata nobis. Ver. prima q̃d ad Troiã ꝓ charis geſſerat argis. Breuiãt tñ hæc cedo ꝓ dic. Iuue. cedo ſi breue parui. Cito. Iuue. & cito raptur9 de nobilitate comeſa. Ilico. Auſo ilico non marco. Modo. Verg. iiij. æñ. ſi modo q̃d memoras fatũ fortuna ſequatur. Sero. tñ breue, tñ longũ reperitur. Tibull9. heu ſero reuocatur amor ſeroq; iuuenta. Papi. ſero memor thalami mœſtæ ſolatia matris. Ambo quoq; & duo breuiãt ſiue illa ſint maſculina ſeu fœminina in ntõ plurali ſeu actõ. Mart. eliſium poſſidet ambo nemus. Vergi. ſi duo præterea tales idea tuliſſet. & Hor. duo ſi diſcordia vexet inertes. Gerũdia quoq; ſubſtãtiua in. do. indifferenter deſinũt. Vergi. in bucco. frigid9 in pratis cãtãdo rumpitur anguis. Idem in eodem, cãtãdo tu illum, haud vnq̃ tibi fiſtula cera. Iuueñ. pluribus hic æger moritur vigilãdo ſed ipſum. Alphius apd̃ Priſci. li. viij. ſpaciãdo paulatim trahit. Eſt enim dimetrum iãbicum hñs neceſſario iãbum in ſecũdo loco. ¶ V. terminalis longa eſt, vt cornu. gelu. a ſenſu. a manu. Breuiatur tñ quãdo. s. littera liqueſcit. vt apud Ennium infantibus paruis. ¶ B. finalis breuis eſt, vt ab. ob. ſub. idq; non ſolum in appoſitione: ſed etiã in compoſitione cum dictionibus incipientibus a vocali. vt Vergil. Troiæ qui primus ab oris. Idem. cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. Idem quoq;, fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum. Barbara vero ideo producuntur: quia ad noſtram declinationem reducta eandem ſyllabam longam retinent. vt Iacob iacobus. Aminadab. abus. ¶ C. terminalis longa eſt. vt dic. duc. huc. ſic. Breuiãt vero, fac. & merito: quoniã abſciſum eſt ab eo quod eſſe debuit face. Ouidi in epiſtola pphylli. i'. phylli fac expectes demophoonta tuum. niſi forte. Ouidi. ſynaloephã fecit ſcribens: phylli face expectes demophoonta tuum. Lac quoq; breuiare ab omnibus dicitur: & ſi nullum mihi ſuccurrerit exemplum. apud Serenum tamen reperio produci. Lac aſinæ placidæq; bouis prodeſſe loquuntur, Nec. Ouidi. in epiſtola ſapphus. o nec adhuc iuuenis: nec iam puer vtilis ætas. Donec, Idem in amoribus. donec eras ſimplex: animum cum corpore amaui. Hic pronomen indifferenter repecitur. Verg. iiij. æneidos, ſolus hic inflexit ſenſum animumq; labãtem. Idem in ſexto. hic vir hic eſt: tibi quẽ promitti ſæpius audis. Martialis, hic eſt quem legis. ille quem requiris. Idem. hic eſt pampineis viridis modo veſbi9 vmbris.*

D.terminalis breuis eſt.vt ad,apud;ſed, illud,iſtud. L.terminalis breuis eſt;vt tribunal.nalis. Producũt vero nil indeclinabile,ſol ſolis.Et nomina barbara;vt Baal.Michael michaelis.Iſrael iſraelis.

M.terminalis ab antiquioribus breuis ponebatur; ſed in vſu autorum,aut abijcitur.aut cũ ſequenti conſonante vocalem præcedentem producit.

N.terminalis longa eſt,vt pæan pæanis.non.qūin. Breuiant vero,an,forſan,forſitã,tamen; in. Et ex ijs cõpoſita;vt attamen,exin;dein; proin. Et nomina greca in.on.finita;quæ ad ſecũdam nominis declinationem latinam referuntur;vt iliõ ilij. pelion pelij. Accuſatiuus quoq; primæ declinationis a nominibus grecis in.a.breui terminatis. Et ſecundæ in.os.& tertiæ in.is.vt ægina eginã. menelaos.laon,daphnis daphnin.Et nomina latina in.en.deſinentia,q̃ mittunt gtm̃ in.inis.vt nomen.inis. Fulmen. inis. Et dictiones compoſitæ cum hac particula.ne.interrogatiua, quæ in fine abſcindũtur;vt egõ ꝑ egone? viden ꝑ videſne?

R.terminalis breuis eſt;vt Cæſar ceſaris.Producũt vero Far farris.Par Paris.Nar naris.Ver veris. Iber iberi.Cor cordis.Fur furis.Cur aduerbiũ. Et nomina greca in.er.mittẽtia genitiuũ in.eris, vt aer aeris.ether etheris.character characteris.

As.terminalis producitur;vt æſtas.atis. Breuiãt vero græca mittentia genitiuum in.adis.vel.ados. vt arcas.adis.vel arcados. Accuſatiu[9] quoq; pluralis a nominibus græcis,quæ ad tertiã nominis declinationẽ referuntur.vt arcas.das,menas.das.

*Hic aduerbium ſemper producitur.Verg.i.æñ.poſthabita coluiſſe ſamo,hic illius arma.Hoc ſecudũ.Priſci. breuiat, quod ſi productum reperias duplex.c.debere ſubſequi putat.vt Verg.hocce erat alma parens.Perſius.hocce eſt,q̃ palles,cur quis nõ prandeat hocce eſt.¶ D.terminalis breuis eſt.vt ad,apud,ſed Verg.i.æñ.alma Venus phrigij genuit Simoentis ad vndam. Iuue.aut apud iſiacæ potius ſacraria lenæ.¶ L.terminalis breuis eſt,vt tribunal.alis,vigil.gilis.Ouid.in amoribus,quod facit magnas turpe tribunal opes. Producit vero Nil indeclinabile.Hora.ij.epiſtola.nil oriturũ,alias ortum nil tale fatẽtes, nihil vero breuiat.Sol.is.Ouid. ſol aditus quod quæris ait,nec vana labores.Et nomina barbara,vt Micol,michael,iſrael,quanq̃ Sidonius appollinaris breuẽ poſuit dicens,iſrael appenſi per concaua gurgitis iret:niſi forte per ſyneræſim proferas.æ,quemadmodum Varro.cũ te flagranti deiectum fulmine phaeton. ¶ M.terminalis ab antiquiſſimis poetis breuis aliquando ponebatur ſequenti dictione,quæ inciperet a vocali.vt Ennius.inſignita forent tũ milia militum octo,vbi non fecit ecthlipſim.Iuniores quoq; aliquando ſibi hanc licentiã vſurparunt.Sed de hoc in principio huius libri dixim[9] plura.¶ N.terminalis longa eſt,vt pæan pæanis,ſyren ſyrenis.delphin.inis.dæmon.onis.quin coniunctio.Verg. iiij.æñ.quin etiam hyberno moliris ſydere claſſem. Breuiant vero an cõiunctio interrogatiua.Iuue.accipit & madidæ facies dicetur,an hulcus? Forſan. Verg.i.æñ. mittite forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.Forſitan. Iuue.forſitan expectes, vt gaditana canoro. In.præpoſitio & ab in compoſita.vt proin,dein,exin.Verg.i. æneid.ſocios partitur in omnes.Tamen & ab eo compoſita.vt attamen veruntamen. Ouid.Nil mihi reſcribas: attamen ipſe veni. Et nomina græca in.on.finita.&c.vt ilion ilij.pelion, pelij. Verg. ilion & omnis fumat neptunia Troia.Luca.pelion opponit radijs naſcentibus vmbras.Accuſatiuus quoq;.&c.vt ægina æginã. Papi.in theba, quippe ferunt raptam patrijs æginã ab vndis,Cilla cillan. Ouid.xiij. meta.me tenedon chryſæq; & cillan appollinis vrbes. Menelaos menelaon.Idem in epiſtola oenones:ardet amore tui,ſic & Menelaõ amauit.Pilos pylon.Idem in ep[la] penelopes. nos pylõ ãtiquã nelei neſtoris arua.Daphnis daphnin. thyrſis thyrſin.Proper.thyrſin & attritis daphnin arũdinibus.Et nomina latina in.en.deſinentia,quæ mittũt genitiuũ in.inis,vt nomen.inis.nam græca vt ſyren ſyrenis:& latina mittentia genitiuum in.enis. vt ren renis producũt.Viden in fine abſciſſum ꝑ videſne breuiatur.Verg.vi.æñ.viden vt geminæ.ſ.u.c.Catul.viden velociter exiluere. ¶ R.terminalis breuis eſt:vt cæſar.aris.amatur.legitur.per.nuper.igitur.Quod vero quidam autore Beda producunt puluinar.torcular.cochlear & huiuſmodi,non probant cum e diuerſo Iuuenalis puluinar breuiarit dicens,fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.Producunt vero far farris.Ouidius in faſtis.far erat & puri lucida mica ſalis.Par paris. Hora.ludere par impar, equitare in arundine longa. Nar naris,fluuius Italiæ.Vergil.vij.æneid.ſulphurea nar albus aqua, fonteſq; velini. Iber iberi.Lucanus in.vi.ſi tibi durus iber,aut ſi tibi terga dediſſet.Ver veris.Ouidius.i.metamor.ver erat æternum placidiq; tepentibus auris.Cor cordis.Ouidius in epiſtola Sapphus, mille meum leuis cor eſt violabile telis. Idem tamen breuiauit.v.metamor.inq; cor hamata percuſſit arundine ditem,& Martial.dotata vxori cor arundine fixit acuta. Fur furis.Perſius.fur es (ait pedio) pedius? quid crimina raſis.Cur aduerbium.Ouidius,cur opus affectas ambitioſe nouum? Beda torcular & puluinar & ſimilia produxit ex obliquorum analogia. ¶ Et nomina græca in.er. deſinentia quæ apud illos per.eta.longum ſcribuntur,vt aer aeris,æther ætheris.Claudianus tamen breuiauit aer dicens, lucidus vmbroſo miſcebitur aer auerno.Sunt tamen qui non aer ſed axis legant hoc in loco. Produxit tamen Ouid.i.faſtorum.lucidus hic aer: quæ duo corpora reſtant. Idem.audiet hoc æther, & ſi deus vllus in illo eſt,.& quæ incremento diximus mittere genitiuum in.eris.penultima longa,vt crater.eris.ſtater.eris. ¶ As.terminalis producitur.vt æſtas.atis.amas, amabas. Breuiant vero nomina græca mittentia genitiuum in.adis.vel in.ados,vt arcas.adis.vel,ados.pallas.adis.vel. ados.Oui.ij.meta.arcas adeſt ter quinq; ferens natalibus annos.Idem.Vt vidit vultus pallas in amne ſuos. ¶ Et accuſatiuus,&c. vt arcas accuſatiuo arcadas.menas.adas.troas.adas.Mart.ad matrem fugiet pentheus ad menadas orpheus. Ouid.in epiſtol. Troadas inuideo,quæ ſic lachrymoſa ſuorum.*

Es.terminalis longa eſt,vt proles prolis,leges. Breuiant vero.Es a ſum es fui cum cõpoſitis. Penes præpoſitio. Seges. etis. Teges. etis. Indiges. etis. Perpes.etis. Interpres.etis. Teres.etis. Prepes.etis Hebes.etis, Inquies.etis. Et mittentia genitiuum in.itis.vel.idis.vt Stipes.itis. Obſes.idis.& pes cũ ſuis compoſitis,vt bipes,tripes. Et nomina græca quintæ declinationis,quæ ad noſtram declinationem referuntur in nominatiuo & vocatiuo plurali,vt arcades o arcades,peliades o peliades.

In.is.breuiant,vt panis,legis. Producũt vero.dis.ditis. Lis litis. Sãnis.itis. Quiris.itis. Glis gliris. Pyrois.entis. Simois.entis. Et ſimilia quę per.ei.diphthongon a græcis ſcribuntur. Et græca mittentia genitiuum in.inis. vt Salamis ſalaminis. Delphis delphinis. Et græca per ypſilon mittentia genitiuum in.yos.vt tethys tethyos. Erynnis.ios. Datiuus quoq; & ablatiuus pluralis primæ & ſecundæ declinationis;vt muſa muſis a muſis, dñs dominis a dominis. Et accuſatiuus tertię declinationis quando exit in is.vt omnis.tris. Vis etiã in nominatiuo & genitiuo. Vis quoq; in ſecunda pſona a volo, Velis quoq; & nolis, & ſis a ſum es fui; & fis a fio. Et ſecunda perſona ſingularis pręſentis indicatiui modi quartæ coniugationis; vt audio audis,venio venis,neſcio neſcis.

Os.terminalis producit;vt Ros roris,Sacerdos.otis Breuiãt vero Os oſſis,nam Os oris,producitur; Cõpos.otis. Impos.otis. Et gręca quartæ declinationis deſinẽtia in.os.quæ ad ſecundã declinationem latinã referũtur,vt Abydos.i.Chaos.i.& genitiuus grecus in.os.vt Tereus.eos. Arcas.ados.

¶ In.es. pducunt vt proles.is.dies.ei.ſpecies,ei,ames.leges. Pruden. nimis licenter fames & lues breuiauit in pſychomachia, ſpoliatq; ſuos fames impia natos. Idem in eodem opere,ſtupuit lues improba caſtis. Breuiat vero es ſecunda perſona a ſum, es fui cum ſuis compoſitis,vt Verg.ij.æñ.quiſquis es amiſſos hinc iam obliuiſcere graios. Idem in bucco.huc ades o formoſe puer tibi lilia plenis. Reperitur tamen es aliquando producta. Flaccus.vij.argonau.tu ſupplice digno dignior es & fames meis. Propertius.ſi puer es alio traijce tela tua:ſed hoc forte ex ratione cæſuræ. Penes præpoſitio. Horatius in poetria,quem penes arbitrium ius eſt & norma loquendi. Seges ſegetis,quod a ſeco ſecas,& teges.etis quod a tego tegis deriuatur teſte Priſcia. vltima breuiant. Inquies quoq; quanquã a quies quietis cuius vltima longa eſt cõponitur,teſte tamen Probo finalem breuiat. Indiges quoq; & cætera quæ ſequũtur breuiãt autore Priſcia. Et nomina mittentia genitiuũ in.itis,vel in.idis.vt miles.itis. obſes.idis. Pes.dis.bipes,tripes.quadrupes.compes,nam breuiari autor eſt Priſcia.aſtipulãte Probo. Quod ſi reperitur producta hoc erit ratione cæſuræ.vt Verg.x.æñ.arrectum quadrupes & calcibus auras. Idem in.iiij æñ,ſtat ſonipes & calcibus auras. ¶ Noĩatiuus quoq; & vocatiuus plurales a nominibus grecis,quæ ad tertiam nominis declinationẽ latinã referuntur,vt arcas arcades.vaſcon.ones. Verg.iii buc. arcades inuidia rũpãtur,vt ilia codro. Iuue.vaſcones (vt fama eſt) alimentis talib9 vſi. ¶ Is.terminalis breuiatur,vt panis,legis amatis,legitis. Producũt vero dis ditis.lis litis,ſamnis ſamnitis.quiris quiritis.glis gliris. Ouid.in epiſto.paridis.lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Pyrois quoq; & ſimois quoniam a græcis per.ei.diphthongon ſcribuntur pducunt. Ouid.ij.meta.interea volucres pyrois Eous & æthon. Idem in epiſtola penelop. hac ibat ſimois,hic eſt ſigeia tellus. Et nomina græca mittẽtia genitiuum in.inis,vt ſalamis vel ſalamin.inis. eleuſis vel eleuſin eleuſinis,delphis vel delphin delphinis,& habẽtia ypſilon ante.s.vt tethys. Verg.i.geor.tcq; ſibi generũ tethys emat oĩbus vndis. Quæ vero in.ydos.exeunt breuiãt,vt chlamys.dos. Papi.chlamys horrida pẽdet. ¶ Datiuus quoq; & ablatiuus pluralis primæ & ſcdæ declinationis,vt muſa muſis a muſis,dñs dñi a dñis.adde etiã tu nomina græca in.a.deſinẽtia,quæ datiuum & ablatiuũ nũri pluralis in.atis.mittũt,vt epigrãma.atis. ab epigrãmatis. Accuſatiuus quoq; pluralis tertiæ declinationis cũ in.is.exit,quemadmodũ in tertia declinatione diximus,vt omnis.tris. Verg.i.æñ. omnis vt tecum meritis pro talibus annos. Idẽ in eodẽ, dorſum immane mari ſummo tris Eurus ab alto. Vis quoq; nomen qđ in noĩatiuo atq; etiã in genitiuo Priſc.teſte pducitur. ¶ Vis præterea ſcđa perſona ab eo qđ eſt volo,& ſis ab hoc verbo ſum es fui cũ cõpoſitis. Hora.ij.epi.cuilibet argilla quid vis imitabitur vda. Verg.vi.quãuis elyſios miretur grecia cãpos. Oui.ſis argumẽtũ maius an auxiliũ. Idẽ.tu quoq; fac pſis intra tua clauſtra iacẽti. Et fis a fio. Hora.lenior & melior fis accedẽte ſenecta. Idem in.iij.car.audiuere lyce fis anus,vbi fis anus dactylus eſt. ¶ Secũda quoq; pſona ſingularis præſentis indicatiui modi quartæ cõiugationis.vt audio.is.venio.is.neſcio.is. Proper.non audis & verba ſinis mea ludere cũ iam. Verg.ij.æñ.expectate venis,vt te poſt multa tuorũ. Reperitur tñ breuis apud Sedulium in paſchali cũ dixit.peruenis ad Chriſtũ,nõ Chriſtus peruenit ad te,niſi forte eſt a venio.is.tertiæ cõiugationis,quẽadmodũ ſupra in verbis diuerſarũ cõiugationũ diximus. ¶ Os.terminalis pducitur,vt ros,mos,dños. Breuiãt vero os oſſis,vt autor eſt Priſc.ſed autoritate non probat:ex cõpoſito tñ probari põt ſi de ſimplici nõ conſtat. Lucr.lib.iii.exos & xanguis. Cõpos. Ouid.poſt modo cõpos eris. Os.oris. pducitur Verg.i.æñ.virginis os habitũq; gerens & virginis arma. Idẽ in eodẽ. Os humeroſq; deo ſimilis nãq; ipſa decorã. Cõpos.otis.& impos.otis.eodẽ autore breuiãt. Et noĩa græca in.os.deſinentia.vt abydos.chaos.ſimos,leſbos. Ouid.in epiſt.leanđ.ſolueret in ſpeculis oĩs abydos erat. Verg.vj.æñ.Et chaos & phlegeton loca nocte ſilentia late,quæ vero ad tertiã noĩm declinatiõnẽ latinã referuntur,aut declinatione attica mittũt in.o. genitiuũ producunt,vt egoceros.otis.rhinoceros.otis.apollos apollo.athos atho. Androgeos.geo. Verg.ij.æñ. Androgeos offert nobis. Iuue.velificatus athos:& quicquid grecia mendax. Genitiuus quoq; grecus cũ exit in.os,breuiatur,vt tereus tereos. Mart. flet philomena nefas inceſti tereos,& quæ. Arcas arcados. Ouid.i.meta.arcados hinc ſedes & inhoſpita tecta tyranni;

Vs terminalis breuis eſt, vt Dominus. Amamus. Palus paludis, mediam habet. Producunt vero Tellus telluris. Incus incudis. Subſcus ſubſcudis. Et nomina monoſyllaba vt Grus gruis. Thus thuris. Et quæ mittunt genitiuum in utis, penultima longa, vt Virtus virtutis. Et nomimina græca mittentia genitiuum in, untis, vel in odis, Amathus amathuntis. Melampus melampodis. Et nomina quę habẽt apud illos. oy. diphthongon, vt Panthus pãthu, Ieſus ieſu. & genitiui ſynærizati a nominibus fœminis deſinentibus in. o, vt Sappho ſapphus. Mãto. tus. Genitiu⁹ quoq; ſingularis & Nominatiuus & Accuſatiuus & Vocatiuus quartæ declinationis, vt Manus, ſenſus.

T terminalis breuis eſt, vt caput, amat.

Omnis ſyllaba in fine carminis aut proſæ orõnis clauſula indifferens eſt; quia lõga ꝑ breui. & breuis ꝑ lõga inuicem ponuntur.

Dictiões barbaræ; quæ accentu acuto in fine proferuntur, in quãcunq; litteram deſinant; vltimas ſyllabas producunt. vt Iacob, Ioſeph. Alaric. Leonor. Enric.

¶ Longę ꝑ breuibus.

Pro breuibus longas poſuerunt ſæpe poetæ.
Pro longis cõtra correptas ſæpe dederunt.
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Obſtupui ſteteruntq; comę; & vox faucib⁹ hæſit.
Poſthabita coluiſſe Samo. hic illius arma,
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.
Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus.
Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion
Egerimus noſti & nimiũ meminiſſe neceſſe eſt.
Hi tibi momentum & gabios vrbemq; fidenam.

¶ Breues ꝑ longis.

Italiam fato profugus lauinaq; venit.
Exercet diana choros quam mille ſecutæ,
Troas reliquias Danaum atq; immitis Achilli.
Religione patrum multos ſeruata per annos.

*¶ Vs terminalis breuis eſt. vt dominus domini. corpus corporis. Palus paludis mediam habet. apud Horati. breuiatur cum dicit; ſterilis palus aptaq; remis. Vergil. tamen ſexto æneidos dixit. ſtygiaq; pal⁹ innabilis vnda. Quintili. libro primo vbi de grammatica, ſimpliciter produci debere dicit palus paludis. ſic palus. i. breuiari. Producunt vero tellus telluris. Vergil. iiij. æneidos, deueniunt prima & tellus & pronuba Iuno. Incus incudis finalem producere ex obliquis coniectamus. ¶ Et nomina monoſyllaba vt grus gruis. ſus ſuis. thus thuris. ius iuris. Marti. in ius o fallax atq; inficiator camus. Et q̃ mittunt genitiuum in. utis. penultima longa, vt virtus virtutis: nam intercus quoniam in obliquis breuiat in recto quoq; breuiare ſuſpicamur. ¶ Et nomina græca mittentia genitiuum in. untis. vel in. odis. vel in. u. quoniam a græcis in. oys. diphthongon quæ apud nos vertitur in in. us. terminãtur. vt amathus amathuntis. Vergili. decimo æneidos. eſt amathus, eſt celſa mihi paphos atq; cythera. Et nomina quæ habent apud illos. oy. diphthongon. vt pãthus. Vergili. in ſecũdo, æneidos. pãthus othryades cuſtos phœbiq; ſacerdos. atq; eadem ratione Ieſus producitur. Et genitiui ſynærizati. vt ſappho ſapphus; manto mantus, Vergili. decimo æneidos, fatidicæ mãtus & Tuſci filius amnis. ¶ Genitiuus quoq; ſingularis. &c. vt genitiuo ſenſus, nominatiuo plurali ſenſus, accuſatiuo ſenſus. vocatiuo o ſenſus. Seduli⁹ nimis licenter in genitiuo ſingulari. us. produxit dicens, ſexus & ætatis ſatiauit quattuor illic, nam qđ alibi dixit, dicemus ſancti coniunctio ſpiritus actu. legi poteſt pro ſpiritu flaminis aut pneumatis. Illđ nullo modo excuſari poteſt quod dixit: primoſq; necans vagitus & audens. ¶ T. terminalis breuis eſt, vt amat. caput. ſicut. quod intelligendum eſt ſi non præcedat alia conſonans aut diphthongus. vt amat. aſt. aut. In abſciſis vero producitur: vt cum dixit Vergili⁹ tertio æneidos, fumat neptunia Troia: pro fumauit (vt exponit Seruius) poſitum eſt. ſed hic producitur poſitione. Iuuenalis, quis neſcit, aut quis non vidit vulnera pali. ſed dicet quiſpiam hoc loco ſemipenthemimerim eſſe. quid q; Martiani autoritate dictiones in. t. deſinentes indifferentes eſſe poſſunt: quamuis in vſu autorum prope ſemper breuiantur.*

*¶ Omnis ſyllaba. huius regulæ autores ſunt Cicero, Quintilianus. Ruffinus quoq; de pedibus oratorum ſic inquit, breuis vltima claudet: longa ſit an breuis nullum diſcrimen habetur: vt ſolet in metris doctus componere vates. Itaq; in fine carminis ſiue clauſularum quæ proſa oratione conſcribuntur: ſyllabæ finales indifferenter poni poſſunt: hoc eſt longa pro breui: & breuis pro longa, Horati. primo carmi. iam ſatis terris niuis atq; diræ. in fine ſpondeum poſuit pro trocheo: eſt enim carmen ſapphicum. econtrario Vergili⁹ primo æneidos. Italiam fato profugus lauinaq; venit: trocheum poſuit pro ſpondeo. trocheus enim non reperitur in verſu heroico: vt putauit Alexander. ¶ Dictiones barbaræ hæc regula colligitur ex iis, q̃ multis in locis a nobis ſunt repetita. Dicit igitur q; dictiões barbaræ: quales ſunt Hebraicæ, vt Iacob. Abraam. Ioſeph. & Gothicæ. vt Theodoric. Alaric. Roderic. Federic. & Hiſpanæ. vt Iſabel. Leonor. Guiomar. & Teutonicæ, vt Manric. Enric. Federic. quæ accentu acuto proferuntur in quãcũq; litteram deſinant, vltimas ſyllabas producunt. Cuius ſignum eſt, quod cum ex ratione declinationis latinæ ſyllabam adiicimus: accentus remanet in eadem, quod non faceremus, niſi ſyllaba illa eſſet longa: vt Iacob Iacobus. Abraam Abraamus. Ioſeph Ioſephus. Theodoric Theodoricus. Alaric Alaricus. Roderic Rodericus. Iſabel Iſabela. Leonor Leonora. Guiomar Guiomara. Manric Manricus. Enric Enricus. Federic Federicus.*

DE pedibus.capit.vij. Pes eſt ſublatio, Hucuſq; diſputatum eſt a nobis de quātitate ſyllabarum, nunc vero conſequens eſt vt de pedibus dicamus qui eo modo ſyllabis conſtāt: quo ſyllabæ ex litteris conficiūtur. Principio itaq; ponitur pedis diffinitiuo ex Diomede ſumpta. Pes, inquit, eſt ſublatio ac poſitio.i. conſtās ex ſublatione ac poſitione: comprehenſa ſpacio duarum aut amplius: hoc eſt, plurium ſyllabarum. quia ex vna ſyllaba non poteſt eſſe pes: etiāſi longa ſit. Sublatio nāq; & poſitio non in temporibus: ſed in ſyllabis debet fieri. Addit quoq; idem autor aliā differentiā iiſdem pene verbis.

¶ De pedibus qui ſyllabis conſtant. Capite.vij.

PEs eſt ſublatio ac poſitio duarū amplius ve ſyllabarum ſpacio comprehenſa.

Duarum ſyllabarum pedes ſunt quattuor.

Pyrrhichius duabus ſyllabis breuibus conſtat. vt deus; furor: amat.

Spondeus conſtat duabus ſyllabis longis. vt montes. gentes. audi.

Iambus conſtat ex breui & longa, vt dies. amant.

Trocheus ſiue choreus conſtat ex longa & breui. vt tempus.

Pes, inquit, eſt poeticæ dictionis duarum amplius ve ſyllabarum c certa temporum obſeruatione modus recipiens arſin & theſin.i. qui incipit ſublatione: & finitur poſitione, nam arſis græce interpretatur eleuatio. theſis vero poſitio. Dicti ſunt autem pedes quia quemadmodum nos pedibꝰ ambulamꝰ: ita & verſus pedibꝰ incedūt ad qđ videtur reſpexiſſe Vergil. cum in.4. geor. ſcripſit: ferte ſimul fauniq; pedem dryadeſq; puellæ. Aut pedes dicti ſunt: quia illis eo modo verſus menſurātur, quo nos ſpacia pedibꝰ metiri conſueuimꝰ. Nam Ariſtote.x. metaphiſi. autore: in quolibet genere quantitatis eſt aliquid vnum quo reliqua metimur: & eſt minimum in illo genere, quemadmonum in numeris vnitas. in vocibus dieſis. in quantitate continua digitus, aut vlna, aut pes, aut paſſus, aut aliquid ſimile. Hinc igitur trāslatum eſt vt verſum ita pedibꝰ metiremur: quemadmodū arcæ, cubiculi, atrii, cœnaculi: aut cuiuſcūq; ſpacij lōgitudinem latitudinēq;. Accidūt aūt pedi ſex, nūerꝰ ſyllabarū. tpa, ſublatio. & poſitio. īter vtrāq; ꝓportio. figura. ordo. ¶ Syllabæ ī pede (vt parum) debent eſſe duæ, vt paulo ante diximus. Itaq; pedis cuiuſq; ſyllabæ, aut ſunt duæ, aut tres, aut quattuor, aut quinq;. quamquam pedes qui ſunt pluriū quā triū ſyllabarū cōpoſiti ſint: vt paulopoſt dicemꝰ. ¶ Tpa in pede aut ſūt duo vt in pyrrhichio, aut tria: vt in iābo & trocheo. aut quattuor. vt in ſpōdeo et dactylo, et eodē modo de reliqs. ¶ Sublatio ſiue arſis eſt a qua pedis tpa in priori parte eleuātur. poſitio ſiue theſis qua pedis tpa in poſteriori ſua parte deprimūtur. Nā cū pedis tpa in duas partes diuidātur: prior arſi eleuat: poſterior theſi deprimitur. ¶ Proportio quoq; accidit pedis partibꝰ illis inter ſe cōparatis. Eſt enim ꝓportio cū duas quātitates inter ſe comparamꝰ. ꝓportio itaq; inter cuiuſq; pedis partes aut eſt æqua, aut dupla. aut tripla, aut ſeſquialtera. aut ſeſquitertia. Aequa diuiſio eſt quoties ſublatio pedis in tpibꝰ par eſt poſitiōi. vt in pyrrhichio, ſpōdeo: dactylo: anapeſto: pceleumatico: diſpōdeo: coriābo, horū enim arſis tātū in ſe habet quātū & theſis. Dupla vero eſt quoties pedis ſublatio duplo maior aut duplo minor eſt quam poſitio. vt in trocheo: iābo et duobꝯ ionicis. Nā in trocheo arſis duo habet tpa, theſis vero vnum. Ecōtrario in iābo arſis vnū tēpꝯ habet. theſis duo.I.. ionico a maiori arſis duo habet tpa. theſis vero quattuor. Econtrario in ionico a minori arſis quattuor habet tpa. theſis vero duo. Tripla vero eſt quoties ſublatio triplo maior eſt quā poſitio: qđ ſoli āphibracho cōtingit. Seſquialtera ꝓportio eſt: quoties arſis cōtinet tātū tpis quātū & theſis & vltra hoc illiꝯ dimidiū: aut ecōtrario. vt in bacchio & amphimacro & quattuor pæonibꝯ, q pedes cū tpibꝯ quinq, cōſtent. ſi cōparētur tria ſublatiōis ad duo poſitiōis: aut ecōtrario, ſeſquialtera ꝓportio reſultabit. Seſquitertia ꝓportio eſt: quoties arſis ſe habet ad theſin in epitrita ꝓportiōe. vt in epitritis: qui cū ſint tēporū ſeptē ſi cōparētur quattuor ad tria: ſit ꝓportio ſeſquitertia quā græci epitritā vocāt: a qua & quattuor pedes epitriti ſūt appellati. ¶ Figura etiā in pedibꝰ repitur: quoniā alij ſunt ſimplices: vt illi qui cōſtāt binis vel ternis ſyllabis: alij cōpoſiti: vt qui cōſtāt quaternis. aut quinis. aut pluribꝰ ſyllabis. nā ex duobꝰ ſimplicibꝰ cōponūtur. vt ꝓceleumaticꝯ ex duobꝯ pyrrhichijs. choriābus ex choreo & iābo. pyrrhianapeſtꝰ ex pyrrhichio & anapeſto. ¶ Ordo præterea accidit pedibꝰ. quoniā in verſu alij alijs in locis ſiue regiōibꝰ diſponūtur. vt in ſapphico trochꝰ in primo loco. ſpōdeus in ſcđo. dactylꝯ in tertio. trochꝯ in quarto. & iterū trocheus in quinto. & eodē modo de reliquis. quēadmodū capite in ſeq̄nti diſſeremꝯ. ¶ Duarū igitur ſyllabarū. quoniā diximus numerū ſyllabarū pedi accidere, atq; eſſe duas: aut tres: aut quattuor: aut deinceps. ¶ Primo ponit pedes, qui duabꝯ ſyllabis cōſtāt. & ſunt tātum quattuor: qui numerꝰ ex eo colligitur q aut vtraq; eſt breuis & eſt pyrrhichius. aut vtraq; longa & eſt ſpōdeus. aut prima breuis & altera longa & eſt iambus. aut ediuerſo prima lōga & altera breuis & eſt trocheus.

¶ Pyrrhichiꝰ itaq; cōſtat duabꝰ ſyllabis breuibꝯ totidēq; tpibꝰ. vt deꝰ. furor. amat. docet. hic a græcis dibrachus appellatur quia duas ſyllabas habet breues. Et etiā periābus & egeō. Pyrrhichiꝯ. vt autor eſt Diome. dictꝰ a pyrrhichia ſaltatiōe, vel a pyrrho achillis filio: a quo neutrū pyrrhichiū eſt cognoiatū alij a cōcitatiōe quadā ignea qua mouet pyrrhichiū appellatū eſſe dicūt. ¶ Spōdeꝰ pyrrhichio cōtrariꝰ cōſtat ex duabꝯ ſyllabis lōgis & quattuor tpibꝰ. vt mōtes. heros. audis. dictꝯ vt autor eſt Diome. q in tēplis hoc pede q̄dā carmina ſpōdētes: hoc eſt libātes decātabāt. ſpōde enim libamētū interpretatur. Numa Pōpiliꝰ: vt idē autor inquit, rei diuinæ deditꝰ hūc pedē pōtificiū appellauit. ¶ Iābꝯ cōſtat ex prima breui & ſcđa lōga. temporū triū. vt dies. amas. doces, dictꝰ vt Diome. ait: a iābizin: hoc eſt a maledicēdo. eſt enī pes verſibꝯ maledicis aptiſſimꝰ. vel a iābe Celei & Menſlinæ vxoris famula: q terrtē dū Proſerpinā q̄reret, ad eos delatā maledictis inſectata eſt. Hunc pedē apuli a Dauno duce ſuo Daumū appellarūt. Alij gradalē martiq; gradiuo ſacrū: q gradariæ pugnæ huiꝰ effectu moueretur. De quo inquit Horati. in poet. ſyllaba longa breui ſubiecta vocatur iābus. pes citus. vnde etiā trimetris accedere iuſſit.

¶ Trocheus qui & choreus cognominatur iābo contrarius, cōſtat ex prima lōga & ſcđa breui, triū temporū vt ſanguis. tempꝰ. audit. dictꝯ eſt aut a trechin hoc eſt a currēdo. vel a trocho.i. rota. quia in verſu rotatim ac volubiliter fluit. Hunc a Mercurio repertum ferunt. Arunci vero Italiæ populi hunc pedem rutulum a rutulis Italiæ populis appellarunt.

¶ Triumſyllabarum pedes ſunt octo,

Tribachus conſtat ex tribus ſyllabis breuibus, vt dominus.

Dactylus conſtat ex prima lõga & duabus breuibus, vt tempora.

Anapeſtus conſtat ex duabus breuibus & longa. vt dominos,

Bacchiꝰ cõſtat ex breui & duabꝰ lõgis, vt Athenę.

Antibachius conſtat ex duabus longis & breui, vt natura.

Amphimacer conſtat ex longa;breui, & longa, vt aureos.

Amphibrachus conſtat ex breui: longa & breui, vt amoris.

Moloſſus cõſtat ex tribꝰ ſyllabis lõgis, vt Aeneas.

¶ Quattuor ſyllabarum pedes ſunt. xvi.

Proceleumaticus conſtat ex duobus pyrrhichijs, vt ariete.

Diſpõdeus cõſtat ex duobus ſpõdeis. vt oratores.

Dichoreus ſiue ditrocheus ex duobus choreis. vt cantilena.

Dijambꝰ conſtat ex duobꝰ iãbis, vt propinquitas.

¶ Trium ſyllabarũ pedes octo ſunt:aut enim omnes tres ſunt breues:& appellatur tribrachꝰ.aut prima eſt longa & duæ breues, vocaturq; dactylꝰ.aut primæ duæ breues & tertia longa, & vocatur anapeſtus.aut prima breuis, & duæ lõgæ, & vocatur Bachius.aut prima & ſecũda longa & tertia breuis & vocatur Antibachi9.aut prima longa, ſcd'a breuis: & tertia rurſus longa: & vocatur amphimacer. aut econtrario prima breuis, & ſcd'a longa: & tertia iterũ breuis, & vocatur ãphibrachꝰ, aut omnes tres ſunt longæ, & vocatur moloſſus. ¶ Tribrach9 igitur conſtat ex tribꝰ ſyllabis breuibꝰ totidem temporib9, vt Dñs, Anima, Legimꝰ, dictꝰ eſt autẽ tribrachꝰ quaſi tribreuis, quoniã tres ſyllabas habet breues. ¶ Dactylus conſtat ex prima longa & duabus breuibꝰ quattuorq; temporib9. vt tempora. audiat. Appellatus eſt autem dactylꝰ a tractu digitorũ. qui præter pollicem ternis internodijs ſiue articulis conſtat, græce namq; dactylus, latinæ digitꝰ eſt. Vel vt alij putant ab ideis dactylis Cretæ p̃olis: q̃ iouem infantem in ida ſilua cretæ educarũt. atq; hui9 pedis rhithmica compoſitione & tympanorũ atq; æris tinnitu vagitũ pueri occultauerunt. ¶ Anapeſtꝰ dactylo contrarius conſtat ex prima & ſcd'a breuib9: & tertia longa quattuorq; temporibꝰ. vt Dominos. Animos. Docui. dict9 anapeſt9 ab anapin hoc eſt repercutiendo: q̃a ſono reciproco recurrendo dactylũ repercutit. vnde a græcis antidactyl9 eſt cognominat9. ¶ Bacchiꝰ cõſtat ex prima breui: & reliquis duabꝰ longis: temporibuſq; q̃nq;. vt Athenæ. Sacerdos. Amaui. dict9 Bacchiꝰ q̃a bacchantibꝰ dithyrambi: hoc eſt verſus in laudes liberi patris hoc pede compoſiti conueniebant. ¶ Antibacchi9 bacchio contrari9 conſtat primis duabꝰ longis: & tertia breui temporibuſq; q̃nq;. vt Natura. Fortuna. Audiret. dict9 ab anti qđ eſt cõtra & bacchiꝰ: q̃a (vt dixim9) bacchio eſt contrariꝰ. vnde ab alijs palimbacchi9 eſt appellat9: q̃a palin græce rurſus ſiue econtrario interpretatur. Hũc pedem alij latinũ: alij ſaturniũ appellarũt. ¶ Amphimacer conſtat ex prima longa, & ſcd'a breui: & tertia iterũ lõga tẽporibuſq; quinq;, vt Aureos. Dæmones. Audiunt. Appellatus eſt autem ab amphi quod eſt circum & macros longus: quia ſyllaba breuis vtrinq; duabus longis claudit. hic quoq; pes creticus eſt appellatus: quia cretes ſaltando eius rithmica cõpoſitiõe vtebãtur. ¶ Amphibrachꝰ ſyllabarũ ordine ſupiori cõtrariꝰ cõſtat prima breui, ſcd'a lõga: & tertia rurſus breui: quattuorq; tẽporib9. vt amoris. carina. amauit. dictus ab amphi circum, & brachys breuis: quia ſyllaba longa duabꝰ vndiq; breuibꝰ cõtinetur. hũc alij ſcoliũ appellabãt: q̃ ſcolio q̃ erat cytharæ ſpecies cõueniebat. ¶ Moloſſus cõſtat ex tribꝰ lõgis temporibuſq; ſex, vt æneas, anchiſes, audiui, dictꝰ q̃a moloſſi hoc eſt epirotæ ad bellũ p̃cedẽtes huiꝰ pedis modulata cõpoſitione vtebãtur. hippiꝰ quoq; dictꝰ eſt hic pes, q̃a eq̃ſtri pugnæ cõueniebat: hippos enim equ9 interpretatur. ¶ Quattuor ſyllabarũ pedes ſunt ſedecim: omnes enim quattuor ſunt breues: & vocatur p̃celeumaticꝰ: aut omnes quattuor ſunt longæ, & vocatur diſpondeꝰ &c. Sed quẽadmodũ ſupra diximꝰ quattuor atq; ãpli9 ſyllabarũ pedes ex duarũ aut triũ ſyllabarũ pedibus componũtur, itaq; maior illorũ pars ab illorum cõiugatiõe nomina ſortiũtur. ¶ Proceleumaticus igitur pes ex duobus pyrrhichijs cõficitur: eſtq; temporum quattuor, vt ariete, pariete, abiete, tenuia, ſed eſt animaduertẽdũ id qđ etiã Ser. notauit in illđ Ver. i. geor. tenuia nec lanæ p̃ cælũ vellera ferri, p̃celeumaticꝰ, inq̃t, eſt p̃ dactylo: quã rem quotieſcũq; facit Verg. ſeruat locũ ſyneræſi. vt in buc. tytire paſcẽtes a flumine reijce capellas. Et in. ij. æñ. ſectaq; intexũt abiete coſtas. Et in eodem. labat ariete crebro, & iterũ in eodẽ, hærẽt parietibꝰ ſcalæ. & in. v. genua labãt vaſtos quatit æger anhelit9 art9. vnde in reijce capellas ex duab9 vocalib9. e. i. cõficitur lõga, itaq; erit dactylꝰ in abiete, ariete, quoniã. i. e. in vnã ſyllabã lõgã coaleſcũt. cõficiturq; amphibrach9: q̃ poſitiõe tãtũ ſyllabarũ a dactylo differt. dictꝰ eſt aũt p̃celeumatic9 hic pes. vt autor eſt Vale. a peeleuo, hoc eſt hortor: quia ij qui ſe ad aliq̃d opꝰ faciẽdũ ſiue molẽ impellẽdã vel attollendam hortantur: hoc pede ob nimiam celeritatem ſyllabarum vtuntur. vnde Mar. lentos tingitis ad celeuma remos, & Hiero. in epiſtola quadam ad Heliodorum: quoniam e ſcopulis enauigauit oratio. iam epilogi celeuma cantandum eſt: ſic enim appellatur cantus ille nauticus: quo proreta remiges hortatur, vt ſimul & quaſi vno ictu ſiue impulſu remorum incumbentes nauem impellant. ¶ Diſpondeus conſtat duobus ſpondeis: hoc eſt quattuor ſyllabis longis temporibuſq; octo. vt oratores. mæcenates, audiuiſſent: dictus eſt autem diſpondeus a dis quod eſt bis & ſpondeus: quia ex duobus ſpondeis compoſitus eſt. ¶ Dichoreus conſtat ex duobus choreis ſiue trocheis: hoc eſt ex prima longa, ſecunda breui, tertia longa, quarta breui temporibuſq; ſex. vt cantilena, audiemus, dimicare, appellatuſq; eſt dichoreus ſiue ditrocheus: q̃ ex duobus choreis ſiue trocheis componitur, a quibuſdam etiam catatrocheus dicitur. ¶ Dijambus ſuperiori contrarius conſtat ex duobus iãbis: hoc eſt prima breui, ſecũda lõga, tertia breui, quarta lõga tẽpibuſq; ſex. vt p̃pinquitas. p̃pagines. amauerãt. dict9 ẽ autẽ quoniã ex duobꝰ iãbis cõponit.

Choriābus cōſtat ex choreo & iābo, vt nobilitas.
Antipaſtus cōſtat ex iābo & trocheo, vt medulina.
Pēō primꝰ cōſtat ex choreo & pyrrhichio, vt tpibꝰ.
Peon ſcd's cōſtat ex iābo & pyrrhichio. vt colonia.
Peon tertius co ſtat ex pyrrhichio & trocheo, vt catamitus.
Pēō q̄rtꝰ cōſtat ex pyrrhichio & iābo. vt celeritas.
Epitritus primus cōſtat ex iambo & ſpōdeo. vt ſacerdotes.
Epitritus ſcd's cōſtat ex trocheo & ſpōdeo. vt conditores.
Epitritꝰ tertiꝰ cōſtat ex ſpōdeo & iābo. vt diſcordię
Epitritꝰ q̄rtꝰ cōſtat ex ſpōdeo et trocheo, vt audiſtis
Ionicus a maiori ex pyrrhichio & ſpōdeo vt Diomedes.
Ionicus a minori ex ſpondeo & pyrrhichio. vt Demetriꝰ.
¶ Quinq̧ ſyllabarū pedes ſūt. xxxij.
Orthiꝰ cōſtat ex pyrrhichio & tribracho, vt aīa mā.
Periambus ex trocheo & tribracho; vt tpa tua. Reliqui quoq̧ pedes qui ex ſupioribus cōponunt, de quibus Diomedes multa.
Eſt quoq̧ huius ordinis pes cōſtans ex bacchio & iambo, appellaturq̧ dochinus, de quo apud autores crebra fit mentio, de illo Ruffinus ſcribit.
Rhetoricas pulcher ſtructuras dochinus ornat,
Principium bacchius erit, concludet iambus.

¶ De metris q̄ ex pedibus cōponunt. Ca. viij

Metrū eſt pedū iūctura nūero modoq̧ finita. denoiat aūt ab autoribꝰ. vt alcaicum, archilochiū, hipponacticū, ſapphicū, alcmaniū. ſimonideū.

*¶ Chorīābꝰ cōſtat ex choreo, hoc eſt trocheo & iābo, i. prima lōga, ſcda breui, tertia breui & quarta lōga tpibuſq̧ ſex, vt nobilitas, armipotēs audierā, dictꝰ; quoniā ex choreo & iābo cōſtat. ¶ Antipaſtꝰ ſupiori cōtrariꝰ: conſtat ex iābo & trocheo: hoc eſt ex prima breui: ſcda lōga: tertia lōga & quarta breui, tpibuſq̧ ſex. vt Medulina, Saloninꝰ, Legebamꝰ. dictꝰ antipaſtꝰ ab anti cōtra. ¶ Pæones quattuor ſunt: cōſtātq̧ ſinguli tpibꝰ quinis, ſyllabis quattuor: ſed trib9 breuibꝰ & vna lōga q̄ ſi primo loco ponatur, erit pæō primꝰ: q cōponitur ex trocheo & pyrrhichio: vt tpibꝰ, corpibꝰ. Si ſyllaba lōga ſcdo loco ponatur: erit pæō ſcdsq̧ q cōſtat ex iābo et pyrrhichio. vt colonia, amaueris. Si ſyllaba lōga ponatur ī tertio loco: erit pæō tertiꝰ: q cōſtat ex pyrrhichio & trocheo. vt catamit9, legerim9. Si ſyllaba lōga ponat in quarto loco: erit pæō quartꝰ: q cōſtat ex pyrrhichio & iābo. vt facilitas, docuerāt. dicti ſunt aūt pæones a pæonib9 pplis: q forte illis pedibꝰ ī carmine vtebātur. ¶ Epitriti pedes q hippij appellātur, quattuor quoq̧ ſunt: cōſtātq̧ ſinglī tpib9 ſeptenis, ſyllabis quattuor: ſed trib9 lōgis et vna breui: q̄ ſi primo loco ponat: erit epitrit9 prim9: q cōponitur ex iābo & ſpōdeo. vt ſacerdotes, amauerūt. Si ſyllaba breuis ponat in ſcdo loco: erit epitritꝰ ſcdsq̧ q cōponitur ex trocheo et ſpōdeo. vt cōditores, audierūt. Si ſyllaba breuis ponatur ī tertio loco, erit epitritꝰ tertiꝰ: qui cōponitur ex ſpōdeo & iābo, vt diſcordiæ, audierant. Si ſyllaba breuis ponat in quarto loco: erit epitritꝰ quartus: q cōponitur ex ſpōdeo & trocheo. vt oratores, audiuiſſis. Dicti ſunt aūt epitriti (vt diximꝰ) q a arſis et theſis hoꝝ pedū in epitritis: hoc eſt ſeſquitertia pportione ſunt. ¶ Ionici pedes duo ſunt: cōſtātq̧ ſinguli tpib9 ſenis ex quattuor ſyllabis, duabꝰ lōgis totidēq̧ breuib9. q ſi duæ ſyllabæ breues præcedāt, totidēq̧ lōgæ ſequantur: erit ionicus a maiori: qui cōponitur ex pyrrhichio & ſpōdeo. vt Diomedes, docuiſſent. ſi vero duæ ſyllabæ lōgæ præcedāt, totidēq̧ breues ſequantur: erit ionicus a minori: qui cōponitur ex ſpōdeo & pyrrhichio. vt Demetriꝰ, audiuerat. dicti q iones ī carminibꝰ eo pede vtebātur. ¶ Sunt etiā quīq̧ ſyllabaꝝ pedes ex ſimplicibus quoq̧ cōpoſiti nūero trigīta duo. vt orthius ex pyrrhichio et tribracho, hoc ē quīq̧ ſyllabis breuibꝰ. ¶ Periab9 ex trocheo & tribracho. hoc ē ex lōga & quattuor breuib9. & reliqui de quibꝰ Diome. diſſeruit: q ad rōnē pedū ſimpliciū reducēdi ſunt: & raro apd autores nominātur, præterq̄ q dochini crebra fit apd autores mētio. Cōſtat aūt dochinꝰ ex bacchio et iābo. de quo Ruffin9. rhetoricas pulcher ſtructuras dochin9 ornat, pricipiū bacchi9 erit: cōcludet iambꝰ. Atq̧ idē iteꝝ, ſyllaba prima breuis cū ſyllaba lōga ſcda: tertia lōga, breuis quarta, pducta quīta. Fit etiam hic pes ex iābo et cretico ſiue āphimacro. de quo idē Ruffinꝰ: prim9 iābꝰ erit, cū finē creticꝰ explet, prima breuis lōgaq̧ duæ, breuis vltima lōga exemplūq̧ artis dabitur reſpublica nobis: quā Cicero ſæpe q̄tō ponere gaudet.*

*De metris. Ca. viij. Metrū eſt pedū, q̄ēadmodū pedes ex ſyllabis cōſtāt, ita metra ex pedib9 cōficiūtur. Primo igitur poſuit metri diffinitionē ex Diome. ſumptā dicēs, q metrū eſt iūctura pedū finita nūero & modo. Metrū græce dicitur q interpretatur mēſura. Latine vero verſus ſiue carmē poti9 dicitur. Eſt aūt verſus, vt idē Diome. diffinit, legitima partiū diſpoſitio & pedū apta copulatio cōſonāti ſpecie metricā exhibēs regulā. ac ſi dicat, metrū cōſtat partib9 orōnis legitime diſpoſitis, quaꝝ ſyllabas metiūtur pedes, vnde reſultat cōſonātia & q̄dā carminis volubilitas. Dictꝰ eſt aūt verſus aut a vertēdo, q tādiu verti debet quoad recte cōſtituatur, dicēte Hor. ī poet. & male tornatos īcudi reddere verſus. vel ab eo potiꝰ quod vno verſu finito ad principiū ſeq̄ntis reuertimur. tractūq̧ videtur a ſulco, q ex eo verſus dr. vt apd Ver. iiij. geor. ille etiā ſeras ī verſum diſtulit vlmos. Verſus etiā teſte Varrone i. j. de re ruſti. erat terræ ſpaciū cētū pedes quoquo verſus quadratū. Carmē dr a canēdo, qd̄ t ī vnū tātū verſum ſignificat. vt apd Ver. iij. æn: Rē carmine ſigno, & ſubiecit vnū tātū verſum, æneas hæc de danais victoribꝰ arma, ſubaudi poſuit. aliqn̄ totū poema ſiue opꝰ verſib9 cōpoſitū carmē appellatur. vt tota æneis Vergilij, meta. Oui pharſalia Lucani. Sed cū vnic9 verſus ē, monoſticū dr. cū duo verſus, diſtichū. cū quattuor, tetraſtichū. cū vero verſus dimidiū, hemiſtichiū dr. ¶ Metra igitur ſiue carmina verſus aut denotantur ab autoribus: vt alcaicū ab Alceo poeta Mitylenæo. aut Archilochium ab Archiloco. aut Hipponacticum ab Hipponacte. aut Pindaricum a Pindaro. aut Anacreontium ab Anacreonte. aut Aſclepiadeum ab Aſclepiade. aut Bachilidum a Bachilide. aut Alcmanium ab Alcmane. aut Steſichorium ab Steſichoro. aut Ibicum ab Ibico, aut Sapphicum a Sappho. aut Homericum ab Homero.*

Aut a materia.vt heroicū,elegiacū,lyricum;tragicum comicū. Aut a pede frequentiori;vt iābicū, trochaicū,ſpōdaicū, dactilicū, anapeſticū. Aut a nūero pedū;vt hexametrū;pētametrū,tertametrū. Aut a nūero ſyllabarū;vt tetraſyllabū,pētaſyllabū;heptaſyllabū;octoſyllabū,duodecaſyllabū.

Preterea aut deficit vna ſyllaba, & dicitur catalecticum,aut deficit duabus ſyllabis;& dicitur brachycatalecticum.aut abundat vna ſyllaba vel pluribus & dicitur hypercatalecticum ſiue hypermetrum,aut neq; abundat,neq; deficit;& dicitur catalecticū. Qualia ſunt omnia carmina regularia.

Conſtat præterea carmen vnico genere verſus & dicitur monocolon;vt æneis Vergilij.metamorphoſis Ouidij.Pharſalia Lucani. Aut conſtat duplici genere verſus;appellaturq; dicolon; vt Ouidij opera præter metamorphoſin. Tibuli quoq; Propertij elegię &carminis ſapphica mixta adonicis,& aſclepiadea mixta glyconicis. Aut conſtat triplici genere carminis,appellaturq; tricolon;vt quædam odæ Horatii poetæ.

Præterea carmen aut eſt diſtrophon,hoc eſt cū tertius verſus primo ſimilis eſt,& quartus ſecundo, vt in carmine elego qđ ex diſtichis conſtat. Aut Triſtrophon.cum quartus verſus ſimilis eſt primo;quintus ſecundo,ſextus tertio;vt apud Prudentium in præfatione cathemerinon. Aut Teraſtrophon; cum quintus verſus primo: ſecundo ſext9; tertio ſeptimus;quarto octauus ſimiles ſunt;vt in carmine ſapphico; qđ per tetraſticha; ideſt per quaternos verſus digeritur.

*Aut a materia vt heroicū,quo res geſtæ cū laude ſcribūtur. Tragicū,quo herоū fortūa in aduerſis.Elegū,quo res flebiles quales ſunt amatorū & mortuorū.Bucolicū,quo res paſtoricię.Georgicū,quo res ruſticæ canuntur.Lyricū,quod in materia diuerſa ad lyram canebatur.Satyricū,quo vitia hominū taxantur,cui reſpōdet apud græcos comœdia priſca.Iābicum,quo maledicimus & inuehimur in aliquem.nā comœdia noua eſt,qua res atq; perſonæ humiles cōprehendūtur.Eſt autem & hæc multiplex,q̄ aut eſt togata,quæ habet argumentū latinū.aut palliata,quæ habet argumentū græcū,aut prætextata, in qua torū perſonæ,qui prætextæ togæ vſum habēt inducuntur,aut attellanæ,in qua introductæ perſonæ iocis quibuſdā laſciuis ſe laceſſebāt.Planipes, in qua mimi inducebantur. Aut a pede frequētiori,a quo nouem metrorū genera denominātur.Iābicū,trochaicū,dactylicū,anapeſticū,coriābicū,pæonicū,ionicū a maiori,ionicū a minori,antipaſticū.Sed nos illa tātum in quelibet genere deguſtabimus, quæ ſunt magis in vſu apud autores. Curioſos vero ad Seruiū.Diomedē,Theodoſiūq; remittimus,& ſi qui ſunt qui hac de re copioſius ſcripſerunt. Aut a numero pedum,vt hexametrū, qđ ſex habet pedes dactylos ſiue ſpundeos indifferenter. pentametrū qđ quinq;.tetrametrū qđ quattuor.vt in iābico octonario,in quo duo pedes p vno cōputātur.trimetrū,qđ tres, vt in iābico ſenario.dimetrū,qđ duos,vt in iābico quaternario.Aut a numer[o ſy]llabarū, vt endecaſyllabarū, qđ ſyllabas vndecim cōtinet,quale eſt phaleuticū & ſapphicū. Pētaſyllabū,quale eſt adonicū,aut heptaſyllabū: quale eſt glyconicū. ¶ Præterea aut deficit.alud præſupponit documentū,q. verſus aut deficit vna ſyllaba: & dicitur catalecticus,aut duab9.&c.de quibus inquelibet gnē vbi opus fuerit ſingulatim dicemus.¶ Cōſtat præterea carmen,dicit quemadmodū inter ſe ſuperiora verſuū genera iungātur. Nā & ſi ex quolibet ſimplici genere verſus poema cōfici pōt,inueniūtur tn̄ apud autores aliqn̄ permixta,nō quidem oīa paſſim,ſed quædā cū aliquibus.Itaq; carmen qđ vnico genere verſus cōponitur,monocolō.i.vnimēbre dicitur, quale eſt heroicū.vt Verg.æn̄.bucco.& georg.eiuſdē,Ouid'.meta.& phaleuticū.vt cōplura Catulli atq; Mart. epigrā. Aut eſt dicolon.i.bimēbre, hoc eſt duplici genere verſus conſtans,quale eſt carmen elegū in quo verſus pentameter hexametro ſubiycitur, & ſaphica permixta adonicis. Aut eſt tricolon ideſt trimembre,hoc eſt triplici genere verſus cōpoſitū,qua figura ſunt cōplures odæ apđ Horatiū,qualis eſt illa apud eūdem in.i.lib.car.cuius initiū eſt,quis multa gracilis te puer in roſa,perfuſus liquidis vrget odoribus.grato pyrrha ſub antro,cui flauā religas comā.Cōſtat enim duob9 aſclepiadæis,& tertio pherecratio,& quarto glyconico.¶ Præterea carmen,aut eſt diſtrophō,hoc eſt duos pedes cōuerſionem habēs ad primū,dis enim bis interpretatur:& ſtrophe cōuerſio. Aut Triſtrophon.& eſt carmen cū quartus verſus ſimilis eſt primo,&c.vt Pruden.in principio catha. Aut tetraſtrophon,hoc eſt cū poſt quattuor pedes in orbē ſit reditus ad primum,quod tetra quattuor interpretatur,& ſtrophe.es.(vt diximus)eſt conuerſio,exēpla vtriuſq; generis paſſim reperies. Hexametrū carmen. Principio igitur de verſu hexametro diſſerit.hexameter dicitur,quia ſex pedibus cōſtat,heroicus a materia,quoniā vt diximus,hoc genere carminis res geſtæ heroum deſcribi maxime cōſueuerūt,vt a Verg.Aneæ.a Lucano Cæſaris,& Pōpei.a Valerio Flacco argonautarum.a Syllio Italico Romanorū.dicēte Horatio in poetria.res geſtæ regumq; ducūq; & triſtia bella,carmine quo ſcribi poſſent monſtrauit Homerus.Homerus nāq; iliada atq; odyſſeam hoc verſu ſcripſit. vnde & homericus a quibuſdā appellatur. Sed deinde receptū eſt vt aliæ quoq; res hoc genere carminis deſcriberētur.vt a Lucilio,Horatio.Perſio,& Iuuenale ſatyræ,a Lucretio natura rerū.a Manilio aſtronomica.a Verg.bucco.& georg.ab Ouid'.meta.Dicitur etiā hic verſus pythius hoc eſt apollineus:quoniā apollo pythius a pythone ſagittis cōfecto ſic appellatus eo verſus genere per ſibyllas reſponſa dare cōſueuit: atq;vt autor eſt Euſebius Pāphili,& Phemonoe prima ex numero Sibyllarū hexametris verſib9 futura cecinit. Appellatur & ſpōdaic9,quia in oībus aut pleriſq; locis ſpōdeū habere pōt,quin potius,vt Diome.autor eſt eius initiū ſpōdeis cōſtitit, Nā vtaū,cū apollo in vltionē Latonæ matris pythone ſerpentē necaſſet,incolæ carmen ſex ſpōdeis fecerūt,quod deinde ſoluta ſpōdei poſteriori ſyllaba manente eadē quātitate dactylū recepit,Priſcia.ecōtrario dactylicū appellat,quia dactylis aut ſpondeis qui in dactylos ſoluuntur conſtat. Epicus quoq; appellatur,atq; ipſum poema quod eo verſu deſcribitur epos.*

*Eſt autem epos carmen, quo res diuinæ, humanæ, atq; heroicæ cōtinētur, qđ apud Latinos primus omniū Liuius Andronicus ſcripſit.* ¶ *Hexameter itaq; verſus, qui & ſenarius dici poteſt: conſtat dactylo vel ſpondeo indifferenter: niſi ꝙ in quinto loco frequentior eſt dactylus, vbi etiam nonnunq̄ reperitur ſpōdeus, vt apud Verg. in buc. chara deū ſoboles magnū Iouis incrementū. Et in. iij. æn. cornua velatarū obuertimus antēnarū. & alio loco, aut leues ocreas lento ducūt argento. In ſexto quoq; loco ſemper fere eſt ſpondeus, niſi in quibuſdam verſibus hypermetris, hoc eſt ſuperabundantibus, quā redundantiā excipiūt*

Hexametrum carmen, quod etiā heroicum appella tur, conſtat dactylo & ſpondeo indifferenter, niſi ꝙ in quinta regione frequentior eſt dactylus, in ſexta vero ſpōdeus. In quo genere carminū ſcribuntur geſta heroum clariſſimorūq; virorū. Debet habere vnam ex tribus cæſuris ſaltem, hoc eſt penthemimerim. i. ſemiquinarium, hepthemimerim. i. ſemiſeptenariā. hemipenthemimerim i. ſemiquinariæ dimidiam. vt in hoc verſu. arma virumq; cano Troię; qui primus ab oris. arma virum; hemipenthemimeris eſt. arma virūq; cano, pēthemimeris eſt. arma virūq; cano Troię, hepthemimeris eſt. Quod ſi nulla harum triū cæſurarū interuenit; verſus erit retorridus.

*verſus, qui ſequūtur a vocali incipientes, facta ectlipſi aut ſynaloepha. Itaq; vitium qđ erat in fine verſus, cōtinuatio ſequētis emēdat. Verg. ii. geor. Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida, vbi in ſexto loco dactylus eſt, ſed exteritur vltima ſyllaba, quia ſequitur verſus incipiens a vocali. & ſteriles plantani malos geſſere valentes. Idem in eodem, in ſexto loco antibacchium ſiue moloſſum poſuit dicens, aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorē, ſed diſpungitur ſyllaba finalis: quia ſequitur verſus a vocali incipiens, aut folijs vndam tepidi deſpumat aheni. Reperitur etiam dactylus in ſexto loco, ſed duæ ſyllabæ breues reſoluūtur in vnā longā: efficiturq; ſpondeus. Verg. in bucco. Nec tantum rhodope miratur & iſmarus orphea. Idem in. j. æn. Atria dependēt lychni laquearibus aureis. Itaq; verſus hexametri ſumma conſtant quattuor & viginti tēporibus, cum dactyli & ſpondei quaterna habeant tempora. Nā quod quidam dixerat poſſe in fine recipere trocheum, cū de vltimis ſyllabis ageremus, exploſum eſt, quia (vt diximus) apud poetas vltima ſyllaba verſus, & apud oratores vltima clauſulæ, indifferens eſt, atq; vt ratio carminis exigit aut proſæ, lōga pro breui breuis ꝓ longa ponitur. Quod etiā in pēthemimeri & plerūq;, in hepthemimeri nōnunq̄, ſed in ſemipēthemimeri raro reperitur, vt ſtatim dicemus: ſed excuſatur vitium, quoniā ſilentiū illud quod fit in cæſura, ſupplet tempus, quo ſyllaba breuis erat minor. Recipit quoq; verſus hexameter alios pedes non earundem ſyllabarum, ſed eorundem temporum, vt proceleumaticum, qui dactylo vel ſpondeo in temporibus æqualis eſt, de quo ſuo loco diximus. Recipit præterea anapeſtum, qui etiam dactylo vel ſpōdeo ſpacio temporū æquiparatur, ſed raro. vt apud Vergilium. pri. geor. fluuiorum rex Eridanus camposq; per omnes, vbi in prima regione anapeſtus collocatur, Poteſt autem habere omnibus in locis dactylos. vt apud Vergilium. panditur interea domus omnipotentis olympi. & illud eiuſdem. xj. quadrupedūq; putrem curſu quatit vngula campū. Poteſt habere & ſpondeos omnes præterquam in vna regione. vt apud eundem, primo æneid. tu ne ille Aeneas quem Dardanio anchiſæ. Et in tertio, armatumq; auro circunſpicit oriona: nam carmen, quod ſex ſpondeis conſtat, nuſquam reperitur, niſi quis de induſtria faciat. vt ſi quis vno verbo mutato ex carmine Vergiliano dixerit, aut leues peltas lento ducunt argento. Quare vt Priſcia. de duodecim carminibus ait. verſus hexameter duas & viginti figuras habere poteſt, quæ colliguntur ex varietate dactyli & ſpondei in ſex regionibus vario modo poſitorum, quam rem ideo in præſentiarum omittamus. quia facilis eſt atq; etiam inertiſſimo cuiq; obuia & expoſita. Illud tamen non eſt omittendum, hoc genus carminis tres poſſe recipere cæſuras, quæ græci cōmata vocant, hoc eſt pentemimerim hepthemimerim. Nam trochaicam omittamus, quæ fit cū in tertio pede dictio trocheo terminatur, vt apud Verg. in buc. nil noſtri miſerere, mori me deniq; coges. Igitur penthemimeris, hoc eſt ſemiquinaria diuiſio eſt, cum poſt duos pedes inuenitur ſyllaba partem orationis terminans, vt arma virumq; cano, poſt duos namq; dactylos non ſyllaba cæſuram verſus fecit. dicta eſt autem penthemimeris a pente quod interpretatur quinq;, & hemis ſemis, & meri diuiſio, quaſi diuiſio ſemiquinaria. nam duo pedes & ſemipedes, qui vna ſyllaba conſtat, dimidium eſt quinq; pedum. Dicitur autem penthemimeris heroica: quoniam ex dimidio quinq; verſuum carminis heroici conſtat. Hepthemimeris. id eſt ſemiſeptenaria diuiſio eſt, cum poſt tres pedes ſyllaba dictionem aliquam terminat, vt arma virumq; cano Troiæ. poſt duos namq; dactylos & vnum ſpondeum. i. æ. ſyllaba cæſuram fecit. Dicitur autem hepthemimeris ab hepta ſeptem. & hemi ſemis, & meri diuiſio, quaſi diuiſio ſemiſeptenaria: quoniam tres pedes & ſemis dimidium ſeptem pedum eſt. Hemipēthemimeris eſt, cum poſt primum pedem inuenitur ſyllaba dictionem terminans. vt muſa mihi cauſas memora. poſt dactylum enim. hi ſyllaba cæſuram fecit. Dicitur autem hemipenthemimeris ab hemi ſemis & penthemimeris, quaſi ſemiquinaria diuiſio: quia ſyllaba illa in media regione duorum pedum & ſemis reperitur. His in locis ſyllaba breuis pro longa nonnunq̄ ponitur: ſed in penthemimeri raro, in hepthemimeri rarius. in hemipenthemimeri rariſſime, de primo, Verg. ij. æneid. noſtrorum obruimur, oriturq; miſerrima cædes. de ſecundo. Idem in. xij. congredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus. de tertio. Lucanus in. ij. dum ſanguis inerat, dum vis materna peregi. & illud Iuue. quis neſcit aut quis non vidit vulnera pali? Sed quemadmodum hoc metrum omnes tres cæſuras poteſt recipere: ita neceſſe eſt, vt vnam ex illis recipiat pēthemimerim maxime. aut ſaltem hepthemimerim, alioqui verſus eſſet retorridus & inſulſus. Carmen igitur heroicum ſic examinabis. Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris. verſus eſt hexameter. id eſt ſex habens pedes, heroicus ſiue pithius, ſiue homericus, ſiui epicus, habenſq; duas cæſuras penthemimerim & hepthemimerim: conſtatq; tribus dactylis totidemq; ſpōdeis: vt Arma vi. rumq; ca. no Tro iæ qui. primus ab. oris Itali. am fa. to profu. gus la. uinaq;. venit. oēs tres cæſuras habet, & tres dactylos, totidemq; ſpondeos.*

Pentametrum elegiacum cõſtat primis duobus pedibus verſus heroici;hoc eſt dactylo vel ſpondeo indifferenter & ceſura,tum duobus dactylis atq; iterum cæſura;vel potius ſyllaba terminans verſum,vt nil mihi reſcribas attamen ipſe veni. Eſt autem cæſura ſyllaba terminans dictionẽ in medio carminis;quæ cum poſt duos pedes carminis heroici venit;penthemimeris heroica dicitur. Iãbica vero dicitur cum alteruter ex illis pedibus eſt iambus,vt apud Horatium in primo carminum.O matre pulchra filia pulchrior ; vbi poſt ſpondeum & iambum ſequitur cæſura.

Phaleuticum carmen conſtat ſpondeo; dactylo , & tribus trocheis;vt paſſer delicium meæ puellæ.

Sapphicum conſtat trocheo, ſpondeo, dactylo,& duobus trocheis; vt nocte ſurgentes vigilemus omnes.

Adonicum conſtat dactylo & ſpondeo;vt dulciter hymnos.

Aſclepiadeum conſtat ſpondeo;& duobus choriãbis & pyrrichio; vt ſanctorum meritis inclyta gaudia.

Glyconicum conſtat ſpondeo & duobus dactylis; vt hymno graphus. Victorum genus optimũ.

Pherecratium conſtat ſpõdeo,dactylo, atq; iterum ſpondeo,vt Horatius,Grato pyrrha ſub antro.

Phaliſcum conſtat vltimis quattuor pedibus verſus heroici;vt idem,Aut epheſum bimaris ve corinthi.

Alcaicum conſtat ſpondeo,iambo,cæſura:& duobus dactylis;vt Hora,O matre pulchrafilia pulchrior.

*¶ Pentametrum elegiacum,dicitur autem & hic verſus pentameter a numero pedum quinq;,elegiacum vero dictum eſt ab eleos græce,quod interpretatur miſeratio,q, veteres miſeriam & lamentationes ſuas elegis decantabant. poſtea vero etiam res aliæ eo genere verſus deſcribi cœptæ ſunt,dicente Horat. in poeti.verſibus imparibus iunctis quærimonia primum,poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos. Pentametri verſus inuentionem quidam in Theoclem naxium referunt, qui cũ per inſaniam vociferaretur,eum efficit, & elegiacus (vt dicunt quidam) vocatus:ab eo quod elegino eſt inſanio. Conſtat itaq; verſus pentameter elegiacus ex duplici penthemimeri heroica.prior ex dactylo vel ſpondeo indifferenter,& ſyllaba,quæ ſemipedem facit:poſteriori vero ex duobus dactylis atq; iterum ſemipede, vt in ſumma ſint pedes quinq; quattuor integri & ex duplici ſemipede vnus omnino tẽporũ viginti. Scãditur quoq; hic verſus aliter per pedes integros quinq;,vt duo primi pedes ſint dactyli vel ſpõdei indifferẽter: deinde vnus ſpõdeus. tũ duo anapeſti,ſemper tamen poſt duos primos pedes debet ſubijci ſyllaba,quæ dictionem terminet,vt fiat penthemimeris heroica:quæ ſi breuis ſit,excuſatur vitium ea ratione qua diximus in hexametro. Appellatur autẽ pentametrum elegiacum,quoniam hexametro ſubiunctum conſtituit diſtichõ:ex quo poema elegiacum ſcribi co[illegible] omnia Ouidij opera metamorphoſim. Tibulli. Propertij,atq; Mar.pleraq; epigrammata ſcripta ſunt. Scanditur autem ſic.nil mihi:reſcri. bas.attamen.ipſe ve.ni.aut ſic,nil mibi.reſcri.bas at.tamẽ ip.ſe veni ¶ Phaleuticum carmen dictum autore Diomed°. a phaleutico illius inuẽtore.pẽtametrũ a numero quinq; pedum,endecaſyllabum a numero vndecim ſyllabarũ. conſtat ſpõdeo.dactylo,& tribus trocheis: vt paſſer, delici.um me.æ pu,ellæ.& eſt carmẽ Catull°.poetæ Veronẽſis,qui eo genere verſus complura epigrammata ſcripſit. Martial°.quoq; Auſoni.atq; Vergilius in priapeis. ¶ Sapphicum carmen a ſapho illius inuentrice dictum,pentametrum a numero pedum, enneacaſyllabum a numero ſyllabarum,iiſdem pedibus conſtat quibus phaleuticum:ſed alio ordine diſpoſitis,hoc eſt trocheo. ſpõdeo.dactylo.& duobus trocheis.vt nocte.ſurgen.tes vigi.lemus,omnes. Recipit hic verſus cæſurã poſt duos pedes,qđ Horat.in odis fere ſemper obſeruat Catullus non multum id curat:nam ab vtroq; hoc genus carminis celebratur. Alij hoc metrum aliter ſcandunt,hoc eſt eſt per epitritum ſecundum.choriambum & bacchium ſic.nocte ſurgen.tes vigile.mus omnes. ¶ Adonicum carmen ab autore quoq; appellatum pẽtaſyllabum eſt, conſtatq; dactylo & ſpondeo. vt Boet. nubibus atris condita nullum fundere poſſunt ſydera lumen. Conſueuit hic verſus poſt tres ſapphicos plerumq; poni,vt claudat tetraſticon,quod tribus ſapphicis & adonico conſtat. Reperiuntur & adonici ſine ſapphicis & ſapphici ſine adonicis impermixti,vt apud Senecam in tragœdijs. ¶ Aſclepiadeum.ab autore Aſclepiade cognominatum duodecaſyllabum:hoc eſt duodecim ſyllabarum eſt,conſtans ex penthemimeri heroica,quæ ex ſpondeo, dactylo.ſemipede conficitur, & deinde duobus dactylis:vt apud hymnographum. Sancto.rum meri,tis inclyta gaudijs. Alij, aliter ſcandunt per ſpondeum.duos choriãbos, & pyrrichium ſic. Sancto,rum meritis.inclyta gau.dijs. ¶ Glyconicum ab autore quoq; cognominatum octoſyllabum eſt,conſtans ex ſpondeo & duobus dactylis,vt autor hymnorum.victo.rum genus.optimum. ¶ Pherecratium ab inuentore cognominatum heptaſyllabum eſt, conſtans ſpondeo. dactylo,atq; iterum ſpondeo. vt Horat.in,i.carmi.grato pyrrha ſub antro. Scanditur autem ſic,grato, pyrrha ſub.antro. Phaliſcum a phaliſcis Italiæ populis, qui in cantionibus eo vtebantur.tetrametrum eſt: conſtat enim quattuor vltimis pedibus verſus Heroici: hoc eſt primo & ſecundo dactylo vel ſpondeo indifferenter,tertio dactylo, & quarto ſpondeo, vt Horat.i.carmi.aut ephe,ſum bima.riſue co.rinthi ¶ Alcaicum ab Alceo poeta dictum,endecaſyllabum eſt, conſtans ex penthemimeri iambico, quæ conficitur ex ſpondeo iambo, & ſemipede,in quo fit verſus cæſura. deinde duobus dactylis. Idem Horat. in.i. carminũ. O matre pul. chra. filia. pulchrior. Alij ſcandunt per, hippum ſiue epitritum tertium & ſemipedem choriambum & iambum:ſic. o matre pul.chra filia pul.chrior.*

*¶ Alcaicũ etiã alterũ, quo idem autor vſus eſt, cõſtat ex hippio ſiue epitrito ſecundo & duobus choriambis & bacchio. vt Hora. in eodem. te deos oro ſybarin, cur properes amando. ¶ Anacreontium, ab Anacreonte dictum heptaſyllabum eſt, conſtans ex choriambo & bacchio. vt Hora. ibidem Lydia dic. per omnes. ¶ Sapphicum hexdecaſyllabum, quod Diomed. etiam archilochiũ appellat: conſtat ſpõdeo, tribus choriambis, & pyrrichio. vt Hora. in eodem. nullam Vare ſacra vite prius ſeueris arborem. ¶ Archilochiũ carmẽ ab archilocho denominatũ cõſtat parte carminis heroici, quæ appellatur bucolice, hoc eſt*

Alcaicũ alterũ conſtat ex hippio ſecũdo ſiue epitrito; duobus choriãbis & bacchio; vt idẽ Horatius.
Te deos oro ſybarim cur properes amando.

Anacreõtium conſtat coriambo & bacchio. vt Lydia dic per omnes, & ſequitur. Te deos oro ſybarim. &c.

Saphicum alterum hexdecaſyllabum conſtat ſpõdeo; tribus coriambis & pyrrhio; vt Horatius.
Nullam vare ſacra vite prius ſeueris arborem.

Archilochium conſtat parte verſus heroici, quę vocatur bucolice; hoc eſt primis tribus pedibus dactylo vel ſpondeo; deinde dactylo bucolice clauditur. poſtea vero trib⁹ trocheis, vt ſoluitur acris hyems grata vice veris & fauoni.

Dimetrum iambicum conſtat ſpondeo vel iambo indifferẽter in primo & tertio loco, & iambo neceſſario in ſecũdo & quarto loco; vt iam lucis orto ſydere Deum precemus ſupplices.

Dimetrum iambicum catalecticum deficit vna ſyllaba a ſuperiori; vt Prudentius in hymno ante ſomnum. Ades pater ſupreme.

Trimetrũ iambicũ archilochiũ conſtat ſpõdeo vel iãbo indifferenter in locis imparibus; hoc eſt in primo, tertio, & quinto loco, & iambo neceſſario in locis paribus, vt Mart. vir Celtiberis nõ tacende gentibus. Videbis altam Liciane Bilbilim.

Trimetrũ iambicum hypponacticũ, qđ & ſcazõ & choliambon & golliãbon dicitur, eadẽ legere currit qua & archilochiũ. niſi ꝙ vltimi duo pedes permutantur, iãbus ꝓ ſpõdeo & ſpõdeus ꝓ iambo;

*dactylo vel ſpõdeo in primis tribus pedibus & dactylo in quarta regione, deinde tribus trocheis. vt Horat. i. car. ſoluitur acris hyems grata vice veris & fauoni. Bucolice autem appellatur prior pars huius verſus: quoniã in carmine bucco: Theocritus poeta ſemper illud obſeruat, vt in quarto loco dactylum collocet, quod Vergilius alioqui imitator negligit. Superiorib⁹ carminum generibus raro autores vtuntur. Hora. in odis frequenter: quare ſi plura exempla voles inde petenda ſunt. ¶ Dimetrum iambicum. in carmine iambico illud eſt cõmune, qđ duo pedes pro vno cõputantur. vnde dimetrũ quattuor habet pedes, trimetrum ſex, tetrametrũ octo. hoc autem fit, quia in vno quoq; metro ſiue pedis ictus ſeu mora quędã fit. illud quoq; his verſibus cõmune eſt, quod in locis paribus ſemper habent iambum, in imparibus vero indifferenter iambum ſiue ſpondeum: vnde a iambi frequẽtia iambici dicti ſunt. Verſus itaq; dimiter iambicus, qui a latinis quaternarius dicitur, cõſtat duobus metris: vnde dimeter dicitur. & quattuor pedibus, vnde quaternarius, octo ſyllabis: vnde octo ſyllabus dici poteſt: vt in hymno illo, qui ad primam diei horã in re diuina canitur. Iam lucis orto ſydere. Iã lu. ſpondeus eſt. cis or. iambus. to ſy. ſpondeus. dere. iãbus. quoniam, vt ſæpe diximus, finalis indifferens eſt: quare hoc in loco breuis pro longa poſita eſt. Hoc genere carminis maior pars hymnorum compoſita eſt: apud reliquos autores rarũ, vt apud Mart. & Auſoni. quale eſt huius poetæ epigramma ad Theonem grammaticum. Aut adſit intepres tuus. Aenigmatũ qui cognitor fuit: Fuit meorum cum tibi Cadmi nigellas filias. Melonis albam paginam, Notaſq; furuæ ſepiæ, Gnidioſq; nodos prodidit. Hi verſus omnes iãbici ſunt acatalectici: quoniam in illis nihil deficit: nihilq; rurſus redundat.*

*¶ Eſt & dimeter iambicus catalecticus, qui vna ſyllaba deficit: qualis eſt apud Senecam in tragoedia quæ Medea inſcribitur. Quo nam cruenta menas, & quæ ſequuntur. ſcanditur autem ſic. Quo nam, ſpondeus eſt. cruen. iambus. ta me. iambus. nas. ſyllaba, quod ſi dixeris menades integrum & acatalecticum erit dimetrum iambicum. Eſt & dimetrum iãbicum brachicatalecticõ, hoc eſt duabus ſyllabis deficiens, quale voluit eſſe illud. Aue maris ſtella. ſed nõ cõſtitit niſi in principio. ſcanditur autem ſic. Aue. iambus eſt. maris. iterum iambus. ſtella. ſpondeus, quia in fine breuis pro longa poteſt poni, quod ſi adiecisſet placens, fuiſſet dimetrum acatalecticum. ¶ Trimetrum iambicum archilochium quem Varro, Tullius, & Quintilianus ſenarium appellant. conſtat tribus metris: vnde trimetrum dictum eſt, & ſex pedibus: vnde ſenarium. iambo. ſilicet in locis paribus, hoc eſt ſecunda, quarta, & ſexta regione, & ſpondeo vel iambo indifferenter in primo, tertio, & ſexto loco: vt apud Martial. in. i. epigram. vir celtiberis non tacende gentibus. ſcanditur autem ſic. vir cel. ſpondeus eſt. ti be. iambus. ris non, ſpondeus. ta cen. iambus. de gen. iambus. tibus. iambus. nam finalis breuis pro longa ponitur. ¶ Eſt & alud genus trimetri iambici, quod appellatur hipponacticum, differtq; ab archilochio, ꝙ hipponacticum in fine habet ſpondeum, archilochium vero iambum. vt Perſius in prologo ſuarum ſatyrarum. nec fonte labra proslui caballino. ſcanditur autem ſic. nec fon. ſpondeus eſt, te la. iambus. bra pro iambus. lui, iambus. cabal. iambus. lino. ſpondeus, huius repertor fuit Hipponax poeta qui loco iambi inducto ſpondeo contra legem trimetri iambici metrum innouauit. Itaq; archilochium rectum, hippenacticum claudum appellatur, a græcis vero tum Cylliambos, tum choliambos, tum ſcazon appellatur. Martialis. mollem debilitate choliambon. Idem in alio loco. Appollinarem conueni meum ſcazon. De quo Ruffinus. ponitur aut ſcazon. ſpondeum finis habebit. Sed archilochio tragœdiæ maxime ſcribuntur. hipponatico magis vtuntur Catullus, & Martial. Recipit tamen hic verſus frequenter tribrachum pro iambo; & anapeſtum pro ſpondeo, quia (& ſi non ſunt earundem ſyllabarum) ſunt tamen eorundem temporum.*

perſius, Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo. Eſt enim tribrachus in ſecunda regione. Idem. memini me, vt ſic repente poeta prodirem, vbi anapeſtus eſt in primo loco. Apud eos quoq; qui hoc carmine licentius vtuntur in locis paribus recipit & anapeſtũ: in imparibus vero trocheũ & anapeſtum. Reperitur etiam trimetrum iambicũ catalecticum. vt apud Horat. meã renidet in domo lacunar, quod ſi dixeris lacunare, erit trimetrũ abſolutũ. Reperitur quoq; iãbicus ſeptenarius teſte Diome. qui Varronem induxit. & fit quoties ad trimetrum iambicum triſyllabus pes additur. vt adpud Teren. nã ſi remittant quippiam philomenæ dolores. ſcanditur autem ſic: nam ſi. ſpondeus eſt. remit. iambus. tant quip: ſpondeus. piã iambus. philo. pyrrhichius pro iambo. menæ. ſpondeus. dolores. triſyllabus pes eſt. ¶ Tetrametrum iambicum octonarium conſtat metris quattuor. vnde tetrametrum dictum eſt. octo pedibus, vnde octonarius. in locis imparibus, vt de dimetro & trimetro diximus iambo vel ſpondeo. in paribus vero iambo. Sed de hoc genere carminis poetæ tantum Comici vtũtur, nimis tamen licenter: nã alios pedes in crebro recipiunt, vt multi putauerunt nõ eſſe carmina: vt Plautus in amphytrione, qui me alter eſt audacior hõ, aut qui cõfidentior. ſcãditur autẽ ſic, qui me. ſpõdeus eſt. ter eſt. iãbus. auda. ſpõdeus. cior. iãbus. homo aut. iãbus. qui con. ſpõdeus. fiden. ſpõdeus. tior. iãbus. Terẽ. quoq;. Enim vero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ, ſcãditur autẽ ſic, enim iãbus eſt. vero, ſpõdeus ꝓ iãbo. Daue. trocheus pro ſpondeo. nihil. iambus. loceſt iambus. ſegni. ſpõdeus. ciæ. iambus. neq;. pyrrhichius pro iambo. ſocor. ſpõdeus. diæ. iambus. Sed (quemadmodum ait Quintilianus.) latini in comœdia claudicarunt, cũ apud græcos comœdiæ certa lege ſcribantur. ¶ Dimetrũ anapeſticum pindaricum conſtat duobus metris, quod duo pedes pro vno computantur. Quemadmodum in iambicis, conſtat autem plerumq; quattuor anapeſtis, recipit tamen dactylum vel ſpõdeũ in locis imparibus, in paribus vero ſpondeum. Qualia ſunt multa in Senecæ tragœdijs, vt in herculis furẽtis primo choro. Turbine magno ſpes ſollicitæ. ſcanditur autem ſic. turbine. dactylus eſt. magno ſpondeus. ſpes ſol. ſpondeus. licitæ. anapeſtus, nam & anapeſticum dicitur, etiam ſi nullum anapeſtum recipiat. ¶ Tetrametrum trochaicum archilochium. Carminis trochaici genera ſunt complura: ſed ideo ex illis tãtum archilochiũ poſuimus, qđ reliquis abſoletis, hoc ſolum (quod ego ſciam) apud autores (& quidẽ rariſſime) reperitur, conſtat autẽ quattuor metris. vnde tetrametrũ dicitur & trocheis in locis imparibus, vnde trochaicũ appellatur: nã in paribus ſpõdeũ quoq; recipit. Eſt aũt catalecticũ, quoniã a tetrametro integro vna ſyllaba deficit, vt apđ Mar. Capellã. Scãde cœli tẽpla virgo digna tãto fœdere, te ſocer ſubire celſa poſcit aſtra Iupiter. ſcãditur autẽ ſic. ſcãde. trocheus eſt. cœli, ſpõdeus. tẽpla trocheus, virgo. trocheus, digna, trocheus. tãto. ſpondeus. fœde. trocheus. re ſyllaba, quod ſi dixiſſet fœderata, fuiſſet integrum tetrametrũ trochaicum. Sextus tamen pes (vt ait Priſci.) neceſſario debet eſſe ſpõdeus, adducitq; Terẽtiani carmen huius generis ad probandum, qđ alterius poteſt penultimã ꝓducere. vt ſuo loco diximus. Carmen autẽ eſt. Seſcuplos vel vnã vincet alterius ſingulum. Hoc quoq; genere verſus cõpoſitus eſt hymnus ille. Pãge lingua glorioſi preliũ certaminis. Ex qua ratione cõuincitur mendum illud. quod in recognitiõe hymnorũ notauimus. vbi vulgo ſcriptũ reperitur. agnus in cruce leuatur immolãdus ſtipite. Nã pro cruce crucis repoſuimus: quoniã in. iij. loco neceſſario debet eſſe trocheus: & cõtextus quoq; ratio exigit, vt crucis dicamus, eritq; ordo, agnus leuatur immolandus in ſtipite crucis. ¶ Alcmanium ab alcmane poeta vno de nouem lyricis apud græcos. dactylicum quoniam tribus dactylis conſtat. hypercatalecticum, quia vna ſyllaba ſuperabundat. Et ponit exemplum eiuſdẽ Prudentij in hymno anteq̃ cibus ſumatur. cuius initiũ eſt: o crucifer bone. ¶ Parthenıacũ ab autore anapeſticũ a pede frequentiori. catalecticum. quia ſuperabundat vna ſyllaba, & ponit exemplum eiuſdem in exequijs defunctorum. ¶ Euripidiũ ab Euripide poeta tragico, cuius ponit exemplum ex eodem Prudentio.

vt Perſius. Nec fonte labra prolui caballino.
Tetrametrum iambicum cõſtat iambo vel ſpõdeo
in locis imparibus, in locis vero paribus iambo.
Qualia ſunt multa apud Plautum, & Terentiũ.
Dimetrũ anapeſticũ pindaricũ cõſtat quatuor pedibus, q plerũq; ſunt anapeſti; recipit tamẽ & alios
pedes: vt Seneca. Turbine magno ſpes ſollicitæ.
Tetrametrũ trochaicũ archilochiũ catalecticum, cõſtat octo pedib⁹ min⁹ vna ſyllaba. vnde & catalecticũ appellat: habetq; in locis impa[r]ib⁹ trocheũ:
in locis vero parib⁹ trocheũ vel ſpõdeũ indifferẽter. vt Scãde cœli tẽpla virgo digna tanto fœdere.
Luſtra ſex qui iã pacta tẽpus implẽs corpis: Q đ
ſi dixeris, tp̃s implens corporale; erit catelactıcũ.
Alcmaniũ dactylicum trimetrũ hypercatalecticum
conſtat tribus dactylis & ſemipede; vt Prudẽtius
in hymno ante cibũ. O crucifer bone lucis ſator.
Parteniacũ anapeſticum dimetrũ catalecticũ cõſtat
tribus pedibus & ſyllaba: recipitq; in primis duobus locis anapeſtũ & ſpõdeũ indifferẽter: in tertio autem ſemp anapeſtum. vt Prudẽtius in exequijs defunctorum. Deus ignee fõs animarum.
Euripidiũ dimetrũ catalecticum cõſtat trib⁹ pedib⁹
& ſyllaba; qui oẽs plerumq; ſunt trochei; vt Prudentius in operis ſui coronide. Dona conſciẽtię.

## ¶ De Accentu. Cap. ix.

ACcentus nobis dicta eſt proſodia græcis.
Atq; tonus; quem Romani dixere tenorem;

¶ De Accentu. Capi ix.

CVm in reliquis grãmaticæ partibus noſtri ſæculi homines multũ aberrarint, tum maxime circa vocũ accentus, ita turpiter lapſi ſunt, vt quo minus vitiũ latere poteſt, eo magis culpãdi eſſe videatur. Quãq̃ ſunt iudicio meo venia digniſſimi, q eius rei cõſideratio non tam lectione quã viua (vt aiunt) præceptores voce cõſtare debet. Hoc igitur in loco nobis repetẽdum eſt, quod in principio huius libri annotauimus. ſyllabã (quãtum ad præſens negociũ attinet) duplicem habere cõſiderationem, aut enim cõſideratur quantũ ad temporis longitudinẽ in qua proferturq; qua de re hactenus eſt a nobis diſputatum, aut quantum ad illius altitudinem ſiue profunditatem: de qua in hoc capite, quod inſcribitur de accentu diſſeremus.

Principio itaq; dicit,quam græci proſodiam appellant, latine interpretatur tum accentum,tum accentiunculam,tum notam vocis,tum moderamentum,tum voculationem. Totum hoc a Gellio noct. attica lib. xiij. tranſlatum eſt. Sed & Quintilianus autor eſt ab eo quod tonos græci dicunt,antiquiores noſtros accentum etiam vocaſſe tenorem. Verba illius in lib. j. ſunt diffi-cilior obſeruatio eſt per tenores:quos quidem ab antiquis dictos tenores comperio, videlicet declinato verbo a græcis,qui tonos dicũt.Sed ſi verbũ ex verbo interpretari velimus,quã græci proſodiam dicunt latinæ interpretabimur accentũ a pros quod eſt ad præpoſitio,& ode cantus:erit igitur accentus quaſi cãtus:quẽadmodũ lib. j. diximus.

Accentus lex eſt,quia tendit ſyllaba ſurſum;
Vel qua deprimitur:vel qua ſignatur vtrunq;.
Primus acutus erit;quo ſyllaba ſurgit in altum.
Rurſus & ille grauis, quo ſyllaba p̃ſſa deorſum.
Eſt circunflexus,quo ſurgit depr̃imiturq;.
Sed circunflexus & acutus dicitur eſſe
Verborum accentus,grauis eſt,quo ſyllaba cõſtat.

¶ Accentus eſt lex. ponit diffinitionẽ accẽtus ab antiquis atq; etiã iunioribus grãmaticis celebratam dicẽs,q̃ accentus eſt certa lex,ſiue regula,ſiue præceptio accõmodata ad ſyllabam eleuandam,cum ſcilicet acuitur,vel deprimendã cum grauatur,adde etiam tu ad eleuandam deprimendamq;,cum ſcilicet circunflectitur,hoc eſt eleuatur deprimiturq;.Eſtq; accentus triplex.vt ex diffinitiõe ſuperiori colligitur,q̃ accentus eſt triplex,hoc eſt acutus, grauis,& circunflexus.Nam omnis ſyllaba dictionis cum pronunciatur,aut acuitur tantum,aut grauatur tantum,aut circũflectitur.i.partim acuitur partim grauatur. Sed cum de accentu loquimur,per excellentiam de acuto vel circunflexo intelligimus,quem tum prædominantem,tum principalem appellamus.Itaq; tam apud latinos,quametiam apud græcos atq; reliquas nationes barbaras in qualibet dictione vnus eſt tantum accentus prædominans,qui aut eſt acutus aut circunflexus neq; habere poteſt,aut plures acutus,aut plures circũflexos,aut alterum acutum & alterum circũflexum. Nam cum ſit accentus ille prædominans,velut anima vocis(vt Diome.ait) non modo vnus eſſe debet,verũetiam efficit. vt dictiones inter ſe diſtinguantur.Omnis enim res(vt philoſophi tradunt)a forma habet,quod ſit vna. Cum vero accentus circunflexus in ſyllaba longa debeat collocari,quæ duo tempora in prolatione conſumit:primũ tempus accentu acuto,alterum accentu graui profertur.& ſic colligitur accentus circũflexus,qui compoſitus eſt ex acuto & graui. De quo quid nos ſentiamus, ſtatim dicetur,ſi prius ſtulticiam illorum coarguerimus,qui accẽtum(neſcio quem)moderatum finxere.Cuius inuenti artifex(quãtum ego ſuſpicari poſſum)fuit Alexãder a villa dei,qui neſcio quibus laruis exagitatus ſibi perſuaſit,eſſe apd̃ latinos quartum illum accentum latinis in auditũ.Quem idcirco moderatũ appellauit,q̃ inter acutũ & grauem quodãmodo ſit medius, quod nemo vnquam ante illum,ſed neq; poſt illum quiſquã ſanæ mentis non modo non dixit:ſed nec ſuſpicatus quidem eſt. Sed iam video quid illũ deceperit.Nam cũ videret homo natura muſicus(quippe qui Gallus erat) dictiones quaſdã barbaras (hebraicas maxime)vehementiori quodã ſono & pluſquã latinæ linguæ ratio patitur in fine acui:ſyllabas illarũ terminales accentu acuto debere proferri putauit. Quæ vero ſecundum latini ſermonis regulã accẽtu acuto proferẽdæ erant, ipſe noua quadam ratione & a ſe primũ excogitata moderato accentu proferendas eſſe dixit, qui (quemadmodum ipſe putat) tantũ vincetur ab acuto,quantũ graui: ab illo ſuperatur.Quod ſi tantopere Alexãder dictionibus barbaris proſpicere volebat, vt cum ſuo illo vehementi ſono vel ſtridore potius latino ſermoni miſcendas eſſe putauit, non ex antiquorũ præceptis,quæ ſunt de accentu tradita,quicquam immutare debuit, ſed dictionibus barbaris accentum a ſe nuper excogitatum accommodare appellans illum hyperoxiam.ideſt ſuperacutum,aut hyperboliam.ideſt trãſcendentem, quandoquidem ſupra Latinum accentum finales illarum dictionũ ſyllabæ proferuntur.Sed vide obſecro quã in perniciem alexandrina hæc licentia euaſerit,vt cũ nos voces barbaras accentu latino mollire debuerimus,imitatores iſti,vel potius alexandri admiratores,e diuerſo conati ſint accentu barbaro dictiones latinas efferre.Sed quemadmodum in eo ſermone diximus,in quo eſt a nobis de vi & poteſtate litterarum ſatis prolixe diſputatum,multa fuerũt in vſu apud maiores noſtros:quorum neq; veſtigium quidem vllum noſtro ſeculo vidimus,cuiuſmodi eſt, quod de accentu circunflexo impræſentiarum agitur, qui cum ab antiquioribus æque fuerit atq; acutus & grauis prolatus, nemo eſt hodie,qui illum enunciet, aut ſi ab alio fuerit prolatus, qui illum auditu percipiat ſenſuq; diiudicet.Neq; id mirum cuiquã videri debet,cum in re huic cognata atq; germinaſſima tale aliquid acciderit.Nam cum legamus tria muſices genera fuiſſe apud veteres,chromaticum,enharmonicũ.& diatonicum,duo illa priora ſic obliterata ſunt,vt nemo ſit hodie,qui(præterq̃ in diatonico genere)poſſit canere,ſed neq; ſi alius quiſpiam in chromatico vel enharmonico genere caneret,poſſet conſonantias perpendere,atq; de illis recte iudicare. Quemadmodum igitur non ratione aliqua,ſed potius maiorum noſtrorum negligentia duo illa muſices genera funditus interierunt:fortaſſe quod in illis conſonantijs ratio erat aliquanto ſcrupuloſior:idem quoq; ego ſuſpicor accentui circunflexo accidiſſe,qui ex eo quod in ſyllaba per naturam longa ſedere amat,neq; omnes quæ ea ſit,facile intelligunt,ex incuria vel ignoratione potius noſtri ſeculi cœpit in deſuetudinem abire. Quod vero quidam exiſtimant,eundem eſſe circunflexum,quem ipſi moderatum appellãt,nimirum in eo falluntur.Neq; enim quia alter ab vſu receſſit,alter nuperrime inductus eſt, eundem eſſe putare debem9, cum præſertim circunflexus in vltima tantum & penultima ſyllaba.moderatus vero ſuus in penultimam & antepenultimam tantum collocetur. Sed quanq̃ propter rei difficultatem in primis introductionibus noſtris præceptum ſit confundere circunflexum cũ acuto, quippe qui iam inde ab initio teſtati ſumus, nos puerorum eruditioni tantum introductiones ſcribere,nihilominus tamen regulas ab antiquis traditas proponemus. ¶ Sed circunflexus,queadmodum ſupra diximus,duo ſunt accentus prædominantes,acutus videlicet & circũflexus,qui proprie dicuntur accentus.vnde & accentus dictionum appellantur.grauis vero non accentus ſimplex,ſed accentus ſyllabæ dicitur.Eſt tamen cum accentus grauis eſt,accentus dictionis,hoc eſt in conſequentia,quam græci vocant ſinapiam.ſed de hoc alias.

# LIBER QVINTVS.

Quæ monoſyllaba ſit natura dictio longa:
Circunflectetur;ſi non,profertur acute.
Syllaba ſi duplex fuerit;ſuſpende priorem.
Quæ ſi natura longa eſt,curtaq; ſequatur:
Circumflectenda prior eſt;reprimeſq; ſecundã.
Si polyſyllaba ſit vox,atq; penultima longa
Natura,ſequiturq; breuis;tunc flecte priorem.
Si fuerit longa prior,& tunc longa ſequatur;
Eſt acuenda prior,quæ ſi breuis eſt,acuetur
Ante penultima;ſed non ſemper regula ſeruit.
In primis fallit;vt ſit diſtinctio vocum;
Vt puta;pone;palam;porro;ergoq;vna;aliaſq;.
Quæ circumflectit;ſed & illa in fine acuuntur.
Dictio prætea ſi ſit conciſſa;manebit
Integer accentus in eadem ſede locoq;.

*¶ Quæ monoſylla.incipit tradere regulas accentus & primo de dictionibus monoſyllabis dicens,quod dictio vnius ſyllabæ,ſi eſt natura longa circũflectitur.vt res.mos.& ſubdit,quod ſi nõ,ſubaudi eſt natura longa:ſed aut breuis aut poſitione longa acuitur.vt ſal.gens.ſed quæ ſint natura longa per regulas ſuperius traditas ſcire poſſumus,quæ vero ſint natura breues & poſitione longæ,non ſatis liquet,¶ Syllaba ſi duplex.ſecunda regula eſt,quod ſi dictio eſt duarum ſyllabarum,fueritq; aut vtraq; breuis,aut vtraq; longa,aut prima breuis & altera longa,prior ex illis acuit. vt deus,muſæ,dei,quod ſi prior fuerit longa & ſequatur breuis: prior circũflectenda eſt,vt muſa in nominatiuo & vocatiuo. ¶ Si polyſyllaba.iij.regula eſt.quod ſi dictio eſt pluriũ ſyllabarum,cõſiderandæ ſunt duæ vltimæ,& ſi vtraq; fuerit longa prior acuetur.vt romanos.ſi prior longa eſt & poſterior breuis:prior circũflectetur.vt Romanus,o romane.ſed ſi vtraq; fuerit breuis,aut prior breuis ſequenti longa,transffertur accentus in ante penultimã.vt animus.animi.Et ſubdit,q; hæ regulæ non vſq;quaq; ſunt veræ,nam aliquando patiuntur exceptionẽ: nam in ſex caſibus fallunt.¶ In primis fallit,dicit q; regulæ ſuperiores fallunt primo diſtinctione,hoc eſt differentiæ cauſa,ponitq; aliquot exẽpla,in quibus autores differentiæ cauſa mutauerunt accentus.vt puta,pro ſicut, ne putetur ſecunda perſona imperatiui modi huius verbi puto.as.acuit vltimã.Perſi.hoc puta nõ iuſtũ illud, male rectius iſtud pone,pro eo qđ eſt retro,ne putetur eſſe perſona ſcđa imperatiui modi huius verbi pono.is.Verg. ij.æñ.pone legunt ſinuantq; immenſa volumina terga. Palam,pro eo,q; eſt publice,ne putetur eſſe accuſatiuus ab eo quod eſt pala instrumento ruſtico. Porro,pro eo qđ eſt deinde,ne putetur eſſe ablatiuus ſiue datiuus,ab eo quod eſt porrũ.i.vt illud ex euangel.porro vnum eſt neceſſarium. Ergo,pro cauſa, ne putetur eſſe coniunctio illatiua. vt apud Vergili.vi. æneid. illius ergo venimus. Vna,pro eo quod ſimul,ne putetur eſſe nominatiuus generis fœminini ab eo quod eſt vnus vna vnũ. Alias,pro alio loco & tempore:ne putetur eſſe accuſatiuus pluralis ab alius alia aliud,quod Priſcia. dicit vltimam circũflectere,cum ſuperiora illa in fine acuantur. In alijs vero particulis in quibus autores non aſſignauerunt hanc accentus differentiam,nec nos aſſignare debemus. Quod ſi autores in his voluerunt facere diſtinctionem,cur non & in illis falſo. ſedulo. modo. forte. repente. & ſimilibus ne putetur eſſe caſus obliqui,ab eo quod eſt falſus,ſedulus. modus. fors. repens? Sed reſpondebunt opinor,differentiam in illis tantum eſſe faciendam,in quibus autores facere voluerunt. Priſcia quoq; libro.xv. ſcribit compoſita ab in[illegible]:vt deinde,perinde,ſubinde antepenultimam habere acutam. Sed eſto, aſſentiamur Priſciano atq; illius ſæculi grammaticis in ijs quæ antiquiores ſiluerunt,quid in illis alonge. delonge.deinceps deorſum. etiam ne accentum corrumpemus? faceſſat obſecro vos tantum dedecus a ſermone latino,& niſi vbi nos neceſſitas maiorum autoritate definita coegerit: nunquam ab accentu regulari diſcedamus. atq; illam fœditatem in primis fugiemus, quam voces latinæ reformidant,cum accentu illo ſuperacuto proferuntur. Atq;(vt ſemel dicam) quid hac de ſentiam,ſemper in accentu dictionum latinarum latina regula eſt obſeruanda, præterquam vbi optimi autores aliter cenſuerunt eſſe faciendum. Quos autem velim optimos intelligi,iam a principio huius operis teſtari ſumus. Quod cum autoritate: vt ſæpe diximus, faciendum ſit, non tamẽ ita fieri debet, quemadmodum iſti putant,vt accentus acutus grauem ſuperet ſeſquitono,ſed ſemitono,vel potius dieſi,hoc eſt,non ſuo illo accuto qui latinis in auditus eſt,ſed clementi atq; modico accentu,& fere qualis ille eſt,quem ipſi moderatum appellant. ¶ Dictio præterea. fallit præterea accentus latini regula in quibuſdam dictionibus abſciſſis, quæ in eadem ſyllaba retinent accentum principalem,in qua erat ante abſciſſionem,quemadmodum in nominibus proprijs ſecundæ declinationis terminatis in.ius, quæ apud antiquiores fecerunt vocatiuũ.u.us.mutata in.e.vt hic Vergilius o vergilie. hic mercurius o mercurie antepenultima acuta.abiecta deinde.e. finali o Vergili o mercuri penultima acuta,quanquam ſit breuis,quod eſt contra regulam latinam de dictionibus pollyſyllabis, quamquam.P.Nigidius vir ſui ſæculi(præter vnum Ciceronem omnium eruditiſſimus)putauerit in caſu vocandi huius nominis Valerius primã accentu acuto e[illegible] proferenda.Quod & ſi Gell.libro.xij.noct.atti.ſcribit,non defuiſſe,qui irriderent: ego tantum Nigidio tribuo.vt libentius velim cum eo errare,quã cum omnibus grãmaticis verũ dicere. Et nõia gentilia terminata in.as.vt hic hæc hoc arpinas.larinas.toloſas. pro quibus antiquiores dicebant. arpinatis.te. larinatis. te.toloſatis.te. Acuuntur in fine.vel potius autore Priſcia.circũflectuntur,quod etiam de duobus illis pronominibus noſtras & veſtras intelligendũ eſt,quæ & ipſa quodãmodo gentilia ſunt. Abſciſſa quoq; ſunt illa donec,pro quo antiquiores dicebant donicum. qđ apud Plau.multis in locis legimus.huc.adhuc.iſthuc.illhuc.pro quibus hucce.iſtucce illucce.illi dicebant,& cõpoſita a dic. duc.fac.quæ videtur abſciſſa a dice.duce.vt benedic.maledic.deduc.educ.benefac.quãq; de cõpoſitis a facio nõ liquet quo accentu quibuſdam in locis proferri debeant.Nam latina regula exigit.vt benefac.malefac.& benefacis.benefacit.malefacis,malefacit & ſimilia. antepenultima acuta proferamus. De illis enim qui in compoſitione mutant.a.in.i. nihil eſt dubitandũ niſi quod accentum regularem ſequuntur. Sed neſcio qua de cauſa iunioribus grammaticis placuerit priuilegio quodã vti in compoſitis ab hoc verbo facio,is,cũ in cõpoſitione.a.non mutatur in.i.vt in ſecũda & tertia perſona præſentis indicatiui modi numeri ſingularis penultima accentu acuto proferatur.vt benefacis.acit.tepefacis tepefacit,cum penultima breuis ſit.*

Pari licentia vtuntur in compoſitis ab illius appendice fio fis.cum ratione declinationis monoſyllabum efficitur,in fine nãq; accentu acuto efferuntur,vt tepeſis.eſit.caleſis.eſit.Quid quod video grammaticis quibuſdam placuiſſe,vt quoties præſens indicatiui pro præterito eiuſdem ponitur:quia tertia perſona ſingularis pauciores habet ſyllabas quaſi abciſſa in fine circunflecteretur,vt audit pro audiuit,fumat pro fumauit. Ediuerſo barbara nomina in fine acuta,quæ ſyllabæ extenſione latina efficiuntur,in eodem loco habent accentũ in quo erat cum eſſent barbara,vt iacobus,ſathanas,ioſephus,& ex Hiſpanis Iſabel,Iſabela. Leonor,leonora.

Cum coniunctiuæ voces & præpoſitiuæ,
  Diſſimulentq; tonos ſemper,ſempq; grauentur,
  Si poſtponantur,retinebit finis acutum.
Attrahit accentum vox attractiua prioris
  Particulæ finalem acuendo;quatuor hæc ſunt.
  Cum,q;,ne,ve,ſed cum;ſi ſit ꝓnomine iunctum.
Finales acuit,percunctans teq; rogansq;.
Hebrææ voces plærumq; in fine acuuntur.
  Non tamẽ & ſemper;quia ſepe in fine grauant.

¶ Cum coniunctiuæ,fallit quoq; accentus regula,cum præpoſitiones poſtponuntur ſuis caſualibus,quod eſt contra illarum naturam,cum.n.præpoſitiones omnibus ſyllabis grauentur,atq; vt autor eſt Quin.ita caſui iungantur,vt diſſimulata diſtinctione ſub vno accentu cum eo enuncientur,& veluti in vna dictione vna tãtum ſyllaba ſit acuta vel circunflexa,ſi poſtponuntur,aut per ſe & abſolute ꝓnuncientur,regularem ſeruant accentum,hoc eſt,ꝙ monoſyllabæ accentu acuto,diſſyllabæ vero priore acuto proferri debẽt,vt Verg.v.æñ.trãſtra per & remos,& in ſeptimo.decus imperiũq; latini te penes,aut ſi dixeris penes,ꝙ pars orationis eſt,aut præpoſitiones accuſatiui ſunt ad.apud.ante.Differentiæ tñ cauſa præpoſitio poſt poſita quãdoq; acuitur in fine.Verg.i.æneid.Errabant acti fatis maria omnia circum. vbi Serui.inquit accentum poni contra morem latinum,ſed corrupte hoc fieri,quia præpoſitio poſtpoſita corrupta eſt.In quo ego Priſcia.potius aſſentior ꝙ Seruio,neq; enim vltima ob eam rationem acui debuit,quia poſtponitur.nam ea ratione omnes præpoſitiones diſſyllabæ acuerẽtur in fine cum poſtponuntur:ſed differentiæ cauſa(quod & Quin.ſcribit)nonnullis grãmaticis placuiſſe,vt dictiones quædã propter vocũ diſcrimina acuto ſono in fine proferrẽtur,vt apud Ver.iiij.æñ.quæ circũ littora circũ piſcoſos ſcopulos,vt ſi non acuerẽt circus circi videretur: ſed id ſibi non placere oſtendit:quoniam(vt diximus)præpoſitio præpoſita omnibus ſyllabis grauatur. Eſt tamen(eodem Priſcia.autore)quando præpoſitio popoſita grauatur omnibus ſyllabis,hoc eſt ſi genitiuus ſequatur,redditur ſuprapoſito caſuali,vt ſi dixeris virtutem propter imperatoris,aut ſi alterũ caſuale ſine cõiunctione ſequatur,vt Verg. iiij.æñ.te propter eundem extinctus pudor.Quod ſi media ſit coniunctio,nihilominus ſeruit regula.vt quod ex Verg.attulimus.tranſtra per & remos.At vero præpoſitio compoſita in vnum corpus coaleſcit cum ea dictione cui per compoſitionem adhæret,itaq; cum ea vnum habet accẽtum prædominantẽ,vt perficio.is.In prima.n.& vltima per(ſi grauatur)in media acuitur.Quod ſi poſtponatur,aut ſoluta eſt,& per ſe,vt diximus,acentum habet,aut compoſita,& tunc aduerbium ex vtraq; dictione conficitur,vt hactenus,quatenus.Nam ſi tenus compoſita non eſſet,priorem ſyllabam acueret. Cum,quoq; præpoſitio poſtpoſita illis pronominibus me.te.ſe.nobis.vobis.compoſita eſſe intelligitur,itaq; ſemper cũ illis grauatur.Sũt tamen qui dicant encliticæ particulæ vim tunc habere:& ideo attrahere accentum ad ſyllabam præcedentem. Quod de præpoſitione diximus,etiam de coniunctione dici poteſt:nam præpoſitiua vel communis(ſi poſtponatur) finalem ſyllabã acuit, vt ſi dixeris currit,mouetur igitur,alias omnibus ſyllabis grauatur. ¶ Attrahit accentum,quod particulæ attractiuæ,quas græci incliticas.ideſt inclinatiuas appellant,attrahunt ſiue inclinant ad ſe accentum ſyllabæ præcedentis,hoc eſt attrahendo ſiue inclinando ad ſe eadem acuunt.Verg.i.æneid.o qui rex hominumq; deorumq;.ſyllaba.um.vtrobiq; acuitur,non quẽadmodũ imperita multitudo ſolet acuere ſed modice atq;(vt ſupra diximus)ſono quodam moderato,ſunt aũt particulæ inclinatiuæ quattuor,cum.q;.ne.ve.Sed q;.ne.ve.cõiunctiones ſunt:cũ vero præpoſitio contra naturã ſuam poſtpoſita inclinat ad ſe accentum in quinq; tantum ablatiuis pronominum,hoc eſt mecũ.tecum.ſecum,nobiſcum.vobiſcum. Sed de q;.ne.ve exempla ſunt in promptu. Illud tamen aduertendum,quod etiam obſeruatur a græcis,vt quoties vltima dictionis ſyllaba ratione particulæ incliticæ acuitur,nihilominus dictio illa ſuum accentũ retinet:ita(vt contra id quod ſupra diximus)vna dictio duos accentus acutos habeat,aut circunflexum ſit & acutum,quod & Aldum Manutiũ obſeruaſſe video in illis codicibus quos ex impreſſione ad nos cotidie mittit. Et quanq̃ ex communi præcipiendi modo particulas illas dixerimus incliticas.ideſt inclinatiuas ſiue attractiuas,ex eo quod ex præcedentis dictionis vltimam ſyllabam acuendo ad ſe inclinent ſiue attrahant,græci aliter dicunt,quod videlicet dicuntur incliticæ,ex eo qđ illarũ accentus inclinetur,& remittatur ad vltimã ſyllabã dictionis præcedentis.Nã cũ particulæ illæ ſint cõiunctiones,illudq; ſit coniunctionũ propriũ,vt poſtpoſitæ habeãt accentũ,quẽ præpoſitæ nõ habẽt,illæ tamen quæ dicuntur incliticæ,non habẽt accẽtum,ſed remittunt(vt diximus)illũ in dictionem præcedentem.Hoc quoq; ſentit Priſcianus in examinatione primi carminis Vergiliani.q;(inquit)& aliæ duæ coniunctiones ne videlicet & ve ſunt apud latinos inclinatiuæ,quas græci incliticas vocãt,ſolent enim ſuos accentus in extremam ſyllabam præcedentis dictionis remittere,ſiue igitur hoc ſit ſiue illud in idem recidit,quod ad rationem proferendi attinet.¶ Finales acuit,quinto deficiunt regulæ ſuperiores,quoniã vltimæ clauſularũ ſyllabæ,quæ intergotiue proferũtur,habent accentũ.Sed interrogatiõis genera duo ſunt,altera nãq; dicitur percũctatio,altera nomis genere dicitur interrogatio. Atq;(vt Auguſti.in iij.lib de doctrina chriſtiana notat)inter percũctationẽ & interrogationẽ hoc intereſt,ꝙ ad percũctationẽ,multa reſpõderi poſſunt,ad interrogationẽ non poteſt reſponderi niſi aut non,aut etiã.vt ſi dicas quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes,poſt percunctationẽ multa poterũt reſponderi. At cũ dicitur,aut quid in euerſa vidi crudelius vrbe? vnũ tantũ potuit reſponderi,hoc eſt nihil. ¶ Hebrææ voces,ſexto deficiũt regulæ ſuperiores in idiomate,hoc eſt,cũ dictiones peregrinæ cũ ſua litteratura in ſermonẽ latinũ trãſferũtur,peregrinas autẽ hoc in loco intelligimus hebraicas & græcas.

Itaq; de hebraicis tradit primam regulam, quod plærumq;, hoc eſt pro maiori parte, acuunt vltimam, non tamen ſemper id quod Alexander a Villa dei putauit, quoniam complures acuunt penultimam & nonnullæ in tertia a fine acuuntur. Nam quemadmodum in repetitione illa quam fecimus nuper, pluribus eſt a nobis diſputatum, ꝙ dictiones hebraicæ quæ in veteri ac nouo inſtrumento continentur, nam de alijs impræſentiarum non curamus, non excedunt numerum quinq; milium ex quibus quadringentæ, aut non multo plures acuunt penultimam. Tertia vero a fine multo pauciores ſexaginta opinor, aut multum octoginta quas licebit videas in ſuo loco, Sed quod de dictionibus hebraicis diximus, intelligendum eſt de illis quæ non declinantur græca, aut latina inflexione. Nam ſi græce declinantur: accentum quoq; græcum habebunt, ſi latine, accentum latinum: vt ecce Abia, ſi non declinetur, accentum habet in fine, ſi declinetur græce abias abiu, accentum habet in penultima, quia vltima eſt longa, ſi latine abias abiæ accentum in penultima: quia penultima eſt breuis. Sed de hoc in memorata repetitione plura. ¶Si caſus græcos, ſubiungit alteram partem de dictionibus græcis, dicitq; quod ſi ex declinatiōe græca latini aliquos caſus vſurpauerint, neceſſario accētu græco ſunt proferēdi. Hæc regula ab omnib9 in commune doctis pariter & indoctis recepta eſt, nondū tamen ab aliquo (quod ego ſciam) elucubrata. Nos tamen in præfata repetitione pro virili noſtra hanc partem enucleauimus, hoc etiam in loco tātum admonuiſſe lectorem duxim9 eſſe ſatis. deinde ſubdit, quod ſi dictio græca declinatione latina inflectatur accentu quoq; latino eſt proferenda. ¶Eſto exempli cauſa, lampas in recto caſu græca eſt ſimul & latina. Sed a græcis in fine, a latinis in penultima acuitur. In genitiuo lampadis latinæ accentu in antepenultima, lampados græce in penultima profertur. In datiuo quoq; lampadi vltima longa accentu in antepenultima profertur a latinis, Sed lampadi vltima breui accentu in penultima profertur a græcis. In accuſatiuo præterea lampadem & lampada, ſed lampadem latinæ, lāpada græci vtriq; ſuo accentu proferunt. Vocatiuus ſimiliter vt nominatiuus. Ablatiuus, quia mere latinus eſt, accentu latino tantum profertur. In plurali nominatiuo lampades a græcis, es correpta terminatur: atq; proinde ab illis accentu in penultima profertur. Latini tamen eandem producunt, quare ſuo accentu, hoc eſt, in ante penultima acuto enunciabunt. In accuſatiuo plurali lampades, quia mere latinus eſt, accentu latino profertur, lampadas vero: quia græcus, græcum quoq; accentum habebit, hoc eſt, in penultima. Sed de his ad ſufficiētiam in repetitione (identidem repetita) diſſeruimus.

Id quod Alexander (deceptus forte) putauit.  
Si caſus græcos vſurpet ſermo latinus:  
Accentu græco talis vox eſt referenda.  
Græca ſi tali ſi vox; ſed declinata latine;  
Accentus noſter caſus moderabitur illos.

¶Donati grammatici Barbariſmus incipitur.·:·.

BArbariſmus eſt vna pars orationis vitioſa in communi ſermone; in poemate metaplaſmus. Item barbariſmus in noſtra loquela; in peregrina barbara lexis dicitur; vt ſi quis dicat maſtruca; cateia; magalia; acinacis.

DOnati grammatici. Hic eſt ille Donatus, quo præceptore multis in locis diuus Hieronymus gloriatur, extat eiuſdem opuſculum de octo partibus orationis, enarrationes quoq; in Terentium & Vergilium, ſcripſit etiam in Lucam referente Hieronymo. Opus autem inſcribitur barbariſmus, non quod de ſolo barbariſmo hic agatur: cum multo plura dicenda ſint de ſoloeciſmo. de metaplaſmo. de figuris. de tropis: ſed quod in titulis librorum aliquando plura promittuntur, aut pauciora, quam poſtea reddantur, aut quod eſt conſuetudo nominandi libros ex ipſorum initio, quemadmodum apud hebræos quem appellamus nos Geneſim, ipſi vocant Bereſit, quod interpretatur in principio, quia liber ille ſic incipitur. In principio creauit Deus cælum & terram, & eodem modo Helleſemoth, Exhodum. Vaicra Leuiticum.

BArbariſmus. Inter barbariſmum & ſoloeciſmum eſt differentia, quod barbariſmus eſt vitium in vna parte orationis, ſoloeciſmus in contextu partium orationis; ſed aduertendum eſt hoc in loco id quod Seruius annotauit in libro quinto æneidos, inter barbariſmum & lexim, hoc eſt latinam perfectamq; locutionem eſſe metaplaſmum, qui in vno verbo fit ratione vitioſus, hoc eſt, quod quanquam ſit vitium, ratione tamen defenditur excuſaturq;. Inter ſoloeciſmum rurſus & ſchema, ideſt perfectam ſermonum connexionem eſſe figuram: quæ fit in contextu partium orationis ratione vitioſa. ideſt, vt ſtatim diximus, quod quanquam ſit vitium, ratione tamen quadam excuſatur. Ergo metaplaſmus (inquit) & figura media ſunt, diſcernunturq; peritia & imperia. ¶Dicit igitur, quod barbariſmus eſt vna pars orationis vitioſa. i. vitium quod contingit in vna parte orationis. In communi ſermone. ideſt proſa ſiue oratione ſoluta & pedeſtri, vbi non relinquitur locus excuſationi, niſi deffendatur vitium vſu & autoritate. In poemate. ideſt apud poetas, quibus licet multa facere, quæ non licet hiſtoricis & oratoribus: ſed de metaplaſmo infra diſputabitur. Item barbariſmus. ponit differentiam inter barbariſmum & barbaralexim. Nam barbariſmus eſt vitium partis alicuius in eadem lingua, vt ſi dicas domini pro dominus. ¶Barbaralexis eſt, cum dictio peregina aſciſcitur in ſermonem noſtrum. vt maſtruca, quod eſt genus veſtis ſardorum. ideſt ſardiniæ incolarum, quo vocabulo vtitur Cicero in oratione pro Scauro. Cateia, genus teli Germanorum: de quo Vergilius in æneid'. teutonico ritu ſoliti intorquere cateias. Magalia domus paſtoritiæ aphrorum. Verg. pri. æneid. Miratur molem æneas magalia quondam. Acinacis Medorum gladius, de quo dixit Horatius. pri. carmi. vino & lucernis medus acinacis.

¶ Barbariſmus autem. Diuidit barbariſmum in duo genera, hoc eſt eius quod fit ſcripto & eius quod pronunciatione, quorum quodlibet rurſus diuidit in quattuor genera. ſ. additione, detractione, immutatione, tranſmutatione, litteræ, ſyllabæ, temporis, toni, aſpirationis: & ita colliguntur quadraginta barbariſmi ſpecies, hoc eſt viginti ex ſcripto & totidem pronunciatione de quibus ſtatim ponit exempla. ¶ Per additionem litteræ. Verg. primo æneid. Troas relliquias danaum atq; immitis Achilli. Nam reliquiæ a relinquendo ſunt appellatæ prima vtroq; breui: ſed poeta produxit, ideo l. littera eſt adiecta, excuſatur autem vitium carminis neceſſitate. ¶ Per additionem ſyllabæ fit barbariſmus, vt quod ponit exemplum pro abiſſe abiiſſe. ex Verg. ii. æn. Nos abiiſſe rati & vento petiiſſe mycenas. immo detractio eſt ſyllabæ abiiſſe pro abiuiſſe: cõmodiuſq; exemplũ eſſet illud ex Iuue. & barbarus induperator. interiecta ſyllaba. du. pro imperator. ¶ Per additionẽ tẽporis. vt Verg. i. æn. Italiã fato profugus, nã prima per naturã breuiatur. Idem in. vii. antiqua ex cedro Italuſq; paterq; Sabinus. ¶ Per detractionem litteræ, vt infantibu paruis, pro infantibus paruis, & eſt (opinor) Lucilij exemplũ. Per detractionẽ ſyllabæ. vt ſalmentũ. pro ſalſamentũ, & eſt poetæ cuiuſpiã antiquiſſimi. Per detractionem tẽporis, vt Verg. i. æn. Vnius ob noxã & furias Aiacis oilei. cũ vnius penultima pducta proferri debeat. ¶ Per immutationẽ litteræ. vt Verg. i. æn. Olli ſubridens hoĩm ſator atq; deorũ. pro illi ſubridens. Per immutationem ſyllabæ: vt q. dicit pernuces pro pernices, ſed hoc exẽplum nõ facit niſi ad mutationem litteræ, ſed cõmodius exẽplũ eſſet illud Catulli, quoi dono lepidum nouũ libellũ, pro cui. Per immutationẽ tẽporis. vt Verg. viii. æn. Feruere leucatẽ: penultima breui, cũ feruere per ſecundã penultimã producere debeat, tametſi feruo. is. per tertiam declinetur. ¶ Per tranſmutationẽ litteræ, vt Verg. xi. æn. Hæc mea magna fides: at non Euãdre pudendis. quanq̃ Euandre poſſit eſſe ab eo quod eſt Euãdrus, vt idẽ. tunc rex Euandrus Romanæ cõditor arcis. ¶ Syllabæ, vt diſpliina pro diſciplina, & eſt forte exẽplum ab aliquo autore ſumptum. Tẽporis, vt ſi lõgã pro breui & breuẽ pro lõga poſuiſti, vt qđ ponit exemplũ deos, cuius prima ſyllaba eſt breuis & vltima longa. ¶ Toni quoq;. Superius tantum poſuit exempla de additione litteræ, immutatione, tranſmutacione litteræ vel ſyllabæ, vel tẽporis. vnde colliguntur duodecim ſpecies barbariſmi in prolatiõe, totidemq; in ſcripto, nunc dicit quod etiã per accentus poſſunt fieri quattuor ſpecies barbariſmi in prolatiõe: & quia etiam accentus per apices deſignantur, totidẽ etiam ſpecies colligentur ex ſcripto. Tempora quoq; in ambiguis per aſpices debere notari Quinti. præcipit, quare barbariſmi ſpecies circa tempus dupliciter erunt, hoc eſt ſcripto & prolatione, & ſic habemus duas & triginta barbariſmi ſpecies. ¶ Totidem etiam modis. octo quoq; aliæ ſpecies barbariſmi colliguntur circa aſpirationem, nam & ipſa poteſt addi, vt ſi tamen ſcribas per. th. Detrahi, vt ſi thalamus ſcribatur ſine aſpiratione. Immutari, vt ſi tethys vxor oceani ſcribatur in ſecunda per. t. exile. Tranſmutari, vt ſi eadem ſcribatur primo aſpirato & ſecundo exili. Itaq; ex ſcripto ſuboriuntur quattuor barbariſmi ſpecies, & quia ſic proferri debemus quemadmodum ſcribimus: & ſcribere vt proferimus, colliguntur aliæ quattuor ſpecies ex prolatione aſpirationis, aut ſaltem ſi non eſt prolatio, erit quædam ſpiritus expreſſior & ſic reſultant quadraginta (quas dixdmus) barbariſmi ſpecies: de quibus hactenus dictum eſt. ¶ Fiunt autem. ſunt alia vitia in ſermone, puta hiatus per concurſus plurium vocalium, aut colliſiones per concurſus plurium conſonantium, illarum maxime quæ duriores ſunt. vt. f. r. flagro. frango. quemadmodum in illo verſu quem affert Horatius, poſtquam ferratos poſtes portaſq; refregit. & illud Vergilii: poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento. Sunt etiam vitia malæ compoſitiones, quam græci vocant cacoſynthethon. vt quod per. m. litteram fit cum ſequitur vocalis: nam. m. magis videtur ſonare cum vocali ſequente quam cum præcedente. vt ſi dixeris, venturum excidio Lybiæ. & dicitur metaciſmus. ideſt vitium circa. m. littera ea figura qua barbariſmus. Lambdaciſmus fit per. l. litteram, quando videlicet, aut nimis ſonat, aut parum ſonat, quod & circa alias litteras contingit. nam (quemadmodum Quinti. ait) ſonus litterarum, neq; debet eſſe oppreſſus neq; expreſſus

Barbariſmus autẽ fit duobus modis, ſcripto & pronunciatione. His bipartitis quattuor ſpecies ſupponuntur, additio, detractio, immutatio, tranſmutatio litteræ; ſyllabæ; temporis; toni; aſpirationis.

Per additionẽ litteræ fiunt barbariſmi; vt relliquias Danaum; cum reliquias per vnum. l. dicere debeamus. Syllabæ, vt nos abiiſſe rati; pro abiſſe. Temporis; vt Italiam fato, cum Italiam correpta prima dicere debeamus.

Per detractionem litteræ; vt infantibu paruis; pro infantibus. Syllabæ. vt ſalmentum pro ſalſamentum. Temporis, vt vnius obnoxam; correpte pro vnius producte

Per immutationem litteræ; vt olli pro illi Syllabæ; vt pernuces pro pernices. Tẽporis; vt feruere leucatem; cum feruere ſit ſecundæ coniugationis; & producte dici debeat.

Per tranſmutationem litteræ; vt Euandre pro Euãder. Syllabæ; vt diſplicina pro diſciplina. Temporis: vt ſi quis deos producta priori ſyllaba & corepta poſteriori pronunciet.

Toni quoq; ſimiliter per has quattuor ſpecies commutantur; nam & ipſi adiiciuntur; detrahuntur, mutantur; & tranſmutantur; quorum exempla vltro ſe offerent, ſi quis inquirat.

Totidem etiã modis per aſpirationem deprehenditur barbariſmus, quem quidam ſcripto, quidam pronunciationi iudicant adſcribendum propter. h. ſ. quã alij litteram, alij aſpirationis notã deputãt.

Fiunt autem barbariſmi per hiatus & colliſiones, & ſunt etiam malæ compoſitiones cacoſynthethon, quæ vitia nonnulli barbariſmum eſſe putant; in quibus ſunt metaciſmi / lambdaciſmi /

Iotacismi; Hiatus; Colliſiones, quæ omnia plus æquo minus ve ſonantia ab eruditis auribus reſpuuntur, Nos cauenda hęc omnia vitia prælocuti controuerſiam de nomine pertinacibus relinquamus.

¶ De Solœciſmo.

SOlœciſmus eſt vitium in contextu partium orationis contra regulam artis grammaticę factum. Inter Solœciſmum & Barbariſmum hoc intereſt, ꝙ Solœciſmus diſcrepantes aut inconſequentes inter ſe dictiones habet. Barbariſmus autem in ſingulis verbis fit aut ſcriptis aut pronunciatis. Quamq̃ multi errent; qui putant in vna parte orationis etiam fieri Solœciſmum; vt ſi demonſtrãtes virum hanc, aut fœminam hunc dicamus. Aut interroganti quo pergamus, reſpõdeamus Romæ. Aut vnum ſalutantes; ſaluete dicam⁹. Cum vtriq; præcedentis demonſtratio vel interrogatio vel ſalutatio vim contextæ orationis obtineat.

Multi etiam dubitauerunt vtrum quadriga, ſcopa, ſolœciſmus aut barbariſmus eſſet, cum ſcilicet id genus dictionis barbariſmum eſſe; vel ipſius vitij diffinitione poſſit agnoſci facile.

Solœciſmus fit duobus modis, aut per partes orationis; aut per accidentia partium orationis. Per partes orationis fit; cum alia pars pro alia ponitur, vt toruumq; repente clamat, pro torue. nomen pro aduerbio ponitur. Fit etiam in eadem parte orationis hoc vitium, cum ipſa pro ſe non in ſuo loco; neq; vt conuenit; ponitur, vt cui tantum de te licuit; pro in te.

Per accidẽtia partium orationis fiunt tot modis ſolœciſmi; quot ſunt accidentia partium orationis; ſed in his propter compendium; ideſt breuitatem; pauca monſtrabimus.

Per qualitates nominum fiunt ſolœciſmi; vt hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. proprium pro appellatiuo poſuit.

*Iotaciſmus fit p i. litteram quæ a græcis dicitur iota. per quam frequenter oratio fit hiulca, quæ omnia, ſubaudi vitia ſonantia plus aut minus æquo. i. eo quod oportet, quod vitioſum eſt (nam vt dixi ex Quintil. autoritate) ſonus litterarum neq; debet eſſe oppreſſus neq; expreſſus, hoc eſt neq; nimium neq; parum ſonare. Sed quãtum litteræ debeãt ſonare, non eſt cuiuſq; iudicium, ſed illi⁹ tãtum qui eſt eruditus (nam vt eſt in prouerbio) cæcus male iudicat de coloribus. & hoc eſt, quod Quintili. dixit. Neq; enim cuiuſq; auris eſt exigere litterarum ſonos: non magis hercle q̃ neruorum. Nos cauenda. ſenſus eſt, an huiuſmodi vitia ſint barbariſmi ſpecies, an ſub alio gñe reponi debeãt, nihil refert, neq; in eo multu eſt diſputãdum. nobis ſatis ſit admonuiſſe lectores, vt fugiant huiuſmodi vitia, ſed quid fugere, aut ſequi debeant; iam nõ eſt cuiuſq;, ſed vt dixi, eius qui eſt eruditus.*

*DE ſoloeciſmo. Soloeciſm⁹ dictus eſt a ciuitate Ciliciæ ſoloe. orum. quã ſolon Salamin⁹ cõdidit: cui⁹ incolæ cũ eſſent ſemigræci & ſemibarbari, ſermonem græcũ corrũpere cœperũt: & inde a loco ſoloeciſm⁹ dici cœpt⁹, quemadmodũ barbariſm⁹ a barbaris. hoc vitiũ ab Aſinio Pollione imparilitas: ab alijs ſtribiligo appellatur, i. orationis q̃dã detorſio. Soloeciſmus igitur eſt vitiũ in cõtextu partiũ orationis. nã eo differt a barbariſmo: qui eſt vitiũ in vna tãtũ dictione. Sed hoc vitiũ cõmittitur, quoties quis peccat contra regulas artis grãmaticæ, puta de cõuenientia nominatiui cũ verbo, adiectiui cũ ſubſtãtiuo, relatiui cũ antecedẽte, præpoſitiõis cũ ſuo caſuali, verbi cũ caſu cũ quo debet cõſtrui, & eodẽ modo de reliquis. Inter ſoloeciſmũ. Ex diffinitiõe barbariſmi & ſoloeciſmi iã patuit hæc differentia. Diſcrepantes. i. diſcõuenientes. vt ſi dicas vir bona legũt lectionis. inconſeq̃ntes. vt ſi dicas vir lectionẽ legit bonus. nam licet partes oratiõis in ordine permutari poſſint: eſt tñ quædam incõpactilis iunctura q̃ admitti non debeat. Scriptis aut pñũciatis, & hoc dictũ eſt, vnde barbariſmi ſpecies duplicatæ ſunt. ¶ Quamq̃ multi. q̃ſtionẽ quandã ſoluit, an in vna tantũ particula orõnis poſſet ſoloeciſm⁹ fieri. Rñdetq; poſſe fieri, ſi particula illa habeat implicitã vim cõtextæ oratiõis. Et ponit exẽpla, vt ſi quis q̃reret a te, qs fecit hoc? & rñderet vno verbo hic: oratio eẽt. pfecta. ſubintelligitur nãq; vir fecit. quare ſi rñderet hæc, barbariſm⁹ nõ erit: ſed ſoloeciſm⁹: ac ſi explicite diceret. hæc vir fecit hoc, aut hic fœmina fecit hoc. Rñdeãm⁹ Romæ, p Romã. Aut vnum. Hoc ſoloeciſmi vitio ſermo Hiſpan⁹ freq̃ns eſt. qđ nulla rõne defendi poteſt: ſed ſolo vſu: q̃a docti ſimul & indocti ita loquũtur: & loq̃ndũ eſſe vt plures, ſentiendũ vt pauci Ariſto. autor eſt. ¶ Multi etiã. quadrigæ, arũ et ſcopæ, arum. in nũero tãtũ plurali poſſe declinari Cæſar in libris de analogia. Aul. Gell. Phoca. Diome. Atq; alij teſtãtur. Igitur cũ Plin. li. xxxiiij. dixit, quadriga regitur ab Alcibiade. erat dubiũ: ſed in vno verbo tãtum ex diffinitiõe vtriuſq; vitij conſtat eſſe potiꝰ barbariſmũ. ¶ Soloeciſm⁹ fit duob⁹ modis. duo ſoloeciſmi gña ponit: alterũ qđ fit p partes oratiõis, cũ alia pars p alia ponitur. vt nomẽ p aduerbio, & ecõtrario aduerbiũ p noĩe. aut cũ eadẽ p ſeipſa: ſed aliter accipit. alterũ genus eſt qđ fit p accidẽtia partiũ oratiõis: cui⁹ tot ſunt ſpecies, quot ſunt accidẽtia cuiuſq; dictiõis. Deinde ponit exẽpla vtriuſq; gñis. & primo prioris mẽbri. vt Ver. vij. æñ. Toruũq; repẽte clamat. toruũ nomẽ poſuit p torue aduerbio. ſub hoc gñe eſt alia ſoloeciſmi ſpecies cũ eadẽ p ſeipſa: ſed aliter poſita accipitur. vt apđ Ver. vi. æñ. Cui tãtũ de te licuit. p ĩ te, nã caſus eſt p caſu. i. ablt̃us p actõ. nã qđ præpoſitio de, p ĩ ponitur, ſupioris mẽbri exẽplũ eſt. ¶ Per accidẽtia alterius gñis, qđ fit p accidentia partiũ oratiõis ponit exẽpla. & primo de qualitate q̃ in noĩe eſt: aliã p qđ nomen pprũ diſtiguitur ab appellatiuo. vt Ver. iiij. æñ. Hauriat hũc oculis ignem crudelis ab alto Dardan⁹. Nã pprũ nomen eſt⁹, qui Troiã condidit hoc eſt filiũ Iouis pro*

*Dardanius poſuit.qđ eſt appellatiuū, & omnib9 Troianis competere poteſt. ¶ Per genera fiūt ſoloeciſmi. vt ſi dicas validæ ſilices. forte validæ & ſilices dixit alludens ad illđ Vergili.in buccoli.Ah ſilice in nuda connixa reliquit.ſicut qđ ſequitur eiuſdem Vergi.in eodem.Tū Phaetontiadas muſco circūdat amaræ corticis.nā ſilex & cortex fœminina ſunt.& Plautus in captiuis.collus caret collaria.pro collū caret collario:ſed hoc vitiū potiꝰ ad barbariſmū pertinet,cū non ſit in cōtextu orōnis:ſed in vno tātum verbo:ſed validæ ſilices & amaræ corticis ſub ſoloeciſmo. ¶ Per numeros fiūt ſoloeciſmi.vt ſi dicas*

Per genera,vt validæ ſilices ꝓ validi;& amaræ corticis ꝓ amari,& collus collaria caret.

Per numeros;vt pars in fruſtra ſecant,ꝓ ſecat.

Per comparationem,vt Reſpondit Iuno Saturnia ſancta dearum.

Per caſus.vt vrbē quam ſtatuo veſtra eſt;ꝓ vrbs quam ſtatuo,

Per modos verborum.vt itis paratis arma quam primum viri.pro ite parate arma; indicatiuum pro imꝑatiuo.

Per ſignificationes verborum,vt expoliantur eos & corpora nuda relinquunt.pro expoliant.

Per tempora . vt ceciditqꝫ ſuperbum Ilium; & oīs humo fumat Neptunia Troia. pro fumauit.

Per ꝑſonas,vt Danai qui parēt Atridis;quā primū arma ſumite,ꝓ eo qui paretis.

Per aduerbia; vt intus eo;ꝓ intro.& Italia venio ꝓ de Italia;& ad Romam vado:pro Romam; cū præpoſitio ſeparatim nominibus addēda ſit,nō aduerbio.

Per præpoſitiones.cū alia pro alia ponitur.vt ſub lucem ibant,ꝓ ante lucem. Aut neceſſitate ſubtrahitur; vt ſiluis te Tyrrhene feras agitare putaſti;pro in ſiluis.

Per coniunctiones ; vt ſubiectiſqꝫ vrere flammis. ꝗ pro ve.

Per ordinem coniunctionum ; vt autem fieri non debet;pro fieri autem non debet.

Fiunt præterea ſolœciſmi pluribus modis; quos reprehendendo potius ꝗ̄ imitando poſſumus adnotare; Solœciſmus eſt in proſa. in poemate ſchema dicitur.

¶ Sequitur de decem Vitijs.

CVm Barbariſmo & Solœciſmo decem vitia nominantur: hoc modo. Acyrologia. Cacemphaton. Pleonaſmos. Periſſologia. Macrologia. Tautologia. Eclypſis. Tapinoſis. Cacoſyntheton. Amphibologia.

*illđ ex Vergili.primo æneidos. Pars in fruſtra ſecāt,nā pars non iūgitur niſi vitioſe cū verbo plurali ſecāt:ſed in carmine habet excuſationem:in proſa orōne hoc vitium excuſabile non eſt. ¶ Per comparationem fiūt ſoloeciſmi.quoniā Donat9, & Diomedes comparatiōem inter nominis accidentia numerāt.Et ponūt exemplum alicui9 poetæ,qui non extat:puta Ennij aut Lucilij.Reſpondit Iuno ſaturnia ſancta dearū ꝓ ſanctiſſima. hoc eſt poſitiuū ꝓ ſuperlatiuo. ¶ Per caſus fiunt ſoloeciſmi ſi ponatur caſus pro caſu. vt Vergili. primo æneidos. Vrbem quā ſtatuo veſtra eſt.pro vrbs. hoc eſt actūs ꝓ nominatiuo. ¶ Per modos verborū.per accidentia quoqꝫ verborū fiunt ſoloeciſmi,puta per modū,qđ eſt vnū de verbi accidentib9.Et ponit exemplum ignoti cuiuſdam poetæ.Itis paratis arma quamprimum viri.pro ite parate arma.indicatiuum pro imperatiuo. ¶ Per ſignificationes verborum,quod etiam verbi accidens eſt,fiunt ſoloeciſmi.Et ponit exemplum cuiuſdam incogniti poetæ:expoliantur eos & corpora nuda relinquunt. hoc eſt pro actiua ſignificatione,paſſiuam poſuit. ¶ Per tempora fiunt ſoloeciſmi,cum tempus qđ eſt vnū de accidentib9 verbi,pro alio tempore ponitur.vt Verg.iij. æn.Ceciditqꝫ ſuperbū ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia,fumat,i.præſens poſuit ꝓ præterito fumauit. ¶ Per perſonas fiūt ſoloeciſmi,cū alia ꝑſona ꝓ alia accipitur:& ponit exemplū. vt Danai qui parent Atridis, quāprimū arma ſumite.ꝓ qui paretis : hoc eſt tertia ꝑſona pluralis ꝓ ſecūda eiuſdem numeri: ¶ Per aduerbia fiūt ſoloeciſmi:vt ſi dicas,eo intus ꝓ intro : quia intus ſignificat in loco.intra ad locū;ſed alterū ꝓ altero ponitur hoc in loco.Italia venio nō dicim9:ſed de Italia,& qđ Verg.in principio æn.dixit Italiā fato ꝓfugus Lauinaqꝫ venit littora:quia nomina vrbiū ponuntur aduerbialiter ſine præpoſitiōe. Nomina aūt regionū & ꝓuinciarū nō ponūtur aduerbialiter,ideo iūgi debent præpoſitiōib9.Ad Romā vado nō dicim9:ſed Romā quia ponitur aduerbialiter.Separatim addēda.i.nō ꝑ cōpoſitionē,ſed ꝑ appoſitionē:qđ cū aduerbio non pōt facere:ſed cū dictiōe caſus hñte. ¶ Per præpoſitiones fiūt ſoloeciſmi cū alia ꝓ alia ponitur.vt Ver. ſub lucē exportāt calatis:ꝓ āte lucē:imo circa lucē.Illđ quoqꝫ eiuſdē in .i.æn. Siluis te tyrrhene feras agitare putaſti. ꝓ in ſiluis ſubintellige. ¶ Per cōiūctiōes quoqꝫ fiunt ſoloeciſmi cū altera ꝓ altera ponitur.vt Ver.ij. æn.ſubiectiſqꝫ vrere flāmis.qꝫ,copulatiuā poſuit ꝓ diſiūctiua ve ſiue vel: & hic ſoloeciſm9 fit ꝑ ſignificatiōes cōiūctiōis: ¶ Per ordinē cōiūctionū(qđ eſt vnū ex illis accidētib9) fit ſolœciſm9,cū cōiūctio præpoſitiua ponitur ꝓ poſtpoſitiua.aut ecōtrario.vt ſi dixeris:aūt fieri nō debet:ꝓ fieri aūt non debet.aūt nāqꝫ cōiūctio eſt poſtpoſitiua. ¶ Fiūt præterea.plurib9 alijs modis pōt fieri ſoloeciſm9 ꝗ̄ ſupius ē diſputatū:cū oē vitiū circa orōnis ſtructurā in ſoloeciſmū cadat:qđ multipliciter pōt cōtingere.Sed notādus eſt,nō vt imitemur:ſed vt fugiam9. Soloeciſm9 eſt in ꝓſa.Quēadmodū metaplaſmū dixim9 eſſe mediū inter barbariſmū & lexim,ita nūc dixim9 ſchema eſſe inter ſoloeciſmū & rectā locutionē:ſed ſchema excuſatur rōne carminis:ſoloeciſm9 vitiū eſt inexcuſabile. ¶ De.x.vitijs.*

*CVm barbariſmo,Decē vitia dicit eē cōia barbariſmo et ſoloeciſmo:ꝗ̄ notaui primo,deinde ꝗ illa ſint exponit ſinglatim.*

Acyrelogia: eſt impropria dictiõis poſitio; vt hunc ego ſi potui tm̄ ſperare dolorem, ꝓ timere,

Cacemphatõ; eſt obſcœna ꝓnunciatio vel in cõpoſita dictiõe; vel in vno verbo; vt numerũ cũ nauibus æquat, & arrige aures Pamphile,

Pleonaſmos; eſt adiectio ſupuacua ad plenã ſignificationem. vt ſic ore locuta eſt.

Periſſologia, eſt adiectio verborũ ſupuacua ſine vlla vi rerũ. vt ibãt qua poterãt, qua non poterant nõ ibant.

Macrologia; eſt longa ſententia res nõ neceſſarias cõphendẽs, vt legati nõ impetrata pace retro, (vnde venerunt) reuerſi ſunt.

Tautologia; eſt eiuſdẽ dictiõis repetitio vitioſa, vt egometipſe venio.

Eclipſis, eſt defect⁹ qdã neceſſarię dictiõis; quã deſiderat ꝑciſa ſentẽtia; vt hęc ſecũ; deeſt loqbatur.

Tapinoſis; eſt humilitas magnę rei, nõ id agẽte ſententia qđ demõſtrat. vt penituſq; cauernas ingẽtes vtrũq; armato milite cõplent. i. multę legiones armatorũ militũ impleuerunt multas cauernas. Et Dulichias vexaſſe rates. Et Pelidę ſtomachum cedere neſcij.

Cacoſynthetõ; eſt vitioſa dictionũ cõpoſitio, vt verſaq; iuuencum terga fatigamus haſta.

Amphibologia; ē ãbiguitas dictiõis; q̄ fit ꝑ actm̄, vt ſi qs dicat; audio ſecutorẽ retiariũ occidiſſe. At ꝑ ꝟbũ, vt crimiat̃ Cato, vadat̃ Iuli⁹, nec addat̃ quẽ vł a q̄. Aut ꝑ participiũ; vt video ſtatuã aureã tenentem. Fit etiam per ſynonyma. vt ſi quis dicat aciem, neq; addat oculorum; aut exercitus; aut ferri. Fit etiam pluribus modis; quos recenſere oẽs; ne nimis longum eſſet; non oportet.

¶ De Metaplaſmo.

¶ Acyrologia, q̄ interpretat̃ improprietas. eſt cũ aliqua dictio improprie ponitur. vt cũ ſpes ſit de bono futuro opinato: timor aũt de malo futuro opinato cũ Ver. iiij. æn. li. dixit. hũc ego ſi potui tãtũ ſpare dolorẽ: acyrologiã cõmiſit: q̄ improprietas quãuis in vno verbo ſit: qa ſpero ponitur ꝓ timeo: tũ nõ liquet de vitio, niſi ex ſtructura vtriuſq; particule: hoc eſt ſpare & dolorẽ. ¶ Cacẽphatõ. qđ interpretatur mala ſiue turpis locutio. fit duob⁹ modis: vel ex iũctura partiũ orõnis: cũ videlicet ex fine precedẽtis dictiõis & principio ſeqñtis aliqs ſon⁹ dur⁹ aut turpis ſenſus ſentitur. Et ponit exẽplũ de dura cõpoſitiõe ex Ver. i. æn. dicẽs. Et nũerꝝ cũ nauib⁹ æquat. Nam rum & cũ dure coeũt, de ſcđo Mart. mũc in adoptiuis pſica cara ſum⁹. Aut cõmittitur cacẽphatõ cũ ipſi verbo ſubeſt aliqua turpitudo. vt apđ Terentiũ in andria. Arrige aures Pamphile. cũ arrectio pprie ſit mẽbri genitalis tertigo. Martia, arrigis ad vetulas, faſtidis Baſſe puellas. ¶ Pleonaſmos. interpretatur plenitudo ſiue ſuperabũdãtia. & fit qñ ſupfluit aliqđ verbũ ſine quo ſententia nihilomin⁹ erat pfecta. vt Ver. i. æn. Sic ore locuta eſt. ſupfluit nãq; ore particula: qa ſine ore loqui non poſſum⁹. ¶ Periſſologia. interpretatur ſermõis ſupfluitas. nã periſſos eſt ſupfluus. & eſt quoties verba ſuperflua addũtur: ſiue cũ eãdem rem varijs modis dixim⁹. vt ibãt qua poterãt, qđ vero addit qua poterãt nõ ibãt: ocioſe adiectũ eſt: qa in ſupiori ſermõe intelligitur etiã ſi nõ dicatur. ¶ Macrologia. interpretatur long⁹ ſermo ſiue lõgitudo ſermõis. nã macros eſt lõg⁹: & eſt qñ breuis ſentẽtia multis verbis cõtexitur. Et ponit exẽplũ ex Liuio li. viij. ab vrbe. legati nõ impetrata pace retro vnde venerũt reuerſi ſunt. ſatis enim fuiſſet dicere legati nõ impetrata pace redierũt. ¶ Tautologia. interpretat̃ idẽtitas ſermõis. a tautos qđ eſt idẽ: & eſt qñ repit eadẽ res ꝑ diuerſa verba. vt ſi dicas, egometipſe feci. met & ipſe ocioſe adiecta ſunt: ſaltẽ alterũ illorꝝ. ¶ Eclipſis. interpretatur defect⁹ ab eclipo quod eſt deficio: & eſt qñ particula neceſſaria in orõne deficit verbũ maxime ſine quo oratio impfecta eſt. Et ponit exẽplũ ex Ver. i. æn. Cũ Iuno æternũ ſeruãs ſub pectore vulnus: hæc ſecum, ſubaudi locuta eſt. ¶ Tapinoſis. interpretatur humiliatio. nã tapinos eſt humilis: & eſt qñ rẽ magnã verbo humili & min⁹ ſignificãti exprimim⁹. Et ponit exemplũ. Ver. ex. ij. æn. Vterũq; armato milite cõplent. Nam milite ꝓ militib⁹ min⁹ dixit, & pl⁹ intellexit, & Dulichias rates idẽ Ver. dixit in buc. ꝓ naues Vlyxis: cũ ratis nõ ſit nauis: ſed lignorꝝ ſtrues ad traijciẽda flumina additq; tertiũ exẽplũ ex Hor. in. i. car. Pelidæ ſtomachũ cedere neſcij. i. Achillis nepotis Pelei irã, q̄ neſciebat alicui cedere. ponẽdo igitur ſtomachũ ꝓ ira, partẽ ignobiliorẽ ꝓ nobiliori poſuit. ¶ Cacoſynthetõ interpretatur male cõpoſitũ, & eſt qñ partes inter ſe male coordinantur: qđ plerumq; in carmine cõtingit. Et ponit exemplũ ex Vergi. ix. æneidos. Verſaq; iuuencũ terga fatigam⁹ haſta. hoc eſt nos agim⁹ i. inſtigam⁹ terga iuuencũ ꝓ iuuencorꝝ. haſta verſa. i. eadẽ haſta qua ferro pugnam⁹ verſa in ſtimulum. ¶ Amphibologia. interpretatur ãbiguitas ſermõis, ſiue ãphibologia ãbiguitas. ab ãphibolos: qđ eſt ambigu⁹: & eſt qñ ſub eiſdem verbis varij ſenſus poſſunt intelligi, qđ plurib⁹ modis fieri põt: ponit aũt exẽpla quorũdã illorꝝ modorꝝ: et in primis ꝑ actũm cũ quo mod⁹ infinitiu⁹ cõſtruit añ ſe & poſt ſe. nã dubiũ eſt vter illorũ ſit poſit⁹ ĩ pſona agẽti aut patiẽti. vt ſi qs dicat, audio ſecutorẽ retiariũ occidiſſe. ãbiguũ ē, vter illorũ alterũ occiderit. fuit aũt lud⁹ apđ ãtiquos, in quo ſecutor q̄ idẽ mirmillo dicebatur, cũ retiario cõfligebat: de cuiuſmodi ludo multa apđ Iuue. Mart. Trãquil. atq; alios autores dñr. Aut ꝑ verbũ. ſubaudi cõis ſignificatiõis fit amphibologia. vt Cato criminatur: cũ actiõem & paſſiõem ſignificet: dubium eſt an Cato accuſet, an accuſetur: quare ex adiũctis amphibologia eſt tollenda: hoc eſt exprimendo quem aut a quo criminatur: & eodem modo de vador aris: qđ eſt vades dare aut vades accipe. Fit etiã ꝑ ſynonyma. hoc eſt ꝑ equocatiõem alicui⁹ verbi, cũ vnũ nomen plura ſignificat. nã ſi ſimpliciter pferatur, amphibologiã relinquit: cũ lector aut auditor neſciat, in quã partem debeat accipe vocabulum illđ. & ponit exemplum de cane: qđ tum animal nobis familiare, tum ſtellã notã. tum piſcem maleficũ ſignificat. addit preterea pluribus alijs modis poſſe fieri amphibologiã.

¶ De Metaplaſmo.

Metaplaſmus eſt trãſformatio q̃dam recti ſolitiq́ʒ ſermonis in alteram ſpeciẽ metri, ornatus, neceſſitatis ve cauſa, Huiꝰ ſũt ſpẽs q̃ndecim. Proſtheſis Epẽtheſis. Parogoge, Apheræſis. Syncopa. Apocopa. Ectaſis, Syſtole. Diereſis. Synæreſis. Epiſynalœpha. Synalœpha. Ecthlypſis, Antitheſis. Metatheſis.

Proſtheſis; eſt appoſitio q̃dam ad principiũ dictionis litteræ vel ſyllabæ, vt gnate pro nate. rettulit pro tulit.

Epentheſis; eſt interpoſitio q̃dam ad mediã dictionem litterę vel ſyllabæ; vt relliquias ꝓ reliquias. Induperator ꝓ imperator. Hanc autẽ alij epentheſim, alij parentheſim vocant.

Paragoge; eſt appoſitio q̃dam ad finẽ dictionis lr̃ę vel ſyllabæ; vt magis ꝓ mage, & poteſtur ꝓ poteſt. Hanc alij paraleꝑſim, alij ꝓlepſim, i. ꝓſumptionem vocant.

Aphæreſis; eſt ablatio de principio dictiõis litteræ, vel ſyllabæ, contraria ꝓtheſi, vt mitte ꝓ dimitte, temno ꝓ contemno.

Syncopa; eſt ablatio de media dictiõe litterę vel ſyllabæ, cõtraria epentheſi, vt audacter ꝓ audaciter. & commorit ꝓ commouerit.

Apocopa; eſt ablatio de fine dictiõis litterę vel ſyllabæ cõtraria paragogæ, vt Achilli ꝓ Achillis, poſſis ꝓ poſſitis, potes ꝓ poteſtis. mutu ꝓ mutuo.

Ectaſis; eſt extenſio ſyllabę cõtra naturam verbi. vt Italiam fato ꝓfugus. cum Italiam prima ſyllaba correpta dicere debeamus.

Syſtole; eſt correptio ſyllabę cõtra naturã verbi facta: cõtraria ectaſi, vt aquoſus oriõ. ꝓ orion producte.

Diæreſis; eſt diuiſio vniꝰ ſyllabæ in duas, vt olli reſpõdit rex albai lõgai ꝓ albę longę. Et aulai in medio libabant pocula Bacchi ꝓ aulæ Et diues pictai veſtis & auri, ꝓ pictę.

Synæreſis; eſt cõglutinatio duarũ vocaliũ in vnam cõtraria diæreſi. vt phæton ꝓ phaeton & eripedem ꝓ Aeripedem.

Epiſynalœpha q̃ & ſynæreſis; eſt duarum ſyllabarũ in vnã facta cõglutinatio. vt Ecce autem telis Panthus elapſus achiuum ꝓ panthoos.

Metaplaſmus interpretatur trãſformatio: & eſt qñ id qđ ꝓprie d'r trãſformatur in aliã ſpeciẽ: qđ nõ poteſt fieri niſi ꝑ vitiũ: qđ quia excuſabile eſt ꝑ aliquã rõnẽ d'r metaplaſmꝰ: quẽ diximꝰ eſſe mediũ inter barbariſmũ & lexim. ratio aũt q̃ poteſt excuſare hoc vitiũ. eſt aut metri neceſſitas aut ornatꝰ, q̃ aliqđ elegãtiꝰ d'r ꝑ figuratũ quã ꝑ ꝓpriũ. aut neceſſitas cũ nõ habemꝰ ꝓpriũ, vtimur mutuo aut accõmodato. Ponit aũt metaplaſmi q̃ndecim ſpecies, de qbꝰ ſingilatim diſſerit. ¶ Proſtheſis. interpretatur appoſitio: & eſt cũ in principio dictiõis apponitur littera vel ſyllaba. Et de littera ponit exẽpliũ ex Ver. i. æñ. Gnate meæ vires mea magna potentia ſolꝰ, ꝓ eo qđ eſſe debuit nate de naſcor naſceris natus. De additiõe ſyllabæ nõ ponit exẽpliũ ſed pñt eſſe exẽpla ex præpoſitiõibꝰ cũ in cõpoſitiõe nihil ſignificãt. vt adſiſtis, adnoto. ¶ Epentheſis. interpretatur interpoſitio ab Epen, quod eſt inter & theſis. & eſt qñ in medio dictiõis interponitur littera. vt redeo a re & eo interiecta d. aut ſyllaba, vt Iuue. Graius & Barbarꝰ induperator: hãc alij parẽtheſim vocãt, q̃ æque interpoſitio interpretatur. ¶ Paragoge. interpretatur adductio a parago qđ eſt adduco, & eſt qñ in fine dictiõis addit littera vel ſyllaba. vt magis ꝓ mage. Nã mage debet eſſe ab eo qđ magne. Et qđ Ver. viii. æñ. Liqdo ve poteſtur electro. & dominarier ꝓ dominari. ¶ Aphæreſis. interpretatur ablatio ab aphæreome qđ eſt auferri. & eſt qñ a principio dictiõis aufertur littera vel ſyllaba, vt q dixit. mitte arcana dei Et qđ Ver. i. æñ. Qui tela typhoea temnis ꝓ cõtemnis. ¶ Syncopa. interpretatur cẽciſio a ſin con & copto ſcindo: & eſt qñ ex medio dictiõis intercidit littera vel ſyllaba, vt audacter ꝓ audaciter. i. littera diſpũcta, et illđ Hora. in. ii. ſer. At illũ qui me commorit meliꝰ nõ tãgere clamo, ꝓ cõmouerit. ¶ Apocopa. interpretatur abſciſio ab apo de, & copto ſcindo: & eſt qñ ex fine dictiõis abſcinditur littera vel ſyllaba. vt Ver. i. æñ. Relliquias Danaũ atq; immitis Achilli ꝓ Achillis: & ſi qs dicat poſſis ꝓ poſſitis: & potes ꝓ poteſtis: & mutu ꝓ mutuo: & ſunt forte exẽpla ſumpta ex antiqs autoribꝰ. ¶ Ectaſis. interpretat̃ ꝓductio ab ectanio qđ eſt ꝓduco: & eſt qñ ſyllaba breuis ponitur ꝓ lõga ſiue ꝓducta: & ponit exẽpliũ ex principio. æñ. Vergilianæ. Italiã fato ꝓfugꝰ lauinaq; vẽit littora. nã in primogenio breuiatur. Idem in. vii. Italus paterq; ſabinꝰ: & in poſſeſſiuo gẽtili ſemꝑ breuiat eãdẽ, niſi neceſſitas vrgeat. vt in. viii. Italo; in prælia Cæſar. ¶ Syſtole interpretatur cõtractio a ſyſtelo qđ eſt cõtraho: & eſt qñ ſyllaba lõga ponitur ꝓ breui. vt apđ Ver. i. æñ. Cum ſubito aſſurgẽs fluctu nimboſus oriõ. Idẽ in. iiii. Dum pelago deſæuit hyems & aquoſus oriõ. nã o lõga eſt & a græcis ꝑ o mega vtrobiq; ſcribitur. ¶ Diæreſis interpretat̃ diuiſio, a diæreo qđ eſt diuido: & eſt qñ ex vna ſyllaba diphthõgo cõglutinata duæ ſiũt. vt Verg. iii. æñ. Aulai in medio libabãt pocula bacchi. aulai fecit ab eo qđ eſt aulæ. Idem in. ix. diues pictai veſtis & auri ꝓ pictæ. & poſuit aliud exemplũ ex poeta quodã antiquo. olli rñdit rex Albai lõgai ꝓ albæ lõgæ. ¶ Synæreſis, eſt interpretata cõtractio, & eſt cõglutinatio duarũ ſyllabarum in vnã. vt phaeton qđ triſyllabicũ eſt, P. Varro ꝓtulit diſſyllabũ. vt autor eſt Quintilianus qui citat illiꝰ verſiculũ. Cũ te flagrãti deiectũ fulmine phætõ. ſic quoq; dicimꝰ di ꝓ dei, & dis ꝓ deis, & ei ꝓ ei, & eis. Ver. quoq; iii. geor. fixerit eripedẽ ceruã licet aut erimãthi ꝓ æripedẽ i. eſt velocẽ quaſi vẽtũ. ¶ Epiſynalœpha ſpecies eſt ſynæreſis, immo ſynæreſis. vt patet exẽplo qđ ponit ex. ii. æñ. Ecce aũt telis pãthus elapſus achiuũ. nã ab eo quod eſt panthoos ſit pãthus hoc eſt duabus ſyllabis in vnam contractis.

Sinalœpha eſt per interemptionem concurrẽtium inter ſe vocaliũ lubrica quedã leuiſq; colliſio; vt Atq; ea diuerſa penitus dum parte gerũtur. Hęc a quibuſdam ſynæreſis vel colliſio nuncupatur,

Ecthlipſis eſt conſonantium cum vocalibus aſpere concurrentibus difficilis ac dura colliſio. vt littora multum ille & terris iactatus & alto.

Antitheſis eſt lrę p lra poſitio. vt olli ſubridẽs; p illi.

Metatheſis; eſt tranſformatio litterarum.

## ¶ De Schematis.

SChemata lexeos & dianœas ſunt quedã ſigurę verborum & ſententiarum. Sed ſchemata dianœas ad oratores pertinet; ad grammaticos vero lexeos. Quæ cũ multa ſint; ex omnibus fere neceſſaria ſunt; quæ ſequuntur, ſcilicet; Prolepſis: Zeugma, Hypozeuxis, Syllepſis, Anadiploſis, Anaphora, Epanalepſis. Epizeuxis, Paronomaſia Scheſis ſonomatõ; Paromœõ. Homœoteleutõ; Homœoptoton; Polyptetõ; Hirmos; Polyſyntheton, Dialiton; Antitheton, Hyppallage. Climax.

Prolepſis; eſt præſumptio rerum ordine ſecutarum; vt interea reges ingenti mole latinus. Procedũt caſtris Turnus. deinde Aeneas.

Zeugma; eſt vnius verbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta. vt Troiugena interpres diuũ q numina Phœbi. Qui tripodas; clarij lauros; qui ſydera ſentis.

Hypozeuxis; eſt figura ſuperiori cõtraria. vbi diuerſa verba ſingulis clauſulis redduntur: vt Regem adijt, regina memorat nomenq; genuſq;

Syllepſis eſt diuerſarum clauſularũ per vnum verbum conglutinata conceptio. vt Hic illius arma, hic currus fuit. Hoc ſchema late patet; & fieri ſolet non ſolum per partes orationis; ſed per accidẽtia partium orationis. Item ſyllepſis eſt in diſſimilibus clauſulis, quando dictio ſingularis verbo plurali adiũgitur: vt Sunt nobis mitia poma; caſtaneæ molles; & preſſi copia lactis.

*¶ Synalœpha interpretatur coniunctio, & eſt cũ dictio finitur in vocali, ſequiturq; dictio æque incipiens a vocali, quia tũc interimitur vocalis illa prior. Et ponit exemplũ ex principio libri.ix.æñ. Atq; ea diuerſa penitus dum parte geruntur, legẽdumq; eſt atq; a diuerſa. hæc a quibuſdam ſynæreſis dicitur, quia videlicet ex duabus ſyllabis vna coaleſcit. ¶ Ecthlipſis interpretatur eliſio ab ecthlibo quod eſt elido elidis: & eſt quando ex duro & aſpero concurſu cõſonantis cum vocali conſonans exterenda eſt. Et ponit exemplũ ex Verg. in principio æñ. Littora multũ ille & terris iactatus & alto, pro mult ille & terris iactatus & al. o, hoc eſt exterita. m. littera ne fiat metacismus ille, de quo ſupra diximus. ¶ Antitheſis interpretatur pro alio poſitio, ab anti pro, & theſis poſitio, & quando alia littera p alia ponitur, vt apud Verg. i. æñ. Olli ſubridens hominũ ſator atq; deorũ, pro illi, hoc eſt. o. pro. i. ¶ Methatheſis interpretatur tranſpoſitio: & eſt quando litterarũ ordo inuertitur. vt apud Verg. libro. xi. æñ. At nõ euandre pudendis, pro euander. quãq (vt ſupra diximus) euãdre poteſt eſſe ab eo qđ eſt euãdrus. vt apud Verg. tunc rex Euandrus Romanæ conditor arcis. quinimmo omnia nomina greca terminata in bros, aut cros. aut dros. aut gros. aut pros, aut tros, poſſunt habere duplices recti terminationes, vt thymbros thymber vl thymbrus. teucros teucer vel teucrus. Alexandros alexander vel alexãdrus. meleagros meleager vel meleagrus. capros caper vel caprus. Itaq; cum Verg. dixit. x. æñ. At tibi thymbre caput Euãdrius abſtulit enſis. vctus ille potuit eſſe abeo, qđ eſt thymbrꝰ.*

*DE ſchematis. Diximus metaplaſmũ eſſe medium inter lexim & barbariſmũ. ſchema vero inter phraſin et ſolœciſmũ. Itaq; reſtat dicendum de ſchemate, hoc eſt de figuris, hoc eſt de vitijs quæ cõmitti conſueuerunt in cõtextu partiũ orationis & ſunt excuſabilia ratione aliqua, ſed ea vitia aut in verbis, aut in ſententia cõtingunt, itaq; duo genera ſchematõ, hoc eſt figuratum eſſe dicit, quia aut ſunt lexeos idest, dictiõis, aut dianœas. idest ſententiæ: nam lexis lexeos eſt dictio: dianœa dianœœs ſentẽtia: ſed excuſat ſe de tractatu figurarũ, quæ ad ſentẽtiam pertinet, quoniam illæ oratorũ ſunt magis ꝓpriæ. figuras itaq; dictionis, quæ ad grãmaticum pertinent dicit eſſe complures, ſed ex illis frequentiores elegit, de quibus ſingulatim diſſerit dicens. & c. ¶ Prolepſis interpretatur præſumptio. a pro ante & lepſis captio: & eſt quãdo aliquid in genere præſumitur, qđ per partes poſtea explicatur. Et ponit exemplu. ex Verg. lib. xij. æñ. Interea reges ingenti mole Latinus procedunt caſtris: deinde turnus, deinde æneas. ¶ Zeugma interpretatur cõiũctio: & eſt quãdo vnũ verbũ diuerſis ſuppoſitis accõmodatur. vt Verg. lib. iij. æñ. Troiugena interpres diuũ qui numina phœbi. ſubaudi ex inferioribus ſentis, qui tripodas etiã ſentis, clarij lauros, iterũ accipe ſentis & qui ſydera ſentis. ¶ Hypozeuxis interpretatur ſubiunctio, & eſt quãdo econtrario zeugmati vnũ ſuppoſitũ accõmodatur diuerſis verbis, vt Verg. lib. viij. æñ. Regem adijt. regi memorat nomenq; genuſq;. vtrobiq; namq; intelligitur æneas. Hypozeuxis autem dicitur ab hypo ſub, zeuxis iunctio, quaſi ſpecies quædam zeugmatis. ¶ Syllepſis interpretatur conceptio ſiue cõprehenſio. a ſyn quod eſt con, & lepſis captio, & fit cũ per vnũ verbũ ſuppoſita diuerſorum numerorũ colligimus. Et ponit exempũ ex Verg. in. i. æñ. Hic illius arma, hic currus fuit, nam in priori caſo arma, fuerũt debet ſub intelligi. Sed dicit Donatus hãc figurã latiſſime patere, & ad multa ſe extẽdere, fieriq; nõ ſolũ per partes orationis: ſed per accidẽtia partiũ orationis, immo ſyllepſis ꝓpe ſemp fit per accidẽtia partiũ orationis. vt qđ genus maſculinũ cõcipiat fœmininũ, vt apollo & muſa ſunt docti, ego & tu ſumus boni, aliqñ qđ fœmininũ concipiat neutrũ, vt Luca hinc leges & plæbiſcita coactæ: aliqñ qđ neutrũ cõcipiat maſculinũ & fœmininũ, vt virga tua & baculꝰ tuus ipſa me cõſolata ſunt. Aliqñ rõne affinitatis qđ fœmininũ cõcipiat maſculinũ. vt vidi virũ & fœmininã honeſtã, & ꝑ nu-meros fit plerumq; hæc cõceptio. vt alijs in locis copioſius diſputatur, hoc eſt, vbi de figuris conſtructionis agitur.*

Anadiploſis;eſt geminatio dictionis q̃ ex vltimo loco præcedẽtis verſus & principio ſequẽtis iterat̃; vt ſequitur pulcherrim⁹ aſtur; Aſtur equo fidẽs

Anaphora;eſt relatio eiuſdem verbi per principia plurimorũ verſuum. vt Gnate meæ vires; mea magna potentia ſolus. Gnate patris ſummi; qui tela Typhoea temnis.

Epanalepſis;eſt verbi in principio verſus poſiti; & in eiuſdẽ fine repetitio. vt Multa ſuper Priamo rogitãs; ſuper Hectore multa. Et alibi. Ante etiã ſceptrum Dictęi regis & ante impia quam cęſis.

Epizeuxis; eſt eiuſdem verbi in eodem verſu ſine aliqua dilatione geminatio, vt Meme adſum;qui feci;in me conuerite ferrum.

Paronomaſia;eſt veluti quædam denominatio; vel quoties aliud nomen efficitur de alio;vt Nam inceptio eſt amentium,haud amantium.

Scheſis onomaton; eſt multitudo nominũ coniunctorum eodem habitu copulandi;vt Marſa manus;Peligna cohors,feſtina virum vis.

Paromoeõ; eſt quãdo ab eiſdẽ litteris diuerſa nomina ſumũtur;vt O tite tibi tanta tyranne tuliſti.

Homoeoteleuton;eſt cũ ſimili modo dictiones plurimæ finiuntur;vt Eos deduci;quam relinqui, deuehi;quam deferri;malui.

Homoeoptoton, eſt cũ in conſimiles caſus exeunt diuerſa verba. vt Mœrentes,flentes,lachrymantes,comitantes.

Polypteton,eſt multitudo caſuũ varietate diſtincta. vt Littora littoribus cõtraria fluctibus vndas. Imprecor arma armis,pugnent ipſiq́ nepotes.

Hyrmos, eſt ſeries orationis continuæ tenorẽ ſuũ vſq́ ad vltimum ſeruans. vt Principio cęlum, terras; campoſq́ liquentes Lucentẽq́ globũ lunæ titaniaq́ aſtra.

Polyſyntheton;eſt dictio multis connexa coniunctionibus. vt Athamaſq́ thoaſq́ pelideſq́ neoptolemus.primuſq́ Machaon.

Dialyton ſiue aſyntheton; eſt figura ſuperiori cõtraria carens coniunctionibus. vt Ite;ferte citi flamma;date tela,impellite remos.

Antitheton;eſt contra poſitum,& fit quando cõtraria cõtrariis opponũtur: vt Frigida pugnabant calidis;& humentia ſiccis, mollia cum duris:ſine pondere habentia pondus.

*¶ Anadiploſis eſt interpretata reduplicatio.ab ana præpoſitione,quod eſt re:& diploſis plicatio, & fit quoties ſequens verſus incipit a verbo in quo deſinit præcedens.Et ponit exemplum ex Verg.libro.x.æñ.vrbs Hetruſca ſolo ſequitur pulcherrimus aſtur,aſtur equo fidens.¶ Anaphora eſt interpretata relatio ſiue repetitio.ab ana re & phoreo fero, & fit quoties plures verſus ab eadem dictione incipiunt.Et ponit exemplum ex Verg.i.æñ. Gnate mea vires.&c.¶ Epanalepſis interpretatur repetitio ab epi.& ana & lepſis.& eſt verbum epanalambano repeto:& fit hæc figura quoties in eodem verbo incipit & finitur verſus.vt Vergil.in calce primi libri.æñ. Multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa. Aliud quoq; exẽplũ ponit ex.ij.geor. antea etiam ſceptrum.&c.¶ Epizeuxis interpretatur iniũctio,& fit quando verbum iteratur non interueniente alia parte orationis.& accipit exemplum ex Verg.ix.æñ.Meme adſum, qui feci in me conuertite ferrum o rutuli:& hæc figura frequens eſt in ſermone familiari:& in ſacris litteris. ¶ Paronomaſia interpretatur denominatio.a para ae & onoma nomen, & eſt quãdo nomen de nomine aliud ſignificanti deducitur non per etymologiã,ſed per litterarũ ſimilitudinem. Et ponit exẽplũ ex Teren.in andria,nã inceptio (inquit) eſt amentium haud amantiũ.¶ Scheſis onomaton interpretatur habitudo nominum.nam ſcheſis eſt habitudo & onoma nomen,& eſt cũ ſingulis ſua epiteta ſunt adiuncta.Et ponit exẽplum ex poeta,marſa manus,peligna cohors feſtina virũ pro virorũ vis. Sunt autem marſi & peligni populi Italiæ notiſſimi.¶ Paromoeon interpretatur adſimile,& fit cũ plures dictiones ab eadem littera incipiũt.Et ponit exẽplum ex Ennio poeta,quemadmodum refert Priſcia.li.xij.cũ diſputat de pronomine. O tite tute tibi.&c. ¶ Homoeoteleuton interpretatur ſimiliter deſinens: nam homoeos eſt ſimilis vel ſimiliter & teleutao finio,& eſt quãdo plures dictiones ſimiliter terminantur,dũ modo id non fiat per caſus. Et ponit exẽplũ ex aliquo poeta,aut autore antiquo,eos deduci quã relinqui, q̃ oĩa verba ſunt ſimiliter deſinẽtia. Homoeoptotõ interpretatur ſimilr cadens ab homoeos quod eſt ſimilis & ptoſis caſus, & eſt quãdo plures dictiones per caſuũ declinationẽ ſimiliter deſinũt.vt mœrẽtes,flentes.&c.¶ Polyptoton interpretatur multitudo caſuũ,a poly multũ & ptoſis caſus,& eſt quãdo diuerſi caſus ſibi inuicem reſpondent,& ponit exẽplum ex Verg.iiij.æñ.littora littoribus contraria.¶ Hyrmos interpretatur tract⁹,& eſt quãdo oratio per lõgã verborũ ſeriem trahitur extẽditurq́, & ponit exẽplũ ex Ver.vi.æñ. principio cælũ.&c.vſq; ad locũ illũ ſpirit⁹ intus alit.¶ Polyſyntheton interpretatur multitudo caſuũ,cõpoſita a poly multũ & ſyntheton cõpoſitum,& eſt quãdo multæ dictiones per cõiunctiones iungũtur. Et ponit exẽplũ ex Ver.ii.æñ. Athamaſq; thoaſq;.&c. ¶ Dialyton interpretatur diſſolutũ.a dialyo, quod eſt diſſoluo,& eſt quãdo ſine cõiunctionibus plures dictiones eiuſdẽ generis ꝓferũtur,& eſt figura ſuperiori cõtraria.Et ponit exẽplũ ex Verg.in.iiij.æñ.Ite,ferte citi flãmas:nam plura verba iunguntur non interuenientibus cõiunctionibus.A Cicerone dicitur articulus color, dicitur quoq; hæc figura aſyntheton,quod interpretatur incõpoſitũ,ab a particula priuatiua & theton poſitũ,quia (vt diximus) plura verba iũgũtur ſine cõiũctiõe. ¶ Antitheton interpretatur contrapoſitũ,ab anti contra & theton poſitũ:& fit cũ contraria cõtrariis opponũtur.Et ponit exẽplum ex Ouid.j.meta.Vt frigida pugnabant calidis,&c.de hac figura dixit Perſius. Crimina raſis librat in antithetis.*

¶ Hyppallage interpretatur ſubmutatio. ab hyppo ſub & allage mutatio: & eſt cum verba per contrarium intelligũtur. Vergilius quarto æneidos. Regina e ſpeculis cum primum albeſcere lucem vidit, ideſt res omnes per lucem albeſcere: quoniam lux colorem non habet: ſed per eam omnia colorantur. ¶ Climax. interpretatur gradatio & eſt quando verba repetita progrediuntur. Et ponit exemplum ex Vergilio in bucolicis. Torua leæna lupum ſequitur: lupus ipſe capellam: florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. ¶ De Tropis.

Metaplaſmus (vt diximus) excuſat vitium in vna dictione. Schema in cõtextu partium orationis. Tropus vero nullum excuſat vitium, quin potius contra, virtus quædam eſt, vnde a Quintiliano definitur. Tropus eſt verbi vel ſermonis a propria ſignificatione in aliam cum virtute mutatio. Nam quod Donatus dicit cauſa neceſſitatis: illud eſt quando non habemus vocabulum ꝓprium, quo rem de qua loquimur, efferamꝰ. Ornatus vero, cum verbum translatum ſignificantius dicit rem, quam proprium. Et ſubdit ſpecies tropi. quas ſingulatim proſequitur. ¶ Metaphora interpretatur translatio. a meta trans & phoreo fero. cuius ſubdiuidit rurſus quattuor ſpecies ſecundum quattuor modos, quibus contingit fieri translationem. Quorum primus eſt, quoties fit translatio a verbo ſignificanti animal, ad verbum quoq; animal ſignificans, vt tiphyn aurigam celeres fecere carinæ. Aurigam ponit pro gubernatore, cũ auriga ſit homo, qui regit currus, hoceſt bigas, aut quadrigas. gubernator vero ꝓprie ſit, qui naues regit moderaturq;, ſed vterq; homo eſt. ergo trãslatio ab animali ad animale: ſed cuius autoris ſit hic verſus, non liquet mihi. ¶ Ab animali ad animale fit trãslatio. vt ſi rates (quod ſignificat lignorum ſtruē) ponatur pro naui. vtrumq; namq; inanimatum eſt. Et ponit exemplum ex quinto æneidos. Vt pelagus tenuere rates, nec amplius vllæ. ¶ Ab inanimali ad animale, vt cum Atlas ſit mauritaniæ mõs, dat illi Vergiliꝰ caput. humeros, mentum, quæ ſunt animalium membra. verſus ſunt illius ex quarto æneidos. ¶ Ab animali ad inanimale. vt Vergil. vndecimo æneidos. Si tantum in pectore robur concipis. Nam robur arbor eſt anima carẽs. Scire autem debemus, ꝙ metaphoræ quædam ſunt reciprocæ. vt quod æquor ponatur pro campo, & campus pro æquore: aut altum pro profundo & profundum pro alto: & pubertas pro flore: & flos ꝓ pubertate. Aliæ ſunt metaphoræ partis vnius. ideſt non reciprocæ: ſed alterius tantum partis cuiuſmodi ſunt ſuperiores.

¶ Catachreſis interpretatur contra vſum. & eſt quoties ponitur verbum ꝓ eo quod proprie non ſignificat, vt ecce parricida proprie ſignificat parentum interfectorem. quod ſi quis dixerit fratricidam parricidam improprie dixit. Præterea piſcina dicitur ſtagnum piſciũ receptaculum. quod ſi quis poſuerit pro loco vbi non ſunt piſces catachreſticos dixit. Deinde dicit huiuſmodi improprietates venire in vſum propter neceſſitatẽ, quoniam non habemus propria vocabula, quibus rem illã ſignificemus. ¶ Metalepſis interpretatur tranſumptio a meta quod eſt trans & lepſis acceptio: & eſt cũ aliqua dictio aliud a ſua propria ſignificatione deſignat ex iis, quæ præceſſerunt & ſequuntur. Et ponit exemplũ ex Ver. i. æñ. Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris &c. ꝓ cauernis & receptaculis ſiue domibus, ab atris enim ſpeluncæ nigræ intelliguntur, & ex nigris tenebras habentes. & ex bucolicis. Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas. pro annos. neq; enim ex iunctura aliud poteſt ſignificare ariſta.

Hyppallage; eſt verborum per contrarium intellectus, vt Regina e ſpeculis vt primum albeſcere lucem vidit.

Climax; eſt ſubſcripta gradatio, ut Torua leæna lupum ſequitur; lupus ipſe capellam;

¶ De tropis.

Tropus, eſt dictio translata a ꝓpria ſignificatione ad impropriam ornatus; neceſſitatis ve cauſa; ſunt autem quæ ſequũtur. Metaphora. Catachreſis. Metalepſis, Metonymia. Antonomaſia. Epytheton. Synecdoche, Onomatopœia. Periphraſis, Hipperbaton tropus in ſuas ſpecies diuiſus. Hiperbole, Allegoria tropꝰ in ſuas ſpecies diuiſus. Homeœſis in ſuas ſpecies diuiſus.

Metaphora; eſt rerum verborumq; translatio; hęc fit quattuor modis. Ab animali ad animale. Ab inanimali ad inanimale. Ab inanimali ad animale. Ab animali ad inanimale.

Ab animali ad animale. vt Tiphyn aurigã celeres fecere carinę. Nam auriga & gubernator nauis animam habent.

Ab inanimali ad inanimale. vt Vt pelagꝰ tenuere rates. Nã naues ſicut & rates animã nõ habent.

Ab inanimali ad animale. vt Atlantis cinctũ aſſidue cui nubibus atris, Piniferum caput & vẽto pulſatur & imbri. Nam mons animã nõ habet; cui membra hominis attribuuntur.

Ab animali ad inanimale. vt ſi tãtũ in pectore robur concipis, Nam robur animam non habet; cum Turnus cui hæc dicunt; animã habebat. Scire autem debemus; alias metaphoras eſſe reciprocas, alias autem eſſe partis vnius.

Catachreſis; eſt vſurpatio nominis alieni. vt parricidam dicimus qui occidit fratrem: & piſcinã q̃ piſces nõ habet. Hæc enĩ vnde extrinſecꝰ ſumerent vocabulum ſuum; non haberent.

Metalepſis eſt dictio pergens gradatim ad id; qđ oſtendit. vt Speluncis abdidit atris. Hoc metuens. Et poſt aliquot mea regna viuens mirabor ariſtas.

Metonymia eſt dictio quædam veluti trāſnominatio. Huius autem multæ ſunt ſpecies; aliī per id quod continet id quod continetur, vt nunc pateras libate Ioui. aut cōtra. vt crateras magnos ſtatuunt; & vina coronant, aut pro inuētore quod inuentū eſt; vt ſine cerere & libero friget Venus, aut contra, vt vinumq́ precamur. nāq́ hic deus adeſt præſens; hæc exempli cauſa poſita ſunt addiſcentibus, reliqua monſtrabit lectio.

Antonomaſia eſt ſignificatio vice nominis poſita q̄ fit tribus modis, ab animo. vt magnanim⁹ anchiſiades, a corpore, vt ipſe ardu⁹ polyphem⁹, extrinſec⁹. vt infœlix puer atq́ impar cōgreſſus achilli.

Epitheton eſt ſuppoſitio dictionis cum proprio nomine. Nam antonomaſia vicē nominis ſuſtinet. epitheton nunquā eſt ſine proprio nomine. vt dira celeno, dia camilla. Fit etiam tribus modis, ab animo, a corpore extrinſecus. his duobus tropis vel vituperamus, vel oſtendimus, vel laudamus.

Synecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax; cum plus minus ve pronunciat; aut enim a parte totum oſtendit, vt puppeſq́ tuæ, pubeſq́ tuorū. Aut cōtra patrem a toto; vt ipſius ante oculos ingēs a vertice pōtus in puppim ferit, & alibi fontemq́ ignemq́ ferebāt. Meminiſſe autem debemus quando fit a parte totum faciendum eſſe ab inſigniori parte.

Onomatopeia eſt nomen de ſono factum; vt clamorq́ virum, clangorq́ tubarum. Tinnitus ęris. Atque leuem ſtipulā crepitantibus vrere flāmis.

Periphraſis eſt circūlocutio quædam, quę fit aut ornandæ rei cauſa quæ pulchra eſt; aut vituperādę quæ turpis eſt, vt, & iam prima nouo ſpargebat lumine terras, Titoni croceum linquens aurora cubile, &, hoc faciūt nimio ne luxu obtuſior vſus ſit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes.

*¶ Metonymia interpretatur tranſnominatio, a meta trans: & onoma nomen, & eſt quando vna dictio propter affinitatem quam habet cum alia ponitur pro ea, & quia hoc pluribus modis contingit, ſubiungit illius plures ſpecies, quarum prima eſt, cum continens ponitur pro contento. Verg. v. æn. Nunc pateras libate ioui: neq; enim patera libatur, ſed vinum quod in patera continetur, aut econtrario, cum contentum ponitur pro continenti. Verg. primo æn. Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant, neq; enim vina coronantur, ſed pateræ in quibus vinum continetur. Eſt præterea metonymia, cum inuentor alicuius rei ponitur p illa re cuius fuit inuentor. vt apud Teren. in eunucho: ſine Cærere & Libero friget Venus, quod videlicet ceres fuit inuentrix frumenti. bacchus vini, Venus dea eſt amorū & coitus, aut e diuerſo, cū rem ipſam pro inuētore ponimus: vt qui dixit, vinumq; precamur pro bacchum. ideo ſubdit, nāq; id deus adeſt præſens. Eſt etiam metonymia, cum efficiens pro effectu ponitur, vt tenebras explorat inertes, & contriſtat frigore cælum: cum præterea materia ponitur pro re, quæ fit ex illa materia. vt Verg. ij. æneid. Ferro accincta tenet. ¶ Antonomaſia interpretatur pro nomine, ab anti p & onoma nomen, hoc eſt, quod vice nominis proprij ponitur. Et ponit tres illius ſpecies. Ab animo, vt magnanimus anchiſiades, pro Aeneas per excellentiā magnitudinis animi, quod eſt bonum animi. A corpore, vt Verg. iij. æn. Ipſe arduus, ſcilicet polyphemus, qui alijs præſtabat cyclopibus proceritate corporis, quod eſt bonum naturæ. Extrinſecus vt infœlix puer. ideſt infortunatus pro Troilo ponit: & erat a bonis externis, qualia ſunt bona fortunæ. ¶ Epithethō interpretatur appoſitio ſiue adiectio, quo nomine græci appellāt nomen adiectiuum. Latini vero epithethon vocāt adiectiuum, qd additum nomini proprio, vt dicit Donatus, aut etiā nomini ſubſtantiuo exprimit aliquid proprium & inſeparabile. Et ponit ex Vergilio exēplum ex tertio æneidos, dira cæleno, harpyięq; colunt aliæ: & alibi dia camilla, & dicit fieri tot modis quot antonomaſia, hoc eſt a bonis animi, a bonis fortunæ, a bonis naturæ. Vn̄ oratores cōſueuerūt ſumere locos laudādi & a cōtrarijs vituperādi & iudicādi (vt Diome. inquit). ¶ Synecdoche interpretatur cōprehēſio. Cicero intellectionē vocat, & accipit hic ſynecdochen pro figura locutionis. nam de figura conſtructionis alibi diſputatum eſt. Sed cum plus minus ve ſignificant verba, quā intelligimus fit, aut accipiēdo partem pro toto, aut pro parte totum. Et ponit exemplum quo ponitur pars pro toto ex. j. æn. Pubes tuorum pro iuuētus, cum etiam eſſent viri ſenes & pueri, non tantum puberes. Ex eodem quoq; libro ponit exemplū, quo ponitur totum pro parte, vt ingens a vertice pontus. Nam pontum poſuit pro vnda ponti, & illud ex Verg. iii. æn fontēq; ignemq; ferebant: neq; enim ferebant fontem, ſed partem aquæ fontanæ. Sed cum in parte totū intelligimus, dicit debere intelligi in parte illa multū totius illius partis ¶ Onomatopeia interpretatur nominis fictio: nam componitur ex onoma quod eſt nomen, & pico facio vel fingo, fit autem maxime cum ex ſono vocis nomina fingimus. Et ponitur exemplum ex Verg. xi. æn. It cælo clamorq; virum clangorq; tubarum: nam clamare a ſono vocis in homine, & clangere a ſono tubarum, facta ſunt. Tinnitus quoq; æris dicitur, qd ærea vaſa tinniant perſ...ata. crepitare quoq; fictū eſt a ſono vocis. vt Verg. i. georg. atq; leuē ſtipulam crepitantibus vrere flāmis ¶ Periphraſis interpretatur circuitio ſiue circūlocutio a peri circum & phraſis locutio: & fit quoties ornandæ rei cauſa vtimur exaggeratione de eadem re plura verba inculcando. Et ponit exemplum ex libro iiii. æn. Et iam prima nouo. &c. Pro eo quod ſatis erat dixiſſe, & iam aurora illuſtrabat terras. Et eodem modo cauſa vituperandæ alicuius rei vtimur circuitione. ideſt longo verborum ambitu: ſed non ponit exemplum huius ſpeciei: ſed alterius, hoc eſt quando rem turpem obſcœnamq; circuitione ſignificamus vt Verg. iij. georg. Hoc faciūt. &c. et eſt ſenſus, q equabus ſubducitur paſtus cibuſq; ne pingueſcāt. quo tēpore admittere debēt equos ad fœtus procreādos, qd fit, ne meatus excipiēdi ſeminis obturētur præ pinguedine: vtiturq; tranſlatione ſumpta ab agro, qui ſemine ſpargendus eſt, cuius ſulci debent eſſe aperti & reſoluti.*

Hyperbaton eſt tranſcenſio quædã verborum ordinem pertubans, cuius ſpecies ſunt quinq;. Hyſterologia ſiue hyſteron proteron, Anaſtrophe, Syncheſis, Parentheſis, Temeſis.

Hyſterologia ſiue hyſteron proteron, eſt ſententiæ cum verbis ordo mutatus, vt & Cererem corruptam vndis; & torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

Anaſtrophe eſt verborum tantum ordo præpoſterus, vt Italiam contra, pro contra Italiam.

Parentheſis eſt interpoſita formatio diuerſæ ſententiæ, vt Aeneas (neq; enim patrius cõſiſtere mentem paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem.

Temeſis eſt vnius cõpoſiti vel ſimplicis ſectio vna dictione vel pluribus interiectis, vt ſeptem ſubiecta trioni, & ſaxo cere comminuit brum, Et Maſſili portant iuuenes ad littora tanas; pro cerebrum & Maſſilitanas.

Syncheſis eſt hyperbaton obſcurũ, & ex omni parte confuſum, vt tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet, ſaxa vocant Itali medijs, quæ in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo, tris naues abreptas notus torquet in ſaxa, quæ ſaxa in medijs fluctibus latentia; Itali vocant aras.

Hyperbole eſt dictio fidem excedens augendi minuendi ve cauſa, augendi, vt niue candidior, minuendi; vt tardior teſtudine.

Allegoria; eſt tropus quo aliud ſignificatur, & aliud dicitur: vt. Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla, hoc eſt carmen finire. Huiuſmodi ſpecies multæ ſunt; ex quibus ſeptem eminent, Ironia. Antiphraſis, Aenigma. Charientiſmos, Paroemia. Sarcaſmos. Aſtyſmos.

Ironia eſt tropus, qui per contrariũ conatur oſtendere, quod dicit. vt egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis tuq; puerq; tuus. Hęc vbi grauitas pronunciantis adiuuerit, confiteri videbitur, quod negare intendit.

*¶ Hyperbaton, interpretatur tranſcenſio ab hyperbeno, id eſt tranſcendo, & fit quoties in longiori clauſula verborum ſtructura non habet ordinem explicitum, qui poſſit facile ſenſum præ ſe ferre. Et ponit illius quinq; ſpecies: quas deinde proſequitur ſingulatim. ¶ Hyſterologia, interpretatur poſterior ſermo vel verbum, hyſteron proteron interpretatur prius poſterius & eſt quoties, oratio quæ debuit poſtponi, præponitur, & econtrario quæ præponi, poſtponitur. Et ponit exemplum ex primo æn. & torrere, & cætera. Prius enim fruges erant frangendæ ſaxo, id eſt molendæ & in farinam reſoluendæ: & deinde torrendæ flammis, i. furno inferendæ, vt coquerentur. ¶ Anaſtrophe, interpretatur inuerſio ab ana re, & ſtrophe conuerſio: & eſt quando dictio quæ debuit præponi, poſtponitur: et ediuerſo, differtq; ab hyſterologia: quod illa in ordine præpoſtero duarum aut plurium orationum eſt: hæc vero in duobus aut tribus verbis, & ponit exemplum ex principio æneidos. Italiam contra pro contra Italiam. ¶ Parentheſis, interpretatur interpoſitio: para & en quod eſt inter & theſis poſitio. & eſt quoties in aliqua clauſula interponitur aliquid extraneum. vt Vergil. primo æn. Aeneas rapidum ad naues præmittit Achatẽ, & interpoſuit, neq; enim amor patrius paſſus eſt mentem conſiſtere. id eſt quieſcere. Temeſis, interpretatur ſectio ſiue inciſio: a temno quod eſt incido, & fit quoties dictioni compoſitæ diuiſæ in partes componentes interponuntur, aut vnum aut plura verba, vt illud, eſt Boreæ regio ſeptem ſubiecta trioni, pro eo quod eſt ſubiecta ſeptentrioni, antiqui non modo dictiones compoſitas ad hoc officium diuidebãt: ſed etiam integras, vt qui dixit, ſaxo cere cõminuit brũ. pro comminuit cerebrum interiecta vna particula comminuit, & quod ſequitur. Maſſili portant iuuenes ad littora tanas, pro eo quod eſt portant iuuenes ad littora Maſſilitanas ſubaudi prædas: interpoſitis pluribus verbis, hoc eſt portant iuuenes ad littora. ¶ Sinchesis, interpretatur confuſio, a ſin con & cheſis cõfuſio, atq; (vt dixit Donatus) eſt hyperbatõ, hoc eſt oratio ex omni parte confuſa. Et ponit exemplum ex primo æneidos. Tris notus abreptas. & c. nam (vt dicit) ordo eſt. Tris naues abreptas: & notandum eſt in ordine ab accuſatiuo poſſe incipi: vt fruſtra grãmatici neſcio quas ordinis regulas tradiderint. ¶ Hyperbole, interpretatur tranſcenſus: ab hyper trans, & bole ſcanſio: dicitq; fieri augendi aut minuẽdi cauſa. Augendi, vt Verg. in buc. Candidior cignis, hedera formoſior alba. Minuendi, vt quod quiſpiam dixit, tardior teſtudine, quia teſtudinis inceſſus tardus eſt. vnde Plautus in Aulularia, teſtudinum iſtum gradibo gradum. ¶ Allegoria. interpretatur aliena locutio, ab alleos, quod eſt varius ſiue diuerſus: & eſt quando id quod dicimus aliud eſt, quam quod volumus intelligi. vt Vergilius in calce ſecundi georgico. Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla. per equum namq; intelligimus ingenium, vt Iuuenalis. per quem magnus equos aruncæ flexit alumnus, id eſt exercuit ingenio per colla fumantia: id eſt præ ſudore exhalantia laborem operis componendi finire. & ſubdit allegoriæ ſeptem ſpecies, de quibus ſingulatim dicturus eſt. ¶ Ironia. interpretatur ſimulatio, vel diſſimulatio: quoniam ironeuome eſt diſſimulo ſiue cauillor cauillaris. & eſt quando id quod dicimus, per contrarium volumus intelligi: & in hoc cum ſuo genere concordat, ſed differt in eo, quod ironia eſt ſimulatione quedam cauillatoria. vt Iuno apud Vergilium quarto æneidos ad Veneren. Egregiam vero laudem. & c. quaſi dicat. non eſt magna laus, quod tu & filius tuus, qui eſtis duo magna numina: per dolos decepiſtis vnam fœminam. Itaq; ſi quis grauitate quadam pronunciauerit dicta ironice: verborum ſenſus in contrarium vertitur.*

*¶ Antiphraſis interpretatur cõtraria locutio. ab anti qđ eſt cõtra & phraſis locutio: & eſt qñ in vno verbo ſubeſt cõtrariũ eı⁹ qđ d'r: cum ironia ſit in pluribus verbis, vt bellus q. od eſt diminutiuum a bonus bona bonum. vñ dicitur bellum p contrarium qđ non eſt bonum: & lucus, qui eſt ſilua condẽſa: p contrarium d'r a luceo luces: quia ex arborum opacitate minime lucet. ¶ Aenigma interpretatur obſcuritas ſermonis: ab ænittome qđ eſt obſcure loqui. Et ponit exẽplum illius qui induxit niuẽ loqñtẽ, mater me genuit. &c. & illud Cleobuli Lindij: eſt vnus genitor nati bona pignora bis ſex: triginta cuius nati ſed diſpare forma: ſignificat namq; annum habere duodecim mẽſes, quorum quilibet habet dies triginta totidẽq; noctes. ¶ Charietiſmos interpretari põt gratioſitas. a charis charietos: quod eſt gratioſum: & eſt qñ id quod durum dictu eſſet, mitioribus verbis tẽperamus: vt ſi ſacrilegum furẽ dicamus. & eum qui ſit ſtrabo pœtum. Et ponit exẽplum. Vt ſi quis dicat, quæſiuit ne me quiſquam? & rñdeat quis huic interrogatiõi, bona fortuna: cum debuiſſet rñdere, nemo te quæſiuit.*

*¶ Paroemia interpretatur prouerbium: & eſt ſentẽtia longo vſu comprobata & expta: ad id qđ volumus efficiẽdum vſurpata. vt Terẽtius in Phormione: aduerſus ſtimulum calces, ſubaudi non iaceas. Idem quoq; in Adelphis, lupus eſt in fabula. quo ſignificatur tacẽdum eſſe; quoniam is de quo erat ſermo, aduentat. ¶ Sarcaſmos interpretatur deriſio non quæcunq;: ſed ea quæ a capitali odio pficiſcitur. Qualis eſt illa ex Euangelio: Vah qui deſtruis tẽplum dei & in triduo illud reædificas. deriuaturq; a ſarx ſarcos qđ interpretatur caro: qđ qui ea vtitur, vitam petit illius, in quẽ inuehitur. Ver. xij. æñ. En agros. &c. Iacẽs igitur ideſt mortu⁹ metire agros, & Heſperiam cadauere ſcilicet ſtrato terram premẽdo. ¶ Aſtyſmos interpretatur vrbanitas, quoniã Aſtys eſt vrbs. dicitq; Donatus hunc tropum multipliciter patere: vt quicquid vrbaniter dicatur, aſtyſmo fiat, vt ſunt illæ facetiæ de quibus Iuue. Et ſalibus vehemẽs inter pomaria natis. Ver. in buc. Qui Bauium nõ odit amet tua carmina Meui: cum vterq; ſit peſſim⁹ vir. atq; alter illorum malus poeta. ſed qđ ſequitur magis ſpectat ad vrbanitatẽ: ſcilicet q iungat vulpes more puerorum, qui ploſtello adiungunt mures, vt dicit Horati⁹. Et mulgeat hircos: vñ non magis poſſis expectare lac, quã ex gallo gallinaceo, vt inquit Plinius. ¶ Homoeoſis interpretatur ſimilitudo. & eſt quoties minus notum cõparatione & ſimilitudine magis noti demonſtramus. cuius tres ſubdit ſpecies: quas ordine pſequitur. ¶ Icon interpretatur imago ſiue ſimilitudo. & eſt quoties res eiuſdẽ gñis comparantur. vt Verg. i. æñ. Os humeroſq; deo ſimilis. quoniam pulchritudo Aeneæ aſſimilatur pulchritudini alicuius dei, cum deus & homo (ſcđm Epicurum) maxime mẽbrorum ſimilitudine teneantur. ¶ Parabola interpretatur comparatio. & eſt quoties res diuerſorum generum inter ſe comparantur. vt Ver. li. ij. æñ. Comparat Laocoonta tauro ſacrificando, q excuſſit ex ceruice ictum ſacerdotis impacta ſecuri in collum. Eſtq; ſenſus, q talis erat Laocoontis mugitus & clamor, qualis taur9. &c. ¶ Paradigma paradigmatos interpretatur exẽplum, quod ſolet accommodari dictis & factis, idq; vt dicit hortandi aut deterrẽdi cauſa. hortandi. vt Verg. i. æñ. Antenor potuit medijs elapſus Achiuis. quaſi dicat. antenor potuit ex medijs hoſtib9 in Italiam venire: & Aeneas qui antenore potior atq; melior eſt non poterit? Dehortantis deterrẽtiſq;. vt idẽ Vergi. vij. æñ. At non ſic Phrygius. &c. & eſt ſenſus, q Aeneas ſic venit in Italiam, vt raperet Lauiniam: quẽadmodũ Paris Lacedæmoniam, vt raperet Helenam.*

Antiphraſis eſt vnius verbi ironia; vt bellũ quod minime bellum eſt; & lucum quod minime lucet.

Aenigma eſt obſcura ſententia per obſcurã ſimilitudinẽ rerum; vt mater me genuit eadẽ mox gignitur ex me, ſignificat enim aquã in niuẽ conuerti; & ex eadẽ rurſus effluere.

Charientiſmos eſt, quo dura dictu gratius pferuntur; vt interrogantibus nobis nunquis nos qſierit; reſponſum detur; bona fortuna; exinde intelligitur neminẽ nos quæſiſſe.

Paroemia eſt accõmodatũ rebus tẽporibuſq; prouerbiũ; vt aduerſus ſtimulũ calces; & lupus eſt in fabula.

Sarcaſmos eſt plena odio atq; hoſtilis deriſio; vt en agros; & quã bello Troiane petiſti Heſperiã metire iacens.

Aſtyſmos eſt tropus multiplex numeroſæq; virtutis. Nam aſtyſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret; & facẽta ſatis vrbanitate exponitur. vt qui Bauium non odit: amet tua carmina Meui; atq; idem iungat vulpes; & mulgeat hircos.

Homoeoſis eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius; quæ magis nota eſt; demonſtratio. Huius autem tres ſunt ſpecies, icon. parabola. paradigma.

Icon eſt perſonarum per ſe vel eorum; quæ perſonis accidunt; cõparatio; vt os humeroſq; deo ſimilis.

Parabola eſt rerũ genere diſſimiliũ cõparatio. vt qualis mugitus fugit cũ ſaucius arã taurus, & incertã excuſſit ceruice bipennem.

Paradigma eſt exempli hortantis vel deterrentis enarratio. Hortantis. vt Antenor potuit medijs elapſus achiuis Illyricos penetrare ſinus? Deterrentis; vt At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor? Ledæamq; Helenã Troianas vexit ad vrbes?

LIBRI QVINTI FINIS.

# DIFFERENTIAE EXcerptæ ex Laurentio Valla ab Antonio Nebriſſenſi.

## De littera A.

Aſtinentia,eſt a rebus alienis cohibitio.
Cõtinẽtia,eſt tãtũ a proprijs voluptatibus
Abdico filiũ,ideſt,viuens a bonis expello.
Exhæredo filiũ.i.teſtamẽto a bonis ꝓhibeo.
Acus eſt,qua ſarcinatores veſtes ſarciunt.
Acicula vero,q̃ mulieres vtũtur ad ornatũ.
Abhorreo ab omni humanitate.ideſt alienus ſum.
Exhorreo inimicos,ideſt illos pertimeſco.
Acceſſus,eſt aditio ſiue appropinquatio.
Acceſſio,eſt adiectio ſiue incrementum.
Actio cauſarum recte dicitur,& non actus.
Actus comoediarum recte dicitur,& non actio.
Acta & actus,ſunt rerum priuatarum & familiarium.
Geſta,ſunt rerum publicarum & magiſtratuum.
Actor,eſt cauſidicus & alicuius rei repræſentator.
Auctor eſt(vt ita loquar)alicuius rei factor.
Acini,ſunt grana in vnum racemum coeuntia.
Baccæ vero cum ſint parua poma,diſperſius naſcuntur.
Aceruus,eſt minutarum rerum congeries.vt ſalis.
Strues,eſt proprie lignorum compoſitorum.
Strages,eſt cadauerum iacentium multitudo.
Sarcinæ,eſt vtenſilium,quæ ad cultum pertinent.
Accola,eſt qui iuxta locum habitat.vt accola Ponti.
Incola eſt,qui in loco habitat.vt incola montis.
Inquilinus eſt,qui in aliena domo vel agro habitat.
Accuſare,eſt oſtendere aliquem peccauiſſe.
Incuſare vero,eſt mores alicuius reprehendere.
Excuſare,eſt excuſationem accuſanti facere.
Adeo pro in tantum ſequenti particula vt.
Adeo pro valde non ſequenti particula vt.
Aduocatus eſt,qui alteri adeſt vtcumq; illi faueat.
Patronus eſt,qui agit cauſam maxime accuſati.
Cliens vero eſt,cuius cauſa a patrono defenditur.
Adorare fit etiam ſine verbis cum genuũ plicatione.
Supplicare fit ſine genuum plicatione ſola voce.
Addicere,eſt in auctione aliquid vendere.
Liceri & licitari,eſt precium in auctione facere.
Adſum,ideſt præſens,vel prope ſum.
Adſum tibi.i.ſtudeo & patrocinor tibi.
Aduerſor tibi,ideſt contrarius tibi ſum.
Auerſor te.i.vultum auerto a te,quem deteſtor.
Aduerto oculos.i.aliquo oculos conuerto.
Auerto oculos.i.alicunde oculos conuerto.
Admoueo manum vulneri.i.appono & applico.
Amoueo manum a vulnere.i.remoueo.
Ad votum mihi euenit.i. vt ego optabam.
Ex ſententia mihi euenit.i.vt ego intelligebam.
Adulterium eſt,quod in nuptam committitur.
Stuprum,eſt coitus contra legem violentus.
Aedes ĩ ſinglariter ĩ plurali eſt tẽplũ,et ſemp additur cuius.
Aedes in plurali,domum profanam ſignificat.
Aeſtimare,eſt taxare,quod dicunt appreciare.
Exiſtimare,eſt iudicare.Extimare,conſiderare.
Aequalis,eſt & æquus & coetaneus.
Aequabilis,eſt & æqualis in priori ſignificatione.
Aedilis eſt,qui ædilitatem adminiſtrat.
Aedilicius vero,qui ædilitate perfunctus eſt.
Affectus ſiue Affectio eſt in animo,quod mens nõ eſt.
Mens vero ſiue ratio in animo eſt,qđ affectus non eſt.
Afficio te iniuria.i.facio tibi iniuriam.
Afficio te beneficio.i.facio tibi beneficium.
Agitur mecum præclare.i.bona conditione ſum.
Agitur mecum male.i.malo ſtatu ſum.
Actum eſt,ſemper in malam partem accipitur.
Agere gratias,eſt verbis gratitudinem oſtendere.
Habere gratiam vel gratias,eſt in animo.
Referre gratiam,eſt re ipſa beneficium diſſoluere.
Aguntur animalia a ſeſſoribus & inſtigatoribus.
Ducuntur illa,quæ ſponte ducem ſequuntur.
Trahuntur,quæ per vim & raptando portantur.
Portare eſt ferre,& ſuo corpore baiulare.
Vehi,eſt equo,naui,curru,& ſimilibus.
Agere(præter alias ſignificationes) eſt rerum immanentiũ.
Facere,eſt rerum in materiam exteriorem exeuntium.
Age aduerbium cum ſingulari iungitur.
Agite,cum plurali.Agedum,cũ ſingulari & plurali.
Ager modo eſt territorum vrbi circumiectum.
Ager etiam eſt locus,quem ruri colimus.
Aruum eſt,quod frumento ſeritur.ab arando.
Fundus,eſt agri pars.vt vinea,oliuetum,pratum.
Prædium,eſt poſſeſſio ruſtica,ſiue vrbana.
Campus,eſt planicies terræ ampla & grandis.
Area,eſt planicies anguſtior in agro vel vrbe.
Aliquantiſper & Pauliſper ad breue tempus pertinet.
Tantiſper pro in tantũ poſtulat adiungi dum pro donec
Alter de duobus dicitur,aut de ſecundo loco.
Alius,de pluribus dicitur,& quandoq; pro diuerſis.
Albani,ex oppido Alba in Latio dicuntur.
Albenſes,ex oppido Alba ad Fuſcinum lacum.
Alumnus non qui alit,ſed tantum qui alitur.
Ambitio in animo eſt eius,qui cupit honores.
Ambitus in actu eius,qui pecunijs honorem habuit.
Amor,ad omnes res pertinet.vt amor vini & vxoris.
Charitas,ad homines tantum pertinet.
Caritas,eſt penuria,quam indocti cariſtiã dicunt.
Amare,eſt cum affectu & vehementiſſime.
Diligere,eſt cum ratione & remiſſius.
Adamare,eſt amatorie aliquid amare
Amicus honeſta res eſt.vnde eſt amicitia.
Amica(ſi ad virum referatur)inhoneſta res eſt.
Amator,qui modo amatorio amat.
An particula coniunctio eſt,per quam interrogamus.
Aut coniunctio quoq; eſt,ſed per eam non interrogamus.
Annuum tempus eſt,quod per anni ſpacium durat.
Annuum feſtum eſt,quod ſemel in anno contingit.
Ante hac legi.i.ante hoc tempus legi.
Poſthac legam.i.poſt hoc tempus legam.
Antiqui dicuntur & ſenes & veteres.
Senes dicuntur quantum ad ipſorum vitam priuatam.
Veteres dicuntur,q̃ alia ætate vixerunt.
Apeto.cum affectu qualiacumq; illa ſi[illegible]
Expeto,tantum honeſta.vt virtutes.

Apparare ad pompam tantum pertinet.
Præparare vero,eſt aliquid ante parare.
Apparere alicui,eſt illi miniſterium exhibere.
Apud me liber eſt,perſonam & locum ſignificat.
Penes me eſt liber,perſonam & dominium.
Argutus eſt,qui eſt acuta quadam ſolertia.
Argutus eſt ſonorus,Argutus quoq; breuis.
Armiger eſt,qui domino arma in prælio miniſtrat.
Armatus,qui armis ad pugnam inſtructus eſt.
Arcere,eſt prohibere ac vetare.vnde arx dicitur.
Abigere,eſt a loco fugare.vnde abactores & abigei.
Aſſurgere alicui,eſt in honorem illius ſurgere.
Surgere,eſt quocunq; modo ſe erigere.
Aſſentari,eſt falſo laudare vtilitatis gratia.
Adulari vero eſt inſeruire, vt honorẽ mereamur.
Blandiri(quanq̃ eſt tactus)ad animum transfertur.
Aſciſcere,eſt remotum aliquid capere.
Conſciſcere,ſemper fere mortem deſiderat.
Deſciſcere,eſt ab imperio alterius ſe ſubtrahere.
Aſſerere,eſt affirmare, & in libertatem vindicare.
Aſſeuerare,eſt vim atq; animi motum addere.
Autem coniunctio poſtponitur huic negationi, non.
Vero poſtponitur his,neq;,tum,ſane,iam,enim,at.
Auſculto te dicimus,ſicut & audio te.
Auſculto tibi,eſt obtempero tibi.
Audiens ſum te,tantum valet,quantum audio te.
Audiens ſum tibi,non audio tibi.i.obediens ſum.
Auis eſt,quæ parit oua,pennisq; prædita eſt.
Volucris eſt,quæcunq; volat,vt apis,culex.

¶ De littera.B.

BArba(vt inquit Seruius)hominum eſt.
Barbæ vero in numero plurali quadrupedum.
Mentum vero eſt ipſa barba pilorumq; ſedes.
Benefactor eſt,qui cuipiam benefacit.
Beneficiarius,in quem beneficium collocatur.
Bene,aliquando accipitur pro valde.vt bene doctus.
Male,aliquando accipitur pro non.vt male ſanus.
Bellum,eſt totum tempus,quo in militia ſumus.
Prælium,ipſum tantum armorum certamen.
Pugna etiam citra arma fit ſolis verbis.
Beatus eſt,qui omnibus rebus ad vitæ vſum abũdat.
Fœlix,qui omnium bonorum compos eſt.
Bonus,genus eſt ad vtile iucundum,& honeſtum.
Bonitas vero idem eſt,quod benignitas.
Bractea tenuis eſt,& ſua ſponte plicatilis.
Lamina vero craſſior,vt ex qua arma fiunt.
Bucca pars illa eſt,quæ inflatur.vt in cornicine.
Mala,eſt rotundum illud,quod eſt ſupra buccam.
Gena,tum oculorum tegmen eſt,tum malam ſignificat.
Cilium,eſt ambitus genarum.vnde ſupercilium.

¶ De littera.C.

CEdo tibi, & concedo tibi,ideſt non repugno tibi.
Cædo cecidi te,ideſt percutio & occido.
Catuli ſunt ferarum, quæ fere ex raptu viuunt
Pulli vero cicurum,vt aſini,& equi,& aues.
Fœtus generalius eſt.vnde fœtificari & fœtura.
Capitale odium,quod & caput & vitam alterius petit,
Capitale vitium,propter quod peccans puniatur.
Capere,eſt ſponte vel non ſponte accipere.
Sumere,eſt vltro,& non ſponte aliorum capere.
Captare,eſt velle capere, & inſidias parare.
Candet dicit Marcellus,quod ignitum eſt.
Candet etiam,quod candidum,& album eſt.
Cauſari,eſt cauſam rei geſtæ afferre in accuſationem.
Cauſare nunquã apud idoneos inuenitur pro efficere.
Caupona,eſt taberna,vbi vinum venditur.
Caupona quoq; mulier,quæ vinum vendit.
Calũniari (dicit Martianus) eſt falſa crimina intendere.
Præuaricari(dicit vulpianus) cauſas aduerſarijs dare.
Ceruix in ſingulari,eſt poſterior colli pars.
Ceruices in plurali,pro ſuperbia ponuntur.
Collum, omnes partes in ſolidum complectitur.
Iugulus,eſt anterior colli pars:vnde iugulare.
Celebris paſſiue ponitur.vt locus & homo celebris.
Frequens,actiue & paſſiue.vt vrbs & ſenatus.
Cælebs eſt,qui non duxit vxorem legitimam.
Maritus eſt, qui vxorem per leges accepit.
Certum eſt,modo accipitur pro manifeſtum eſt.
Certum eſt,pro deliberatum eſt,iungitur infinitiuo.
Cenſor eſt,qui in adminiſtratione cenſuræ eſt.
Cenſorius eſt,qui perfunctus eſt cenſura.
Circumſtare,pro eo quod eſt circũdare.
Circunſiſtere, pro eo quod eſt circunuenire.
Circiter,frequentiſſime ad numerum refertur.
Refertur quandoq; ad tempus & ad locum.
Continuo.Protinus.Statim,notum eſt quid ſint.
Quod ſi additur negatio.valet pro non ideo.
Cõmeatus in ſingulari,eſt licentia(vt ita dixerim)ad tẽpus
Cõmeatus in vtroq; nũero,eſt alimẽta publica & priuata.
Commendo te regi.ideſt committo te.
Commendo te apud regem.ideſt laudo te.
Commentarius eſt,in quo res nudæ ſcribuntur.
Libri ſunt,in quos autorum opera diuiduntur.
Volumen eſt minus,quam liber.
Concilio amorem dicimus:ſed non gratiam.
Inimus gratiam:ſed non inimus amorem.
Reconciliare, & in gratiam redire,idem.
Cõciliamus nouos amicos.Reconciliamus veteres.
Comitari,eſt minores maioribus comitatum præſtare.
Aſſectari,eſt comitatum alicui præſtare quocunq; modo.
Deducere,eſt aliquem de illius domo comitari.
Reducere,eſt illum vſq; in domum comitari.
Cœnaculum,eſt pars domus ſuperior ad quoſcunq; vſus.
Cœnatio,eſt locus inferior ad cœnandum.
Comes eſt,qui alterius ductum ſequitur vtcunq;.
Socius,eſt in negocijs,ſerijs rebus, & laboribus.
Sodalis, eſt in leuioribus & iocoſis & voluptuarijs.
Comis,eſt benignus,& q alijs inſeruit,q feſtiuus dicitur
Collis,eſt monticulus ſeparatus ſiue pars montis.
Iugum eſt(vt ſic dicam)ipſius montis arduitas.
Cliuus,eſt eadem arduitas ſed clæmens.
Promontorium,eſt mons in mare prominens.
Coxa,eſt pars ſupra femora, vertebrumq; ipſum.
Femora partem cruris exterioris ſignificant.
Femina partem interiorem molliorem q; tantum.
Copia in ſingulari,eſt facultas, & iungitur do & facio.

Copia quoq; eſt abundantia vt vini,olei.
Copiæ in numero plurali,eſt exercitus.
Condictio,eſt denunciatio ſiue actio in pſonam.
Conditio vero fortunam dicit & ordinem.
Corp9 in nāi.viuentib9 eſt,vnde corpulentus.
Caro eſt cadaueris,q̃ et pulpa d'r.
Conſolor & conſolatio verbis fit in alicui9 calamitate.
Solor & ſolatiũ reb9 ipſis fit in alterius ægeſtate.
Solo,non magis eſt poeticũ,quam oratorium.
Corporeũ,eſt exiſtens in materia corporea.vt lapis.
Corporale,eſt exiſtens ex materia corporea.vt domus.
Complodere,eſt manus inuicem illiſas collidere.
Explodere,eſt cũ ſonitu e manib9 eijcere.
Supplodere,eſt pedem terræ incutere.
Cordi eſt mihi ire aliquo.i.placet mihi ire.
In animo eſt mihi ire aliquo,i. conſtituo ire.
Compertũ eſt,& exploratũ eſt mihi.i.ſcio.
Conſtitutũ,& deliberatũ eſt mihi.i.decreui.
Conſulo te.i.conſiliũ peto:vnde conſultor.
Conſulo tibi.i.conſiliũ do.a quo eſt conſultus.
Conuenit mihi.i.decens & conueniens eſt mihi.
Cõuenit inter nos.i.cõtrouerſia nõ ē īter nos.
Conflaui æs alienũ.i.factus ſum debitor.
Diſſolui æs alienũ.i.qđ contraxi ſolui.
Conſternere,ad corp9 tantũ pertinet.
Conſternari,ad animũ,cũ mens turbata eſt.
Conſul eſt:q in adminiſtratiõe cõſulatus eſt.
Conſularis:q iam pfunctus eſt conſulatu.
Crimen modo p delicto modo p criminatione.
Flagitiũ,pprie eſt ī libidine:qſi flagris dignũ.
Crudus eſt,qui ægre difficulterq; conquoquit.
Crudus etiam eſt:qui tenet aſpectũ trucem.
Crudũ etiã eſt vuln9,qđ eſt recens & ſanguinolentum.
Crudum etiam d'r,non coctũ & immaturum.
Crepitus,eſt ſonitus violentus ex aeris impulſu.
Crepitus,eſt etiam ventris vent9 excluſus.i.peditum.
Strepitus,fit ex corporũ & vocũ colliſione.
Fremitus,eſt ſtrepitus vehementior.
Stridor,eſt acrior,& quaſi ſibilans colliſio.
Confero me ad Catonem,non in Catonem,ideſt eo.
Confero beneficia in Catonem.non ad Catonem.i.do.
Cum primũ,cõiunctio eſt.vt cũ primũ veneris,dabo librũ.
Quamprimũ,aduerbiũ eſt p cito.vt quamprimum dabo.
Cumanã,dr̃ a cumis oppido Campaniæ.
Comenſes,a Como oppido Galliæ Ciſalpinæ.
Culpa medici perit:qui moriturus non erat.
Defectu medici perit.cui medicus non affuit.
Cum prepoſitio,nunq̃ iungitur rei notanti inſtrumentum.
Cum cõiunctio,ſi refertur ad tum,rei minori iungitur.
Tum vero rei maiori.vt cum pecunias,tum vitam.
Tum & tum inter equalia.vt tum pecunias,tum libros.
Coloriæ veſtes ſunt,quæ natiuo ſunt colore.
Verſicoloriæ,quæ natiuum colorem mutarũt.

¶ De littera.D.

Debellare,eſt bello vincere,& bello capere.
Expugnare,eſt pugnãdo vicere,et capere.
Propugnare,eſt pugnãdo vincere,et defendere.
Impugnare & oppugnare,eſt impugnando laceſſere.

Decus,eſt honorificentia ex rebus preclare geſtis.
Decor,eſt pulchritudo ex decentia rerum & perſonarũ.
Deſipio & Deſipiſco,eſt aliquid a ſenſu deficio.
Reſipiſco,eſt ad meliorem mentẽ redeo.
Deſcendo de monte.ideſt de alto ad imum.
Deſcendo in certamẽ.i.de tuto in periculoſum.
Deuenim9 in planũ,in vallem,a loco altiori.
Deuenim9 in paupertatẽ.i.a maiori fortuna.
Deſpicio inferiores me,loco & fortuna.
Suſpicio ſuperiores.ideſt admiror vel aſpicio.
Deſpicere,eſt circumſpicere,& puidere.
Deligere,ē magis idoneũ ad res gerẽdas cernere.
Eligere vero eſt ex multis ad noſtrã vtilitatẽ.
Coaptare,eſt eligere inter collegas & pares.
Declamator eſt,qui ſtudet apud rhetorem.
Orator eſt,qui veras cauſas in iudicio agit.
Defunct9 officio ē:q ſuo officio eſt pfunctus.
Defunctus quoq; vita,qui vitam finiuit.
Deturbare,eſt violenter & deorſum deijcere.
Exturbare,eſt eodẽ modo & loco deijcere.
Diſturbare,eſt diſſipãdo,diruẽdoq; deijcere.
Deprecor ſupplicium,ideſt deteſtor & execror.
Deprecor veniã ideſt precib9 veniã precor.
Imprecor,ē alicui malũ et infortuniũ precor.
Decuriones ſunt,q denis eqtib9 ex nobilioribus.
Centuriones,q centũ ex inferiorib9 præſunt.
Depectus,dicit Vulpianus,qui turpiter pactus.
Pactus eſt:qui quomodocunq; pepegit.
Decedere,ē ex officio abire:vnde d'r deceſſor.
Succedere,ē in officiũ ire.vnde d'r ſucceſſor.
Decedere vita:eſt officio vitæ excedere.
Depoſitor eſt,qui depoſitũ alicuis fidei credit.
Depoſitarius vero,cui depoſitum creditur.
Diſcere eſt:vt aliquid intelligas,qđ ignoras.
Ediſcere vero eſt,vt memoria complectaris.
Dediſcere eſt:qđ didiceris,obliuiſci.
Dicere,pprie eſt oratorum,& eleganter loqui.
Dictitare,eſt freq̃nti loco & tpe dicere.
Dictare,eſt alio verba excipiente,vt ſcribat,dicere.
Docere diſcipulos,notum eſt quid ſignificet.
Dedocere eſt,qđ alter docuit,falſum oñdere.
Dico ſententiã in ſenatum,quaſi conſiliarius.
Fero ſententiã in foro,quaſi prætor ſiue iudex.
Dicere leges,eſt ad eos,qui bello ſuperati ſunt.
Ferre leges,eſt ad ſuos:vnde legum latores.
Dies p certa die generis eſt maſculini.
Dies p tempore fœmininum,& caret plurali.
Domus cũ facit domi,locum ſignificat.
Domus cũ facit dom9:ædificiũ & familiam.
Do litteras tabellario,ad aliquem perferendas.
Do litteras ad amicũ:vt eas legat.
Dono te corona,eſt premij & honoris gratia.
Dono tibi coronam,notũ eſt quid ſignificet.
Do tibi fidẽ.i.perſancte tibi iuro:& pmitto.
Habeo tibi fidem,hoc eſt credo tibi.
Dudum & iamdudum,de breui tpe d'r.
Nuper.pridem.& iampridem,de longior
Diu & iamdiu,eſt per longum tempus.

¶ De littera.E.

EPulæ, ſunt cibi miniſterio hominum comparati.
Epulum, ſunt cibi ſolẽniores & conuiuiũ publicũ.
Edicere, eſt magiſtratuũ regũq;. vnde edictum pretoris.
Indicere, eſt denunciare. vt indico bellum hoſtibus.
Eloglum, eſt teſtificatio laudis vel infamiæ.
En, nõiatiuo et accuſatiuo iũgitur. vt en priam⁹, en capellas
Apud oratores ex̄ vob. ando cum nõiatiuo. vt en homo.
Ecce, apud Vergilium ſemper de re improuiſe.
E republica, ideſt pro republica & vtilitate reipublicæ.
E regione domus meæ, pro ex oppoſito domus.
Ex tempore dixit. pro ex improuiſo dixit.
Ergo & igitur breuioribus adhibetur concluſionibus.
Quare. quapropter. quamobrem. maioribus.
Etſi. quanquam. in principijs poſcunt indicatiuum.
Quamuis. licet. tametſi in alijs locis ſubiunctiuum.
Euẽtus. iuſſus. permiſſus in ſingulari quartæ declinationis.
Euenta. iuſſa. permiſſa in plurali ſecunde declinationis.
Excubiæ, tam diurnæ, quam nocturnæ dicuntur,
Vigiliæ, ſunt tantũmodo nocturnæ diuiſæ in quattuor.
Exemplum eſt, quod ſequimur, aut vitamus.
Exemplar, ex quo ſimile aliquid facimus.
Exiſtit, quod eminet, & exurgit cum motu.
Extat. quod eminet, & ſuperſtat ſine motu.
Exprobare, eſt immemorem beneficij culpare.
Imputare, eſt citra reprehenſionem id facere.
Eſſe præſens verbi infinitiui eſt. Fore futuri.
Eodem modo differunt. adeſſe. Adfore. prodeſſe. Profore.

¶ De littera.F.

FAcio te certiorem: non facio certum, neq; ago.
Facio rem gratam. remdiuinã. damnum non ago.
Facies, magis ad corpus pertinet, vt facies longa.
Vultus, ad animum refertur. vt vultus triſtis.
Factio, eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia.
Seditio, cum populo diſcorde ... itur
Fama græce, ideſt, quod rumor ...
Rumor eſt tantum de re, quæ rece... it & ſine autore.
Fama vero etiã de antiqua & : & de alicuius celebritate.
Fatuus, eſt inſipiens, tractum a ſapore ciborum.
Stolidus, qui proxime ad naturam pecorum accedit.
Stultus eſt, qui improuidens eſt, & imprudens.
Facile ſcribit, p eo quod eſt leuiter ſcribit. & nõ laborioſe.
Facile princeps, oratorum eſt. i. non dubie princeps.
Fero auxilium, do auxilium, recte dicitur vtrumq;.
Do opem, non dicitur: ſed fero opem. vnde Opitulor.
Feſtus dies recte dicitur, & non feſtiuus. vnde feſtum.
Feſtiuus homo, ideſt iucundus. vnde feſtiuitas.
Ferus homo, qui animum ferinum obtinet.
Ferox homo, qui animoſus eſt ad certandum.
Feſſus, eſt fatigatus, ſiue animo, ſiue corpore.
Defeſſus & fatigatus. qui amplius fatigari non poteſt.
Ficus fici, vel ficus, pro fructu & arbore, gñis eſt fœminini.
Ficus fici genere maſculino, pro morbo accipitur.
Filius. Pater. Mater magis ab oratoribus dicitur.
Gnatus. Genitor. Genitrix magis ſunt poetarum.
Fingere dicitur. qui formas ducit ex luto, & dicitur plaſtes.
Effingere, qui ad alterius formam aliquid fingit.
Flere, eſt lachrymas effundere in dolore.
Gemere, eſt præ anguſtia in ſonum erumpere.
Plorare, eſt voce flebili dolorem ſuum apperire.
Plangere, eſt percuſſione membrorum ſe affligere.
Eiulare, eſt alta voce flere, quod eſt mulierum.
Vociferari, eſt nõ mõ dolorẽ, ſed indignationẽ oſtẽdere
Lamentari, eſt oratione triſti cladem teſtari.
Fœlix eſt, qui proſperitatem recipit, vt homo fœlix.
Proſperum eſt, quod fœlicitatem affert, vt ſydus.
Fœlix etiam aliquando ab effectu dicitur.
Fœnero tibi dicitur, ſicut mutuo tibi, & promitto tibi.
Fœneror abs te, ſicut mutuor ab te, & ſtipulor abs te.
Fœnus, eſt prouentus ex ipſo ſolo, quod eſt naturale.
Fœnus, quod eſt vſura, a priori ſignificato defluxit.
Vectigal, ex omni prædio eſt, vel publicũ, vel priuatum.
Frux eſt, quicquid ex terræ fructu in cibum vertimus.
Seges eſt, ex qua conficitur panis non demeſſa.
Seges etiam, eſt terra ſementi excipiendæ ſubacta.
Frondes, ſunt tantum arborum.
Folia, ſunt etiam aliarum rerum. vt florum, herbarum.
Frui, eſt potiri aliqua re propter ſeipſam.
Fungi, eſt officium munuſq; agere.
Potior cum hoc nomine res, genitiuo plurali iungitur.
Potior alias cum ablatiuo, & ſignificat obtinere.

¶ De littera.G.

GEſtus, eſt actio quædam & corporis pronunciatio.
Geſtio, eſt adminiſtratio quædam, & actio.
Gẽmæ. ſunt lapilli oẽs precioſi, præter margaritam.
Margarita eſt, quæ in concha naſcitur.
Vnio vero eſt, quum magnitudinẽ ſolitam excedit.
Gratus, eſt in aduerſis. Iucundus, in proſperis.
Iucundus, non eſt lætus: ſed leticiam affert.
Gratulari alicui ẽ, verba teſtari ſe gaudere de illi⁹ fœlicitate
Gratari idem niſi quod magis eſt poeticũ, quã oratoriũ.
Gratificari, eſt beneficium minori conferre.
Gratum facere, eſt maioribus inſeruire.
Graue eſt, quod ſuapte natura eſt ponderoſum.
Grauem etiam virum, per tranſlationem dicimus.
Gremium, eſt intra complexum feminum in fœminis.
Sinus, eſt intra pectoris brachiorumq; complexum:
Sinus, etiam eſt veſtis fluxus, & littorum curuitas.

¶ De littera.H.

HAbeo rationem ſalutis, ideſt habeo reſpectum.
Conſtat ratio, ideſt rationem legitimam eſſe oſtẽdo.
Habeo orationem dicimus, non facio orationem.
Facio ſermonem dicimus, non habeo ſermonem.
Hei, ſemper iungitur datiuo, vt hei mihi qualis erat.
Heu accuſatiuo, & nominatiuo nonnunquam.
Væ, ſemper datiuo iungitur. vt væ tibi cauſidice.
Hiſtrio eſt, qui perſonatus fabulas in ſcæna agit.
Mimus, qui quouis in loco geſticulationes exercet.
Hiare, eſt aliquid ſua ſponte vel externa vi.
Hiſcere, eſt tantum oris, & quidem humani.
Hortus, eſt vbi ſunt olera, quibus veſcimur.
Horti ſunt arboribus conſiti volupt..tis gratia.
Hoſpes eſt, qui in aliena ciuitate eſt.
Peregrinus eſt, qui in propria ciuitate non eſt.
Hic, ad primã perſonã, vel ad res primæ perſonæ pertinet.
Iſte, ad ſecundam perſonam, vel ad res ſecundæ perſonæ.

Ille,ad tertiam perſonam:vel,a res tertiæ perſonæ.
Eodem modo differunt aduerbia ab eis tracta.

¶ De littera.I.

IAm,notum eſt quid ſignificet.vt iam venit.
Vſurpatur quoq; pro tunc.vt ſi ſedet iam non ſtat.
Interdico tibi aqua & igni,non aquam & ignem.
Interdicitur tibi a me aqua & igni,&
Interdicitur tibi a me aqua & ignis.
Incumbo ſtudijs,vel in ſtudia.vel ad ſtudia.
Incumbo remis,non in remos,vel ad remos.
Intercedit mihi tecum amor,ideſt,eſt amor inter nos.
Interceſſerunt tribuni,hoc eſt ſe oppoſuerunt.
Inſtituta,ſunt boni mores ratione ſumpti.
Inſtitutiones,ſunt præceptiones,quibus docemur.
Indulgentia,eſt mollis & delicata educatio.
Venia etiam,quandoq; indulgentiam ſignificat.
Infidus eſt,cui non eſt fidendum.a fido fidis.
Perfidus eſt,qui fidem violat.a fides fidei.
Infenſus,eſt vehementer iratus,& odium gerens.
Infeſtus,vehementer moleſtus,& nocens.
In diem viuo tantũ.ideſt diei præſentis rationem habeo.
Indies ſeneſco.ideſt cotidie magis efficior ſenex.
Inhibemus rem incœptam.vt tela inhibete latini.
Prohibemus ante rem incœptã.vt hoſpitio prohibemur.
Inuertere,eſt rem aliquam in contrarium vertere.
Peruertere,eſt rem aliquam in malum vertere.
In manu mea eſt negocium,ideſt in poteſtate mea eſt.
In manibus eſt liber,ideſt inter manus meas.
Ingredior forum,ideſt intro in forum.
Ingredior,ideſt ambulo.vt ſi ſtas,ingredere.
Interrogamus cauſa aliquid intelligendi.
Percontamur vero gratia argumentandi.
Sciſcitamur(vt vox indicat)ſciendi gratia.
Introduco te. ideſt interioribus claudo.
Intercludo te.ideſt iter tuum claudo & impedio.
Incedere,eſt ambulare cum faſtu & pompa.
Ambulare,ſimpliciter pedibus ingredi.
Impendere,eſt quaſi ſupra caput in ruinam imminere.
Impendere penultima breui,eſt quaſi dare.
Perpendere,eſt exacte ponderare,& examinare.
Appendere,eſt ſuſpendere,& ad lancem ponderare.
Inter cœnandum venit,ideſt dum eſſem in cœna.
Inter agendum dormio.ideſt dum ſum in actione.
Impono tibi onus.ideſt iniungo tibi onus.
Impono tibi.ideſt decipio te,vnde impoſtores dicti.
Inficiari & inficias ire,ideſt negare.ſic dicitur,vt
Opem ferre & ſuppetias ferre.pro auxiliari.
Indoles.in pueris eſt ſignum futuræ virtutis.
Indoles etiam in malum accipitur:ſed raro.
Iocus & iocari proprie ad verba tantum pertinent
Ludus & ludere,ad facta.vt ludere pila.
Iter facere eſt,quod imperiti dicunt itinerare.
Viam facere eſt,vbi via non erat,aperire.
Munire viam,eſt reficere,& repurgare
Iter habere,eſt iter aliquem eſſe facturum.

De littera.L.

LAbare aliquid,eſt ruere,& repente cadere.
Labi vero eſt leuiter,ſenſimq; deſcendere.
Laceſſo,prouoco,quod eſt in certamen vocare:plærumq; in
bonum,nonnunquam in malum accipitur.
Latebræ hominum proprie dicuntur.
Latibula ſunt ferrarum:ſed quandoq; confunduntur.
Legere litteras,legere libros.notum eſt quid ſignificet.
Perlegere litteras,eſt vſq; ad finem legere.
Eodem modo differunt vigilare,& peruigilare.
Negare & pernegare.agere & peragere,& ſimilia.
Leges ſunt aut principis,aut populi alicuius liberi.
Rogationes dicebantur:quia populus rogabatur.
Leuo & alleuo,eſt moleſtiam laboremq; extenuo.
Subleuo,eſt auxilium defenſionemq; præſto.
Littera in ſingulari,eſt vnum elementum.vt.a.b.
Litteræ in plurali,eſt epiſtola,quæ mittitur.
Libertus eſt,qui de ſeruo liber factus eſt,ſemperq; habet re-
lationem ad eum,cuius eſt libertus.vt libertus Cæſaris.
Libertinus idem ſignificat:niſi quod eſt abſolutum.
Libertas aliquando in bonum,& in malum accipitur.
Licentia vero eſt,cum quis libertate abutitur.
Libri ſunt,in quos autorum opera diuiduntur.
Volumina vero minora ſunt,quam libri.
Ludicrum ſubſtantiue,eſt quodcunq; luſorium opus. vnde
Ludicrus.cra.crum.non(vt dicit Priſcianus)ludicre.
Lucus,eſt ſilua cædua deo vel homini conſecrata.
Saltus,ſilua vbi pecudes hyemare,aut æſtiuare ſolent.
Nemora,voluptatis cauſa conſtant arte,ſiue natura.
Silua eſt,vbicunq; ſunt arbores cæduæ,vel incæduæ.
Lues,eſt morbus in homines ſeuiẽs,& in pecora & agros.
Peſtis,eſt peſtilentia,quæ aut cito occidit,aut cito abit.
Lubricus,locus eſt,in quo nequeas inſiſtere.
Lubrica eſt anguilla,quæ non poteſt retineri facile.
Lubrica ætas,in qua(qui ſunt)facile labuntur.
Luce & tenebris,p die ac nocte accipimus:ſed prima luce.
& primis tenebris,eſt principio diei & principio noctis.
Prima die Pima nocte,reſpectu ſecundæ dicitur.
Reperitur luci pro luce:veſperi pro veſpere:& ruri pro
rure:carthagini p carthagine.Sed Seruius vult,hæc no-
mina vrbium propria debere poni in datiuo.

De littera.M.

MAle de te ſentio,exiſtimo.iudico. non errorem ſen-
tientis:ſed eius (de quo ſentimus vitium) deſignat.
Male audio,eſt malam famam habeo.i.infamor.
Magni,parui.tãti.quãti.in genitiuo ſolũ iungũtur cũ illis
verbis intereſt & refert.vt magni intereſt,parui refert.
Cætera in nõĩatiuo vel aduerbialiter.vt plurimũ intereſt:
ſex pronoĩa in ablatiuo.mea.tua.ſua.noſtra.veſtra.cuia.
Malleolus,eſt in modũ mallei roſtra habẽs aptus plãtatiõi.
Sarmentum,eſt areſactum,quod igni reſeruatur.
Palmes,eſt cum in vite frondes vuaſq; habet.
Marinum eſt,quod in mari eſt,vt piſcis marinus.
Maritimũ eſt,quod iuxta mare eſt,vt vrbis maritima.
Trãs marinũ eſt,qđ trãs mare eſt.vt bellũ trãs marinũ.
Meditari præter eã ſignificationem,quã habet in prõpũ.
eſt etiam ad aliquid ſe exercere.vt ad paleſtram.
Memoria teneo,recte dicitur:non memoriter teneo.
Memoriter recito.memoriter pronuncio, non memoria.
Memoria & memoriter complector,repeto,recolo.
Memini pro recordor.genitiuo & accuſatiuo iungitur.

Memini, p mentionem facio gtõ & ablõ cum de.
Meſſis, tũ ipſa meſſio eſt: tũ ſeges iam matura.
Sementis, eſt ſatio: ſiue (vt ita dicã) ſeminatio.
Semen eſt, qđ in terram ſubactam iacitur.
Seminariũ, ẽ loc⁹, vbi plãtæ ad trãſplãtandũ ſeruntur.
Merere, eſt mercede opari, & in militia exerceri. vnde meritoria taberna. quo ſine mercede nõ eſt adit⁹. & meritorius puer, qui mercede pſtat libidini.
Meritoria puella nõ đr. ſed meretrix, quia meret.
Mereor de te bene, ideſt beneficium in te confero.
Mereor de te male, ideſt mala in te contuli.
Demereor amicos. i. bñficij illos obnoxios facio.
Emereor, vnde eſt emeritus: a labore ceſſare.
Miniſterium in ſingulari, eſt miniſtri opera.
Miniſteria in plurali, p miniſtris accipiuntur: eodẽ modo differunt ſeruitium & ſeruitia.
Mille in ſingulari ſubſtantiuũ eſt, vt Cicero mille hominũ verſabatur. & mille nummũ expenſum.
Milia vero in plurali ab eo qđ eſt mille.
Mille in plurali adiectiuũ eſt. vt mille viri.
Mollis homo in vituperationem đr. i. effœminat⁹.
Molle op⁹ in laudem. i. pulchre factum.
Moratus ille đr, q bonis moribus eſt præditus.
Morigeratus, ẽ obſeqns, & obediẽs, a verbo morigeror.
Moroſus, qui eſt difficilis & pueris moribus.
Moror te, & maneo te p expecto te: ſed poetice.
Moror te. i. detineo te, magis oratorium eſt.
Maneo p eo qđ futurũ eſt. vt qs te maet exit⁹.
Munimẽta, ſũt munitiões caſtrorũ: vt vallũ, foſſa.
Monumẽta, ſũt ſepulchra, ſtatuæ, tituli, literæ.
Murus, eſt ambitus vrbis, aut etiam caſtrorum.
Paries, ẽ ãbit⁹ ille domorũ: quo tecta fulciũtur.
Mœnia, & murũ ſignificat, et vrbis ædificia.
Mulier ea đr, q̃ corrupta ẽ, virgo q̃ integra. patitur tñ vtrumq; aliqñ exceptionem.
Munus, teſte Paulo, đr qđ dono mittitur.
Alio modo munus eſt onus, vñ immunitas đr.
Mun⁹ præterea eſt officiũ: vt militare mun⁹.

De littera. N.

NAtalis et natale ſubſtãtiue, eſt dies natalici⁹. Natales vero in plurali, ſanguinis condicionem ſignificat.
Ne dicã ſubſtãtiuo præcedẽte, vult poſt ſe a ctiuũ: vt Cicero. crudelis caſtor. ne dicã ſceleratũ & impium.
Secus aũt ſeqnte ſubſtãtiuo. vt ſi dicam⁹, crudelis. ne dicã ſcelerat⁹ & impius caſtor.
Necatus, generalem habet ſignificationem.
Nectus, non đr ſine certo genere mortis.
Nedũ vno mõ vtimur, cũ vtraq; ſententiã vno claudim⁹ verbo: vt funderẽ p te ſanguinẽ, nedũ pecuniã. Altero, quũ ſuũ vtriq; ſententiæ verbũ dam⁹: vt funderem p te ſanguinẽ, nedũ pecuniam crederem. ſed affirmãdo, qđ eſt maioris momẽti, præponim⁹: negãdo vero cõtra, qđ ẽ maius, poſtponimus.
Næ cũ diphtõgo, p valde vel certe accipitur.
Ne pducte accepta, p non. Ne correpte, p an.
Niſi, quoties põitur i pricipio, idicatiuũ poſtulat.
Alias vero, etiã ſubiunctiuo iungi poteſt.
Nihil ad cæſaris eqtatũ. i. nihil ad cõpatione cæſaris eqtatus Terẽ. nihil ad noſtrã. i. ad cõparationẽ huius noſtræ.
Non me fallit: non me præterit. non me fugit. non me capit. eſt non ignoro, teſte Quintiliano.
Naualis (inquit Paulus) eſt terra pſciſſa anno ceſſans.
Ager reſtibilis, inquit Varro, qđ reſtituitur.
Nunc aduerbium, tẽpus inſtans ſignificat.
Nunc, etiam ſine tpis ſignificatione vſurpatur. Cicero plura eueniret, ſi ad getẽ integri iremus, nũc vero onuſti cibo & vino cõfuſa & pturbata cernimus.
Nutare, eſt male ſoliditatæ molis ruinã minari.
Titubare, eſt pedibus non valẽtis inſiſtere.
Vacillare, eſt alterno motu inconſtantẽ eſſe.
Nũci⁹ eſt, q nũciat: nõ qđ nũciatur. Quod eni dicit Serui⁹ nũciũ eſſe, qđ nũciatur. nõ eſt verum.

De littera. O.

O Vctõ & actõ iungi põt. vt o me miſerũ. o te fœlicẽ. Aliqñ ſupprimitur: ſed in re leuiori. vt hoiem indoctũ, qui hæc ignoret.
Obſeruo. i. cuſtodio, a quo verbo eſt obſeruatio.
Obſeruo. i. colo et veneror, a quo ẽ obſeruãtia.
Obeo legationẽ, i. exequor mun⁹ & officium legationis. ſic obeo mortẽ, exequor officiũ mortis. & obeo non addĩto mortẽ, ſicut oppeto mortẽ, & oppeto, defunct⁹ vita. & defunct⁹.
Obuio tibi, & obui⁹ tibi fio. obuiũ me tibi fero.
Obuius tibi ſum. obuiã tibi pceſſi: idẽ ſignificãt.
Obſes eſt, qui traditur impio alterius, quaſi pignus.
Vas eſt, qui eſt ſponſor alterius in capitis piculo.
Fideiuſſor eſt: qui ſpondet in cauſis leuioribus.
Ocium, eſt uacatio a labore, cuius cõtrarium eſt negocium.
Ocium quoq; p ſtudio litterario accipitur.
Occupare, eſt locũ tenere, & vi capere: & etiam
Occupare, ante cape. quod dicunt præocupare.
Odor, notum eſt quid ſignificet in vtroq; nũero.
Odores in plurali numero, ſunt odoramẽta.
Officium, eſt virtutis actio p loco & tpe.
Officium, eſt bñficium, & obſequiũ in amicos.
Officiũ, quoq; ẽ magiſtratuũ & aliarũ rerũ.
Officina eſt, vbi opa fiunt. vñ ſunt opifices.
Taberna eſt, vbi opa vẽduntur. vñ tabernarij.
Opa (vt dicit Vulpianus) eſt diurnum officium.
Opus, eſt finis fructuſq; opæ. vt opus Ouidij.
Opæ preciũ, eſt fructuoſum, & ad rẽ ptinẽs.
Orare, eſt verbis aliquam rem petere.
Exorare, eſt orãdo & precib⁹ aliqd impetrare.
Oriũdus a roma. i. cui⁹ maiores fuerunt romani.
Ortus Romæ. i. qui in vrbe roma natus eſt.
Ordo, eſt digeſtio, & ſuo cuiuſq; rei loco diſpoſitio.
Series, eſt rerum quædam continua progreſſio.
Orphanus eſt, qui caret patre, præſidioq; paterno.
Pupillus eſt, qui caret patre: ſed tãtiſper dum eſt in ea etate, cui dari conſueuerunt tutores p leges
Orbus eſt, qui aliqua re chara priuatus eſt. vt filijs.

De littera. P.

PAraſitus eſt, qui vẽtris gratia nihil recuſat ferre. & omnia loquitur ad voluntatẽ inuitantis eum.
Scurra eſt, qui riſum ab audiẽtibus captat ſine differentia.
Paſtio, eſt ipſa paſcẽdi actio: quæ ad pecudes ptinet.
Paſtus, homini competit. & potius ad animum pertinet.

Pabulū,ē cibꝰ pecoꝝ,q ſine ſemine ē, vt palea.
Eſca,& hoīm eſt:& qđ captādis piſcibus ſubditur.
Paſci,pecudū eſt:& cōſtruitur cū actō.
Veſci,hoīm eſt:conſtruiturq; cum ablto:
Partior,idem eſt,qđ partes facio,& diſtribuo.
Partio,raro reperitur:ſed impertio freqnter.
Pacificatus ſum,ideſt pacem feci.
Pacatus ſum, in pace ſum.vel ab armis receſſi.
Placatꝰ ſum,ab indignatiōe ad lenitatē redij.
Parem eſſe, idē eſt,qđ ſufficere alicui operi.
Parc eſſe,idē eſt,qđ eſſe cōueniens & decens.
Paria facere eſt,q alibi omiſſum eſt,cōpēſare.
Patres (inqt Paulꝰ) vſq; ad tritauos ppriedici.
Qui ſup tritauos ſūt,maiores debere appellari.
Minores (dicit Seruiꝰ) nuncupari,quoties deficit
nomen impoſteris:ſed potius dicendū eſt eſſe
maiores,qui nos præceſſerūt.
Minores vero,qui ſequūtur.
Penu cōtinent,q̄ ad victū priuatū pertinent.
Penariū,eſt locꝰ (teſte Varrōe) vbi penu repōit.
Commeatꝰ đr,q ad victū publicū pertinet.
Pecꝰ ſignificat omne animal,qđ ſub homine ex
pabulo terræ paſcitur.Significat etiam multi
tudinem pecudū.
Pergameni ab oppido Aſiæ,qđ eſt Pergamus.
Bergomēſes,a bergamo galliæ ciſalpinæ oppido
Per,in cōpoſitiōe cū noīe poſitiuo iūgitur.
Quā vero,ſuplatiuo:Vt pdoctꝰ,quā doctiſſimꝰ
Perquā vero poſitiuo.vt perquā doctꝰ homo.
Quā,p quantū,ſemp poſitiuo adiūgitur.
Per,aliqñ in malū accipit.vt periurꝰ.perfidꝰ.
Aliqñ accipit quaſi p mediū.vt pſpicuus.
Præ,idem ſignificat:ſed cū alijs dictionibꝰ iūgit:
quā.per,vt præclarꝰ,prædulcis.prædiues.nō p
clarus.&c.
Perinde, vult poſt ſe acſi.vel atq;. vt fac perinde
acſi tua res eſſet.vel atq; tua res eſſet,
Proinde,idem eſt,qđ ideo,vel ideoq;.
Subinde,accipitur p inde,ſtatim,vel identidē.
Petere,in bonū & in malū accipitur.
Poſco,eſt ppriē rem debitā & honeſtā peto,
Poſtulo,eſt quodāmodo reqro.vt res poſtulat.
Expoſtulo,eſt cū qrela amici officiū deſidero.
Flagito,eſt vehementer & importune poſtulo.
Perſequor,in bonā partē & in malā accipitur.
Proſequor,ablto iungit,vt pſequor te oculis.
Peculiū,eſt qcqđ labore noſtro comparatur.
Peculatꝰ,ē furtū rerū ad rē publicā ptinētiū.
Sacrilegiū,eſt furtū rerū ſacrarū.
Pellex eſt,q̄ cū eo cui eſt vxor,miſcetur.
Pallaca,eſt cōcubina eiꝰ,q nō habet vxorem.
Pluit,caret ſuppoſito,& cōſtruitur cū abltō.
Ningit.Tonat.Serenat & ſilia vtrūq; reſpuūt.
Plures,pñt eſſe duo.& eſt nomē comparatiuum.
Cōplura,duo eſſe nō pñt.& nō eſt cōparatiuū.
Plerīq;,nō maximā ptē ſignificat:nō nōnulli.
Porro,licet eiuſdē ſignificationis ſit cuiꝰ vero et
aūt.hec ſemp poſtponūtur.illđ pōt ēt præponi.

Pōdo (teſte Phoca) ſinglari nūero caret. dicimus
tñ duo,tria pōdo.nō bina ternæ pondo.
Potior cū hoc noīe res in plurali,gtō iūgitur.cū
alijs vero noībꝰ freqntius abltō copulatur.
Potus vini,aquæ,lactis.& ſimiliū recte dicitur.
Potio datur ægrotātī,qđ græce pharmacū đr.
Pōpa,eſt ſpectaculū in pſpis rebus & aduerſis.
Spectaculū vero ē,qđ ſpectat,et ipſa ſpectatio.
Locus etiā vnde ſpectamꝰ,ſpectaculū đr.
Proteruus.pcax.& petulās aliud alio magis in
creſcit tā in factis quā in dictis. ſignificantq;
quādā laſciuiā.libidineq; & impudentiam.
Præſens,nō mō qđ eſt huiꝰ tpis:ſed alterius. vt
Horatius,præſens in tempus omittat.
Præſens quoq;,ſubditꝰ & nō dilatatꝰ in tēpꝰ:vñ
præſentiſſimū piculū.& præſentaneū remediū.
Præeſſe, ē rei adminiſtrādæ præpoſitū eſſe.ab hoc
fit præſes.qđ a verbi ſignificatiōe receſſit.
Præſidere,eſt ad opē præſtandā preeſſe, a quo fit
præſes:ſicut a deſideo deſes,a reſideo reſes.
Præſidiū,eſt præcipuū auxilium.
Subſidiū eſt,qđ in auxiliū ſuccedit,
Præſtare,præter eā ſignificationē,quā præſefert:
ſignificat etiā phibere ne alicui fiat incōmodū.
Pridie & poſtridie gtō ſeruiūt & actō. vt pridie
nonarū decēbriū:& pridie nonas decēbres.
Procul,apđ quoſdā autores actō ſeruit. vt Cur-
tius pcul vrbem.&c.
Prius vocaui te,ad tempus referri debet.
Prior vocaui te:ad pſonā potius refertur.Eſtq;
inter duo,ſicut primꝰ inter plura,vt ego prior
quā tu veni domū:& ego primꝰ oīm veni.
Eadē ratio ē de poſterior, poſteriꝰ:et poſtremꝰ.
Præmefero,eſt dicto vel facto,qualē opinionē ha
beā,quaſi ipſa frōte cōfiteri:in eadē ſignifica
tione ſunt præmeduco. præmegero.
Priſca ſunt,q̄ prioribus ſeculis fuerunt.
Priſtina,q̄ fuerūt prioribus annis.
Probrū,idem eſt qđ dedecus & ignominia.
Opprobriū,eſt aliqñ facto:ſed freqntiꝰ dicto.
Pulſare,eſt graui & vehementi ictu cædere.
Verberare,ē cædere inſtrumēto lōgo et exili.
Præuaricatores ſūt,q cauſam aduerſarijs donāt.
Tergiuerſatores,q ī totū ab excuſatiōe deſiſtūt.

De littera.Q.

Quando & qñquidē idē eſt, qđ quoniā.
Quatenus,idē ſignificabat Quintilia-
liani ſæculo. Cicero tñ quatenus p inquantū
vtitur.
Queſtus in plurali:p querella a queror q̄reris.
Quæſtꝰ etiā in ſingulari,ſignificat lucrū nū-
mariū,deriuaturq; a verbo quæro quæris.
Quidem,vno modo accipitur ad deſtinguendum
res,qđ greci nimiū faciūt.vt alius quidē bo-
nus:alius vero non,altero modo per exceptio
nem illius qđ affirmes.vt Quintilianꝰ.torq̄-
bis qdē filiū:ſed fatebitur mater.Tertio modo
ponit cōpletiue nō ſequente eiꝰ aduerſatiua.

Quin modo, nequum etiã, ſiue atq; etiã accipitur.
Quin p̃ nõ, deſiderat ſubiũctiuũ. vt qn adeas.
Quin p cur nõ, ſemp̃ iterrogat p indicatiuũ.
Quid ſubſtantiuum eſt. vt quid negocij eſt tibi?
Quod adiectiuum. vt qđ negocium eſt tibi?
Quiſq;, cum ſuplatiuo cõſtruitur. vt optimus quiſq;.
Cunct9 & oĩs, poſitiuo iũgit. vt cũcti ſapiẽtes, oẽs docti.
At vero omnis comparatiuo additur.
Quæ vero ſuplatiuo carẽt, etiam cum quiſq; iunguntur.
Quotuſquiſq; ſemp̃ interrogatiue accipitur.

¶ De littera. R.

RHegini ex oppido Calabriæ Rhegio dñr.
Rhegiẽſes, ex rhegio Galliæ ciſalpinæ oppido.
Retulit Pompeius ad ſenatũ. i. in cõſultationem poſuit.
Refero tibi bñficium. i. confiteor me accepiſſe bñficium.
Rixa, vt dixit Vulpianus, poteſt eſſe inter duos.
Turba uero in multitudine & cætu hominum tantum.

De littera. S.

SAluber cibus, ſaluber aer, eſt ſanitatem conferens.
Sanus homo, ſanum caput, eſt ſanitatẽ hñs.
Satiare, ad oẽs ſenſus ptinet, atq; etiã ad animum.
Saturare, ad vnum guſtum ptinet tantum.
Salio, vnde ſaltus deducitur, eſt ſaltum facere.
Salto, vnde ſaltatio fit, eſt tripudium facere.
Scilicet, & videlicet idẽ ſignificare videtur, qđ certe, ſed p amaritudinẽ quandam cum deriſu mixtam.
Recẽtiores vtuntur expoſitiue his particulis.
Sciẽs feci, i. cum faciebam ſciui me facere. Ignorãs feci. i. cum ignorabam ſciui me ignorare. Sciẽter feci, ignoranter feci. i. cum ſciẽtia vel cum ignorantia feci.
Secundũ particula, notũ eſt quid ſignificet. Scdm, preterea accipitur p iuxta, & poſt. Scdm, etiam p eo qđ eſt p. vt ſcdm me iudicatum eſt. i. p me ſententia eſt lata.
Senecta & Senectus, vtraq; eſt ſenilis ætas.
Iuuẽtus, nõ modo ætas. ſed multitudo iuuenũ eſt.
Sin, p ſi, nunq̃ in prima parte colocatur, ſed in ſcda, cũ præceſſit ſi, igitur exponẽdum eſt ſin. p ſed ſi.
Syncer9 (vt dicit Donat9) eſt ſine cæra. vt mel ſimplex.
Sed potius dicẽdũ eſt ſyncer9. i. integer & incorruptus. quaſi cum cæra & nulla parte fraudatum, hoc eſt diminutum.
Situs (dicit Priſcianus) eſt negligẽtia; ſed potius eſt ſordes illa & illuuies domus diu non repurgatæ.
Solus & vnus inter oĩa adiectiua, q̃ nõ ſunt ſuplatiua gtõ. plurali iunguntur, vt ſolus oĩm, vnus cunctorum.
Stare, eſt non ire in ijs, q̃ ſunt ſine pedibus. vt nauis.
Stant q̃ recta ſunt, q̃diu non cadunt, vt ſtat turris.
Stant q̃dam, ſi nõ eunt, cum ire poſſint. vt equus. homo.
Sedere in hominibus. notum eſt, quomodo fit.
Sidere, eſt peſſum ire, deorſumq; deſcẽdere.
Sto, verbum abſolutum eſt. ſiſto actiuum. vt Vergilius.
Siſte gradum. vtrumq; habet ſupinum ſtatum.
Stellæ (inquit Macrobius) ſunt ſingulares, vt erraticæ.
Sydera, conſtant multarum compoſitione, vt aries.
Aſtrum, eſt ſignum ex ſtellis coactum, qđ nos dicim9 ſydus, q̃ differẽtia nõ obſeruatur ſemp.
Sup, contiguitatẽ ſignificat. vt ſedeo ſup lapidẽ.
Supra ſpacij interpoſitionẽ. vt nubes pendẽt ſupra nos.
Suffragia, ſunt voces, q̃ dantur in electione.
Vnde ſuffragari, p auxiliari plærũq; inuenitur.

De littera. T.

TAntum abeſt, poſt ſe habet vt, aut ſemel. vt Cicero tantum abeſt ab officio: vt nihil officio poſſit magis eſſe cõtrarium. aut bis vt. Idem, tantum abeſt, vt aliquam bonam gratiam quæſiſſe videar. vt multas etiam ſimultates ſubeundas intelligam.
Tanti & quãti & ab eis cõpoſita tãtidẽ & quãtilibet, quãticũq;, totidẽ, pluris. & minoris, iũguntur his verbis: emo. vendo. veneo. mercor. cõparo. æſtimo. taxo. liceor. addico. diſtraho. metior, cõduco. loco, fœnero. paciſcor. pango. condẽno. poſtulo. & ſimilibus verbis.
Tenus, ſemp poſtponitur, atq; in ſingulari cũ ablĩõ tãtũ. In plurali etiam cum gtõ, vt Verg. crurum tenus a mento palearia pendent.
Thebani a thebis, q̃ eſt vrbs in bœotia inſignis.
Thebæus a thebe vrbe antiquiſſima in ægypto.
Timeo te. i. tanq̃ inimicum metuo te.
Timeo tibi, Metuo tibi, tanq̃ amico.
Traijcio exercitũ, i. trãs mare, trãs mõtes, trãs flumẽ duco.
Traijcio mare. i. tranſeo mare.
Tricliniũ, a toris, mẽſis vt triplicibus appellatũ eſt. Aulã & græce, quam latinæ atrium appellant.
Tollo, aliqñ p capio. vt tolle librum.
Tollo, aliqñ p educo accipi ſolet. vt ſuſtuli filium.

De littera. V.

VAlde, poſitiuo & verbo iungitur: ſed nõ longe, vt valde doctus. valde legit. non longe doctus. longe legit. nec valde ditior. valde ditiſſimus.
Venio in ſuſpicionẽ, ſemp accipitur paſſiue. vt veni in obliuionẽ. veni in vituperationẽ etiam paſſiue.
Veni in opinionẽ, actiue & paſſiue ſolet accipi.
Vector, vnũ ex verbalibus in. or. paſſionem ſignificat, id eſt cum qui vehitur. aliqñ qui vehit.
Venale, ſignificat rem vẽditioni expoſitam.
Vendibile: quod cito vendi poteſt.
Vendico (vt ſic dicam) eſt approprio, & meum eſſe dico.
Vindico, eſt vlciſcor. aliqñ ab iniuria defendo.
Ventitare, eſt frequẽter venire ad locum.
Aduetare, eſt pximum eſſe vt veniat.
Verſicoloria dñr, quæ natiuum colorẽ mutant.
Coloria, quæ colorẽ hñt natiuum.
Vicus, vrbis eſt pars. Vicus paganus muris caret.
Caſtellum eſt, qđ muris cinctum eſt vndiq;.
Oppidum, eſt omnis vrbs, præter Romam.
Victus appellatiõe, cõtinẽtur homini neceſſaria ad vitam.
Penus eſt omne, quo homines veſcuntur.
Vltro citroq;, ad dicta & facta referuntur.
Vſurpare, eſt vti tum dicto tum facto. i. vſum capere.
Vt. pro vtpote, ſiue quippe ſequenti relatiuo. Quintilianus non damno, vt qui dixerim eſſe in oĩbus vtilitatis aliqđ.

Finis.

# DE NOMINIBVS NVMERALIBVS.

## ¶ EIVSDEM ANTONII NEBRISSENSIS.

### De nominibus numeralibus.

NIhil eſt in hac vita mortali magis neceſſariũ cognitu, & qđ minus a noſtri ſeculi hominibus ſciatur: quã trinalia, in quibus ſator rerum idemq; mundi arbiter omnia diſpoſuit. Omnia (inquit) in menſura numero & pondere diſpoſuiſti. Omitto nunc pondus & mẽſuram, ſine quibus multe artes, atq; in primis medica mentaria, immo neq; ipſa hominum ſocietas, qua ciuitatem appellamus, cõſtare poteſt: breuis namq; iis de rebus tradituri ſumus certam rationem ætati noſtræ (quãtũ ego exiſtimo) incognitam: venio ad numeros in quos pondera ipſa & menſuræ referuntur, quotuſquiſq; nouit latine numeros ſuis propriis vocabulis appellare, poſteaquam a primis illis infantilibus, etiã notis, diſceſſerunt? Refert Ariſtoteles in problematis, eſſe quaſdã nationes adeo immanes & barbaras: vt neſciant computare vltra numerum quaternarium, quid ſi ego monſtrauero, eos qui vulgo habentur ſapientes, neſcire quomodo latine dicant. Tres letras tuyas recebi en vn dia: y cada quatro dias recibo dos, que de alos frayles que andan emparejados de dos en dos cada quatro hueuos. Et hoc intra numeros illos notos, quid ſi trãgrediamur denarium: quid ſi centenarium: quid ſi millenarium: quid ſi millionem? Sed cum mihi ſemper fuerit in animo pro virili Hiſpanis meis opem ferre, in iis potiſſimũ, qb⁹ maiore in modũ op⁹ eſt: libuit hoc ĩ loco diſponere in prima ſerie noĩa numeralia: atq; e regione ſecundo in loco nomina ex nũeralibus diuidua ſiue diſtributiua: tertio noĩa ordinalia, quarto aduerbia numeralia. Secutiq; ſumus in has parte, tum vſum doctiſſimorum: tum rationem: tum etiã proportionem. Poſuimus vero numeros explicitos vſq; ad triginta. cæteros vero collegimus in decuplationes tantum. ex quibus & ſimplis poſſum⁹ componere medios, quemadmodum fecimus a viginti in triginta. Prohibuimus autem vicies bis & vicies ter & ſimilia, qđ certos autores ſecuti in cõmentationibus noſtris, dici poſſe putabam⁹. propterea quod vicies bis potius quadragies, & vicies ter ſexagies deſignant, & alia adhuc modum. Præterea vltra centum non poſſumus dicere centies bis. ſicut dicimus centum duo, & centeni bini & centeſimus ſecundus: propterea, quod centies bis potius ſignificat ducenties, & centies ter, trecenties, & ſimiliter deinceps. Itaq; rationem ſecuti potius dicendum eſſe crediderim centies & bis: centies & ter, aut bis ſupra centies & ter ſuapra centies, &c.

¶ Aduertẽdum tamẽ antiquiores poſt centum millia, potius conſueuiſſe dicere bis centum millia. ter centum millia. quater centum millia quam ducẽta, trecenta quadraginta millia. Et pro eo, quod nos dicimus: vn cuento. decies centũ millia. dos cuentos. vicies centum millia. & deinceps eodem modo.

¶ Illud quoq; eſt animaduertendum, quod interroganti quot paſcit ſeruos, quot poſſidet agri iugera: reſpondendum eſt pro nomina numeralia puta decem. centum. Interroganti verõ quot dentes hñt homines, reſpondendum eſt per noĩa diuidua ſiue diſtributiua: puta tranteres binos. caninos quaternos. primores octonos, molares vicenos. Nam ſi diceres ſimpliciter, q̃ homines habent duos, aut quattuor, aut octo, aut viginti dentes. non dixiſti quod uolebas. Interroganti vero per quotus a. um. reſpondendum eſt per nomina ordinalia: vt quotus ſedet in eccleſia cãtor ab epiſcopo, reſpondendum eſt tertius, aut quartus, aut quotam partem habẽt clerici ex frugibus, reſpondendum eſt decimam, ideſt vnam aliquam ex decem.

¶ Sunt & aliæ denominatiões a nominibus numeralibus, quæ dicũtur multiplicia, vt duplus, tripus, quadruplus, quincuplus, ſexcuplus, ſeptuplus, octuplus, nonuplus, decuplus, quattuordecuplus, quindecuplus, ſexdecuplus. centuplus.

¶ Cætera vero multiplicia cum non habeant propria nomina, per quæ poſſint deſignari: circuloquimur ea per numeralia & ablatiuum huius nominis tantus, a. um. vt ſi dixeris, qui ſurripuerit ſimplum, luat viginti tanto, aut mille tanto, aut mille quingenta tanto. Et eodem modo de multiplicibus illis, quæ ſignificãt plicaturam. vt duplex, triplex, quadruplex, quincuplex ſexcuplex, ſeptẽplex, octuplex, nonuplex, decuplex, vndecuplex, duodecuplex, tredecupluex, quattuordecuplex, quindecuplex, ſexdecuplex. centuplex. vt Horatius, contra quẽ duplici panno patientia velat. Triplices quoq; & quincuplices tabellas apud Martialem legimus: & apud Ouidium. Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis aiax. vbi non poſſis dicere duplus, triplus quadruplus. quincuplus. ſextuplus. Nam quod Perſius dixit: rem duplica, fecĩ iã triplex. & iuuc. qui triplicem vſuram præſtare paratus: manifeſtum eſt, pro triplo poſuiſſe.

¶ Sunt & alia diuerſarum ſignificationum nomina a numeralibus compoſita & deriuata, quæ vltra certos nũeros nõ pcedunt. vt biduo. triduo. quatriduo: ſed non dicimus quinquiduo, ſexiduo. &c.

¶ Biennio. triennio. quadriennio. quinquennio: ſexennio. ſeptennio. decennio. centennio: ſed non dicimus. octennio. nouennio. ducentennio. &c.

¶ Nudius terti⁹. nudius quart⁹. & Plaut. nudius quĩtus. nudius ſextus. & Cicero, nudius tertius decim⁹. cætera exẽplo carẽt.

¶ Bimus. a. ũ. trimus. a. um. quadrim⁹. a. um. & denoĩatiua ab illis bimat⁹. us. trimat⁹. us. quadrimat⁹. us. cætera nõ leguntur.

¶ Et aduerbia bifariam, trifariã, quadrifariã. omnifariã. multifariã. plurifariã, ſed nõ dicimus quinquefariã. ſextifariã. &c.

¶ Sunt & alia nomina numeralia numerorum triplicatiua, quæ non reperiuntur niſi a certis numeris hæc fere. binio, onis. i. eo qđ eſt bis duo bis, hoc eſt octo. ternio, onis, pro ter, tria ter, hoc eſt ſeptẽ & viginti, quaternio, onis, p quater quattuor quater, hoc eſt quattuor & ſexaginta. quinio. onis, pro quinquies quinq; quinquies, hoc eſt centum viginti quinq;. & c. eodẽ modo poſſent ex proportione formari, ſed non legi, niſi hæc ſuperiora. & quod ſuſpicor millionem dictum, quem vulgus Hiſpane appellat millon, hoc eſt millies mille millies.

¶ Sunt quoq; alia nomina a diuiduis deriuata, quæ ſignificant illum numerum, ad quem pertinent habere, vt ſingularius, vel ſingularis, quod vnum continet. binarius quod duo, ternarius, quod tria, quaternarius, quod quattuor, quinarius quod

*quinq;,ſenarius quod ſex.ſeptenarius quod ſeptem.octonarius quod octo. nouenarius quod nouem.denarius quod decem, vndenarius quod vndecim.duodenarius quod duodecim. tredenarius quod tredecim,quaterdenarius quod quattuordecim. quindenarius quod quindecim.vicenarius quod viginti,tricenarius quod triginta.quadragenarius quod quadraginta.quinquagenarius quod quinquaginta.ſexagenarius quod ſexaginta.ſeptuagenarius qđ ſeptuaginta.octogenarius quod octoginta.nonagenarius quod nonaginta.centenarius quod centum,millenarius quod mille.vt numerus binarius continet duo;ſexagenarius ſenex,qui habet.ideſt vixit annos ſexaginta.*

*¶ Sunt præterea quædam ab ordinalibus denominata,quæ ſignificant ad illum ordinem pertinere,aut eſſe ex illo ordine,vt ſecundanus miles,qui eſt ex ſecunda legione.octumanus ex octaua.decumanus ex decima.& decumana porta in caſtris. & æs decumanum apud Lucillum. & decumanum frumentum.quod ex decimis ſoluitur.*

*¶ Tertiana quoq; febris quæ die tertio cõtingit,& quartana quæ quarto.Et ab his rurſus denominatiua,vt tertianarius. quartanarius,& alia eodem modo.*

## DE NOMIBVS NVMERALIBVS.

| Numeralia. | Diuidua. | Ordinalia. | Aduerbia. |
|---|---|---|---|
| Vnus vna vnum. | Singuli.læ.la. | Primus.a.um. | Semel. |
| Duo duæ duo. | Bini.næ.na. | Secundus.a.dum. | Bis. |
| Tres & tria. | Terni.næ.na. | Tertius.a.um. | Ter. |
| Quattuor. | Quaterni.næ.na. | Quartus.ta.tum. | Quater. |
| Quinq;. | Quini.næ.na. | Quintus.ta.tum. | Quinquies. |
| Sex. | Seni.næ.na. | Sextus.ta.tum. | Sexies. |
| Septem. | Septeni.næ.na. | Septimus.a.um. | Septies. |
| Octo. | Octoni.næ.na. | Octauus.a.um. | Octies. |
| Nouem. | Noueni.næ.na. | Nonus nona nonum. | Nouies. |
| Decem. | Deni.næ.na. | Decimus decima decimũ. | Decies. |
| Vndecim. | Vndeni.næ.vndena. | Vndecimus.a.um. | Vndeci |
| Duodecim. | Duodeni.næ na. | Duodecimus.a.um. | Duodecies. |
| Tredecim. | Tredeni tredenæ tredena. | Tredecimus.a.um. | Tredecies. |
| Quattuordecim. | Quattuordeni.næ.na. | Quartus decimus.a.um. | Quattuordecies. |
| Quindecim. | Quindeni.næ.na. | Quintus decimus. | Quindecies. |
| Sedecim. | Sedeni.næ.na. | Sextus decimus. | Sedecies. |
| Septindecim. | Septindeni.æ.a. | Septimus decimus. | Septindecies |
| Decem & octo. | Octoni & deni. | Octauus decimus. | Octies & decies. |
| Duodeuiginti. | Duodeuiceni. | Duodeuiceſimus. | Duodeuicies. |
| Decem & nouem. | Noueni & deni. | Nonus decimus. | Nouies & decies. |
| Vndeuiginti. | Vndeuiceni.næ.na. | Vndeuiceſimus | Vndeuicies. |
| Viginti. | Viceni.næ.na. | Viceſimus. | Vicies. |
| Viginti vnus,vel | Viceni ſinguli. | Viceſimus primus. | Vicies ſemel. |
| Vnus & viginti. | Singuli & viceni. | Primus & viceſimus. | Semel & vicies. |
| Viginti duo. | Viceni bini.næ.na. | Viceſimus ſecundus. | Vicies bis non dicitur. |
| Duo & viginti. | Bini & viceni. | Secundus & viceſimus. | Bis & vicies dicitur. |
| Viginti tres. | Viceni terni vel | Viceſimus tertius. | Vicies ter non dicitur |
| Tres & viginti. | Terni & viceni. | Tertius & viceſimus. | Ter & vicies dicitur |
| Viginti quattuor. | Viceni quaterni vel | Viceſimus quartus. | Vicies quater non dicitur. |
| Quattuor & viginti. | Quaterni & viceni. | Quartus & viceſimus. | Quater & vicies dicitur. |
| Viginti quinq;. | Viceni quini vel | Viceſimus quintus. | Vicies quinquies nõ dicitur. |
| Quinq; & viginti. | Quini & viceni. | Quintus & viceſimus. | Quinquies & vicies dicitur. |
| Viginti ſex. | Viceni ſeni vel | Viceſimus ſextus. | Vicies ſexies non dicitur. |
| Sex & viginti. | Seni & viceni. | Sextus & viceſimus. | Sexies & vicies dicitur. |
| Viginti ſeptem. | Viceni ſepteni vel | Viceſimus ſeptimus. | Vicies ſepties non dicitur. |
| Septem & viginti. | Septeni & viceni. | Septimus & viceſimus. | ſepties & vicies dicitur. |
| Viginti octo. | Viceni octoni vel | Viceſimus octauus. | Vicies & octies non dicitur. |
| Octo & viginti. | Octoni & viceni vel | Octauus & viceſimus. | Octies & vicies dicitur. |
| Duo de triginta. | Duodetriceni. | Duodetriceſimus. | Duodetricies dicitur. |
| Viginti nouem. | Viceni noueni vel | Viceſimus nonus. | Vicies nouies non dicitur. |

# DE NOMINIBVS NVMERALIBVS.

| Numeralia. | Diuidua. | Ordinalia. | Aduerbia. |
|---|---|---|---|
| Nouem & vigin | Vndetriceni. | Nonus & viceſimus | Nouies & vicies dicitur. |
| Vndetrigir | Triceni.næ na. | Vndetriceſimus. | Vnderricies dicitur |
| Triginta.&c.ſimiliter | Quadrageni.nę.na. | Triceſimus. | Tricies. |
| Quadraginta | Quinquageni.næ.na. | Quadrageſimus. | Quadragies. |
| Quinquaginta | Sexageni.nę na. | Quinquageſimus. | Quinquagies. |
| Sexaignta. | Septuageni.næ.na, | Sexageſimus. | Sexagies. |
| Septuaginta | Octogeni. næ.na. | Sepeuageſimus. | Septuagies |
| Octoginta. | Nonageni.næ.na. | Octogeſimus. | Octogies. |
| Nonaginta. | Centeni.næ.na. | Nonageſimus. | Nonagies |
| Centum. | Centeni ſinguli. | Centeſimus.a.um. | Centies. |
| Centum vnus. | Singuli ſupra centenos. | Centeſimus primus | Centies & ſemel. |
| Vnus ſupra centũ, | Centeni bini. | Primus ſupra centeſimũ. | Semel & centies |
| Centum duo. | Bini ſupra cẽtenos | Centeſimus ſecundus | Centies & bis. |
| Duo ſupra centũ. | Centeni terni. | Secũdus ſupra cẽteſimũ. | Bis & centies |
| Centum tria. | Terni ſupra centenos. | Centeſimus tertius. | Centies & ter. |
| Tria ſupra centum.&c. | Ducẽteni vel duceni. | Tertius ſupra centeſimũ. | Ter & centies. |
| Ducenti.tę.ta.vel | Bis centeni. | Ducenteſimꝰ. vel | Ducenties vel |
| Bis centum. | Trecenteni vel treceni. | Bis centeſimus | Bis centies |
| Trecẽti.tę.ta.vel | Tercenteni. | Trecenteſimus.vel | Trecenties vel |
| Tercentum. | Quadringẽteni vel.geni. | Tercenteſimus. | Tercenties |
| Quadringenti.tę.ta.vel | Quatercenteni. | Quadringẽteſimus vel | Quadringẽties vel |
| Quater centum. | Quingenteni vel qngeni. | Quatercenteſimus. | Quatercenties. |
| Quingẽti.tę.ta.vł | Quinquies centeni. | Quingenteſimus vel | Quingenties vel |
| Quinquies centũ | Sexcenteni vel ſexceni. | Quinquies centeſimus. | Quinquies cẽties. |
| Sexcenti.tę.ta. vel | Sexies centeni. | Sexcenteſimns vel | Sexcenties vel |
| Sexies centum. | Septingenteni vel .geni. | Sexies centeſimus. | Sexcies centies. |
| Septingẽti.tę ta.vł | Septies centeni. | Septingenteſimus vel | Septingenties vel |
| Septies centum. | Octingenteni vel.geni. | Septies centeſimus. | Septies centies. |
| Octingẽti.tę.ta.vł | Octies centeni. | Octingenteſimus vel | Octingenties vel |
| Octies centum. | Nongenteni vel nongeni. | Octies centeſimus. | Octies centies. |
| Nongenti.tę.ta.vł | Nouies centeni. | Nongenteſimus vel | Nongenties vel. |
| Nouies centum. | Milleni.næ.na.vel | Nouies centeſimus. | Nouies centies, |
| Mille adiectiuũ.vł | Singuli milleni. | Milleſimus. | Millies. |
| Vnum mille, | Singuli milleni. | Milleſimus. | Millies. |
| Duo mille,vel | Bini milleni, vel | Bis milleſimus. | Bis millies. |
| Duo milia. | Bis milleni. | Bis milleſimus. | Bis millies |
| Tria mille vel | Ter milleni.vel | Ter milleſimus. | Ter millies. |
| Tria milia.&c. | Terni milleni. | Ter milleſimus. | Ter millies. |
| Decem mille,vel | Deni milleni | Decies milleſimus. | Decies millies. |
| Decem milia. | Decies milleni. | Decies milleſimus. | Decies millies. |
| Viginti mille. vel | Viceni milleni. | Vicies milleſimus. | Vicies millies. |
| Viginti milia. | Vicies milleni. | Vicies milleſimus. | Vicies millies. |
| Triginta mille.vel | Triceni milleni. | Tricies milleſimus | Tricies millies. |
| Triginta milia. | Tricies milleni. | Tricies milleſimus. | Tricies millies. |
| Quadraginta mille. vel | Quadrageni milleni. | Quadragies milleſimus. | Quadragies millies. |
| Quadraginta milia. | Quadragies milleni. | Quadragies milleſimus. | Quadragies millies. |
| Quinquaginta mille.vel | Quinquageni milleni. | Quinquagies milleſimus | Quinquagies millies. |
| Quinquaginta milia. | Quinquagies milleni. | Quinquagies milleſimus. | Quinquagies millies. |
| Sexaginta mille.vel | Sexageni milleni. | Sexagies milleſimus. | Sexagies millies. |
| Sexaginta milia. | Sexagies milleni. | Sexagies milleſimus. | Sexagies millies. |
| Septuaginta mille. vel | Septuageni milleni. | Septuagies milleſimus. | Septuagies millies. |
| Septuaginta milia. | Septuagies milleni. | Septuagies milleſimus. | Septuagies millies. |
| Octoginta mille.vel | Octogeni milleni. | Octogies milleſimus. | Octogies millies. |
| Octoginta milia. | Octogies milleni. | Octogies milleſimus. | Octogies millies. |
| Nonaginta mille. vel | Nonageni milleni. | Nonagies milleſimus. | Nonagies millies. |
| Nonaginta milia. | Nonagies milleni. | Nonagies milleſimus. | Nonagies millies. |
| Centum mille vel millia. | Centeni Vel.es.milleni. | Centies milleſimus. | Centies millies. |

# DE PVNCTIS CLAVSVLARVM.

QVemadmodum in ſermonis ductu neceſſe eſt fieri quaſdam ſilentij diſtinctiones:tum vt auditor intelligat clauſularum diuerſitatem:tum etiam vt is qui loquitur captato ſpiritu maiori acrimonia pronunciet:idem quoq; faciamus oportet in ſcripto:vt per quædam ſigna confuſionem illam diſtinguamus,Eſtq; illud in primis animaduertendũ duas tantum eſſe notas:quibus eruditi omnem contextus ambiguitatem illam diſtinguunt:dicente Hieronymo in prologo Eſaiæ:ſed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri:vt p̄ colla ſcribantur & commata.Nam qui,quas appellant periodos virgulas & parentheſes addiderunt:nullos habent autores:cum econtrario ſacræ ſcripturæ libri colo & commate cõtenti ſint.Eſt igitur comma:quod per duo puncta deſignatur:quoties orationis tractus eo peruenit,vbi oratio cũ verbo aut aliquo vim verbi obtinente finitur:ſed tamen aliam quandam orationem ſibi adiungi deſiderat. vt conuertente domino captiuitatem ſyon:vel cum conuerteret dominus captiuitatem ſyon.Comma autem dicit a copto verbo Græco quod eſt incido.vnde latine poteſt appellari inciſio:quoniam ſuo loco inciditur oratio. Colum cuius nota punctus eſt:ponitur vbi clauſula finitur,atq; quieſcit:vt cum conuerteret dominus captiuitatem ſyon:facti ſumus ſicut conſolati.Sunt quædam loca in quibus neſcias an oratio quæ ſequitur ; ex ſuperiori dependeat. vt Dixit dominus domino meo:ſede a dextris meis.hoc loco comma colum potuit eſſe.Colũ quoq; ponimus inter ſingulas partes orationis : quæ per articulum aut diſſolutum ſine coniunctione annectuntur,vt Grammaticus.Rhetor.Geometres.pictor.Alipres.Non tamẽ diſſimulauerim oportunam eſſe notam interrogationis in fine clauſularum,quas interrogatiue aut interrogatione admiratiue proferimus.vt hic pietatis honos:ſic nos in ſceptra reponis? Prætermittere vero nullo modo poſſum:quod video Q uintiliano exactiſſimo harũ rerum iudici placuiſſe:vt quoties dictio eſſet ambigua vel ſignificatione vel declinatione vel mutatione in aliam partem orationis:ambiguitas illa ſuper impoſito apice tolleretur.eſto exempli gratia óccidit ſi habet apicem in prima ſyllaba:ſignificat in ea eſſe accentum prædominantem:ſequentemq; eſſe breuem.proferriq; accẽtu graui:valetq; tunc óccido.i.pereo.quod ſi ſuper ſecundam ponatur apex:ſignificat ſyllabam illam eſſe longam,in eaq; proferri accentum prædominantem.vt occído,valetq; pro eo,quod interficio.

## DE ORDINE PARTIVM ORATIONIS.

CVM ESSEM COTIDIANO PROPE CONVICIO R:Q VIſitus, tum ab amicis ; tum etiam ab alienoribus, vt ſcriberem aliquid de cõſtructione quam ipſi appellant, ego vero ordinem potius partium orationis dixerim, non potui negocium recuſare,quod tantopere efflagitabatur. Oratio vero a Grammaticis non ea lege ordinatur qua imiores putant.vt nominatiuus ſemper p̄cedat & verbum ſequatur. &c.Sed ita ordinanda eſt,vt ( quod eſt inuolutum) explicetur,ita vt ex diſpoſitiõe partium,ſenſus lectionis poſſit percipi,& an ex orationis ſerie aliqua dictio ſit ocioſa & ab oratione ſoluta. Non tamen fuiſſe illum ordinem apud antiquos,quem iſti nunc deſiderant. licet videre apud autores,qui plærumq; deſcendunt ad ordinem lectionis.vt Donatus in Barbariſmo cum de Syncheſi,Hiperbaton ſpecie differeret, citans illud Vergilij in primo æneidos. tris Notus abreptas in ſaxa latentia torquet.Saxa vocant itali medijs quæ in fluctibus aras. Ordo(inquit)eſt.Tris naues abreptas notus torquet in ſaxa,quæ ſaxa in medijs fluctibus latentia,itali vocant aras.En tibi accuſatiuum præpoſitũ,non modo verbo ſed etiam verbi ſuppoſito, & in medijs fluctibus, hoc eſt,ablatiuum cum præpoſitione præpoſitum participio, & in hunc modum alia. Sed vt his morem geramus,hunc ordinem ſequi poterunt.

Igitur poſita ante oculos clauſula, principio verbum contemplabimur.deinde verbi ſuppoſitum, conſeq̃nter caſus, cum quibus verbum conſtruitur. Ordinamus vero ſic. Si fuerit vocatiuus, ab eo faciemus initium. Q uod ſi non fuerit,á nominatiuo incipiemus. Deinde verbum ſequitur, cui adiungitur aduerbium, nam aduerbium quod verbum determinat, aut participium, aut nomen, continuo poſt illas particulas poni debet,quemadmodum præpoſitio ante ſuum caſualem, & coniunctio ante illud, quod ſuperioribus adnectit. Q uod ſi duo verba aut plura fuerint in eadem clauſula,á principali verbo,hoc eſt, quod facit orationem quieſcere,incipiendum erit. vt liber quem emiſi,erat meus.verbum principale eſt erat. Tunc apponemus datiuum aut accuſatiuum, vt commodius erit, tandem caſum, qui præpoſitionibus adiungitur, ſiue effectiuum ponemus. Adiectiuum quoq; poſt ſubſtantiuum , & relatiuum poſt antecedentem, & genitiuum, poſt dictionem á qua regitur , ordinabimus. Præponuntur quoq; particulæ interrogatiuæ.vt quis.nũquid. & negatiuæ.vt nemo,& vocatiuæ.vt.o.heus,& exhortatiuæ & optatiuæ.

# RELECTIO DE DE ACCENTV.

## AELII ANTONII NEBRISSENSIS GRAMMATICI ET

Rhetoris relectio noua de accentu latino aut latinitate donato, quã habuit ſalman
ticæ. iii. Idus Iunias. Anno. M.D.XIII.

ET SI OMNES DISCIPLINAE QVAE ACTIONE
aliqua ſiue contemplatione terminantur:maxima ex parte circa res diffici/
les;ambiguas;incertaſq; verſentur:tamē propenſiori quodammodo id co/
tidie in re litteraria experimur. Atq; vt omittamus illa;quæ ſunt nobis in/
ſpirata diuinitus;quibus nihil certius eſſe poteſt:quid eſt;quod humana di
ligentia poſſit aſſequi;niſi hallucinans;& quaſi per noctis vmbras aliquid
explorans; Iam illa,quæ primum certitudinis gradum obtinere dicitur me/
theſeos doctrina ; tantis hodie tenebris inuoluta eſt:vt pauca illius veſtigia
extent. Nam de phyſicis quota pars rerum eſt inuenta;quas natura in ſinu maieſtatis ſuæ repo
ſuit: Excutiamus nunc artes illas,quarum finis eſt actio.atq; ciuilem imprimis; quæ intra ſe oĩa
illa complectitur, quibus humana ſocietas conſtat. Accipe;quid de illa philoſophorum maxi/
mus dicat. Iuſta(inquit)& honeſta de quibus ciuilis conſiderat; tantam varietatem & diſcrepã
tiam in ſe habent : vt lege dumtaxat ; & conſuetudine;non autem natura conſtare videantur.
Medicina quoq; ſiue ſit illa methodica;ſiue clinica;ſiue empirica;nihil eſt incertius,cum pro lo/
ci,pro temporis,pro ætatis;pro medicamentorum ratione labet; atq; ſubinde nouitatibus vita
mutetur. Nolo nunc cõmemorare aliarū artium inconſtantiã;venio ad grammaticē;cui ratio di
cendi coniuncta eſt;quæ cū ſit ex diuerſorū temporū autoribus;aut ex contemporaneis diſcre/
pantibus collecta,nihil ꝓpemodū certi ac definiti de ea tradi poteſt. Quare illud vnicum tante
ambiguitatis remediū eſt nobis reliquū;vt optimi cuiuſq; autoritati innitamur. Qui ſint autē
optimi;aut qui aliis p̄ſtantes:alibi eſt a nobis copioſius diſputatum. Sed cū ſint alia cõplura,quę
longa deſuetudine interciderunt:illud imprimis eſt;ꝙ in ꝓferendis verborū ſyllabis a plæriſq;
omnibus peccatur;tū in extenſionis quantitate;tū in acumine & grauitate. Nam cū inter alias
ſyllabæ accidentias duæ potiſſimū ſint neceſſariæ:extenſionis quantitas;& ſublatio;atq; dep̄ſſio;
nemo eſt hodie;qui ſyllabas ſua temporis duratione proferat:hoc eſt,breuē vno tempore;lon/
gam duobus:etiã ſi artis p̄cepta calleat;quę de hac ratione traduntur. Quid: quod neq; ſatis cõ
pertum eſt a grãmaticis de quibuſdã longæ ne;an breues ſint. Nam quis hodie ſcit;qua tēpo/
ris duratione ꝓferatur inclytus:qua inſanus in prima ſyllaba: Quia ſi dicis;ꝙ breui;quia per na
turam ſemper breuiatur;etiam ſi poſitione ſit longa;quo modo nunq; in carmine reperitē bre/
uis:niſi cum vocalis ſequitur.vt inanis;iners: Aut ſi longa eſt natura ſequenti conſonante;quo
modo Cicero de orato.ad Brutū dicit ꝙ inclytus breuiat & inſanus producit: Verba illius ſunt.
Inclytus dicimus breui prima;inſanus producta;inſipiēs;inhumanus breui:infœlix longa. Itaq;
iam ſyllabarum quantitas ad nullos alios vſus eſt neceſſaria , ꝗ; ad examinanda carmina &
accentus rationē.ad extenſionē contractionēq; nihil prorſus:cū indifferenter longis pro breui
bus,& breuibus pro longis vtamur. Sed cū in arte mea de accentu latino regulas proponerē;
cur cū longe lateq; paterent,in anguſtias quaſdã coarctaui: Aut qd mihi venit in mentē,vt cū
Quintilianus libro primo inſtitutionū oratoriarū latini accentus regulas ſimpliciter & ſine vl/
la exceptione traderet,ego illas in arctū quendam locū augens artis difficultatem contraxe/
rim: hoc eſt in nigrū candida vertere, in tenebras ſplendore conſpicua. Apud nos,inquit ille,ac
centus latini ratio breuiſſima eſt. Namq; in omni voce acuta intra numerū trium ſyllabarum
continetur,ſiue hæ ſint in verbo ſolæ,ſiue vltimæ;& in his aut proxima extremæ:aut a fine ter
tia. Trium porro de quibus loquimur media longa aut acuta erit,aut flexa , eodē loco breuis
vtiq; tertiã acuet. Eſt autē in omni voce vtiq; acuta,ſed nunq̃ plus vna.neq; vnq̃ vltima,ideo
ꝙ in diſſyllabis prior acuta. Præterea nunq̃ in eadē flexa & acuta:quia eadē flexa ex acuta.
vnq; neutra claudet vocē latinã. Ea vero,quæ ſunt ſyllabæ vnius:erunt acuta aut flexa:ne ſit
aliqua vox ſine acuta. Quid apertius dici potuit:aut quid ſimplicius: Atq; vt eandem p̄cep/
tionem nobis inculcaret;idem ſæpe;ſed aliis verbis repetit. Eſt;inquit;in omni voce acuta ſylla
ba,neq; vnq̃ vltima,ideoq; in diſſyllabis prior. Et ſubdit:ꝙ neq; flexa,neq; acuta claudet vocem
latinam, quia ( vt dixit ) accentus acutus in penultima aut in antepenultima;circūflexus in vlti/
ma aut in proxima a fine ſemper collocari debet. Idē quoq; autor libro eiuſdem operis duode/

cimo vbi oratorem officio inſtruit;moribuſq; informat,accentus(inquit)cum rigore quodã;tamen ſimilitudine ipſa minus ſuaues habem⁹:quod vltima ſyllaba,neq; acuta vnq̃ excitatur,nec flexa circũducitur:ſed in grauẽ,vel in duas graues cadit ſemp. Vides,queadmodũ per abnegatio nẽ vtrobiq; interponit decretum irritans:cum dicit neq; vnq̃ vltima:& vtiq; neutra claudit vocem latinã,ſed in grauem vel in duas graues cadit ſemper? Quã generalitatem nullis coarctat limitibus;nulla exceptione cõtrahit;nullis præſcribit finibus. Quid igitur ſibi voluit,quod in calce noſtrarũ introductionũ diximus;accentus latini regulas tot modis fallere? Ac primo quidẽ diſtinctiõe;hoc eſt differẽtię cauſa.Secundo abſciſione.Tertio attractione.Quarto interrogatione.Nã de ſynepia,hoc eſt de cõſequentia & de idiomate;poſtea diſſeremus. Ego tibi ô amice(vt ingenue verũ fatear)quo tẽpore rudimẽta illa in vulgus ędidi;nõ putarã tãto cõſenſu oẽs Hiſpanos meos in ſententiã meã ituros. Itaq; nõ fuerã auſus immutare quicq̃ ex ijs voculationibus;quæ illorum auribus iampridẽ inſiderant:cũ pręſertim eſſent autores,quibus poſſent errata ſua defendere.Nã quis mihi crederet:ſi iã inde à principio dediſſem pręceptũ,quod incrementis verborum proferendũ eſſet Amauerîmus amauerîtis.Docuerîmus docuerîtis,& ſimiliter cadentia;accẽtu in penultima circũflexo.Atqui iã nemo eſt,vel mediocriter doctus;qui ſic non proferat:tantũ potuit efficere iuncta cum ratione autoritas,Quod ſpero etiã futurũ in ijs vocibus;de quibus in p̃ſentiarum diſputaturi ſumus.Fallunt in quã regulę ſupiores;& primo quidẽ diſtinctiõe;hoc eſt differẽtię cauſa.Idq; quoſdã putaſſe debere fieri,Quintilianus refert.Cęterũ iã ſcio(inq̃t)eruditos quoſdã & nõnullos etiã grãmaticos ſic docere,ac loqui:vt ꝓpter quædã vocum diſcrimina uerbum interim acuto ſono finiãt;vt in illis.Quę circum littora circúm piſcoſos ſcopulos,ne ſi grauem poſuerint ſecundã:circus dici videatur;nõ circuitus.Quod nullo modo poſſe dici Quidtilianus ſtatim oſtẽdit dicẽs.Mihi videtur cõdicionem mutare;quod in his locis verba cõiungimus.Nã cum dico circũ littora;tanq̃ vnũ dico diſſimulata diſtintiõe.itaq; tanq̃ in vna voce vna eſt acuta:q̃d idem accidit in illo,Troiæ qui prim⁹ ab oris.Hęc Quintilianus.& ſubdit.ſeparata vero hęc a p̃cepto noſtro nõ recedẽt;quod proinde eſt;ac ſi dicat.ꝑpoſitiones ſuo caſui præpoſitas cum illo coaleſcere;cõmunemq; accẽtum habere,quãdoquidem vna vox vtraq; particula cenſetur:ita tñ vt præpoſitionis ſyllabæ oẽs grauẽtur;& accẽtus accõmodetur dictioni;cui prępoſitio illa deſeruit.Quod ſi præpoſitio ſeparetur;quod poteſt fieri,cum contra naturã ſuã poſtponitur;vt cum Vergilius dixit;tranſtra per & remos,& alio in loco.Errabãt acti fatis maria oĩa circum.aut per ſe præpoſitio ſine ſuo caſu ꝓfertur. vt cum dico, circum præpoſitio iungitur accuſatiuo;palã vero ablatiuo:tunc Quintilianus dicit;ꝙ tales voces a pręcepto ſuo non recedẽt;hoc eſt;ꝙ ſequent̃ regulas accentus latini perinde; ac ſi eſſent per ſe dictiões.Quod vero Quintilianus ait;dictionem illã ſiue differentiæ cauſam in aduerbijs tãtum vindicaſſe quoſdam,id ſibi nõ placere oſtẽdit;cũ regulas proponẽs nihil excipit.Sed neq; legi quẽq̃;cuius autoritas admitti debeat:qui hoc ſcripſerit,Neq; audiui quẽquã virum doctum; qui huiuſmodi loquẽdi ratione ſit vſus.Quod ſi quis mihi Priſcianũ obiecerit;qui nõnihil huic præceptioni obſtat: vt me aliq̃ñ tantis quæſtionibus explicẽ:principio nõ admittã libellum:qui ſub illius noĩe inſcriptus de accẽtu vulgo circũfertur.idq; doctiſſimorum cõſenſu atq; cõpluribus argumentis facile cõprobatur. Nam q̃ de aduerbijs libro quinto decimo atq; de alijs partibus orationis alijs in locis ſcripſit;nõ ſunt multi facienda: cum habeam autores optimos, quorum teſtimonia poſſim illi opponere. Seruius in illud ex æneidis Vergilianę libro.vi.illius ergo venimus.Ergô(inquit)cõiunctio fuit;ſed per accentus mutationem in aduerbium tranſit;& eſt ſola particula;quæ habet in fine accẽtum circũflexum.Quod ſi ſola;igitur alias aduerbium loci & temporis nón circunflectitur;idq̃d Priſcianus putat. Idem quoq; præcipit; cõpoſita ab inde tertiã a fine debere acui;vt déinde éxinde.próinde.périnde:& a quando.vt aliquando,néquando,ſíquando.Quã pungendi rationem Aldus Manutius ſequit̃.De quo quid nos ſentiam⁹ poſtea dicemus. Idẽ adhuc Priſcian⁹ aſſerit ab horſum cõpoſita.vt dextrorſum ſiniſtrorſum,deorſum;ſeórſũ,& ab hęc particula verſus cũ poſtpoſita cõponitur: vt Italiám verſus.Siciliám verſus;eandẽ quoq; tertiã à fine acuere:non ob aliã rationem;niſi vt ſub vno accentu prolata demonſtrentur eſſe compoſita.Nõ tamen in eadem perſtat ſententia:ſed affert adhuc aliám cauſam minus aptam; quam ſibi magis placere dicit;particulas videlicet illas horſum & verſum habere vim quandã inclinandi ad ſe noĩa ſupra poſita;quẽadmodũ & illa.q;.ne.ve.quas vocant inclinatiuas ex eadem ratione;dequibus mox.Eandẽ cõpoſitionis cauſam eſſe dicũt;cur illa mutẽnt accentũ ex penultima in tertiã a fine

deinceps,de répente,de impróuiſo,& à ꝓpter cõpoſita,vt eápropter,quápropter,& à lõge,vt dé
longe,álonge & a circum;vt circũmcirca,idcirco,& cõplura alia ad hunc modum,vt dumtaxat,
ex áduerſum,quæ oĩa & Quintilianus & doctorũ vſus excludit. Aiunt p̄terea differẽtię cau
ſa accentu acuto in vltima proferenda eſſe illa profectó,porró,immó,ne videantur coincidere
cum datiuis quorundam nominum. Cur non & aduerbia illa,quæ ipſa datiui terminatione ſimi
lia ſunt quibuſdã nominibus adiectiuis,vt falſó,certó,manifeſtó,conſultó,crebró,auſpicató,augu
rató,ſeduló,precarió,meritó,raró,modó,citó? Ad quod iſti reſpondent,id non debere fieri niſi in
illis tantum;vbi autores differentiam facere voluerunt. Sed qui tãdem obſecro ſunt iſti autores?
vbi latent? vnde ſunt petendi? Nonne cõmodius multoq; ſimplicius eſt Quintiliani pręceptum;
qui nihil tale nos curare præcipit;ſed tantum vt accentus latini regulas teneamus? Quod ſi (vt
ille ait) cõſuetudo vicerit;vetus lex ſermõis abolebitur,totumq; hoc negociũ,quod grãmaticen
appellamus,nomen eſt inane. Sit apud græcos accẽtus ratio difficilior,ſit apud nos q̃ breuiſſima;
habeant accentus magis varios;quia plures habent dialectos;hoc eſt loquendi genera;ſit nobis
vnum atq; ſimplex dicendi genus;ſint illis quãtumcunq; volent accẽtus ſuaues,atq; ipſa varieta
te dulces,dum nobis relinquãt grauitatem atq; cõſtantiã;qui Muſas colimus ſeueriores. Maneat
igitur nobis in hac parte fixũ indubitatumq; p̄ceptũ;ſiue fiat cõpoſitio ex diuerſis particulis,ſiue
inuicem apponãtur;ſemp obſeruãdos eſſe tenores propoſitis de latino ſermone regulis;hoc eſt;
nunq; in fine acuendam aut circũflectendã eſſe ſyllabã;niſi in ijs;quę ſunt ſyllabæ vnius. Neq; di
cẽdũ cũ imperita multitudine plané,ſané,vná,poné,fermé,ergó,aliás,vltima acuta aut circũflexa;
ſed ecõtrario priori acuta aut circunflexa,ſequenti vero deiecta. Quod ſi penultima per naturã
fuerit longa,in eadẽ accẽtum debere collocari. Neq; cum vulgo proferas prima acuta ádprime
ſiue áppríme;ſed media adpríme ſiue appríme:quia eadem eſt lõga. Non enímuero ſiue átuero
antepenultima acuta;ſed penultima enimuéro atuéro. Quod ſi fuerit breuis,in tertiã à fine eſſe
trãſferẽdum,ſi dictio ſit cõpoſita,vt in illis ádmodũ,quẽádmodum,propémodum,póſtmodum,
póſtmodo,quodámmodo,huiuſmodi,iſtiuſmodi. Si vero cõpoſitiõe nõ coaleſcãt;ſuo quęq; accẽ
tu erunt p̄ferenda:vt ſi tribus particulis ſolutis dico quẽ ad modum. Idem quoq; dicẽdum de illis
multómagis ſiue múlto mágis,quãtómagis ſiue quãto magis,multóminus,ſiue múlto minꝰ,pau
lóminus ſiue páulo minꝰ,nihilómagis ſiue níhilo mágis;nihilóminus ſiue níhilo minꝰ. Alioqui ſi
cõponaẽ,accẽtu in penultima;ſi vero nõ cõponaẽ;ſua quęq; particula ſuũ accẽtũ habebit. Ex hac
ratione tenus prępoſitio (cũ poſtponaẽ ſemper contra naturã prępoſitionis) ſi cõponitur,remittit
accẽtum ad ſyllabã præcedentem,vt háctenus;quátenus. Si vero non cõponitur:ſuum per ſe ac
cẽtum retinebit,vt crurum ténus,capulo ténus,pube ténus. Illa tamen quæ corrupta in cõpoſi
tionem veniunt;ſiue ita coeunt;vt nõ poſſint ſeparari;ſi penultimã habent breuem;regulã accen
tus generalem ſequuntur;vt alíubi,ſícubi,inibi,identidẽ,índidem,intereáloci,óbiter. & huiuſmo
di. Secundo,inq; accentus latini,regula fallit in dictionibus abſciſſis,quia in eadem ſyllaba retinẽt
accentum;in qua fuerat ante abſciſſionem;queádmodum in noĩbus proprijs ſecundæ declina
tionis in ius,ſyllabas deſinẽtibus;quę,us,mutata in,e,apud antiquiſſimos formabãt vocãdi caſum
vt hic Vergilius ô Vergilie,hic Ouidius ô Ouidie,hic Mercuriꝰ ô Mercurie antepenultima acu
ta;propterea quod penultima breuis eſt. Deinde,us,finali abſciſſa ſequens atq; proinde ſæculũ
eruditius p̄tulit ô Vergíli,ô Ouídi,Mercúri,accentu acuto in eadẽ ſyllaba,hoc eſt in penultima
quãq; ſit breuis,qđ eſt contra latini ſermonis regulã. Quis hoc dicit? Priſcianus opinor in ſcđo
de octo partibus orationis volumine;cũ de vocatiuo ſingulari declinationis ſecũdę agit. Atqui,P.
Nigidius Figulus apud Gelliũ in libro noctiũ atticarũ duodecimo aliter ſentit,reijciẽdum eſſe vi
delicet in tertiã à fine;quoniã penultima ſit breuis. Nigidij verba referente Gellio ex grãmatico
corum cõmentariorum libro quarto & viceſimo ſunt huiuſmodi. Voculatio (inquit) qui poterit
ſeruari,ſi nõ ſcimus in noĩbus vt Valeri vtrum interrogãdi an vocãdi ſint caſus? Nã interrogãdi
ſecunda ſyllaba ſuperiori tono eſt,quã prima,deinde nouiſſima deijcitur. At in caſu vocandi ſu
periori tono eſt prima;deinde gradatim deſcendiẽ,ſic quidẽ Nigidius p̄cipit. Sed quis nũc (in q̃t)
Valeriũ appellãs in caſu vocãdi (ſecũdum pręceptum Nigidij) acuerit primã;nõ multum aberit
quin rideatur. Hęc Gellius. Voculationẽ appellat Nigidius,quẽ nos accẽtum. Caſum interrogã
di;quem nos genitiuũ,quia per illũ interrogamus,cuius eſt aliqua res. Caſum vocãdi;quẽ nos vo
catiuũ. Sed cur in vocatiuo Nigidius acuit tertiã a fine,& in genitiuo penultimã? illa nimirũ ratio
eſt;qđ vocatiuus,i,ſimplici,genitiuus,ij,duplici ſcribitur,q̃ prolatæ coaleſcunt in ſyneresim;retinẽt

tamen propemodū vim ſuam. Sed dic mihi rogo te, vtri magis credendum eſſe cenſes, Priſciano
homini nouicio atq; omniū reprehenſioni obnoxio, an Nigidio olim iudicio viro erudittiſſimo?
Nemo eſt hodie vel mediocriter in re litteraria doctus, qui nō in Priſciano aliqd deſideret, aliqd
detrahat, aliquid ſcriptū negligentius exiſtet. Idq; ā vulgo perſuaſum eſt, vt illius autoritas nō ad
mittatur, niſi in iis tm̄, quę aliorum teſtimonio cōprobatur, aut quę aliorū ſententię duntaxat nō
aduerſent. At de Nigidio Figulo audi quid Gelli⁹ in libri vndeviceſimi calce ſcribat. Aetas (inqt)
Marci Ciceronis & C. Cęſaris preſtātes facundia viros paucos habuit; doctrinarum autē multi
formium variarumq; artium quibus humanitas erudita eſt, culmina habuit Marcū Varronē &
Publium Nigidium, & q̄ ſequuntur. Sed obiiciet mihi quiſpiā rurſus; cur igitur cōtra Nigidium
pręceptionē dediſti, quod abſciſſione accētus latini regula fallit: Nimirum, quia illud vulgo pro
ponebatur; ſed quid ego de ea re ſentirē in comētationibus, in quibus cum eruditioribus loquor,
manifeſte oſtendi, Quāq; P. Nigidius (inquā) vir ſui ſæculi, præter vnum Ciceronem omnium
eruditiſſimus, putauerit in caſu vocandi huius nominis Valerius, primā accētu acuto eſſe proferē
dam. Quod, & ſi Gellius ſcribit nō defuiſſe qui irriderent, ego tantū Nigidio tribuo, vt cum eo li
bentius velim errare, ꝙ cum omnibus neotericis litteratoribus verū dicere. Scribit p̄terea Priſcia
nus libro quinto, ꝙ nomina in, as, deſinētia (ſi ſunt latina & patria) debēt in fine circunflecti, vt ar
pinâs, ſuffenâs, capenâs, affertq; eius rei cauſam, quia per ſyncopam proferūtur, antiquiſſimi enim
hic & hæc arpinatis & hoc arpinate ꝓferebant. Idē quoq; de ꝓnominibus illis noſtrâs & veſtrâs
vult intelligi. Quintilianus certe nihil tale p̄cepit, neq; (quod ego legerim) quiſquā hoc ſcripſit;
cuius modo autoritas ſit recipienda. Nā quod Probus grāmaticus in illud Vergil. ex tertio æn.
humo fumat neptunia troia, ſcribit exponendū eſſe fumat pro fumauit: atq; idcirco fumat vlti
mā debere circunflectere; merito a Seruio in eodē loco exploditur, neq; vllo modo eſt admitten
dum. Sed neq; illa, quæ ſunt a dico dicis, duco ducis, & facio facis cōpoſita, quæ abiiciunt. e. litterā
finalem in ſecunda perſona ſingularis p̄ſentis imperatiui modi, alio modo ſunt ꝓferēda, quā ſecū
dum reglas accētus latini. Sicut neq; aduerbia illa iſthuc, illhuc, iſthic, illhic, & ſimilia neq; obſtat,
ꝙ ſunt abſciſſa ab eo, quod eſt iſthuce, illhuce. Iam dōnec, ſiue ex eo quod eſt abſciſſum ab eo, qđ
donicum, ſiue ex regula de accentu latino tradita primā circunflectit. Tertio inquam accentus
latini regula fallit attractiōe, ſiue ex natura (vt aiūt) quarundā inclinatiōe particularū, quas dicūt
habere vim attrahēdi, ſiue inclinandi ad ſe vltimam ſyllabam dictionis præcedentis. Gręci tamē
aliter dicunt appellari apud ſe quaſdā particulas inclinticas, hoc eſt inclinatiuas, nō quod ad ſe in
clinent vltimas dictionū præcedentium ſyllabas, ſed ꝙ ad illas ſuos accentus remittant. Sed ſiue
hoc ſiue illud ſit, quod ad rationem prolationis attinet; nihil refert. Sed habent Græci huiuſmo
di particulas inclinatiuas, quibus eſt conſuetum acuere vltimas dictionū ſyllabas; idq; apud illos
habere neſcio quam ſuauitatem Quintilianus dicebat; Latini ſermonis conſuetudo huiuſmodi
accentus quaſi peregrinos penitus reformidat. Quis igitur præceptuum illud primus induxit?
aut vnde factum eſt; quod tam pertinaciter indoctorum animis inſederit: vt nihil ſit quod maio
ri contentione defendant? Quibus aſtipulantur non infimæ condicionis homines: ſed maximi
in re litteraria viri. Atq; in primis Aldus manutius, qui nunq̄ aliter pungit libros; quos per totū
orbem terræ diſpergit. Sed quid ſi Quintilianus nihil tale præcipit? Quid ſi nemo eſt hodie,
qui virum doctum ita loquentē audierit? neq; (vt opinor) Aldus ipſe ſic vnq̄ eſt locutus. Igitur
Aldus quiſpiam dicet, aliud facit, aliud præcipit. Sic eſt profecto, plenaq; huiuſmodi erroribus eſt
vita. Sed in hoc peculiare quiddā accidit, vt contra falſum pręceptū recte homines loquātur eru
diti: aliis in rebus e diuerſo bene pręcipiant; & agant male. Sed eſto: ſyllaba inclinatiuæ particulę
incumbens acuenda ſit; id quod eſt in noſtris pręceptionibus traditū: num ita debet acui, vt iſti
faciunt? hoc eſt excitato ac vehementi quodam ſono? Cur igitur dediſti nobis præceptū; quod
erat dediſcendum? Nimirum; quia illhic cum vulgo, hoc eſt cum pueris rudibus; cum præcepto
ribus parum eruditis; cum ſacrificulis & ædituis res agebatur. Quod genus hominum nihil pro
bat, niſi quod didicit; atq; plerumq; nouitatibus offenditur. Quos cum recta nō poſſemus ado
riri; dolis fuerunt circunueniēdi. Diximus naq; huiuſmodi ſyllabas non incitato illo accētu eſſe
proferēdas; quem latinus ſermo recuſat; ſed clæmentiori; & qualis eſt fere; quem ipſi moderatū
appellabant. Idq; teſtati ſumus in cōmentationibus noſtris, in quibus non tā diſcipulos; quā præ
ceptores artis litterariæ inſtituimus. Sed de his hactenus, nunc ad reliqua pergamus.

¶ Diximus accētus latini regulam quarto deficere interrogatione; quoniam vltimas clauſularū

ſyllabas interrogando ſuſpendimus. Quod nimium eccleſiaſtici faciunt, cum pſalmos, ꝓphetias
epiſtolas, euangelia, & doctorum expoſitiones populo audiente pronūciant, vel potius ſubcãtu
re cãtant; atq; vno ppe ductu ſyllabas oēs efferũt (niſi quatenus diſtintiōis gratia) quaſdã ſeſqui-
tono; quaſdã diapente, hoc eſt tribus tonis cum dimidio, ſubmittunt. At cum eſt interrogãdum,
quartam a fine deijciunt ſemitono; tertiam ſeſquitono; deinde penultimã tono; atq; vltima rur-
ſus attollunt ſeſquitone; vt ſit vltima ſyllaba par quintæ præcedenti. Quã monotoniã idest eiuſ-
dem toni, ſimilitudinem fugiendã eſſe in pronūciatione Quintilianus pcipit. Neq; enim omnia
ſubmiſſo; neq; omnia elato; neq; omnia medio quodam ſono: atq; ſub vno deniq; aſpectu ſunt
proferēda: ſed faciendi ſunt quidã dictionum ſyllabarum q; flexus: prout verborũ aut ſententiarũ
aut ad ſequentia tranſitus ratio exegerit. Aliter nãq; cæſum claudimus recitãdo Iuuenalis illud,

Semper ego auditor tantum; nunq; ne reponam.
Vexatus toties rauci theſeide Codri? Aliter illud eiuſdem.
Nonne libet medio ceras implere capaces Quadriuio?

Illic namq; acuimus finem, at hic grauamus. Itaq; nulla de is certa regula tradi magis poteſt;
quam de interiectionibus, quas omnes ſcribunt pro mentis noſtræ affectu, aut pro arbitrio eſſe
proferēdas. Audiui ego nuper Bernadum gentilem Siculum ordinis prædicatorum fratrem;
qui carmina ſua quædam mihi recitans accentu acuto omnes clauſulas non ſine decore ac vē
nuſtate finiebat. Deficiunt præterea latini accentus regulæ idiomate, hoc eſt cum dictiones pe-
regrinæ ſermoni latino miſcentur; de quo in calce introductionum latinarum diximus.

¶ Hebræ voces plærumq; in fine acuuntur.
Non tamen & ſemper; quia ſæpe in fine grauantur.
Id quod Alexander (deceptus forte) putauit.
Si caſus græcos vſurpet ſermo latinus;
Accentu græco talis vox eſt referenda.
Græca ſit at ſi vox, ſed declinata latine;
Accentus noſter caſus moderabitur illos.

¶ Nam (quemadmodum in tertia repetitione diximus; de acentu latinarum dictionum) multa a
multis prodita ſunt; at de Hebraicis & Græcis cum in ſermonē latinum non mutata litteratura
transferuntur; quo eſſent accentu proferendæ, neminem adhuc certi quicq; prodidiſſe. Quo in
loco, & ſi nōnihil de accentu græco attigimus (atq; illa eadem ex parte cōiecimus in quoddam
opus; quod cum eiſdē introductionibus vulgo circumfertur) non tamen pigebit me nunc ea ipſa
repetēs iterũ iterũq; monere. Neq; n. fortaſſe ad rem tã inſuetã atq; proinde a pleriſq; ignoratam
vna via peruenire poteſt. Sed antea q; ad grecarũ dictionũ accentus veniamus, reddēdum hoc in
loco eſt, qđ de ſynepia ſumus polliciti, nos eſſe dicturos, qđ cum dictio hebraica ſiue greca finitur
in ſyllaba acuta; ſequiturq; ante cæſum ſiue clauſulã aliqua verborum ſeries, diſſimulatur accen
tus ille acutus, & ꝓ illo ponitur grauis, vt quod in genealogia ſaluatoris noſtri legimus apđ Mat
thæũ. Liber generatiōis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraán. Abraám aũt genuit Iſaac; in priori
loco Abraám accentu acuto in fine profertur; quia cæſum finitur. In ſequenti grauis ponitur pro
acuto, quia ſequit genuit Iſaac. idē eſt dicēdum de clauſulis ſequētibus. Igitur hebraicis vocibus in
aliud tēpus reiectis, de grecarũ diocti onũ accētu; q ſermoni latino inter miſceri cōſueuerũt; pauca
impreſentiarũ perſtringem⁹. He oēs cum apud illos in quinq; declinatiōes diſtribuãtur, a nobis
in tres dumtaxat priores reducuntur. Nã per quartã & quintã nullum eſt grecum nomē; quod
inflectatur; ſed neq; latinum, qđ quidē ſit ꝓpriũ. Noia quoq; in quibus declinatio græca cũ ſuo ac-
cētu ab autorib⁹ vſurpatur; maiori ex parte ꝓpria ſunt virorũ, aut fœminarũ, ſiue locorum. Quæ
(quoniã in alterã linguã nō debēt trãſferri) nō ſine cauſa intepretes cũ ſua literatura plerumq; re
liquerunt. Id qđ eſt a ſeptuaginta obſeruatum, qui ex hebreo in grecum ſermonē tranſferentes
raro ex ꝓprijs noibus quicq; immutarunt. Poſteriores audacius ex Adã adám⁹, ex Abrã abraá-
mus; ex Iacob iacóbus; ex Ioſeph ioſéphus; atq; ad hunc modum alia cōplura interpretãtes. Pari
quoq; modo latini ex greco noia ꝓpria vertētes cũ ſua litteratura plerũq; reliqrunt; nōnũq; illis
declinationē ſuã cũ reliquis accidētibus accōmodarũt. Hinc Quintilianus de grãmatica differēs.
Recētiores (inqt) inſtituerũt grecis noib⁹ grecas potius declinatiōes dare, qđ tamē ipſum nō ſemꝑ
fieri poteſt. & ſubdit. Mihi autem placet latinam rationem ſequi, quouſq; patitur decor. Neq; eñ
calypſonem dixerim vt iunonem, quãq; ſecutus antiquos. Cæſar vtitur hac ratione declinandi

ſed autoritatem(inquit)conſuetudo ſuperauit.Phocas præterea vbi de græca declinatione,errãt
(inquit) qui didonis aut mantónis dicunt genitiuum , & vocum aſperitas & veterum autoritas
eiuſmodi declinationem repudiauit.Quod ſi græcorum nominum græcam declinationem ad
mittimus,& accentus quoq; græcos cum illis recipiamus ,neceſſe eſt,id quod omnes ad vnum
tam antiqui quam recentiores grãmatici confitentur.Nominum itaq; grçcorum,aut eorum quę
per græcam declinationem inflexa latino ſermoni miſcentur, nominatiui terminationes partim
ſunt mere græcæ.partim mere latinæ,partim græcis atq; latinis commune. Mere græcas voco
illas,quæ non admittunt caſus latinos,mere latinas,quæ non admittunt caſus græcos, cõmunes;
quæ ſub eadem græca terminatione poſſunt grçce ſimul & latine declinari.Poteſt tamen fieri:vt
in quibuſdam magis ſint in vſu caſus græci quam latini;atq; è diuerſo in quibuſdam magis latini
quã gręci. Mere gręcæ terminatiões ſunt illæ;quas grãmatici declinationi latinæ nõ interpoſue
runt.Hæ ſunt in a.longã,quæ ad primã declinationẽ referuntur.vt nemeá.as.In.e.longã quę ad
candẽ primã.vt helene.es.In.o.longã,quæ ad tertiã.vt ſaphó ſaphóos.& per ſynęreſin ſaphûs.In
os.& in.on.breues,quæ ad ſecundã.vt ilios vel ilion iliu.Mere latinæ ſunt,quæ gręcos caſus non
admittunt,quemadmodum oẽs quæ ex terminatione gręca in latinã litteris immutatis ſunt trãſ-
latę.vt ab helene.es helena.æ.ab atrides.u.atrida.æ.Cõmunes ſunt aliæ oẽs quæ ſub eadem ter-
minatione græce & latine poſſunt declinari,niſi quod (vt paulo ante diximus) latini alijs caſibus
magis ꝙ alijs vtuntur,puta in tertia declinatiõe accuſatiuis vtriuſq; numeri potius ꝙ genitiuis.&
genitiuis ꝙ datiuis,In ſcda quoq; acto & vocatiuo frequenti⁹ ꝙ genitiuo & genitiuo quã datiuo.
Ablatiuus tamen,quo græci carent,ſemper erit latinus,ac proinde accentu ac declinatione lati-
na moderandus,pſertim ſi cũ latina terminatiõe coinciderit.Nã in mere græca declinatiõe ablati
uus datiuo potius aſſimilabitur.Sed antea ꝙ de ſingulis dicã.explodẽda mihi eſt hoc in loco Aldi
Manutij ratio, qua ex Quintiliani pręcepto vtitur in accentibus per apices deſignandis. Nã in
terminationibus illis,quæ ſunt græcis atq; latinis cõmunes,ego nõ video,cur græcos potius quã
latinos ſequatur.Niſi fortaſſe;quia magis fauet græcæ ꝙ latinæ lectioni,ſiue vt nos homines lati-
nos cõtẽnat, græcis ſe vocibus iactat. Quod ſi iam terminationes illæ ſunt latinitate donatæ,
atq; omnium conſenſu inter latinas receptæ numerantur, quæ tandem cacozelia eſt;alienis quã
patrijs vti male?Igitur quemadmodum ego illi facile aſſentior in mere græca declinatione;ita in
cõmuni penitus diſſentior.Itaq; ob hanc cauſam inter accentus græci regulas propoſita eſt à no-
bis vigeſima his verbis.Nominatiuus atq; proinde vocatiuus ſingularis terminationẽ habens cõ
munẽ gręcis & latinis,tametſi accẽtu græco & latino proferri poteſt.mixtus tamẽ ſermoni latino
ſecundũ regulas accẽtus latini proferendus eſt.In ſermone vero græco accentus græci regulas ſe
quatur;oportet.Eſto exẽpli cauſa hoc nomen átreus,quod tã à gręcis ꝙ a latinis per eus diphthõ
gon profertur,quã terminationẽ latini ſuã fecere,atq; accẽtu acuto in prima protulerunt. Atqui
Aldus mauult accẽtu acuto in vltima notare,quẽadmodũ & omnia alia nomina ſimiliter cadẽtia
puta pẽtheus.theſeus.prometheus. Alia regula eſt,qđ nomina maſculina,aut fœminina,aut duo
rum generũ cõmunia quintæ declinationis,quæ ad tertiã noſtrã referunť,mittũtq; nominatiuum
& vocatiuum pluralis in.es.cõmunẽ gręcis atq; latinis,terminationẽ genitiui ſingularis vtriuſq;
linguæ rationẽ ſequuntur.alia modo differentia eſt;quod græci breuiant; latini vero producunt
terminationem illam,vt quoniam apud græcos nomina terminata in.as.recipientia.d.in geniti-
uo acuunt vltimam,penultima quoq; genitiui acuitur,atq; ex cõſequenti aliorum caſuum ex re-
gula inferius tradenda.Eſto exempli cauſa arcás.arcados.arcádi.acáda.o arcás. In plurali quoq;
arcádes.Apud latinos tamen quia huiuſmodi nomina in obliquis breuiant penultimã,accentus
tranſfertur in tertiam à fine.vt arcas.árcadis.arcadi.árcadẽ.o árcas.Plurali nominatiuo & vocati-
uo árcades.Cum itaq;. Vergil.in buc.dicit ambo florentes ætatibus, arcádes ambo.atq; ibidem.
arcádes inuidia rumpãtur,vt ilia codro;quia vtrobiq;.es.breuiatur,cõſtat declinationem eſſe gręcam & cõſequenter penultimã debere acui,tametſi penultima ſit breuis. Accuſatiui tamẽ pluralis
inter græcos & latinos manifeſta eſt differẽtia ex terminatione,qđ illi in.as.breuẽ, nos vero in.es
lõgã terminamus,quare illi arcádas penultima acuta;nós árcades antepenultima pferemus; atq;
pari modo de reliquis huiuſmodi.Nunc ad ſingulas quinq; declinationũ gręcarũ & trium latina
rũ terminatiões accedam⁹,Sed qđ ſibi velit Quint.cũ de accẽtu ſcribẽs ait ſe iuuene doctiſſimos
quoſdã ſenes pferre ſolitos atreus & noia hmõi prima acuta;vt neceſſario ſcđa eſſet grauis;mihi
nõ liqt.Nã ſi terminationẽ illã in.eus.diphthõgõ ex ſermone gręco in latinã declinationẽ admit-

tit,recte proferebãt ſenes illi,ſi nõ admittit perperã. Atqui oẽs grãmatici illã admittũt, atq; inter ſcđe declinatiõis terminatiões cõnumerãt. Sed anteaq̃ ad ſingła deſcẽdã,reperẽde ſũt adhuc ex eodẽ loco regulæ duæ. Prima,q̃ vltima dictionis ſyllaba exiſtẽte lõga non poteſt accẽtus in tertia à fine collocari,ſed in penultima,aut in vltima, Altera quod in eadẽ ſyllaba collocatur accẽtus in obliquis,in qua fuerat in recto. Quæ regula trib⁹ in locis deficit,primo ſi in recto accẽtus ſit in antepenultima,in obliquis vero vltima ſit lõga,tũc enim ex regula ſuperiori trãſferẽ accentus in penultimã. vt apóſtolos.apoſtólu.apoſtóle.apóſtolõ.o apóſtole vel apóſtolos,in noiatiuo,actõ & vocatiuo antepenultima acuitur in genitiuo & datiuo,quia alter diphthõgo,alter o mega terminatur,in penultimã tranſfert. Deficit quoq; hec regula in noibus,q̃ ad tertiã noſtrã declinationẽ referuntur; q̃ ꝓpterea qđ creſcũt vna ſyllaba in obliquis,ſi accẽtus in recto eſt in antepenultima, neceſſe eſt in obliqs in ſequẽtẽ trãſferat;qm̃ accẽtus in quarta à fine collocari nõ põt,vt ænigma, habet in prima accẽtũ,ænigmatos in ſcđa. Tertio deficit hæc regula in dictionib⁹ monoſyllabis,q̃ ad tertiã declinationẽ noſtrã referuntur,quorũ gtũs in,os.acuũt. tranſferturq; accẽtus a prima in vltimã.vt pán panós.cres cretós,actũs qui frequẽter vſurpatur,noiatiui accẽtũ ſequitur,vt pána, créta. Primę igitur latinę declinatiõis vna dũtaxat eſt terminatio in.a.breui;recipit tñ & quattuor gręcas in.a.lõgã.in.a.breuẽ.in.as.& in.es.lõgas,quib⁹ oẽs ſuos caſus cõicat,recipit(inq̃)ex prima declinatione gręca duas in.as.& in.es,vt æneas.anchiſes.quarũ gtũs exit in.æ.diphtõgõ,cui ſimilis eſt dtũs. Actũs in.am. Vctũs in.a,breuẽ.abltũs in.a. lõgã. Sũt qui hos caſus nõ à gręca terminatione in.as.aut in.es.ſed à terminatione latina in.a.breui deducũt:& illud qđ Hora.in.ij.ſer.ſcribit,ne quis humaſſe velit aiacẽ atrida vetas cur,& illđ Ouid.ex.iij.met. Te tñ o parui re... or polydecta ſeriphi,illud ꝑterea Senecę in agamẽnone. Aggrediar & te oreſta furabor libẽs. Illud quoq; Martia. Tereos aut cœnã crude thyeſta tuã.nõ ab eo qđ eſt atrides.polydectes.oreſtes.thyeſtes. ſed ab eo poti⁹ qđ atrida,polydecta,oreſta.thyeſta eſſe deducta. Sed cur has duas latini magis nõ recipiũt,q̃ alias,de quib⁹ paulopoſt dicturi ſumus,nõ video. Sed qđ ad rẽ attinet:plerıq; latinorũ fallunt,cũ audiũt grecos putãtes qđ illorũ verba ita ſunt enũciãda,queadmodũ ab illis ꝓferũtur. Nã cũ apđ eos vltima exiſtẽte lõga accẽtus nõ poſſit in tertia à fine collocari;ſed aut ī eadẽ vltima aut in penultima,ſiue illa ſit breuis ſiue illa ſit lõga,cũq; noia in.as.& in.es.deſinẽtia ꝓducãt in hac declinatiõe:neſſe eſt.vt penultima etiã,ſi breuis ſit,acuat. Quare illi ex ſua regła dicũt andréas,pythagóras.priamídes pãthoídes. Nos v̄o quia penultima eſt breuis, trãſlato accẽtu in tertiã à fine dicim⁹ ándreas,pythágoras.priámides.pãthóides. Itaq; apđ Hor.in.ij.ſer.q̃a ex declinatiõe gręca legimus pythagóran p.n.in fine penultimã accẽtu acuto ꝓferem⁹. Qualia(inq̃t) vincũt pythagóră, anitiq; reũ,doctũq; plátona. Apud Verg.quoq; in.iij.ẽn. Ex eadẽ ratione priamidẽ helenum graias regnare per vrbes,& apud.Hora.in.prio car.tartara pãthoidẽ iterũ orco. In vctõ quoq; apud eundẽ in.ij.ſer. O laertiáde quicq̃d dicã,aut erit,aut nõ. Pari quoq; ſunt in errore,q̃ obliquos, nã de rectis nolo nũc digladiari,horũ noim Eſaiæ.Ieremiæ. Zachariæ.& ſimiliter deſinentiũ.ꝓferunt in penultima accẽtu acuto;cũ ſint oĩno caſus latini,habeãtq; penultimã breuẽ. Eadẽ pręterea ratio nr̃os in errorẽ induxit,vt noia gręca ſecũdę illorũ declinationis in.a.lõgã deſinẽtia penultimãq; breuiãtia,q̃ cum apud illos eãdẽ penultimã ſiue vltimã acuãt;ipſi quoq; mutata etiã declinatione,quẽadmodũ illi ꝓferũt;cũ deberẽt ex accẽtus latini regula tertiã à fine acuere.& ꝓ eo qđ illi dicũt ſophía.philoſophía.theología.aſtrología.neméa penultima acuta.ipſi ꝓferre deberẽt, ſóphia.philoſóphia.theológia.aſtrológia.némea.accẽtu in tertia à fine ex rõne declinatiõis latinę; q̃ vltimã ex lõga in.a.breuẽ cõmutauit. Quod ſi lõga vſpiã reperiat,intelligim⁹ declinationẽ eſſe grecã,atq; ꝑinde accẽtu greco ꝓferẽdũ. Queadmodũ apud Papiniũ in.v.theba.& facile neméa latas euoluere vires, Quẽ locũ Priſcia.lib.vij.citãs neméa(inquit)quia ſeruauit.a.ꝓductã accẽtũ in penultima retinet acutũ. Nõ deerunt fortaſſe q̃ dicãt in Papinio legẽdum eſſe ꝓ neméa nemée: aut ꝑ cęſurã poni breuẽ ꝓ lõga;vt accẽtu latino ꝓferat némea prima acuta. Sed nihilominꝰ regula vtriuſq; lingue in vigore ſua perſtat. Iã vero c... ex doctiſſimis quibuſq; nõ peccat in ꝓferẽdis noib⁹ in.e.lõgã deſinẽtibus;q̃ oia ex mere ... natiõe inflectunt,in illis ꝑſertim q̃ habẽt penultimã breuẽ. Nã cũ deberẽt illã enũciare a ... ipſi latino ꝓferũt;vt penélope ꝓ penelópe.calliope ꝑ calliópe.hélene ꝓ heléne.erigo... erigóne.dánæ ꝑ danáe.eurýdice pro eurydíce:& fere ad hunc modum noia ꝓpria fœminaru... ꝑter admodum pauca,vt agaué canaché; acuẽtia vltimã. Noia quoq; regionum;vrbium & inſulaꝝ.vt libye ꝑ libýe.áſine ꝓ aſíne; ithace ꝓ ithǽce,mélite pro melíte.& nomina poſſeſſiua in.ce.deſinẽtia,q̃ acuũt vltimam,vt grãmátice pro

grãmaticé.dialecticé pro dialecticè.muſicé pro muſicè.ethicé pro ethicè.A recto etiã in.a.breui ter minato;cuius penultima producitur:acuiturq; antepenultima:accentus vſurpatur/vt apud Papi niũ lib.vij.theba.Namq; ferunt raptam patris æginã ab vndis.pro quo ineruditi dicerent æginã penultima acuta ſiue circũflexa.quoniã eſt per naturã longa. Secũda declinatio litteras quinq; habet proprias terminationes in.er,ir.ur,um,us.Recipit quoq; vna græcis atq; latinis comunem in.eus.diphthongon.Cuius nominatiuus(quẽadmodum paulo ante diximus)in ſermone latino latinus potius q̃ græcus cenſeri debes.atq; idcirco proferendus eſt accentu latino;hoc eſt penulti ma acuta;cum apud illos acuat.Ex hac terminatione latini oẽs caſus atq; proinde accentus græ cos vſurpant,vt téreus;pro eo quod illi dicunt teréus. In genitiuo teréos penultima acuta.Mar tialis.flet philomena nefas inceſti teréos & quæ.In datiuo terî per ſyneresim quoq; ſicut orphî. Verg.in buc.Orphî calliopea,lino formoſus apollo.Nã órpheo & téreo latini eſſent caſus.In ac cuſatiuo teréa & orphéa penultima acuta.Iuuenalis.Alcinoen bacchi thebas & teréa fauſti.Idem in eodem opere.Orpheaq; in medio poſuit;ſiluaſq; ſequentes.Téreum namq; & órpheũ caſus látini ſunt.Vocatiu9 fere ſemper vſurpatur à latinis:circũflectitq; vltimam:vt o tereũ,o orpheũ. Ouid.lib.vi.meta.vt voluere ambo voluiſti tu quoq; tereũ.Verg.iiij.geor.Illa quis & me (inq̃t) miſerã,& te perdidit orpheũ.atq; ad hunc modũ reliqua in.eus.diphthongon deſinentia,quę ſunt ppe innumera.vt tydéus,tydéos,tydéa.tydeû,peléus,peléos,peléa,peleû.theſéus,theſéos.theſéa. theſeû.achoréus.achoréos.achoréa.achoreû.penthéus.penthéos.penthéa,pentheû,promethéus promethéos.promethéa.prometheû.Recipit etiam duas in.os.& in.on.longas;quas illi per tertiã Atticorũ declinationẽ inflectunt.vt andrógeos,andrógeo.geo.geon.o andrógeos.áthos.átho. átho.áthon.o áthos.Hæc declinatio cum ſuo accentu a latinis nonnunq; vſurpatur.Verg.ij.æñ. Adrógeos offert nobis ſocia agmina credẽs.Idem libro ſexto.In foribus lœtum andrógeo:tum pendere pœnas.nam andrógeo genitiuus eſt græcus Atticus.Iuuenalis.Creditur olim velifica tus áthos;& quicquid græcia mendax.Et Verg.primo.georg.Aut átho;aut rhodópen.Hanc quoq; declinationẽ interpes vſurpauit in epiſtola ad corinthios prima,Ego quidem ſum Pauli; ego autem ápollo;qui genitiuus eſt græcus ab eo quod eſt ápollos.Idem in eadem.De ápollo au tem fratre notum vobis facio;qui ablatiuus datiuo Attico ſimilis eſt.Idem in epiſtola ad Titum, ápollo(inquit)ſolicite permitte,qui accuſatiuus quoq; Atticus eſt,habetq; accentum in tertia à fine:tametſi penultima ſit lõga;q̃d eſt declinationis Atticę propriũ.De altera terminatione in.on. longã:non ſuccurrit exẽplũ,q̃d vſurpetur a latinis.Recipit præterea & duas alteras terminatio nes in.os.& in.on.breues,quæ per quartã declinationẽ græcorũ inflectuntur,vt ílios vel ílion.nã in vtraq; terminatione reperitur.& ab eo quod eſt ilíon.Verg.iij.æñ.dixit.Ceciditq; ſuperbum ilíon;& omnis humo fumat neptunia troia.Ex hac terminatione maxime in.os.latini frequẽter caſus rectos atq; ex obliquis accuſatiuos vſurpant cum ſuis accentibus;qui ſunt apud illos tam varij.vt a nobis de illis nihil certi tradi poſſit.Nam & penultima etiam per naturã longa exiſten te reijciunt accentum in tertiam a fine;quemadmodũ in ijs,quæ ſequuntur.A'glauros.A'caſtos. Cáyſtros.Céphiſos.Cýmolos.Cypáriſſos.Córinthos.E'raſmos.E'piros.Erimanthos.E'uándros. Helléſpontos.Hermaphróditos,Hyácinthos.Hyménæos,Iácchos.Léarchos.Léucippos.Mæan dros.Nárciſſos.O'lympos.Péloros.Párnaſſos.Príapos.Pol'yphemos.Rhadámãthos.Týrannos. A'bydos.Zácynthos.Quæ omnia rationis huius ignari accentu in penultima proferunt;ex eo decepti quod ſit longa.Nam quis apud Vergil.in.iij.æñ.non legit.Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacy'nthos.penultima acuta pro zácynthos.eadem grauis apud Ouidiũ quoq; in hero, & quos tulit alta zacy'nthos,pro zàcynthos,& Apud Martialẽ.Conſuluit nares an olerent æ ra corinthon,pro córinthon.apud Horatiũ tamen quia declinatione latina vſus eſt,legimus,con tingit adire corinthum penultima acuta.Ouidius in epiſtola Leandri.In ſpeculis omnis ábydos erat.atq; rurſus ad Leandrũ hero.Si quis aby'do venerit;aut quero ſi quis ábydon eat.ſed quia ablatiu9 mere latinus eſt;accẽtu latino eſt pferendus aby'do,quẽadmodũ apud Verg.i.geor.& oſtriferi fauces tentantur aby'di.Nam quod Lucanus in.ij.dixit,ſeſtoq; admouit aby'do;quãq; datiuus ille cõmunis eſt græcis & latinis;nihilominus tamen ex ijs quæ dicta ſunt,accẽtu latino eſt proferendus.Atq; e diuerſo cõplura ſunt penultimã habentia breuem eandẽq; acuẽtia;vt a phago quod eſt comedo,& a phoreo quod eſt phero;& a phone ſiue phonos quod eſt cędes cõ poſi[illegible] iuiuſmodi ſunt.Pamphágos.Sarcophágos.Lotophágos.Doryphóros.Nicephóros.Car pophóros.Nebrophónos.Leontophónos,Myophónos.& ad hũc modum alia innumera,quæ

ſub regula non cadunt. Ex ſermonis praeterea graeci idiomate non pauciora ſunt acuentia vltimam, vt Iapetós, Oceanós, Sperchiós, Silenós, Rhodanós, Apidanós, Aeacós, & de nominatiua exeūtia in.mos, vt Barbariſmós, Soloeciſmós, Pleonaſmós, Iſthmós: & nomina poſſeſſiua deſinētia in.cos, vt grammaticós, dialecticós, rhetoricós, dicticós, hiſtoricós, & multa alia quae numero comprehendere non eſt; quorum accentus cum terminatione in rectis & obliquis ab autoribus vſurpatur. ſed accuſatiui (vt paulo ante dixi) frequenter; alij caſus raro; vt apud comoſgraphos heſperúceras, ideſt promontorium heſperi, & héliutrápeza .i. ſolis menſa; & in plurali theonóchema, ideſt deorum currus.

Tertia declinatio terminationes habet aliquanto plures quam graecorum quinta, quae ad tertiā noſtram referuntur: de quibus per ordinem nunc eſt diſſerendum. Igitur in.a. deſinentia quae communis eſt graecorum & latinorum mittentia genitiuum in atos, tertiam a fine acuunt in obliquis, vt dógma dógmatos, ǽnigma aenígmatos, diádema diadématos. Latini ex hac terminatione genitiuum pluralem plaerumq; vſurpant, qui propterea quod in.on.per.o. longum terminatur quemadmodum & omnes aliae partes orationis, quae per caſus declināturacutum in penultimam attrahit, vt epigrámma epigrámmatos, & in plurali epigrammáta epigrammáton. Martial. in .i. toto notus orbe Martialis argutis epigrammáton libellis, & nomē illud dei quod eſt ineffabile tetragrammáton cognominatur. Claemens quoq; a noſtris frequenter in libris periſtromáton citatur.

¶ In.i. latinum ſiue, y. graecum deſinentia, quae plaerumq; barbara ſunt atq; apud graecos declinabilia ſunt mittentia genitiuum in, ios. vel, itos, vel, yos. accentum habent in prima ſyllaba. vt cómmi commios, ſtímmi, mios. cíci cicios, alphi alphios, éri erios. tróphi. ios, áſty áſtyos, nápy nápyos. méli, litos, móly. mólyos. Cuius compoſita retrahunt accentum in tertiam a fine, vt hydrómeli, oenómeli, oxýmeli. Pollyſyllaba quoq; vt cinnábari. píperi. ſínapi, quod nos latinum facientes in ſinápis penultima circumflexa vertimus. Latini ex hac terminatione caſus tantum recto ſimiles vſurpant.

¶ In. ω. mega. deſinentia quae graecorum terminatio propria eſt generis foeminini, vltimam acuunt: mittuntq; genitiuum in.oos. aut in.us. per ſyneresin contractam accentu circunflexo. vt didó didóos, vel didûs didói, vel didî contractam didóa, vel didó. o didó vel didî. & eodem modo, ſapphó ſapphóos vel ſaphûs. mantó mantóos. vel mantûs. clió clióos. vel cliûs. erató eratóos, vel eratûs. echó echóos. vel echûs, calypſó calypſóos. vel calypſûs. ſpió ſpióos. vel ſpiûs. ió ióos. vel iûs, inó inóos. vel inûs. lampedó lāpedóos, vel lampedûs. clothó clothóos. vel clothûs. Latini ex hac terminatione omnes fere caſus ſynerizatos cum ſuis accentibus vſurpant. Ouid. in .i. de arte. Nec mihi ſunt viſae clió. chiúſq; ſorores. Idem in heroi. An niſi legiſſes autoris nomina ſaphûs. Vergilius. vij. aeneid. Fatidicae mantûs: & tuſci filius amnis. Idem quoq; in .iiij. accuſatiuum vſurpauit. Et nomine didó ſaepe vocatus sum. & in Priape. Atlantidemq; calypſó. Haec de graecis nominibus in vocalibus terminatis, quae ad tertiam declinationem latinam referri poſſunt. Nunc de ijs quae deſinunt in conſonantes; non quidem omnes: ſed in tres tantum liquidas. n. r. s. & vnam duplicem. x. Nam in. l. & m. nullum graecum nomen terminatur; ſicut neq; in aliquam ex mutarum numero.

¶ In. an. igitur plerūq; vltimā acuunt. vt titán titános. peán paeános. Pelecán pelecános. pán panós. Cuius genitiuum Vergilius. vij. aeneid. vſurpauit dicens. panós de more lycaei. accentu acuto in fine ex regula ſuperius tradita. Accuſatiuum quoq; in bucolicis. Mecum vna in ſiluis imitabere pána canendo. ex eadem regula accentu in prima.

¶ In. en. per. ε. acuunt vltimam plaerumq;. vt hymén hyménos, lichén lichénos. adén adénos. ſolén ſolénos. troezén troezénos. ſirén ſirénos. Nonnunquam penultimam acuunt. vt héllen héllenos.

¶ In. in. per. i. iota, quae alterā quoq; habent terminationem in. is. vltimam acuunt. vt delphín vel delphís delphínis. telchín vel telchís telchínis. ſalamín vel ſalamís ſalamínis. eleuſín vel eleuſís eleuſínis.

¶ In. yn. quoq; per ypſilon penultimam acuentia eandem rationem ſequuntur. vt phórcyn vel phórcis phórcinis. pólcyn vel pólcys pólcinis.

¶ In. on. per. ω. mega. quaedam acuunt finalem. vt ſarpedón. gerión. amazón. antedón. calcedón. carchedón, quaedam acuunt penultimam. vt pláton. zénon. théon. achéron. médō. laocóon. demophóon. hippocóon: quae tria atq; his ſimilia circunflectunt vltimam: quae vltimae contrahuntur in vnam per ſyneraeſim. vt laocôn, demophôn hippocôn. Ex quibus aliae mittunt genitiuum in. ontos. vt achéron achérontos. médon médontos. laocóon laocóontos, demophóon demophóontos. hippocóon hippocóontos. Quaedam in. onos. p. o. longum; vt pláton plátonos. zénon zénonos. babylon babylonos. théon théonos. daphnon dáphnonos. plátanon platánonos. Quaedam in. onos. per. o. breuem vt daemon daemonos. cánon cánonos. íaſon íaſonos. agamémnon agamémnonos.

¶ In. un. per. ου. diphthongon (quamq; apud grecos ſunt complura mittentia gen. in. untos.) haec terminatio nunq; a latinis vſurpatur.

¶ In. ar. nunquam fere vſurpātur a latinis: nam quod apud medicos frequenter vſurpatur hépar hépatos, latinis vox eſt incognita, pro eo quod eſt iecur iecoris.

¶In.er.per.η deſinentia vltimam acuunt:vt ſoter ſoteros.aer aeros.æther ætheros.crater crateros.character cha
racteros.cremaſter cremaſteros.climater climateros.phyſeter phyſeteros.ſpinther ſpintheros.Iber vero iberos
in recto penultimam acuit.in obliquis antepenultimam.

¶In.ir.per.i.iota.aut.y.per ypſilon rara ſunt acuentia penultimam,vt gadir gadiros.martyr martyros.

¶In.or.per.ω.mega acuūt proximam a fine:vt neſtor neſtoros.hector hectoros.rhetor rhetoros. polymeſtor:
polymeſtoros.

¶In.as.maſculina penultimā acuunt:vt adamas adamantos.polydamas polydamantos.abas abantos. apeſas
apeſantos.athamas athamantos.atlas atlantos.chalcas chalcantos..cyphas cyphantos.coriphas coriphantos.ele
phas elephantos.gigas.antos.pallas pallantos.periphas periphantos. phorbas phorbātos, thaumas thaumātos.
thoas thoantos. Fœminina vero vltimā acuunt, aſſumunturq; in genitiuo. d.vt acras acrados. dyas dyados.
trias triados.ogdoas ogdoados,heptas heptados.pallas pallados, lampas lampados.quā rationem ſequitur vnū
ex maſculinis arcas arcados.

¶In.es.per.η.maſculina penultimam acuunt plærumq; ea quæ mittunt genitiuum in.etos, vt crates crateros.
chremes chremetos.dares daretos. cures curetos.laches lacheros. lebes leberos. magnes magnetos. tapes ta
petos.thales thaletos Et nomina quædam latina,quæ in græcum ſermonem traducta amittunt.n.atq; rurſus in
obliquis reſumunt,vt clemes clementos.creſces creſcentos,pudes pudentos.prudes prudentos.vales valentos.Pe
nultimā quoq; acuunt ea quæ mittūt genitiuum in.eos.vt compoſita a ſtenos,qualia ſunt.antiſthenes antiſthe
neos.caliſthenes caliſtheneos,demoſthenes demoſtheneos.& a genos,vt antigenes.origenes. hermogenes, & a
telos.vt ariſtoteles,praxiteles.pyrgoteles.Compoſita vero a cleos ſynærizata circunflectunt vltimam.vt agatho
clês.periclês.ſophoclês.

¶In.is.per.i.iota.polyſyllaba fœminina non habentia duas terminationes quæ mittunt genitiuum in.idos,plæ
rumq; acuunt vltimā.vt cnemis cnemidos.crepis crepidos.& patronimyca fœminina ſiue habentia formā pa
tronymicorum.vt priamis priamidos.æneis æneidos.thebais thebaidos.pphetis pphetidos.poetis poetidos.
calamis calamidos.eumenis eumenidos.ſalmacis ſalmacidos.biblis biblidos.Quædam tamen ex his acuūt
penultimam,vt themis themidos.cypris cypridos.phaſis phaſidos.curetis euretidos.elis elidos.Quædā acuunt
antepenultimam.vt ſ[…]aris,charibdis.thamyris.adonis,theognis,quorum maſculina mittūt genitiuum in.idos.
vt paris paridos.theognis theognidos.adonis adonidos.

¶Aduertendum tamen quod mittentia genitiuum in.idos.per.os.purum,poſſunt mittere genitiuum in.ios.mo
re ionico,vt paris paridos.vel parios,memphis memphidos.vel memphios.

¶In.ois.mittentia genitiuum in.entos.penultimā acuunt:vt pyrois pyroentos.ſimois ſimoentos.opois opoentos.

¶In.ys.per ypſilon quædam circunflectunt vltimam.vt ichthŷs ichthyos.quædam eandem grauant.vt botrys
botryos,quædam acuunt eandem.vt chlamis chlamydos,tethys tethyos.erinnys erinnyos.

¶In.os.per.ω.mega deſinentia tā habentia penultimam breuem quæ mittunt genitiuū in.otos.vt phileros phi
leroros.rhinoceros rhinocerotos,quam habentia eandem longam,quæ exeunt in oos.vt heros heroos.minos
minoos.proximam a fine acuunt. Accuſatiuus vtriuſq; numeri vſurpatur a latinis.

¶In.us.quæ per.ου.diphthongon ſcribuntur,ſynærizata a nominibus terminatis in.ois.ſolutas:mittuntq; geni
tiuū in.untos.circūflectūt vltimam.vt ſimois ſimûs.untos.opois opûs.untos.phycois phycûs.untos.hydrois hy
drûs. untos. ſipois ſipûs. untos.amathois.thûs. untos.ieriois.icûs.untos.Rectus & accuſatiuus vſurpatur a latinis.

¶In.ns.deſinentia penultimam acuunt:mittūtq; genitiuum in.inthos.vt tyrins tyrinthos.helmins helminthos.
Accuſatiuus vſurpatur a latinis.Papinius lib.iiij.Suus exciit in arma antiquam tyrintha deus.

¶In.ps.polyſyllaba tam ſimplicia quam compoſita proximam a fine:acuūt:vt elaps elapos.æthiops æthiopos
& quæ in genitiuo mutant.p.in.b.vt arabs arabos.chalyps chalybos. Sed aduertendum q omnia hn̄t o micrō
in recto,preterq; hydrops & cōpoſita ab ops,quod eſt oculus,vt cyclops cyclopos.myops.opos.monops.opos.
Nam ab ops quod eſt vox,regulam ſequuntur.vt merops meropos. Latini ex hac terminatione accuſatiuos
vtriuſq; numeri vſurpant.

¶In.ax.quædam accētu accuto in penultima proferuntur:vt thorax thoracos.phæax phæacos.corax coracos.
quædā circumflectunt penultimam,vt aûlax aûlacos.clîmax clîmacos.

¶In ex.per.e.longam.acuunt penultimam,ſeruantq; illud.e.in obliquis æque longum.vt myrmex myrmecos.
narthex.ecos.ſcolex ſcolecos. Habentia tamen.o. longum in penultima breuiant in obliquis illud.e. vt alopex
alopecos.

¶In.yx.per ypſilon.partim acuunt penultimam,vt bombyx bombycos.bebryx bebrycos.onyx onycos.ſar
donyx ſardonycos.coccyx coccygos.ortyx ortygos,partim circūflectūt eādem.vt cêryx cêrycos.doedyx doê
dicos. Latini ex hac terminatione accuſatiuos vtriuſq; numeri vſurpant.

¶In.ox.per.ω.mega rara ſunt acuentia finalem.vt cyamotrox.ogos.a trogo quod eſt voro & cyamos faba.

¶In.x.habentia.g.ante.x,quam nos per.n.ex cauſa vni tantum mihi comperta.per.n.proferimus & ſcribimus.
penultimam acuunt.mittuntq; omnia genitiuum in.gos.vt pharynx pharyngos.larynx laryngos.lynx lyngos.

FINIS.

## ANTONIVS AD LECTOREM DE LITTERIS GRAECIS.

Litterulas græcas fluxerunt vnde latinæ,
Siquis noſſe cupit,longa terenda via eſt,
Vt culmen teneas,ſubeundi mille labores.
Rara quidem res eſt;at precioſa tamen.
Maiores maiora petant:mihi parua ſecuto
Sufficiat pueris prima elementa dare.
Illa,modo ſine queis nō cōſtat ſermo latin⁹.
Et quæ ſi ſpernas,mox habeare rudis.

## EIVSDEM ANTONII IN LITTERAS GRAECAS PRAEFATIO.

QVI LITTERALIAS INTRODVCTIONES
ante hac latinis tradiderunt;immo vero qui longiores commenta
tiones ex inſtituto grammaticen profeſſi ædiderunt; nullam fere
partem attigere;in qua non aliquid ex græcis deſumpſerint;ita ta
men ſcripſerunt,vt cum vtriuſq; linguæ gnaris & non cum pue
ris rudibus & in doctis loquerentur. Nam cum de litteris deq; di
ctionum orthographia diſputant;cum de accentu atq; ſyllabarum
quantitate;cum de nominum etymologia & declinatione;cum de
partium orationis conſtructione,totam rationem inchoatam relin
quunt,atq; nos ad græcos autores mittūt.Græcæ vero litteræ qua
via noſtris hominibus tradi poſſint;non eſt in promptu;propterea
q; præceptorum non minor eſt penuria quam librorum;ſed quod magis obſtat eſt incredibi
lis hominum veternus; qui adeo ad hanc vnam rem obtorpuerunt; vt iam monſtro ſimile
habeatur;ſi quēm viderint græca legere;nedum loqui,aut intelligere.Ego vero cum in meis in
troductionibus multos locos ex græco pendentes inchoatos reliquiſſem:cōmunicata re prius
cum his,a quibus,ſi quid vſquam eſt græcarum litterarum,apud nos emanauit,auſus ſum face
re;quod alius harum rerum peritior facere debuiſſet; non quidem omnia quæ ſermo latinus
ex græco fonte deſiderat;ſed illa tantū ſine quibus introductiones noſtræ conſtare non poſſunt.
Et quia tunc temporis non contigit nobis græcarum litterarum typos omnes habere;& quod
omnes quibus præcepta noſtra ſcribuntur, ignotæ ſunt; vſi ſumus magna ex parte latinis.
Quæ tametſi autore Plinio ſatis commode poſſunt græcas omnes deſignare;non tamen ſem
per id aſſequi poſſumus;cum ex diuerſis litteris plærumq; eadem vox efficiatur.& ex eadem
voce diuerſos ſenſus coniectare liceat;vt quod .η.ι.υ. pſilon.ει. &.οι. diphthongi.eundem ſonum
nobis exhibent,& alia ad hunc modum. Imprimis itaq; litteras græcas & earum nomina græ
ce & latine e regione deſcripta propoſuimus.& de illarum prolatione nonnihil adiecimus:tum
de diphthongis & accentibus aliquid attigimus.de nominum deinde declinatione ſimul & ac
centu cuius rei gratia hunc laborem aſſumpſimus;vt pro captu noſtro hæc fuerint a nobis de
guſtata.Qui vlteriora noſſe deſiderant,ad græcorum ſcholas illis [illegible]andum eſſe moneo;nā ego
is ſum;qui neq; tardos opperior;neq; præcedentibus inſto.

α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| α | β | γ | δ | ε | ζ | η | θ |
| ἄλφα | βῆτα | γάμμα | δέλτα | ἒ ψιλόν | ζῆτα | ἦτα | θῆτα |
| alpha | beta | gamma | delta | epſilon | zeta | eta | theta |
| a | b | g | d | e breue | z | e longum | th |
| ι | κ | λ | μ | ν | ξ | ο | π |
| ἰῶτα | κάππα | λάμβδα | μῦ | νῦ | ξῦ | ὄμικρον | πῖ |
| iota | cappa | lambda | mi | ni | xi | o micron | pi |
| i | c,, | l | m | n | x | o breue | p |
| ρ | σ | τ | υ | φ | χ | ψ | ω |
| ῥῶ | σίγμα | ταῦ | ὖ ψιλόν | φῖ | χῖ | ψῖ | ὦ μέγα |
| ro | ſigma | tau | ypſilon | phi | chi | pſi | o mega |
| r | ſ | t | y grecum | ph | ch | ps | o longum |

Diphthongi propriæ.
αι. αυ. ει. ευ, οι. ου.
æ. au, ei, eu, œ, u,

Diphthongi impropriæ.
ᾳ. ῃ. ῳ. υι. ηυ. ωυ.
a. e. o. yi. ey. oy.

¶ De litterarum prolatione.

QVattuor & viginti litterę ſunt in vſu apud Gręcos in hac ſerie.

α. Alpha, q̄ ab illis ꝓfertur eodē ſono, quo nos illā ꝓferimus.

β. Beta, ꝓfertur ab illis, quaſi per. u. conſonantem noſtram, & .i. vocalem. Nos beta illam vocamus, quia .η. ſemper vertitur in .e.

γ. Gamma, eodē ſono ꝓfertur ab illis, quo nos .g. nr̄m ꝓferimus, a. vel, o. vel. u. ſeq̄ntibus, & quo cum reliquis ꝓferri deberet.

δ. Delta, eadem voce ꝓfertur ab illis, qua nos .d. enunciamus.

ε. Epſylon, eodem modo ꝓfertur ab illis, quo nos .e. breuem.

ζ. Zeta, eodē ſono illi ꝓferunt, quo nos .z. noſtrū ꝓferimus: ſed ab illis zita vocatur, à nobis zeta, quia .η. vertitur in .e. longum.

η. Eta, vt diximus, ab illis ꝓfert, ita quaſi p iota, nos quaſi p .e. longum.

θ. Theta, eadē voce illi proferunt, qua nos .th. proferre deberemus, ſed ab illis thita, a nobis theta dicitur .η. verſo in .e. longum.

ι. Iota, eodem ſono illi proferunt, quo nos .i. noſtrum efferimus.

κ. Cappa, eodē ſono illi ꝓferūt, quo nos .c. nr̄m, a. vel. o vel, u. ſeq̄ntibus, & quo cū alijs ꝓferri deberet.

λ. Lambda, eodem ſono illi proferunt, quo nos .l. noſtrum.

μ. Mi, eadem voce illi pronunciant, qua nos .m. noſtrum.

ν. Ni, eadem voce illi proferunt, qua nos .n. noſtrum.

ξ. Xi, eodē ſono ꝓfertur à græcis, quo à latinis, ſed ab illis appellatur .xi. ita vt incipiat à ſeipſa, & deſinat in .i. vocalem, à nobis litteris inuerſis .ix. vt incipiat ab .i. vocali, & deſinat in ſeipſam.

ο. Omicron, eodem modo profertur à græcis, quo à nobis .o. breue.

π. Pi, eadem voce illi proferunt, qua nos .p. noſtrum efferimus.

ρ. Ro, in principio dictionū & in medio ſi geminetur ſemp à gręcis aſpirat, atq̄ eodē ſono ꝓfertur ab vtriſq̄.

σ. Sigma, eodē modo ꝓfertur à græcis, quo à latinis, ſed vtriq̄ perperā ꝓnunciant, qđ alibi demōſtrauimus.

τ. Tau, eodem modo ꝓfertur à græcis, quo à latinis .t. exile. Sed à græcis appellatur, tau, quaſi deſinat in .u. cōſonantem, à latinis tau. quaſi deſinat in .u. vocalem.

υ. Ypſilon, eodē modo ꝓferri debet à græcis & latinis, ſed cuiuſmodi ille ſonus debeat eſſe, alibi diximus.

φ. Phi, eodē modo ꝓnunciat à gręcis, quo à latinis ꝓferri deberet, nō quaſi nūc ꝓferimus, hoc eſt, q̄ſi p .f. lr̄am.

χ. Chi, eodem modo ꝓfertur à græcis. eta. vel epſilo, vel iota, vel ypſilō ſequentibus, quo nos Hiſpani .x. lr̄am proferimus, alioqui non male pronunciant.

ψ. Pſi, eodē modo ꝓnūciatur à gręcis, quo latini ante, ſuū anti ſigma ꝓferebāt: & nūc .ps. lr̄as ꝓnunciant.

ω. Omega, eodem ſono illi ꝓferunt, quo nos .o. longum proferimus.

¶ Aduertendum tñ, qđ ſi poſt cappa, ſiue lambda. ſiue ni ſequatur iota aut ypſilon à græcis ꝓferri voce quadā inarticulata, cappa etiam, eta, vel ypſilō ſeq̄ntibus ſono, qualē nequeo monſtrare, at ſentio tm̄ lambda quaſi nos Hiſpani .ll. duplex .ni. quaſi .nn. duplex pronunciamus. Sed an recte illo modo proferant: ipſi viderint, nos

id non poſſe fieri aſſeuerauimus, propterea qđ conſonantes æque vires ſuas ad vocales ſequentes proferant, nominatimq; Q uintilianus de cappa id dicat.

Aduertendum quoq; in ſcriptura græca quoties poſt gamma ſequitur alterũ gamma. vel cappa, vel, chi, vel. xi loco gamma debere ꝓnunciari. ni. lĩam, aũt ſi ꝓferatur. ni. lĩas illas loco. ni; debere ſcribi cuius rei cauſam attulimus in libello de vi, & poteſtate lĩarum, cũ de n lĩa ageretur.

Aduertendum præterea ſi poſt ni litteram ſequatur tau. loco tau debere proferri delta: ne fiat (vt illi dicunt) ſonus retorridus.

HArum quattuor & viginti lĩarum duo ſunt genera. ſeptem vocales, alpha, epſilon, eta, iota, omicron, ypſilon, ω, mega, reliquæ oẽs ſunt cõſonantes. Vocales rurſus in partes diuiduntur: in duas ſemp breues, epſilo, & omicron, in duas item ſemp longas. ω. & η. & in tres medias ſiue ancipites hoc eſt q̃ poſſunt eſſe breues & longæ. a. i. ypſilon. Conſonãtes rurſus in duo gña diuiduntur: in octo ſemiuocales, zeta. xi. pſi. lambda. mi. ni. ro. ſigma, quarum tres priores duplices dñr. zeta. pro. ſd. xi. pro. cs, vel. gs. pſi. pro. ps. quinq; poſteriores liquidæ. q̃ etiam immutabiles appellantur. lambda, mi. ni. ro. ſigma. Et in nouem mutas. beta, gamma. delta, cappa, pi, tau. theta, phi. chi. Q uarum tres ſunt exiles, cappa. pi. tau, tres aſpiratę. chi. phi, theta. tres mediæ, gamma, beta, delta.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ϖ | τ | κ | exiles. |
| ϐ | δ | γ | mediæ. |
| φ | θ | χ | aſpiratæ. |

ASpirationis notam antiquiores græci in ordine aliarum lĩarum (perinde ac ſi eſſet lĩa) poſuerũt, quemadmodũ apđ latinos nũc ponitur. deinde. η. lĩæ figuram p lineam trãſuerſam mediã diuidentes in hũc modum ⊢⊣ dexterã illius partẽ exilitatis: ſiniſtrã vero aſpiratiõis notam eſſe voluerũt. Illam Palæmon vicentinus exilẽ, Grillus leuẽ nominauit: idem, q̃ aſpiratiõis nota erat, flatilẽ dixit. p priorẽ dictiões a vocalibus incipiẽtes q̃ debeant ꝓferri exiliter, notauerũt: p poſteriorem, q̃ debeant aſpirari. Iuniores eãdem rõnem ſecuti. o. mediã diuiſerũt in hũc modũ ɔ c, poſſunt autem vocales oẽs aſpirari & nõ aſpirari, pter ypſilon, q̃ ſemp in principio dictiõis aſpiratur. cauſam vero cur notã illam ex lĩarum ſerie tollẽtes vocalibus impendere fecerint: hanc fuiſſe tradũt. ne ſpũs videlicet ille extra vocalẽ eſſe putaretur: atq; occaſionẽ daret putãdi eſſe lĩam, q̃ ſeqntem vocalem feriret: quẽadmodũ apđ Hebręos. he. lĩa q̃ inter lĩas numeratur: qđ flatus ille ſuus quodammodo ſonat. Sed cum ex cõſonantibus quattuor a græcis aſpirẽtur. cur theta. phi. chi figuras accommodarint: rho vero ꝓpriam figurã nõ dederint: hac fuiſſe cauſam putãdum eſt: q in tribus illis aſpiratio intra ipſas eſt, & cum ipſis erumpit. in rho vero potius extra eſt: & cum vocali ſequenti coaleſcit.

## De diphthongis.

DIphthongi ꝓprię dictę apđ grecos ſex ſunt. αι. q̃ apđ illos ꝓfertur quo ſono nos efficiamus. æ. nĩam diphthõgon: atq; ſemp in eãdem vertitur, vt αἰακός æacus.

αυ. Q uæ apđ illos ꝓfert tali voce, quali nos aue, ſi auferas. e. finalẽ hoc eſt p. u, cõſonatẽ. Hęc diphthõgus apđ nos ſemp vertitur in. au. ita vt. u. ſonet, q̃ſi vocalis. vt αὐλή. aula.

ει. Q uæ apud illos tali ſono ꝓfertur, quali nos. i. lõgum ꝓferimus, atq; apđ nos in. i. lõgũ plærũq; vertitur. vt βραβεῖον. brauiũ. aliqñ in. e. lõgũ. vt πηνελόπεια. Penelopea.

ευ. Q uę apđ nos tali voce ꝓfert, quali eua, ſi auferas, a, finalẽ, hoc eſt quaſi per. u conſonãtem, apđ nos ſemper vertitur in. eu, diphthongon, ita tamen, vt. u. ſonet quaſi vocalis. vt πενθεύς. Pentheus.

οι. Q uæ apud illos tali voce ꝓfertur, quali nos. i. lõgum ꝓferimus, apđ nos in. œ. diphthongon ſemp vertitur. vt οἰκόνομος. Oeconomus, vt φοῖνιξ. Phœnix.

ου. Q uę apđ illos tali voce ꝓfertur, quali nos. u. vocalẽ efferimꝰ, atq; in eandẽ ſemp apđ nos vertitur. Cũq; apđ græcos. u. vocalis nõ habeatur, p hãc diphthõgon illã repſentãt, vt δοῦλος. dulos. Per hãc quoq; exhibẽt. u. cõſonantẽ nĩam, ſed illã quaſi vocalẽ ꝓferunt, vt σιλουανός. p Siluanus, vt οὐεσπασιανός. p Veſpaſianus.

Improprię diphthõgi ſex quoq; ſunt, qbus antiquiores græci vtebãtur ſeqntibus vocales minuſculis lĩis; quaſi ſignificare volentes qđ abſurdũ neſcio qd ſonabãt, quas deinde iuniores ſubſcripſerunt, vt & antiqtatem illã deſignarent, & qđ ſonus ille ſubobſcurus in deſuetudinem abijt.

ᾳ. Alpha ſubſcripto. i. paruo ſonat apđ illos, quaſi. a. longũ, atq; apđ nos in. a. longũ vertitur, vt aſma, aſmatos, athrax, athracos, thraſcias. u. & in datiuis primæ declinationis. vt Martha. theologia.

ῃ. Eta ſubſcripto iota paruo apđ illos ſonat, quaſi. i. longũ Nos quoq; in. e. longũ vertimus, vt in datiuis primæ & ſecundæ declinationis, vt Anchiſes, datiuo anchiſe. Calliope, dtõ calliope.

ῳ. Mega ſubſcripto iota paruo apđ græcos ſonat, quaſi. ω. longũ, apđ nos plærumq; Vertitur in. œ. diphthongon, vt tragῳdia. tragędia, aliqñ in. o. longũ. vt palinῳdia, palinodia.

υι. Pſylon adſcripto iota paruo apđ illos ſonat ypſilon longũ, apđ nos ſemper vertitur in. yi, diphthongon. vt harpyia, cœnomyia, orithyia. & per. i. longũ quemadmodũ a græcis ꝓfertur.

ωυ. Adſcripto ypſilon apđ illos ſonat tali voce, quali apđ nos ꝓfertur. ωu, ſi auferas, i, finalem, hoc eſt per. u. cõſonantem. vt τρωὺς, apđ nos transfertur in. eu. diphthongon.

ωυ.Mega adſcripto ypſilō ꝓfertur ab illis tali ſono/quali nos ꝓferimus oua.ſi auferas,a,finalē,hoc eſt quaſi p.u. conſonantem,qua diphthongo ſoli græci Iones vtūtur/dicētes,αὐτόν. ꝓ,αὐτόν.apud nos in vno tantū nomine hebraico ſcribitur in ſacris lr̄is:hoc eſt Moyſes.vbi y.nullū ſonū habere debet:ſed ꝓferendū eſt moſes: quemadmodū Iuuenalis.Strabo.Plinius.Iuſtinus.ꝓtulerūt.& ex noſtris græci theologi ꝑpe omnes doctores.Ex latinis Iuuencus in quattuor euangelia. Arator in apoſtolica hiſtoria,aut ſi contendas, y. pſilon debere proferri, quaſi.u.proferendū eſt,vt in.au.&.eu.diximus.

## ¶ De Accentu.

Accentus apd᷑ græcos (quēadmodū & apd᷑ latinos) tres ſunt.acutus, grauis,& circūflexus. Sed acutus & circūflexus dictiōis ſunt accētus:grauis vero ſyllabę tm̄,vnde ſyllabicus accentus d̄r. Eſt tm̄ qn̄ accentus grauis eſt dictiōis accētus:cū videlicet in cōſeq̄ntia grauis ꝓ acuto ponitur:idq; in fine tm̄ dictiōis,Dico in cōſeq̄ntia(hoc eſt cū orō feſtinat ad clauſulæ exitū)alioqui nunq̄ grauis poneretur ꝓ acuto.Latini nō cōſueuerūt accētus apicibus notare,niſi tm̄ ex Quintiliani præcepto in dictiōibus ambiguis rōne accētus.At græci paſſim illos in qualibet particula imponūt hoc modo. Acutū apice tenui ſurſum ducto(ita tm̄ vt paululū in dexterā manū declinet)in hūc modū.´ Grauē apice tenui deorſum ducto:ita tm̄ vt in ſiniſtrā paululū declinet in hūc modū.` Circūflexū ex vtroq; ductu componūt,vt partim aſcēdat partim deſcēdat in hūc modum ^. Grauis itaq; cū ſit (vt diximꝰ)ſyllabæ & nō dictiōis,accētus,in qualibet ſyllaba collocari poteſt,p̄terq; in qua ꝑdominans accētus collocatur:hoc eſt acutus vel circūflexus. Acutus vltimū,ſiue penultim,ū ſiue tertiū a fine locū poſſidere poteſt. Circūflexus duas tm̄ obtinet ſedes,hoc eſt vltimam & penultimam.

Eſt animaduertendū p̄terea ꝙ dictio hn̄s ſyllabā vltimā grauē a gręcis d̄r barytona.q̄ vero vltimā acuit oxytona,q̄ penultimā acuit paroxytona,q̄ antepenultimā ꝓparoxytona,Quę tm̄ vltimā circūflectit periſpomene appellat: properiſpomene q̄ penultimā.His p̄libatis ꝓpono regulas accētibus græcis deſeruientes.

### Prima regula.

Accentus acutus poni poteſt in vltima ſyllaba,ſiue illa ſit breuis,vt calós,ſophós,agathós.ſiue ſit longa abſq; ſyneræſi vt pentecoſté.paraſceué.anatolé.nam ſi habet ſynæreſim,circumflectitur.

### Secunda regula

Accētus acutꝰ pōt in penultima ſyllaba poni:ſiue illa ſit breuis ſeq̄nte altera breui:vt lógos/pónos/ínos:ſiue ſit breuis ſeq̄nti lōga ꝑ naturā,vt lébes lébetos/tápes tápetos:ſiue ſit lōga ſeq̄nti altera lōga.vt æther/dáphne.dióne.

### Tertia regula.

Accentus acutus poteſt poni in antepenultima ſiue ſequātur duę breues.vt dáctylos/apóſtolos/ámpelos/ſiue ſequantur lōga & breuis.vt ægiália. polýdoros.Nam ſi breuis cū lōga:aut duæ longę ſequantur:accētus in penultimam transfertur.vt dicæos,in ntō antepenultimā acuit:in gtō dicéu penultimam.

### Quarta regula.

Circūflexus accētus collocari pōt in vltima ſyllaba:modo ſit natura lōga vel ex ſynæreſi,vt pētecoſtês in gtō: & pentecoſtê in dtō. nauſicâ ꝓ nauſicâa.Demophôn ꝓ Demophóon.ex regula inferius tradēda ſexto loco.

### Quinta regula.

Circumflexus accentus poni poteſt in penultima per naturam longa/modo vltima ſit breuis:vt mûſa/mâza. Sed aduertēdū.ai.&.oi.diphthōgos græcas(ꝙ ad rōnem accentus attinet)ꝓ breuibus eſſe habendas.vt muſæ in plurali penultimam circūflectūt:q̄q̄ vltima ſit longa diphthongo.

### Sexta regula.

Syllaba vltima per ſynæreſin contracta in qua debeat accentus circumflexus collocari,conſtare oportet ex acuta in penultima. & graui in vltima.vt qd᷑ de nauſicáa & Demophóon paulo ante diximus. Aduertendum huiuſmodi ſynæreſin nonnunq̄ fieri ex duabus grauibus exiſtente accētu in antepenultima.vt chrýſeos chryſûs.argýreos argyrûs.chalceos chalcûs.

### Septima regula.

Vltima ſyllaba exiſtēte longa per naturā,accētus acutꝰ nō poteſt in antepenultimam collocari,ſed aut manet in eadē vltima:aut trāſfertur in penultimā,Quæ regula ab oibus græcis (p̄terq; ab atticis ) obſeruatur. Illi nāq; Menéleos & ſimilia,q̄ per terciā declinatiōem græcam inflectūtur,accentu in antepenultima acuto proferūt: q̄q̄ vltima per,ω.mega ſcribatur:atq;(vt paulo āte dixi)ai.&.oi.diphthongi in fine dictionis poſitę ꝓ breuibus habentur,quod ad rationem accentus attinet.

### Octaua regula.

Diphthōgꝰ in fine dictiōis hn̄s.y.pſilō in fine(ſi ſuſcipit tonū)circūflectit̄.ſunt aūt hm̄oi diphthōgi tres,αυ.ευ.ου.

### Nona regula.

Monoſyllaba neutra circumflectunt.vt pŷr.pân.ſcôr.

### Decima regula.

Nominatiuus.actūs:& vtūs abſq; ſynæreſi(ſi in vltima ſuſcipiunt accentum)acuuntur,vt calós calón.calé calés,Quod ſi habent ſynæreſin,circūflectuntur,vt nauſicâ,nauſicân,o nauſicâ.

### Vndecima regula.

Genitiuus & dtūs in logas deſinētes(ſi ſup ſe tonū hn̄t) circūflectunt.vt timê.timês.timê.ſophós.ſophû.ſophô.

Duodecima regula.

Gt̃us in.os.diſſyllabũ deſinens, acuit ſemꝑ vltimã.vt bús.boós.zéus.diós.crés.cretós.cár.carós.gráus.graós.

Tredecima regula.

Gt̃us nõ deſinens in.os.diſſyllabũ habet accentũ in eadẽ ſyllaba,in qua rectus.vt agathós agathú.lógos lógu.léxis léxeos.Q uod ſi rectus accentũ habeat in antepenultima.& gt̃us in longã terminetur,trãsfertur accẽtus in penultimã ꝑ regulã ſeptimã.vt díceos dicéu.Q ꝺ ſi gt̃us creuerit vna ſyllaba,qđ euenit in noibus tertie declinatiõis,qa in.os.breuẽ terminatꝰ,accentꝰ in ſequẽtẽ ſyllabã transfert,vt maneat in ãtepenultima.vt ænigma,ænígmatos.

Q uartadecima regula.

Datiuus genitiui tonũ habet & tempus,vt anchíſes anchíſu anchíſe.timé timés timéeas éeantos éanti.

Q uintadecima regula.

Actũs in eadẽ ſyllaba tonũ habet in q̃ gt̃us,pterq; in noibꝰ,quorũ gt̃us eſt duarũ ſyllabarũ in.os.definẽs,quem dicimꝰ vltimã acuere,ſic eñ actũs penultimã acuit.vt bús bóos bóa.zéus diós día.crés cretós créta.

Sextadecima regula.

Actũs monoſyllabus in.n.terminatꝰ circũflectitur.vt clís clidós clîn.mén menós mên.hýs hyós hŷn.

Septimadecima regula.

Vctũs in eodẽ loco accentũ habet,in quo rectꝰ.vt lógos o lóge vel lógos.timé o timé.Excipiũtur noia cõpoſita in.es.lõgũ terminata,in qbꝰ vltima grauis eſt;aut ex ſyngreſi circũflexa in his nãq; retrocedit tonꝰ vna ſyllaba.vt Demoſthénes o Demóſthenes,hoc eſt de penultima in antepenultimã.itaq; p.e.breuẽ in vctõ ſcribitur. Et eodẽ modo antigénes o antígenes.ariſtotéles o ariſtóteles.De circũflexis ex ſynæreſi periclẽs,ex eo qđ eſt periclées o péricles,hoc eſt de vltima in penultimã.Cõpoſita vero in.on.p.o.mega,ſi vctũ terminãt p.o.micron;accentũ retrahunt vna ſyllaba.vt Agamémnon o Agámemnon.Apóllon o ápollon.

Octauadecima regula.

Nt̃s pluralis ſimilem tonũ atq; in eadem ſyllaba habet ntõ ſingulari.vt lógos lógi.Fœminina vero,quę veniũt a maſculinis,illorũ rationem ſequũtur.Actũs & vctũs nominatiui pluralis tonũ ſuſcipiunt.

Nonadecima regula.

Gt̃us pluralis in.on.per.ω.mega terminatur.Collocaturq; accentꝰ in penultima aut in vltima ſyllaba,nã in antepenultima nunq̃ poteſt collocari;ꝓpterea q; vltima eſt lõga.In æquiſyllabis,ſi rectus acuit vltimã,& gt̃us pluralis in vltima acutũ habebit.vt timé timón:ſi penultimã eodẽ modo in penultima.vt lógos lógon:ſi antepenultimam,accentus in penultimam transfertur.vt ǽnigma ænigmátos ænigmáton.

Vicesima regula.

Nominatiuus atq; proinde vctũs ſingularis terminationem hñs communem græcis & latinis:tametſi accentu græco & latino proferri poteſt;mixtus tñ ſermoni latino ſcđm regulas accentus latini proferendus eſt. In ſermone vero græco,accentus græci regulas ſequatur,oportet.

Prima & vicesima regula.

Si accentus græci ratio nobis fuerit incognita,tutius eſſe minuſq; errori obnoxiũ,ſi ꝑ regulas latinas vocabula moderemur,q̃ ſi artis auxilio deſtituti feramur ꝓcipites in id,qđ ſe nobis ignorãtibus obiecerit.

¶ De nominis declinatione.

Sermo latinꝰ (quẽadmodũ & aliorũ nationũ linguæ) nõ vſq; adeo purus eſt,vt nõ aliqđ ſibi aliunde adſciuerit. Cũ vero magna illius pars ex ſermõe græco depẽdeat,nõ modo vocabulorũ ſiluã ex eo detorſit,verũetiam quoſdã caſus mere græcos vſurpauit.Vnde Q uintilianꝰ,recẽtiores,inqt,inſtituerãt græcis noibus græcas declinatiões potius dare,qđ tñ ipſum non ſemꝑ fieri põt.& ſubdit,mihi aũt placet latinã rõnem ſequi,quouſq; patitur decor.Decoris aũt illius nos iudices eſſe nõ poſſumus:neq; aliũde nobis cõſtare põt,q̃ ex autorum vſu.Veluti ſi venerit in dubiũ an decẽtius ꝑ declinatiõem latinã inflectãtur dido didonis.caliſo caliſonis.io ionis.vt antiqui declinabãt:an potius didó didús,caliſó caliſús.ió ioũs.vt ſæculum eruditius,quale fuit ætate Q uintiliani,qui libro primo ſcribit.Neq; eñ caliſonẽ dixerim vt iunonẽ:quamq̃ ſecutus antiquos. Cæſar vtitur hac rõne declinãdi:ſed autoritatem,inqt,cõſuetudo ſuperauit.Phocas ꝓterea vbi de declinatione græca his verbis ſcribit.Errant,qui didonis aut mãtonis gt̃m dicunt,& vocum aſperitas,& veterũ autoritas eiuſmodi declinatiõem repudiant,Q uod ſi græcorum nominum græcam declinationem admittimus, & accentus quoq; græcos recipiamus,neceſſe eſt,quare de vtriuſq; nobis hoc in loco agendum eſt.

Habent græci partem orõnis,qua latini carent arthron illi,nos articulũ vocamus.Eſt autẽ articulus pars orõnis q̃ ꝓpoſita nomini demõſtrat,cuius gñis eſt,Genera vero apđ illos qnq; ſunt.Maſculinũ,qđ deſignatur articulo.ὁ.vt.ὁ.agathós,Fœmininũ qđ deſignatur articulo.ἡ.vt.ἡ.agathḗ.Neutrũ,qđ deſignatur articulo.τό.vt.τό.agathón,Cõe duorum qđ articulo.ὁ.&.ἡ.vt.ὁ.&.ἡ anthropos.Epicœnũ,hoc eſt ꝓmiſcuũ,qđ ſub vna voce cõprehẽdit aialia vtriuſq; ſexus.vt.ὁ.&.ἡ.aetós & chelidón.Articulꝰ maſculinorũ in gt̃õ eſt.τοῦ.in dt̃õ.τῷ.in act̃õ.τόν.Articulus fœmininorũ in gt̃õ.τῆς.in dt̃õ.τῇ.in act̃õ.τήν. Articulus neutrorũ in gt̃õ eſt,τοῦ.in datiuo. τῷ.in act̃õ.τό.Vctũs articulo caret,cuius loco ponimus ὦ.aduerbiũ vocãdi.Græci ablt̃m nõ habẽt.Dualis & pluralis numeri articulos ideo nõ poſuimus,propterea q; latini dualem nõ habẽt,pluralem raro vſurpant,niſi quatenus articulo genitiui pluralis τῶν.aliquãdo vtuntur.

Declinationes græcorum quinqꝫ ſunt, quæ omnes ad tres latinas reducuntur: nam quartæ & quintæ nullū græcorum nomen reperitur. Quattuor priores declinationes ſunt nominum æquiſyllabicorum: quinta eſt creſcentium vna ſyllaba in genitiuo, illa iſoſyllabica, hæc vero peritoſyllabica appellantur.

## Prima declinatio.

PRima græcorum nominū declinatio, quæ maſculinorum eſt, duas habet nominatiui terminatiões in.as.& in.es.per.η.q̃ omnia mittunt genitiuū in.u.vt eneás æneéu.anchíſes anchíſu. Sed in.as.deſinētia faciunt datiū in.a.in.es.vero deſinētia faciunt in.e.vtrobiqꝫ.s.noīatiui ablata.vt ænéas ænéa.anchiſes anchíſa. Acūs ab vtraqꝫ terminatiōe fit.s.nominatiui mutata in.n.vt eneas æneéan.anchiſes ãchíſen. Vocatiuꝰ ab vtraqꝫ terminatione fit ablata.s.nominatiui.vt ænéas o ænéa.anchíſes o anchíſe. Sed Attici ô ęnéas & ô anchiſes faciunt, quēadmodum in nominatiuo. In.es.vero genitilia in.a.faciunt vocatiuū.vt hic ſcýthes ô ſcytha.hic cappádoces ô cappádoca.hic pérſes ô pérſa. Sed quādo eſt proprium nomen ô perſe facit. Compoſita quoqꝫ á metreo quod eſt metior, & apoleo, quod eſt vendo. & a tribo qđ eſt exerceo in.a.faciunt vocatiuum.vt hic geométres ô geométra. hic bibliopóles.póla.hic pedotríbes ô pedotríba. Sed cum vocatiui vocalis lōga ſit (quēadmodū & nominatiui in.tes.deſinētia) in.a.breuē terminãt vocatiuum: vt hic prophétes ô prophera.hic poétes ô poeta.hic toxótes ô toxóta.hic léſtes ô léſta. Aliqua tamē notātur in.æ.vt æétes ô æéte.callipéres ô callipére.ęnarétes ô ænaréte, philotherſítes o philotherſíté.

In.as deſinētia, q̃ ad primã declinationē latinã referuntur, penultimã acuunt, ſiue illa ſit breuis ſiue lōga: vt andréas andréu.pythagóras pythagóru.ænéas ænéu.amýntas amýntu. Ex hac terminatione latini vſurpant accuſatiuum in.an.vt ænéas ænéam.pythagóras.góram. Hora.ij.ſermo. Qualia vincunt pytagóram anticꝫ reum doctumqꝫ plátona. Vcūs quoqꝫ vſurpatur, qñ in.a.lōgum deſinit: vt ô andréa, ô pythagóra. Quod ſi vcūs in.a.breuem terminatur: accentus latini regulam ſequitur.vt ándrea, pythágora.

In.es.per.η.quæ ad primam declinationem latinã referuntur, omnia fere acuunt penultimam, ſiue illa ſit breuis ſiue longa, vt anchíſes, oréſtes.priamídes.pãthoídes, atqꝫ pinde omnia patronymica maſculina. Reperiuntur tamen nonnulla acuentia finalē.vt ſophiſtés.tympaniſtés.origeniſtés. & ſimilia. Ex hac terminatione latini vſurpant accuſatiuum in.en.deſinentem.nam in.an.latinum eſt.vt priamídes priamídē.pãthoídes pãthoídē. Verg.iij.ænei. Priamíden helenum graias regnare per vrbes. Hora.i.car. Tartara pãthoídē iterum orco. Vocatiuus quoqꝫ vſurpatur: cum in.e.longum deſinit.vt Hora.ij.ſermo. O laertiáde quicquid dicam, aut erit, aut non. Vergilius.iij.æñ. Coniugio anchiſe veneris dignate ſuperbo.

Nominatiuo ænéas ænéu.ænéa ænéan.ô ęnéa vel ænéas.

Nominatiuo anchíſes.anchíſu.anchiſe.anchíſen.ô anchíſe vel anchíſes.

## Secunda declinatio.

SEcunda gręcorum nominum declinatio fœmininorum tātum eſt q̃ in.a.vel in.η.hoc eſt.e.longum deſinentia in.es.cōmuniter faciunt gtīn.vt múſa múſes.callíope callíopes. Deſinentia vero in.a.longum vel in.da.vel in tha.vl in.ra.a.nominatiui.ſeruãt in obliquis.vt theología theologías.léda lédas.mártha márthas.heméra heméras. Datiuus fit a gtō ablata.s.vt múſes múſe.callíopes.ópe.theologías theología.lédas léda.márthas.tha.heméras heméra. Acūs fit a ntō aſſumpta.n.vt múſa múſan.callíope callíopen.theología theologían.léda lédan, mártha márthan.heméra.an. Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo.vt múſa ô múſa.callíope ô callíope.

In.a.deſinentia, quę ad primã declinationē latinã referuntur: quędã acuunt vltimã, vt agiá.amiá, anthractá, antipophorá.quędam acuunt penultimã.vt omnia quę in.a.longã deſinunt.vt ſophía.theología.eccleſía.comœdía. Quædam acuunt antepenultimã.vt ægina, aréthuſa.ſíbylla, ſcolópendra. Quædã circunflectunt vltimam quę patiūtur ſyneręſim.vt nauſicâ: ab eo qđ eſt nauſicáa.argyrâ ab eo quod eſt argýreos, ſiderâ ab eo quod eſt ſydéreos.chryſâ ab eo quod eſt chrýſeos. Quædã cicunflectunt penultimã, hoc eſt, quę deſinunt in.a.breue: habentqꝫ penultimam natura longam.vt mûſa.glôſſa.mêa.althêa.

Ex hac terminatione latini rectum vſurpãt, quãdo ſcilicet lōga reperitur: vt apud Papinium in.v.theba. Nec facilis Neméa latas euoluere vires. Quem locum. Priſcia.lib.vij.tractãs neméa (inquit) quia ſeruauit.a.productã accētum in penultima retinet acutū, tametſi eadem breuis eſt. A recto quoqꝫ in.a. breui vſurpatur accuſatiuus in.an.breuem quoqꝫ: vt apud Papinium.vij.theba. Namqꝫ ferunt raptã patrijs æginã ab vndis, quare accētu hoc eſt acuto in antepenultima proferendum: tametſi penultima ſit longa.

In.η.hoc eſt per.e.longum deſinentia, quæ ad primã declinationem latinã referri poſſunt, quædã acuunt vltimã: vt timé.es, paraſceué.penthecoſté. Quædã acuunt penultimã.vt dápfne.priſáne deemoſíne.ſed nomina propria fœminarum: vrbium.& inſularum: penultimã prope ſemper acuunt.vt heléne.erigóne.callíope.ithâce.parthenópe, aſíne.melíte. Ex hac terminatione latini omnes caſus vſurpant, atqꝫ proinde accentu græco illos proferre debent. Aduertēdum quoqꝫ nomina poſſeſſiua in.ce.a nominibus maſculinis in.cos.deſinētibus vltimã ſemper acuere: vt grãmaticé.es.ab eo quod grãmaticós.dialecticé.ces.ab eo quod eſt dialecticós.

Nominatiuo múſa.múſes.múſæ.muſan.ô múſa.

Nominatiuo callíope.callíopes.callíope.callíopen.o callíope.

## Tertia declinatio.

TErtia declinatio græcorũ nominũ atticorum maſculinorum fœmininorũ & cõmuniũ in.os.per.ω.mega declinãtur, Et in.ων. neutrorum abiecta.s.vel.n.faciũt genitiuum.vt hic menéleos.menéleo.hęc hálos, hálo.hic & hęc éugeos éugeo:hoc éugeõ eugeo. Dtũs ſimilis eſt gtõ. Actũs fit a ntõ.s.mutata in.n.ut menéleos menéleõ. hálos hálon.éugeos éugeon. Vctũs ſimilis eſt ntõ.vt hic menéleos ô menéleos. Sed (quẽadmodũ paulo ante dixim⁹) quãq̃ o.finalis ſit lõga:nihilominus ex rõne atticorum accẽtus in ãtepenultimã transfert. Latini ex hac terminatiõe, quãq̃ raro, tñ oẽs caſus vſurpãt.vt Verg.ij.ęñ.andrógeos in recto poſuit dicens. Andrógeos offert nobis ſocia agmina credẽs:vbi,os,lõgum eſt. Iuuenalis quoq; creditur olim velificat⁹ áthos,& quęd græcia mẽdax.gtõ quoq; Vergi.vſus eſt in.vj.æñ.In foribus lęthum andrógeo.Paulus quoq; Hieroñ. interpte in epſa ad Corinthios.i.Ego quidẽ ſum Pauli,ego autẽ ápollo:q gtũs attic⁹ eſt:neq; eſt indeclinabile, vt quidã ſomniãt.Idẽ quoq; Hieroñ.ablm̃ poſuit.q dtõ ſilis eſt:in eadẽ epſa dicens.De ápolo autẽ fratre notum vobis facio.Actm̃ quoq; ex declinatione græca vſurpauit in epſa ad Titum dicẽs.zenã legiſperitum & ápollo ſolicite præmitte.ſicut Verg.j.geor.Aut átho aut rhodópẽ atq; alta ceraunia telo.Nã q.o.natura lõgã breuiauit:factũ eſt ratione ſequentis vocalis.

Nominatiuo hic menéleos,menéleo.menéleo.menéleon.ô menéleos.
Nominatiuo hæc hálos hálo hálo.hálon ô hálos.
Nominatiuo hic & hęc éugeos,éugeo.éugeo.éugeon.ô éugeos.
Nominatiuo hoc éugeon.éugeo.éugeo,éugeon.ô éugeon.

Quarta declinatio.

QVarta græcorum noĩm declinatio,q̃ maſculinorum & fœmininorum & cõmunium duorum generũ eſt,in.os.p.o micrõ terminat.& neutrorum in.on.etiã p omicrõ. Quorum gtũs in.u.deſinit:os.ſiue.on.nominatiui mutata in.u.vt hic lógos lógu.hæc hodós hodú.hc xýlon xýlu. Datiuus fit.u.genitiui mutata in.ω.mega.vt lógu lógo.hodú hodó.xýlu xýlo. Accuſatiuus fit.s.noĩatiui mutata in.n.vt lógos lógõ. hodós hodón.xýlos xýlon.ex regula neutrorum. Vocatiuus fit.o.nominatiui mutato in.e.vt lógos lóge.hodós hodé.Scdm atticos vero vocatiuus ſilis eſt ntõ.vt hic lógos o lóge vel lógos.hodós hodé vel hodós.

In.os.& in.on.deſinẽtia,q̃ ad ſcdam declinationẽ latinã referunt quidã,acuunt vltimã,vt ἀracós.pleonaſmós.aſtiſmós.ſolœciſmós & omnia nomina poſſeſſiua deſinẽtia in.cos.vt grãmaticós.grãmatice grãmaticón.logicós.rhethoricós.catholicós. Quędã acuunt penultimã.vt árctos.lógos.ſóphos. Quędã acuunt antepenultimã.vt cáminos.éphebos.éremos.épiros.cámelos. Quædã circumflectunt penultimã.vt eûros.oêſtros.achelôos.Ex hac terminatiõe latini freq̃nter tres caſus vſurpãt ntm̃ actm̃ & vctm̃ Ouid.iij.metamor.ἀacon agnoſcit ſummum,pleroq; fatet. Idem in epſis.Solueret in ſpeculis omnis ábydos erat. Idem.vtq; rogem de te & ſcribã ſi qs abýdo venerit:aut q̃ro ſi qs ábydon eat:ſed abýdo qa ablatiuus eſt accentum habet latinum hoc eſt in penultima ex declinatiõe latina abýdus abýdi. Ver.j.geor.põtus & oſtriferi fauces tentãtur abýdi.

Ntõ hic lógos lógu.lógo lógon.lóge.vel lógos.
Ntõ hæc ábidos ábydu.ábydo.ábydon,ô ábyde vel ábydos.
Ntõ hoc xýlon.xýlu,xýlo.xýlon ô xýlon.

Quinta declinatio.

QVinta declinatio græcorum nominum maſculinorum & fœmininorum & neutrorum & cõmunium duorum q̃ ad tertiã declinationẽ latinã referunt:diuerſas habet terminatiões noĩatiui:de qb⁹ deinceps ſingulatim pſeq̃mur. Quorum genitiuus exit generałr in.os.vt ἀeas ἀeantos. Datiu⁹ fit a gtõ.os.mutata in.i.vt ἀeantos ἀeanti. Accuſatiuus fit.i.datiui mutata in.a.vt ἀeanti ἀeanta. Vctũs plærumq; ſilis eſt ntõ.vt ἀeas ô ἀeas attice;cõiter o ἀean. Ntũs pluralis q freq̃nter a latinis vſurpat:fit a gtõ ſingulari.os.mutata in.es.vt ἀeantos ἀeantes. Neutra tñ ex regła gñali in.a.deſinunt,os.genitiui mutata in.a.vt epigrámmatos epigrámmata. Gtũs pluralis fit a gtõ ſingulari.os.mutata in.ω.mega & .n.q̃re neceſſe eſt.vt in hñtibus accentum in ãtepenultima mutet in penultimã,vt ἀeantos æánton.epigrámmatos epigrãmáton. Dtũs non vſurpatur a latinis. Actũs pluralis q(freq̃nter vſurpat a latinis)fit ab actõ ſingulari addita.s.vt ἀeanta ἀeantas. Vctũs ſilis eſt ntõ eiuſdẽ numeri.vt ἀeantes o ἀeantes.

De gtõ quintæ declinationis.

IN.a.deſinẽtia,q̃ nomina ad tertiã declinationẽ latinã referunt,breuiãt illd.a.tã in recto q̃ in obliqs:poſſuntq; hře accentum acutũ in penultima:ſiue illa ſit breuis ſiue lõga.vt dógma.dráma. Poſſunt & in ãtepenultima,penultima exiſtẽte lõga.vt períſpema.anádema.diádema.átl ima.apóphthegma.ænigma. Quædã circũflectunt penultimã vt hêma.âſthma.âſma.dógma.zôma.pêgma.ſ...mma.bêma. Quæ oĩa faciũt gtm̃ aſſumpta.tos.vt dógma.atos.dráma.atos. Latini ex hac terminatiõe gtm̃ pluralẽ freq̃nter vſurpãt:ſed mutãt accẽtum in penultima,ppterea q vltima eſt longa,qa ſcribitur p.ω.mega.vt grámma grãmáton,epigrámma.áton. Martialis. Argutis epigrãmáton libellis.hinc illud ineffabile dei nomẽ qd ab hebræis q̃ttuor lřis ſcribit,iod,he.vau,he.p quo ipſi legunt Adonai.tetragrãmáton a græcis dr. Clemens quoq; a noſtris frequenter citatur in libris periſtrommáton.

In.i.iota.vel in ypſylon omnia ſunt græca.ſed a græcis declinãtur:apd latinos indeclinabilia ſunt. Diſſyllaba accentum hñt in prima acutũ:vt móli.cíci.ſtímmi.cómmi.méli.ſed ab eo cõpoſita in ãtepenultimã trãsferunt

accentum.vt hydrómeli.oenómeli.oxýmeli.Poliſyllaba vero antepenultimã acuunt.vt píperi.cinnábari.ſin a
pi.quãuis penultima ſit longa. vnde a latinis penultima circunflectitur in ſinâpis,& mittunt apud illos geni-
tiuũ in.os.purũ.vt móly.yos.cíci cícios.ſtímmi.ios.cómmi.ios.méli.ios. Neutra vero a cõmunibus duorum
generũ in.is.terminatis antepenultimam acuunt:& ad modum communium declinantur.vt hic & hęc Philópa
tris & hoc philópatri philopátridos.hic & hęc phygópolis & hoc phygópoli phygopóli phygopólidos.Latini
ex hac terminatione caſus rectos ſimiles vſurpant,vt Ouid'.Móly vocant ſuperi nigra radice tenetur.

In.ω.mega deſinentia omnia ſunt generis fœminini.poſſuntq́ reduci ad tertiam declinationem latinam,vt vox
Iulii Caeſar:habentq́ accentum accutum in vltima:mittuntq́ genitiuũ in.oos.vt didó didóos.ſapphó.oós.clío
clióos.calypſó.óos.erató eratóos.myrtó óos.lampedó.óos.mantó mantóos.datiuum formant,os.mutata in.i.
accuſatiuũ.os.mutata in.a.vt didói didóa.ſapphói ſapphóa.clíói clióa.calypſói calypſóa.Per ſynæreſim tamen
mittunt genitiuum in.us,hoc eſt,oos.mutata in.us.in qua ſuſcipiunt accentum circunflexum.vt didó didûs.
ſapphó ſapphûs.clió cliûs.calypſó calypſûs.mantó.tûs. Latini ex hac terminatione nominatiuum vſurpãt &
obliquos ſynærizatos.vt Ouidius in priapeia Penelopes primam didûs ſi prima ſequatur. Idem in epiſtola
ſapphûs.An niſi legiſſes autoris nomina ſaphûs. Idem in.i.de arte. Nec mihi ſunt viſæ clío cliûſq́ ſorores.
Accuſatiuum quoq́ vſurpauit.Verg.iiii.æneid'.& nomini didó ſæpe vocaturum,& Horatius.æoliis fidibus
canentem ſapphó,& Ouidius in pria. Atlantidemq́ calypſó.

In.an.plærumq́ ſunt maſculina acuentia finalem:aſſumuntq́.os.in genitiuo,retinentq́ ſemper.a.longũ.vt titán
titânos.paeán paeânos.pelecán.cânos.acarnán acarnânos.pán panós.p deo paſtorũ. Nã pán neutri generis p
eo,quod eſt omne pantos per.t.facit.Cõpoſita vero penultimã acuunt. vt hermópan hermópanos . eupéan
eupéanos.Latini ex hac terminatione genitiuum & accuſatiuũ vtriuſq́ numeri vſurpant.vt Verg.viii.æn.
Panós de more lycæi.Idem in bucco.Mecũ vna in ſiluis imitabere pána canẽdo.Idẽ.vi.ẽn.Lętũ pæána canẽtes.

In.en.per.η.quæ in.e.longũ vertitur maſculina reperiuntur & fœminina & cõmuia duorum generum,q̃ partim
acuunt vltimam,vt ex maſculinis hymén.ſolén.lichén.adén.ſplén.zén.mén.& ex fœmininis ſirén.troezén
partim acuunt penultimã.v hic hélẽ.hic & hæc árſen.térẽ.quæ omnia.os.aſſumpta faciunt genitiuum,ſed
quædam retinent in obliquis.e.longum.vt hic ſplén ſplenós.hic zén zenós.hic chén chenós.hic mén menós.
hic damén daménos.hic Solén solénos.hic Lichén lichénos.hic Héllen héllenos.hæc Syrén ſyrénos.hęc Troe
zén troezénos.Quædam vertunt.e.longum in epſilon.vt hic Adén adénos.hic Auchén auchénos. hic Poe
mén poeménos.hic Limén.énos.hic Azén.énos.hic Pythmén pythménos.hic & hęc Árſen árſenos.hic & hęc
Terén.enos.hęc Phrén.énos.hęc Glén nõ declinatur.Latini ex hac terminatiõe actõs vtriuſq́ numeri vſurpãt.

In.in.per.i.iota maſculina ſiue fœminina vltimam acuũt,habentq́ plærũq́ alterã terminationem in.is. mittũtq́
genitiuũ in.inis.ſup nominatiui terminationẽ.os.aſſumpta.vt hic delphín vel delphis delphînos. telchín vel
telchís.telchînos.actín vel actís actînos.hæc Salamín.înos.Eleuſín vel eleuſís.înos. Rhín rhinós. Latini ex
hac terminatione accuſatiuum ſingularem,& nominatiuũ & accuſatiuũ & vocatiuũ plurales frequenter vſur
pant.vt Ouid'.ſenſit delphína melantho.Verg.in buccol'.Orpheus in ſiluis inter delphínas aríon.

In.yn.per ypſilon generis maſculinini ſiue fœminini penultimã acuunt,atq́.os.aſſumpta faciunt genitiuum pe
nultima longa.vt hic phórcin vel phórcis.cinos.Móſyn.ſynos. Pólityn pólitynos.hæc Górtyn.tynos.

In.on.per.ω.mega,quę ad tertiam nõis declinationẽ latinã referuntur.quædã acuunt finalẽ.vt ſarpedón.geryón.
amazón.antedón.carchedón.chacedón.Quædã acuunt penultimam.vt zénon. pláton.théon.cróton.demo
phóon.laocóon.achéron.médon.Quædã circũflectunt vltimã,quæ ſcilicet ſunt contracta ex acuto & graui.
vt demophôn p demophóõ.poſidôn pro poſidóõ.lacô pro lacóon.Quę ſi habẽt in penultima ancipites,hoc
eſt.a.i.ypſilon longas per.o.micrõ in obliquis declinãtur.vt hic Macháon.áonos.Icetáo.áonos.Aretáõ.áonos.
Opáon,opáonos.Apiſáõ.áonos.Alcmáon.áonos.Lycáon.áonos.Elicáon.áonos.Protháon.áonos.Amytháon.
amytháonos.Oríõ.íonos.Ixíõ.íonos.Amphíõ.íonos.Hyperíõ.íonos.Pãdíon.íonos.Echíõ.íonos.Dolíon
dolíonos.Dolopíõ.íonos.Molíõ.íonos.Nomíõ.íonos.Iáſon.ſonos. Habentia vero eaſdẽ ancipites.ante.on.
correptas p.ω.mega declinãtur.vt Amphitryõ.tryonos.Periclíon.íonos.Pygmalíõ.líonos.Eurytíõ.tíonos.
Deucalíon.líonos.Ereuthalíõ.íonos.Endymíon.íonos.Actoríõ.íonos. Anthemíõ.íonos. Hippotíõ.íonos.
Habentia vero epſilon ante.on.ω.mega ſeruant.vt Alcméon.éonos. Théõ théonos. Eléon eléonos.Medéõ
medéonos.Siméon.onos.Sed habẽtia.æ.diphthongon ante.on.ω.mega ſeruant,vt ǽgron ǽgronos.Míconn
míconos. Actǽon actǽonos.quod etiam aliq̃n actæonos per.o.micron facit. Exeũt quoq́ nõnunq́ in.ontos.
vt Achéron achérontos.Laocóon laacóontos.Sed de his explicatius per varias terminationes agendum eſt.

Latini ex hac terminatione plærumq́ accuſatiuos vtriuſq́ numeri vſurpant.vt Achéron achéronta.Verg.Atq́
imis achéronta affatur auernis.Laocóon laocóonta.Idem.illi agmine certo laocóonta petunt.Demophóonta.
Ouidius in epiſtol'.Phylli fac expectes demophóonta tuũ.Pláton plátona. Hoaratius.Pythagóram anitiq́ reũ
doctumq́ plátona.Zénon zénona.Martialis.Democritos zénonas inexplicitoſq́ plátonas.

In.bon.deſinentia.ω.mega ſeruant.vt Bubón.ônos.Atrabón.ônos.

In.con.ſiue.chon. deſinentia. ω.mega ſeruant,.vt Glaúcon glaúconos.Lácon láconos.Glýchon glýchonos.Sed
Cýcon cýconos.o.micron habet

In.don.deſinentia.ω. mega ſeruãt.vt Sidón.ônos. Calydón calydônos. Aliquando tamen.o.micron habent.vt
Sidón ſidônos.Anthedón antedônos.Aſpledón aſpledónos.Macedón macedónos.Carchedón carchedónos

S

Calcedôn calcedônos, Chalidôn chalidônos, Amydôn dônos ſarpepôn ſarpedônos, vel ſarpedôn ſarpedôntos, ab odus compoſita per nt declinantur, vt Chalcodon ódontos.

In gon deſinentia ω mega ſeruant, vt Aégon ægónos. Agón agónos. Aliquando o micron habent, vt Trygón trygónos. Leſtrigon leſtrigónos.

In lon deſinentia ω mega retinent vt Dólon dólonos. Sólon ſólonos.

In mon deſinentia ω mega retinent vt Símon ſímonos, Ámmon onos. Tímon onos. Aliquando o micron, vt Dæmon onos. Lacedæmon onos. Strymon onos. Aémon onos. Andræmon andræmonos.

In non deſinentia ω mega retinent, vt Dáphnon onos. Platánon ánonos & ſimilia. Zénon zénonos. Sínon ſínonos. Ménon ménonos. Aliquando per o micron declinantur, vt Agamémmon onos. Cánon onos.

In oon deſinentia in ontos exeunt, vt Laocóon laocóontos. Democóon democóontos.

In pon deſinentia ω mega retinent, vt Lámpon lámponos.

In phon deſinentia ω mega retinent, vt Trýphon trýphonos, Typhôn typhônos, circumflexa per nt declinantur, vt plurimum, & ſeruant ſemper ω mega, vt Demophôn demophôntos, Xenophôn xenophôntos. Aglaophôn ôntos. Cteſiphôn cteſiphôntos. Cherphôn ôntos.

In ron deſinẽtia ω mega retinent, vt Cithêron éronos. Chárõ onos, Tríton onos. Chírõ onos. Pleurón onos.

In ſon deſinentia ω mega retinent, vt Aéſon æſonos. Thráſon thráſonos. Aliquãdo per o micrõ declinãtur, vt Iáſon iáſonos, Oloáſon oloáſonos.

In ton deſinentia ω mega ſeruant, vt Plúton onos, Pláton onos. Cáton onos. Myton onos, Cróton crótonos.

Nomina participalia per nt declinantur, vt Phaéton phaétontos. Cháton chátontos. Vcalégon vcalégõtos. Médõ ontos, Créon ontos. Alcimédõ dõtos. Amphimédon dõtos. Eurymédõ dõtos. Automédon dotos, Laomédon dontos. Phlegéton phlegétontos, Pélagon pelágontos.

Quæ ſynæreſin nõ patiuntur per nt, quemadmodũ ſua ſynærizata declinãtur, vt Demophóon demophóontos. Democóon democóontos. Hippocóon hippocóontos. Aglaophóon aglaophóontos.

In ar habẽtia penultimam natura lõgam eandem circumflectunt, vt hêmar, hêpar, ûthar, îdar. Monoſyllaba vero acuuntur, vt Cár carós. Pſár pſarós. Diſyllaba penultimã acuunt, vt Mácar, ónar, dámar. polyſyllaba tñ antepenultimam, vt déleat óniar, áliphar, cárear. In ar itaq; maſculina & fœminina aſſumpta os faciũt genitiuum, ſi ſunt monoſyllaba producunt a, vt cár carós, pár parós, pſár pſarós. Si ſupra ſyllabã, breuiãt illud a, vt Mácar aros, ónar ónaros. Dámar aros. neutra vero in atos faciunt genitiuũ. a. quoq; breui ſi ſint polyſyllaba, vt Délear deléatos, óniar oníatos. Áliphar alíphatos. Cárear éatos. & diſyllabicorũ aliqua neutra longa penultimantia in tos quoq; faciunt genitiuũ, vt Hémar hématos. ídar ídatos. Hépar hépatos. ûthar atos. Penultimantia vero in breui faciunt genitiuum in ros, vt Hýpar hýparos. Thénar aros. néctar néctaros. phréar vero quod ex hac ratione debuit facere phréaros & ſtéar ſtéar ſtéaros, phréatos & ſtéatos faciunt.

In er per eta quæ maſculina ſunt, quædam acuunt vltimam, vt monoſyllaba. Thér therós. Sér ſerós. Et ex diſyllabis quædam, vt ſotér, ethér, aér, quædam acuunt penultimam, vt íber. Monoſyllaba aſſumpta os faciunt genitiuũ & ſeruant eta lõgum in obliquis, vt Thér théros, Phér phéros. Sér ſeros. Cér céros. Sed ſupra ſyllabam maſculina acutiſona ſi habent t ante e retinent e longum in obliquis, vt Lutér lutêros. Sotér ſotêros. Oletér oletêros. Excipiuntur, Aſtér aſtéros. & Patér patéros, quæ vertunt e longum in breue. Quod ſi non habent t vertunt eta in e breue, vt Ethér ethéros. Aér aéros. Daér daéros. Anér anéros. Spinthér vero & eleuthér ſpinthéros & eleuthéros per eta lõgum faciunt. In er grauiſona (ſi penultimã habẽt longam) vertunt e longum in breue, vt Píer píeros. Phráter phráteros. Sed ſi penultimam habent breuem, ſeruant longum, vt Íber íberos, Eríer eríeros. Pánther vero n p ſimplicis ſeruat declinationem. Fœminina in e ſupra ſyllabã mutant e longũ in breuem, vt Matér matéros. Méter eros. Deméter deméteros, Thygather thygatheros. In er neutra, quæ rara ſunt appoſitione os faciunt genitiuum, vt Cér céros, ab eo quod eſt Céar céaros.

In ir per ei dipthongon appoſitione os faciunt genitium, vt Chír chirós. Phthír phthirós. Ír irós. Et ab eis compoſita Antichír antíchiros, Polýchir polýchiros. Hic adde Mártyr mártyros.

In or deſinentia apud græcos oĩa ſcribuntur per ω mega præter hæc quattuor. ánor, cálor, áor, étor, habent autẽ in or finita acutum accentum in vltima, aut in penultima. Acutiſona poſitione os faciunt genitiuum, ſeruantq; ω mega, in obliquis, vt Phór phóros. Ichór ichóros. Etiam grauiſona habentia l ante o ſeruant o magnũ, vt Célor céloros. Pélor péloros. Sed ſi non habent l, vertunt o longum in breuem, vt Néſtor néſtoros. Héctor héctoros. Méntor méntoros. Méſtor méſtoros. Mnéſtor mnéſtoros, cum proprium eſt viri nomen. ſed mnéſtor adiectiuum, o magnum retinet.

In or cõmunia habent o micron in obliquis, vt hic & hæc Apátor apátoros. Amétor amétoros. Pandamátor pandamátoros.

In or neutra, o magnum retinent in obliquis, vt Hélor loros, Técmor oros. Heteroclita vero ſunt Scór ſcátos & Hídor hídatos. Ex deſinentibus in r latini frequenter accuſatiuos vtriuſq; numeri vſurpant, vt ab eo qđ eſt car, Ouid iiij metamor. Lyciæq; propinquos cáras adit. & ab eo qđ æthér. Verg. in i geor. Illa leuem fugiens raptim ſecat ethéra pennis. Idem, aéra per vacuum ferri. Ex nominibus terminatis in or, prope ſemper accuſatiuus vſurpatur, vt Héctor héctora. Néſtor néſtora, Rhétor rhétora.

In.as.q̄ ad tertiā declinationem latinā referūtur,ſi ſunt maſculina penultimā acuunt.mittuntq; genitiuū in.antos. vt A'bas ábantos.Acámas. antos.Acrágas,antos. Adámas,antos.A'eas áeatos.A'libas alibátos.A'ndrias,andriantos.A pélas.antos.A'ras.antos.Athámas.antos.A'tlas.antos.Bíbas.antos.Bábras.antos.Chálcas.ātos. Cánas.antos.Caras.antos.Charídas.antos.Chélas.antos.Cyphas.antos.Cyrbas.antos.Coríphas,coríphantos.Eléphas,antos.Gígas.antos.I'mas.ímanthos.Lycábas.antos.Mydas.antos. O'das.antos. Pállas.antos. Pelécas.antos.Períphas periphántos.Phídas.antos. Pýlas.antos. Phórbas.antos. Polydámaz.antos. Próphas prophantos.Sálgas ſálgantos.Teléntas.antos. Teúthras teuthrantos. Tháumas.mantos. Thóas thóantos. Tólmas.antos.Fœminina vero vltimam acuunt,aſſumuntq; in genitiuo.d.vt Acrás acrádos.Lampás ádos. Pallás ádos. Plías ádos. Monás ádos. Diás ádos. Trías ádos. Hebdoás ádos. Ogdoás ádos. Decás ádos.arcás vero vnum de maſculinis arcádos ſequitur fœmininorū terminationē.Latini ex hac terminatiōe genitiuos vſurpāt.vt Lucanus in.ix.Pallados in medio cōfecit pectore gorgon.Datiuū quoq;.vt Papinius in achilleide. Palladi littore celebrat ſcyros honorem,& accuſatiuū.vt Martialis.Pallada prætereo,res agit illa tuas,& accuſatiuus ſemper ab autoribus vſurpatur.vt ab eo quod eſt apéſas.Papinius in.iiij.theba.Nomine lernæi memorant apéſanta coloni. Et ab eo quod eſt chálcas. Verg.ij.eñ.Magno chálcanta tumultu pro trahit in medios. Reperiuntur quoq; nonnulla,quæ mittunt genitiuum in.anos.Mélas mélanos.Tálas tálanos.

In.es.cum.η.hoc eſt per.e.longum maſculina,quæ ad tertiam declinationem latinam referuntur,plæriq; acuunt penultimam,mittuntq; genetiuum in.etos.& quæ per.eta.vt Cháres cháretos.Chrémes chrémetos. Cómes cómetos.Cráres.tetos.Cúres cúretos.Dáres dáretos.Epiáles áletos. Gýes.etos.Glbes glbetos.ígnes ígnetos. láches láchetos,lébes lébetos.mágnes.etos.máſſes.etos.máſtles.etos.méges mégetos.méndes méndetos.mýces.etos.mýnes.etos.mórges.etos.néres neretos.pénes.etos.phráges phrágetos.pýdes pýdetos. pígres pígretos.pýles pýletos.plánes.etos.tríges trígetos.tápes tápetos.tháles.etos.Hæc aliquādo mittunt genitiuū in.u.vt cháres cháru.cómes cómu.dáres dáru.gýes gýu.mýces mýcu.pýdes pýdu.pýles.lu.Monoſyllaba quoq; acutiſona in.etos.faciunt gtīu.vt crés cretós.gnés gnetós.thés thetós.& acutiſona plurīū ſyllabarū. vt argés,etos. admés admetós. homithnés homithnetos.Et nomina quædam latina,quæ in ſermonem græcum traducta amittunt.n.quam rurſus in genitiuo reſumunt.vt cléme clémentos.créſces,entos. prúdes prúdentos púdes. púdentos.váles válentos. Cōpoſita a cleos,quod eſt gloria circūflectunt vltimā,mittuntq; genitiuum in.eos. per epſilon.vt agathoclês agathocléos.periclês pericléos.ſophoclês ſophocléos.Latini ex hac terminatione ac accuſatiuum vtriuſq; numeri vſurpant.Sillius.libro.iiij. Illum ſidonio fulgentem ardore tápeta. Papinius.i. theba. altoſq; inferre tápetas. Ouid.in epiſtolis.Viginti fuluos operoſo ex ære lébetas. Auſonius.Fictilibus fama eſt cœnaſſe agatoclea regem.

In.es,diphthongon vnū reperitur fœmininum.dæs dætós.& vnum commune duorum pæs,quod facit.pædós.

In.eus,diphthongon,quæ ad ſecundā declinationem referuntur.vltimā ſemper acuūt.mittuntq; genitiuū in.eos. vel.ei.& datiuū in.ei.ſolutas,vel per ſyneresin contractas.accuſatiuū in.ea.vocatiuū in.eu.s.nominatiui ablata. Latini ex hac terminatione omnes caſus vſurpant.vt penthéus penthéos,vel pentheî penthéo vel penthî penthéa,o pentêu.Martialis.Flet philomena nefas inceſti teréos & quæ.Vergilius in bucco.Aut vbi mutatos teréos narrauerit artus.Idem in eodem Orphî calliopéa lino formoſus apollo.Iuuenalis.Alcinoem bacchi thebas & teréa fauſti.Ouidius.vij.meta.vt voluere ambo,voluiſti tu quoq; terêu.ſed.eu.circunflectitur per regulam octauam,quod diphthongus finalis habens ypſilon in fine circunflectitur,ſi tonum accipit. Vergilius.iiij. georgicorum. Illa quis & me(inquit)miſeram & te perdidit orphêu.

In.is.omnia reducuntur ad tertiā nominis declinationem latinā,quorū quædā acuunt vltimā. vt crepís.cnemís. auletrís.& omnia fere patronymica,vt priamís.eneís.thebaís.Quędam acuunt penultimā.vt páris.crátis.cýphis.thémis.thétis.mémphis. Quędā acuūt antepenultimā.vt ſýbaris.thámiris.ádonis.théognis. cháribdis. Sed in.is.propria maſculina in.dos.faciūt genitiuum.vt ádonis adónidos.páris páridos.théognis theógnidos. Habētia quoq; penultimā lōgam.vt eunís eunídos.gymnís gymnídos.latrís.ídos.Et a polis (quod eſt ciuitas) compoſita maſculina ſola vel cōmunia vt ageſípolis ageſipólidos.eúpolis eupólidos.hic & hæc phygópolis.ólidos.ápolis apólidos. Et cōpoſita a mātis,quod eſt vates,vt coſcinomántis.idos. prómāns promántidos. Et habentia ante.is.vnam conſonantem.vt crátis crátidos.Sed habentia duas immutabiles in.thos.faciūt,vt órnis órnithos.mérmis mérmithos.Monoſyllaba vero habentia.i.longum additione.o.in.os.faciunt genitiuum,vt cís cíos.lís líos. Appellatiua etiam & non denominatiua,quæ penultimā habent breuem per.os.purū mittūt genitiuū.vt échis échios.mántis mántis.óphis óphios.Et quædā propria.vt ágis ágios.ageſípolis ageſipólios.anácharſis anarcharſios. búſiris buſírios.gáozis gaózios.íphis íphios.ſentis ſéntios.ſýbaris ſybários. thámyris thamýrios.zénis zénios.Quorum aliqua per. dos.plærumq; inflectuntur. vt ágis ágidos.thámyris thamýridos.ageſípolis ageſipólidos.búſiris buſíridos.

In.is.poliſyllaba fœminina non habentia duas terminationes per.dos.faciunt genitiuum.ſiue ſint acutiſona. vt cnemís cnemídos.& priamís priamídos.& huiuſmodi patronymica fœminina.auletrís auletrídos.coronís coronídos.crepís crepídos.dorís dorídos, pagaſís pagaſídos. ſtrategís ſtrategídos. Siue circunflexa, vt bendîs bendídos.molîs molídos. Siue barytona.vt cýpris cýpridos.cítharis citháridos.deſpótis deſpótidos. éris éridos. mémphis mémphidos.ménis ménidos,polítis polítidos,toxótis toxótidos.Quæ autē ſequunt



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

tur per.os.purum declinantur.ácris ácrios.aſthlíbis aſthlíbios. cárybdis carýbdios.xóis.ios.cíſſeris ciſſérios. dmóis dmóios,epictéſis epictéſios.géris gérios.hýbris hýbrios.lachúſis lachúſios,némeſis némeſios.mégyris megýrios.panégyris panegýrios.ſárdis ſárdios.ſcépſis ſcépſios.epiſcépſis epiſcépſios.ſóis ſóios.thamíadhis thamíadios,& breui penultimāria.vt cónis cónios. ſpánis ſpánios,pólis pólios. Et ab eo compoſita fœminina ſolū. vt acropólis acropólios. Aduertendum tamen ꝙ illa quæ communiter faciunt genitiuū in.dos.more ionico. per.os.purū declinari poſſunt.vt páris páridos.vel pários.ménis ménidos vel ménios. thétis thétidos vel.ios. mémphis mémphidos vel mémphios.Latini ex hac terminatione omnes caſus vſurpāt.genitiuum. vt Iuue. Curritur ad vocem iucundam & carmen amicæ thebáidos.datiuum.vt Catullus.Morte feror theſei qualem minoídi luctum.Sabinus in epiſtola demophoōtis ad phillída.phillídi demophóon patria dimittit ab vrbe. quibus in locis quia.i.terminalis breuiatur:accentu græco in penultima ſunt proferenda.Accuſatiuum quoq; vt Auſonius.rex magis an regnum minoída ſollicitat grex.Verg.phillída mitte mihi meus eſt natalis iola. Papini.in calce thebáidos.neq; tu diuinam æneida tenta. Vocatiuum quoq; vt idem in eodem loco,O mihi biſſenos multum laborata per annos thebai.& Ouid'.in epiſtolis.Prima mihi nutrix æolí dixit amas.Nominatiuus præterea accuſatiuus & vocatiuus pluralis vſurpantur cum in.es.vel in.as.breues terminantur.vt acheloídes vel acheloídas.cadmeídes.vel cadmeídas.belídes vel belídas.

In.eis.diphthongon per epſilon & iota,& .ois.per.oi.diphthongon quoq;,quæ ſunt pollyſyllaba vnius generis ſiue trium in.entos,mittunt genitiuū,vt ſeléis ſeléentos.ſimóis ſimóentos.pyróis pyróentos.opóis opóentos. charíeis charíentos.timéis.entos.phonéis phonéientos. Monoſyllaba vero maſculina per.eis.diphthongon per.enos.faciunt genitiuum.vt hés henós.ctís ctenós.dis denós. Et ab eo compoſita.vt medís medenós.vdís vdenós.Clís autem clidós facit.& anthéris anthéridos.Latini ex hac terminatione nominatiuum & accuſatiuum frequēter vſurpāt.Verg. primo æneidos.vbi tot ſimóis correpta ſub vndis.Idem in.v.hectoreos amnes xanthum ſimóentaq; teſtor. Ouidius.ij.metamorpho.interea volucres pyróis eous & ethon.Flaccus quinto argonauticon.& formidantem patrios pyróenta dolores.

In.ys.per.ypſilon quædā circunflectunt vltimā.vt ichthŷs.& ex monoſyllabis,mŷs.ſŷs.quædā grauant eādem. vt típhys.bótrys nécys.rhadámāthys,quę oīa maſculina ſunt:retinentq; in gtō ypſilon & faciunt in.os.purū. vt ichthŷs ichthýos.mŷs mýos.ſŷs ſýos.típhys típhyos.bótrys bótryos.nécys nécyos rhadámāthys rhadámanthyos.Acutiſona,quæ per tria genera declinantur vertunt in obliquis ypſilō in epſilon.vt oxýs oxéos. thachýs tachéos.brachýs brachéos.ocýs océos.pachýs pachéos.Horum neutra in ypſilon deſinētia maſculinorum ſeruant declinationem.Compoſita a ſimplicibus in.ys eodem modo inflectuntur ſicut ſua ſimplicia.vt cállichthys callíchthyos.quoniam ichthŷs ichthýos fecit.tríbrachys tribráchcos.quoniam brachýs brachéos. Sed ſi aliter componantur in.dos.faciunt genitiuum.vt épelys epélidos.néelys neélydos.

In.ys.fœminina grauiſona per.os.mittūt genitiuum.vt pítys pítyos.chélys chélyos.génys gényos.Excipiūtur cómys cómythos.& córys córythos.Acutiſona.vero,per.dos. declinantur.vt chlamýs chlamýdos.pelamýs pelamýdos.crocýs crocýdos.Oxytona præterea ſiue circūflexa habentia ſolum in nominatiuo.y. longum: & in obliquis breue.per.yos.purum declinantur.vt erinnýs erinnýos.tethýs tethýos.ophrýs.ýos.drýs drýos. aglýs tamen aglýtos facit.Latini ex hac terminatione genitiuum vſurpant.vt Lucanus in primo.tethýos. vnda vage lunaribus æſtuat horis.& Verg.accuſatiuum in bucolicis.quæ tentare tethýn ratibus.

In.os.per.ω.mega monoſyllaba acutiſona ſiue habētia.d.t.th.per.os.purum faciunt genitiuū.vt dmós dmoós. trós troós.thós thoós.Quæ vero non habent in.tos.vt crós crotós.phós phótos. polyſyllaba etiam oxytona,vt àptós aptótos.agnós agnótos.hidrós hidrótos. Et breui penultimantia.vt monóceros monocerótos. rhinóceros rhinocerótos.gélos gélotos.éros érotos.Quæ longa penultima.per.o.purum declinantur.vt héros héroos.mínos mínoos.Excipitur élos élotos.per.eta quoniam élos erat per epſilō.Attici vero héro.míno.&c.dicunt.s.nominatiui remoto.

In.os.duo ſunt natura circūflexa mittentia genitiuū in.tos.phôs photós.& ôs ótos.Martia.ab eo quod eſt rhinóceros.accuſatiuum vſurpauit in diſtichis.geſtauit modo fronte me iuuencus.verū rhinocerótá me putabis.

In.us.quæ per.oy.diphthongon a græcis ſcribuntur circunflectententia vltimam.per.untos.mittunt genitiuū.vt placûs placûntos.ſimûs ſimúntos.opûs opûntos:cerafûs cerafûntos.authemûs authemúntos.phycûs phycûntos.hydrûs hydrûntos.hiericûs hiericûntos.trapezûs trapezûntos.quæ omnia per ſyneresim contracta ſunt ab.ois.in.us.opôis opûs,cerafôis cerafûs.Accutiſona in.os.purū mittunt genitiuum.vt bûs boós.nûs.noós. chrûs chroós.chûs choós.Excipitur pus cum ſuis compoſitis,quæ mittunt genitiuum in.odos.vt pûs podós. chytrápus chytrápodos.dípus dípodos.trípus trípodos.œdípus œdípodos.qđ & œdípu facit attice. declinantur etiā apud poetas œdipódes œdipódu.per primam declinationē.Excipitur quoq; odûs odóntos cū ſuis cōpoſitis,quæ omnia exeunt in.ontos.ſicut & ſuū ſimplex.vt argíodus argíodontos.cynódus cynódontos. caulíodus caulíodontos.Latini ex hac terminatione.tum rectos,tum obliquos vſurpare ſolent. Vergilius.x. æneid'.eſt amathûs eſt celſa mihi paphos.Ouid'.x.metamopho.at ſi forte roges fœcundam amathûnta metallis.Idem primo de ponto. cede puer facta patroclus opûnta reliquit.Lucanus libro.xi.meritum phycúntaruinas.Curtius regionem (inquit) eā vſq; ad trapezúnta defendere.Lucanus in.vij.& ſubdita ſipûs montibus.Hinc ſipúntos in gtō.& ſipúnta in acuſatiuo:vn̄ poſtea ſipóntus ſiue ſipúntos ea ciuitas in apulia dicta eſt.

In.ns.vel.rs.vl.ls.grauiſona ſunt,& per duas cõſonantes in obliquis declinatur.vt tyrins tyrinthos.helminſ helminthos.macars macartos.per.t.exile.nã habentia.a.ante duas illas conſonantes in.tos.mittunt genitiuũ.non habẽtia.a.in.thos.p.th.Itaq; ex hac ratione hals haltos debuit facere. Sed vt ſeruaret daſean nominatiui halos fecit.Omnis enim vocalis præcedẽs liquidã ſi poſt eam ſequatur.d.vel.t.vl.th.tenuatur.& quia ſiquis ſimiles nominatiuo ſpũs habẽt.abiectum eſt.t.& facit halos.Papinius in.iiij.the. ab eo quod eſt tyrins actm vſurpauit dicens:ſuus exit in arma antiquã tyrintha deus.

In.ps.finita per.p.in obliquis declinãtur.ſiue ſint monoſyllaba ſiue polyſyllaba cõpoſita ſiue ſimplicia.ſed polyſyllaba penultimã acuũt,monoſyllaba quoq; acuũtur,vt ops opos.thops thopos.cyclops cyclopos. kelaps kelapos.euryops.opos.Excipiũtur hæc q̃ loco.p.ſuſcipiũt.b.in genitiuo ꝓpter harũ litterarũ affinitatẽ.vnde & a latinis per.b.quoq; in genitiuo cõſueuerunt ſcribi. lips. libos. nips nibos. phaps phabos.phleps phlebos. araps arabos.chalyps chalibos.chernips chernibos.tharyps tharybos.Et tria p.ph.cinyps cinyphos.catheliphos.ſciraps ſciraphos.ſed aduertẽdũ eſt,qđ in.ops.polyſyllaba per.o.micrõ ſcribũtur.vt ethiops ethiopos.merops meropos.cecrops.opos.ænops ænopos.pelops pelopos.præterq̃ hydrops hydropos. cyclops cyclopos. molops. lopos.conops.opos.nyctalops.alopos. ſcolops ſcolopos. myops.opos. canops canopos. Et quæcunq; deducuntur ab ops opos:quod eſt oculus.vt helicops helicopos.ſicut econtrario q̃ ab ops opos: quod eſt vox,o.micron habent.vt merops meropos.Latini ex hac terminatione accuſatiuos vtriuſq; numeri cum nominatiuo plurali frequenter vſurpant. Hora.i.ſer.paſtorem ſaltaret vti cyclopa rogabat. Vergil.iij. æn.infandi cyclopes & altis montibus errant.Idem.xi.ætneos vidit cyclopas vlyſſes.

In.ax.quædã accẽtu acuto in penultima proferuntur,vt thorax.phæax.anax.philax.corax.quędã circũflectũt penultimã.vt aûlax.climax.hylax.cyax.ſyax.q̃ in obliquis.c.habẽt.vt thorax thoracos.phæax.acos.q̃ aliqñ.t.cũ.c.accipiũt.vt ânax,anacos.vel anactos.aſtyanax.anacos.vl aſtyanactos.hippônax.onacos.vel hipponactos. aûlax.acos.climax.imacos.Quę vero a verbis in.zo.deſinẽtib⁹ deriuãtur.g.accipiũt in obliqs.vt ab arpazo, qđ eſt rapio.harpax harpagos.& a crazo.qđ eſt voco.cecrax cecragos.ſphazo qđ eſt iugulo,apoſphax apoſphagos.ſiſr atrax atragos.lalax lalagos.ſed diſyllaba maſculina natura lõga penultimãtia habẽt.a.ꝓductũ,vt thorax thoracos.phæax.acos.oeax oeacos.ilas ilacos.plutax.acos.Excipiũtur hylax hylacos.& cyas cyacos. poſitiõe vero lõga penultimãtia corripiũt.harpax.agos.cecrax.agos.Neax aũt & phenax & cordax.a.ꝓducũt. ſed cabax indifferentẽ habet.Superbyſyllaba breui exiſtẽte penultima,a.producũt.vt hierax.eracos.œcophylax.ylacos aſphalax vero aſphalacos corripit.latini ex hac terminatiõe frequẽter actũs vtriuſq; numeri cũ nrõ plurali vſurpant.Iu.viridemq; thoraca iubebit afferri minimaſq; nuces.& Mar.accipe belligerę crudum thoraca mineruę. Verg.vij.ęn.umbonũ crates alij thoracas ahenos.Idẽ in.iij.puerũ aſtyanacta trahebat ad ſoceros.

In.ex.per.e.lõgũ acuũt penultimã,ſeruãtq; illud.e.lõgũ in obliquis.vt myrmex.ecos.narthex narthecos.ſcolex. ſcolecos.pelex.ecos.talex.ecos.bex quoq; becos.hyſplex vero & ab eo compoſitum antyſplex.hyſplegos & antyſplegos faciunt.Habentia vero.ω.mega.in penultima vertunt.e.longum in breue vt alopex alopecos.

In.ix.partim acuunt penultimã.vt perdix.cilix.tettix.partim circũflectuut.vt choênix.phoênix.ſuſcipiuntq;.c. in gtõ plerũq;.vt perdix perdicos.cilix.icos. chœnix.icos.phoenix.icos. Tettrix vero tetrigos.& maſtix maſtigos.per.g.facit,& onyx onichos.per.ch.Cõmunia autẽ q̃ a fœmininis fiunt:ſimpliciũ ſeruant declinationẽ, vt hic & hęc callithrix callithricos.quia thrix thrichos fecit. homoſtix homoſtichos.quia ſtix ſtichos fecit.

In.lix.vero finita.i.correptũ habẽt vbiq;.vt cilix cilicos.helix helicos.homelix homelicos.Latini ex hac terminatione vſurpant accuſatiuos cũ nominatiuo plurali.vt cilix cilicas cilica.cilices.phoenix phoênica.nices.nicas.

In.yx.per ypſilon partim acuũt penultimã.vt bombix.bebryx.onyx.ſardonyx.coccyx.ortyx.partim circũflectunt eadem.vt cêryx.doêdyx.Maſculina vero ſimplicia natura lõga penultimantia.c. habẽt in obliquis.vt ceryx cericos.doedyx.dicos.ætyx.ætycos.thrinyx.inicos.Etiam poſitione lõga penultimãtia,quę habent in vltima ſyllaba b.vel.g.vel.d.vl.pt.vt.bombyx.bycos.Et penultimẽtia in.e.vt eryx erycos.Et habẽtia in penultima.a.ſiue.g.vt adryx adrycos.Nam habentia.g.per.g.declinãtur.vt pharygs pharygos.larygx.lyggos. quæ nos p.n.enunciamus pharynx & larynx. Superbiſyllaba quoq; penultimãtia in.a.g.habẽt.vt tarbaryx tarbarigos.Et penultimãtia in.o.nõ illãto.n.vel.g.vt coccyx coccygos.mortyx.tygos ortyx ortygos,qđ & ortycos fecit apud Philomenẽ. Item quæ a pheugo & zeugo cõponũtur.vt prophyx prophygos.homozyx homozygos.Sed habentia.n.ch.habent in obliquis.vt onyx onychos.ſtonyx ſtonychos.

In.yx.fœminina multiſyllaba per.g.declinãtur,niſi alia ratio ꝓhibeat.vt antyx antygos.põpholyx. oligos.pteryx pterygos.Sed monoſyllaba acutiſſona plærumq;.g.habent.vt ſtyx ſtygos.nyx tamen nycos & nyctos facit.& ampyx ampycos.Sciẽdũ autẽ q͂ in.yx.ſimplicia habẽtia lõga natura vel poſitione in nõiatiuo ſolo.y. natura corripiũt,in alijs autẽ caſibus producunt natura.Cõpoſita aũt & penultimantia breui vbiq; corripiũt.

In.ox.per.ω.mega rara ſunt,eaq; fere monoſyllaba acutiſona.habẽtq; in obliquis.c.vt prox.ocos.trox.cos. Excipitur.rox.qđ p.g.facit rogos.& cyamotrox.ogos.quia a trogos qđ eſt voro cõponitur g in obliqs accipit.

In.x.habentia.g.ante.x.quã nos,vt paulo ante diximus,quaſi.n.ꝓferimus per.g.in obliquis declinãtur, pharygx ſiue pharynx pharingos.larigx ſiue larinx laryngos. menigx ſiue meninx meningos. ſpygx ſiue ſphynx ſphyngos.ſalpygx ſiue ſalpynx ſalpyngos.lygx vel lynx lyngos.lynx vero pro fera lyncos facit. Habentia tamen aliã conſonantem ante.x.per.c.declinantur.vt olx olcos.ſarx ſarcos.

FINIS.

# DE LITTERARVM PROLATIONE.

## IN PROLATIONE QVARVMDAM LITTERARVM ERRARE Græcos & Latinos facile poteſt demonſtrari ex diffinitionibus & principijs,quę ab omnibus grāmaticis tam Græcis quā Latinis,tam antiquis,quam iunioribus admittuntur.

Definitio Prima.

LITTERA EST MINIMA PARS VOCIS, HOC EST
indiuidua,quæ ſcribi poteſt.Hæc diffinitio ab omnibus in cōmune tam Græcis,quam
Latinis recepta eſt.Q uod ſi vera eſt illa Priſciani differentia,quā in primo de octo par-
tibus orationis volumine ponit,q̄ littera eſt figura quæ ſcribitur,elementum vero q̄d
pronunciatur;manifeſtum eſt hoc in loco non definiri litteram,ſed elementū.Sed quia
hæc differentia non obſeruatur ab autoribus,ſed nec ab ipſo quidem Priſciano eſt ob-
ſeruata,accipiamus interim alterum pro altero.Eſt igitur in litteræ diffinitione poſitū
in loco generis pars vocis minima,vel potius vox:vt ſit minima differentia idē valēs,
quod indiuidua,vt in verbo dn̄s.do.eſt minima pars vocis,ſed quia poteſt adhuc diuidi in,d.&.o.vt cōſtituatur
litterę ſpecies,ſubiūgit loco differētię indiuidua,quia neq;.d.neq;.o.amplius diuidi poſſunt,ſaltem in partes diuer-
ſorum generū.Alioqui.o.longa diuiſibilis eſt in duo tempora,atq; ſecundū illos,qui hanc partē ſcrupuloſius in-
quirūt,in duo tēpora cum dimidio,atq; etiā in tria.Q uia vero ſunt quædā voces,quæ proferri quidem poſſunt,
non tamen ſcribi,quia non ſunt articulatæ:idcirco adiungit litteræ differentiam vltimam,quæ conſtituit ſpeciē
dicens,quæ ſcribi poteſt.Nam quæ non poſſunt,inarticulatæ ſunt:cuiuſmodi ſunt interiectiones,puta ridētis,vt
ha,ha.dolentis,vt ah.imperantis ſilentium;vt.ſt.quæ licet ſcribi conſueuerunt,nō ſunt tamen ſcriptiles:vnde & in
definitione interiectionis adiungitur,q̄d ſignificat mentis affectū voce incondita,hoc eſt cōfuſa & indeterminata.

Secunda definitio.

Vocalis eſt vocis elemētum,quod per ſe & ſine alterius litterę permixtione ꝓferri poteſt.vt,a,e,i.Hæc nāq;
differentia eſt inter vocales & conſonantes,q̄ vocales pure & per ſe poſſunt enūciari:cōſonantes vero nō
poſſunt,niſi cū vocalibus proferantur,vnde & illæ vocales dictę:hæ vero cōſonātes appellatæ,& vocales
quidē poſſunt per ſe enūciari,quia epiglottide,hoc eſt lingula prominēte,nihil obſtat quominus vox libere per
laryngē erūpat,ſed cōfuſa prius donec ex oris figura ad certā ſpeciē redigatur.Sed quia oris figurę innumerę ſunt,
& vocaliū certe numerus indeterminatus erit.

Tertia definitio.

Conſonans eſt elementum,quod niſi vocali incumbat.per ſe enunciari non poteſt,atq;,vt paulo ante dixi-
mus,ex eo ſibi nomen inditum eſt.Ex quo fit,vt ſine vocali ſyllaba conſtare nō poſſit,modo ſit articulata.
Nā q̄ Verrius Longus tradit inuenire ſyllabā ſine vocali,q̄d probat Comicorū autoritate,apud quos,ſt.
vox imperantis ſilentium legitur,dicendum q̄.ſt.interiectio proculdubio eſt,quæ voce incondita proferri debet.

Quarta definitio.

Muta conſonans eſt,quæ in tali oris parte formatur,vt intercluſa voce ſine vocali nullo modo poſſit enū-
ciari.vnde & muta noīatur.Nā quod grāmatici dicunt,ideo mutas appellari,quia incipiunt a ſeipſis &
deſinunt in vocalem:inepta ſane ratio.cum ſtatim occurrat.f.littera,quę incipiat a vocali,& deſinat in ſeipſam,&
nihilominus inter mutas numeretur.

Quinta definitio.

Semiuocalis eſt conſonās,q̄ in tali parte oris effingitur,in qua etſi non plene,vt vocalis,quiddā tamē ſubob-
ſcurū ſonat.vnde & ſemiuocalis appellatur,& quēadmodū de mutis dicebatur,inepta a grāmaticis affertur
cauſa,cur ſemiuocales dicantur,hoc eſt,quod incipiant a vocali & deſinant in ſeipſas.Eſto,ad internoſcendas
vtraſq; apud latinos ſignū illud nominibus litterarum ſit accōmodatū.Hebręi tū & Gręci nihil tale obſeruarūt.

Sexta definitio.

Diphtongus eſt cōglutinatio duarum vocaliū in eadē ſyllaba ſuā vim retinentium.Hæc definitio tam græ-
corum q̄ latinorū eſt.Suam vim grāmatiſtę interpretantur ſyllabæ extēſione;ſed iſti nō intelligunt q̄ vis
litteræ nihil aliud eſt quam ipſa pronunciatio.Ex quo fit,vt in diphthōgo vtraq; vocalis proferri debeat.
Quæ Græci vocāt axiomata.Varro tū ꝓfata.tum effata tū,ꝓloquia.Cicero tū pronūciata,tum dialecti-
cæ,hoc eſt diſputationis fundamēta.Iuniores tū propoſitiōes primas & immediatas,tū verbū ex verbo
axiomata(vt diximus interpretari)dignitates appellant.Hæ quia demonſtrabiles ſunt,atq; in communi homi-
num ſenſu concipiuntur,quaſi principia in omni diſputatione ſupponenda ſunt,vt ſi quis ea non admiſerit,bar-
dus inſenſatuſq; habeatur,neq; dignus cum quo de vlla re diſceptari debeat,Sit igitur

Axioma primum.

Eodem modo litteras ſcriptiles deſignare voces:quo voces ipſæ conceptus ſignificant.Sit igitur primū diſpu-
tationis noſtræ fundamentū,in quo plærīq; omnes facile conſentiunt,litteras ea potiſſimū de cauſa fuiſſe exco-
gitatas:vt per illas quaſi per quædā ſigna:tum abſentes viui,tum poſteros morituri certiores facere poſſemus ūs
de rebus,quæ ad priuatam publicam ve vtilitatem pertinerent.Nam quēadmodum Ariſtoteles tradit:eo modo
litteræ verba humanis vocibus informata deſignant;quo verba ipſa res mente cōceptas,quæ per ea ſignificātur.
Quod ſi non quattuor hæc ex ordine ſibi inuicem conſentirent,dico res.conceptus,voces,litteræ,interiēt vtiq;
commercia,& publica fides:qua hominum ſocietas continetur,interirent omnes artes & ſcientię,quæ vitam hu-
manā cultiorem reddūt,interiret deniq; hic ipſe ſacrarum litterarum ſplendor,quibus ad Chriſtianā religionem

inſtituimur, & docemur. Hec omnia eo pertinent, vt oſtendamus illos ingentem erroribus feneſtram patefacere: quicunq; putant ortographiæ rationem non ſeueriſſime in verborum ſcriptione ſeruandam: aut voces alia, poſſe litterarũ figuris accõmodare, q̃ quæ cũ primũ fuerunt inuẽte per illas repreſentari cœperunt. cũ omnis diſputãdi fabulãdiq; in verba, ſyllabas, litteraſq; quaſi in quaſdã ... ſcriptũ eſt, quã ſi aliud loquaris q̃ concepiſti, quod eſt mẽdacij: & aliud concepiſti q̃ ſe res habet, qd eſt ignorãtiæ

Axioma ſecundum.

¶ Ita ſcribẽdum eſſe vt loquimur, & loquendũ vt ſcribimus, hoc principium ex ſuperiori ... magis explicari, propterea q̃ ex certis quibuſdam cauſis nonnunq̃ aliud ſcribimus & aliud enunciamus. Quod ... admittimus, vt aliud ſcribatur & aliud enuncietur: fruſtra litteræ ſunt inuentæ, cum ad hoc tantũ litterarũ figuræ ſint excogitatæ: vt creditas voces quaſi depoſitum quoddam fideliſſime cuſtodiant, & ... nulla ex parte decoctum reddant. Atqui dicet quiſpiam, videmus apud Hebreos iod & vau plerumq; ocioſas, & nomen illud ineffabile tetragrammaton quattuor litteris ſcriptum, hoc eſt, iod. he. vau. he. in adonai voces diuerſas proferri. Videmus quoq; apud Græcos ſcribi gamma littera ſequentibus gãma, vel chi, vel cappa, vel xi: & proferri ni: vt aggelus pro angelus, Agchiſes pro Anchiſes, aggora pro ancora, phalagx pro phalanx. Et ruſus poſt. ni. litteram ſequenti. tau. pro tau proferri delta: vt ſyndereſis pro ſyntereſis. & in diphthongis vocales alteras ſupprimi & alteras pronunciari: aut vtraſq; in tertiam extraneam proferri, idq; non modo apud græcos, ſed etiã apud latinos: apud quos etiam teſte Seruio grãmatico in primo georgicorum. Caius Cneius. Amurca ſcribuntur per. c. litteram & pronũciantur per. g. Gaius Gneius Amurga. Sed cur hoc fiat, ſuis in locis reddemus, partim excuſando id fieri quadam ratione, partim accuſando q̃ ſit ab ignorantia profectum.

Axioma tertium.

¶ Litteras non ex diuerſitate figurarum, ſed ex diuerſitate vocum diſtingui. Hoc axioma tametſi per ſe notum eſt: ſic tamen deduci poteſt. Quod ſi Aleph hebraicum & Alipha punicum & Alpha græcum & A. latinum quattuor diuerſis figuris repreſentantur, vnã tamen eandemq; vocem reddunt, hæ duæ poſteriores per ſe, & illæ duæ priores cum ſuis apicibus. Qui præterea ex arte nuper a magiſtro quodam Martino homine per q̃ ingenioſo excogitata litterarum figuras pro cuiuſq; arbitrio conſtitutas legunt: non multum curant quo litterarum ductu verba deſignentur, apud quos mille characteres (dum modo idem efficiant) pro vno habentur. In alphabeto quoq; latino, c, k, q, quod attinet ad figuram, diuerſæ litteræ ſunt: quoniam vero eadem eſt illarum vox, vnũ tantum eſſe elementum omnes fatentur. E contrario quoq; quia. i. & v. binas hab... poteſt. res: q̃ tum quaſi vocales: tum quaſi conſonantes enunciantur, nemo eſt, qui neget illas duplici officio fungi: vt quanq; figuræ ſunt duæ: quattuor tamen elementa in numero litterarum ſunt computanda.

Axioma quartum.

¶ Cõſonantes equaliter vim ſuã in vocales ſequẽtes perferre, hoc axioma facile quoq; per inductionẽ probatur, nã. b. littera eandem vocẽ exhibet cum. a. quã cum reliquis vocalibus: idq; non ſolum in ſermone latino: ſed in græco, hebraico, punico. Nã qđ aliqui ex latinis & græcis alio modo proferunt. c. & g. ſequẽtibus. a. vel. o. vel. u. quã ſequentibus. e. vel. i. facile confutari poſſunt, per ea q̃ dicta ſunt in ſuperiori axiomate, q̃ q̃libet illarũ duplicẽ haberet vim, atq; ex cõſequẽti nõ vna ſed duæ litteræ eſſent: id quod de. i. & u. dicebamus. Quintilianus p̃terea diſputans cõtra illos qui dicebãt, K. græcum ſcribi debere ſequenti. a. vocali, alias vero. c. latinum: fruſtra dicit id fieri, cum. c. latinum in locũ cappa græci ſucceſſerit. & c. littera ſit, q̃ ex æquo vim ſuã ad vocales ſequẽtes perferat.

Axioma quintum.

¶ Ex nouem mutis, quas græci habent, quæq; ad tria genera reducuntur: earum ſcilicet, quæ inter labra formantur. vt. p. b. ph. & earum q̃ inter dentes ad mota lingua. vt. t. d. th. & earum quæ ad epiglottida. vt. c. g. ch. primas eſſe exiles. vltimas aſpiratas. medias vero participare naturam extremarum, quæ tamen ſunt eiuſdem generis nõ differre voce, ſed aſpiratione ſola.

Axioma ſextum.

¶ Litterarum (ſiue illæ ſint vocales, ſiue conſonãtes) nõ eſſe certum numerum: ſed determinari ex cuiuſq; idiomatis ratione. Ex quo fit, vt non ſit idem litterarum numerus apud omnes natiões, quia quælibet lingua habet proprias voces. Nam quid prohibet, cum duarum vocalium diſtantia ſit in quantitate continua: inter. a. & u. innumeras eſſe vocales tam & ſi non omnes ſenſu percipiantur, quemadmodum & in diapaſon conſonantia octo vocum diſcrimina ſentiuntur. cum tamen intra diaſtema illud infinitas eſſe voces intelligamus, quandoquidem omne continuũ ſine vllo termino ſecari poteſt? Eadem quoq; ratio eſt conſonantium, quæ ex diuerſa oris figura poſſunt compluribus modis variari. Sed de his paulopoſt copioſius diſputabitur.

¶ Errores græcorum.

Qvod ſic proferunt. β. ſicut nos latini. u. conſonantem, cum differant genere: vt bita pro vita vallifta pro balliſta.

Quod alio modo proferunt. y. ſequentibus. ι. pſilon. ... u. pſilon, quam ſequentibus. α. o. ω. vt ganymedes, geryones.

Quod proferunt. ζ. quaſi ſit littera ſimplex, cum ſit compoſita ex. ſd. per quas debet enunciari. vt zethus pro ſdetus.

Quod proferunt. η. eodem ſono, quo iota, cum nihil differat ab. ε. pſilon niſi tempore ſolo. vt lida pro leda.

Quod alio modo proferunt.κ.sequentibus.α.ε.ι.&.quasi sequentibus.ο.ω.ου.vt carpos.copos.ceras.ceramos.cyclops.
Quod alio modo proferunt.λ.sequentibus.α.ι.υ.& diphthongis,quæ quasi per iota pronunciantur,quam sequentibus alijs vocalibus.
Quod alio modo proferunt.γ.sequentibus.α.ι.υ.& diphthongis,quæ quasi per iota pronunciantur,quã sequentibus alijs vocalibus.
Quod non recte proferunt.γγ.quasi vnam litteram vocem inarticulata cum vtraq; suis vocibus enunciari debeat.
Quod non bene proferunt.σ.quasi per sibilum,cum habeat vocem hebraici. Quam anseris strepentis.
Quod non recte proferunt.τ.quoties sequitur post.υ.quasi per.d.litteram.vt syndetesis pro synteresis.
Quod male proferunt.υ.psilon quasi iota.cum sint litteræ diuersorum generũ,vt lira per iota,ꝓ lyra per ypsilõ.
Quod male proferunt.χ.sequentibus.ε.η.ι.υ.voce ipsi articulata,quã sequentibus alijs vocibus,vt chamos.
Quod perperã enunciant diphthongos per vnam vocalem,cum vtraq; quanquam raptim proferri debeat.
Quod non recte proferunt.υ.psilon quasi.u.consonantem cum in diphthongis subijcitur.α.vel.ε.
Quod per.ο.micro &.υ.psilõ nõ potest designari.u.vocalis nr̃a,sed voces q̃ per illas duas lr̃as raptim enunciatur.
Quod per litteras suas nõ possunt representare voces,quæ sunt latinorum propriæ.vt.f.et.i.&.u.cum pro consonantibus accipiuntur.

¶ Errores Latinorum.

QVod aliter ꝓferunt.c.&.g.e.vel.i.vel.y.sequẽtibus,quasi sequatur aliæ vocales.vt pica.æ.fuga.æ.
Quod nõ recte ꝓferũt.gn.voce quadã inarticulata, in quo errore grecos quoq; versari diximus.
Quod male proferunt.t.quasi.c.quoties post.t.sequitur.i.& post.i.alia vocalis,vt prudẽtia per.c.pro prudentia per.t.
Quod non recte proferunt.z.quasi littera simplex,cum sit cõposita ex.s.d.melius ñ qũa grecã.p.h.
Quod ita proferunt.phi.græcũ quasi.f.cum sit,vt diximus,hæc latinorum propria,illa vero græcorum.
Quod non recte proferunt.ch.&.th.aspiratas quasi.c.&.t.exiles.vt corus pro chorus,talamus pro thalamus.

¶ FABIANVS ARTEM PATRIS ALLOquitur,atq; illa reſpondet alternatim.

OSoror ars,quoniã noſtris ſuccedere tectis
Non dedignata es,quærere pauca libet.
Quid genitor cõdat,iã pridẽ hoc ſcire laboro.
Nã nil deſidia turpius eſſe putat.
A. Mudat opus chartis ſemper memorabile linguas,
Quod canat,vt melius iam ſibi fama parat.
Ocyus vt volitet celeres nunc excutit alas,
Rem tantam vt mundi ſpargat in omne latus.
F. Grata refers,o ſi lucis tolerans in auras.
Exire,inq; hominum ſcripta venire manus.
Vt tamen ipſa vales limen digreſſa paternum,
Nunquid barbaries exagitata fugit?
A. Per loca per varias peragraui nomine gentes,
Sed ſolum indoctis lis mihi tota ſonat.
Hi mea ſunt,qui acuunt contra præcepta tumultus,
Et miſera obtundunt ambitione caput.
Nata mihi audieris quod ſit contentio nugis,
Arcadicos bipedes bella mouere ſcies.
Nam cum ſe indocto ſtudeant iactare popello,
In me rancidulus promitur ore ſonus.
Sub moueas ſi de lana certare caprina,
His fient Hermæ marmora muta dei.
F. Quid phœbea cohors? A. laudat.miratur,amatq;,
Dictitat & grata voce perenne ſophos.
Iudicio quorum Diomedis pagina.Phocæ.
Donati nullo eſt ante ferenda modo.
Muſa negat nomen.reticentq; volumina cuius,
Iamq; neotericum cætera turba ſilet.
At quicunq; meas vires effingere tentat:
Impar ingenij rumpere ſe poterit.
Altius & repetunt,Crates Antonius ille:
Non latiæ linguæ commoda tanta parat.
Orbilius cadit.Cato,Iulius.atq; Palemon,
Vni mi palmam victus & vltro dabit.
Deniq; ab his nimium dicor copioſa,breuiſq;:
Atq; freti medias puppe ſecare vias.
F. Quid caprimulgus agit? qui cantabatur Iberis.
Nuper,cui nomen facta debere bona.
Qui mammurra loquax? audax taxare beatæ
Diuitias Romæ:cui ſatis aſſis erat.
Quid rides? calcem quæſitis ponere perge.
A. Rideo:ſic lepido nomine vtrumq; notas.
Ambo habitant cæca tenebroſas nocte cauernas.
Quod ſua tam citius nænia pulſa perit.
Sola ego,quod teneor,ſequitur mea regna diſertus:
Et qui pieriàum tangere ſacra cupit.
Non patitur bubo feralis lampada phœbi:
Noctua ſic lucem nec veniente die.
F. Quid facit interea liuor fœlicibus obſtans
Inſidijs,nunquid libera capis iter?
A. Hæc manet.hæc peſtis regnat,ſemperq; vigebit,
Occiduas dum ſol natus adiuit aquas.
Nemo tuos mores neſcit iam Zoile,cuius
In bene facta quidem lingua venena vomit.
Nonne ſinus laceros poſt tergum dentibus atris.
Cernis,vt ipſa feram? ſed neq; obeſſe poteſt.
Tu germane tamen inueni dum tempora reſtant,
Multa rogo diſcas,vbere multa meo.
Vt ſi quando ſuam rabiem me abſente releſſet:
Tunc pro me poſſis dicere quæ docui.
Iamq; vale.hinc ab eo nomen dictura parentis,
Dn κλέω αὐτοῦ εἰσ οὐρανὸν κλέψ αἰγὸ.
Nam veterem poſt q̃ me dudum iuſſit habere
Candorem:mittor non reditura lares.

τέλοσ.

# ÆL. ANTONII NEBRISSENSIS DE LITTERIS HEBRAICIS CVM QVIBVSDAM ANNOTATIONIBVS IN SCRIPTVRAM SACRAM.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ç | çaddic | צ צַדִּיק | a | aleph | א אָלֶף |
| ç | çadic | ץ צָדִיק | b | beth | ב בֵּית |
| q | quoph | ק קוֹף | g | gimel | ג גִּימֶל |
| r | res | ר רֵישׁ | d | daleth | ד דָּלֶת |
| ſ | ſin | ש שִׁין | h | he | ה הֵא |
| th | taw | ת תָּו | u | vau | ו וָו |
| | | | z | zain | ז זַיִן |
| a | pathha | ־ פַּתָּח | hh | cheth | ח חֵית |
| a | cames | ־ קָמֵץ | t | teth | ט טֵית |
| e | çere | ‥ צֵירֵי | i | iod | י יוֹד |
| e | ſegol | ∴ סֶגוֹל | c | caph | כ כַּף |
| e | ſcha | : שְׁוָא | ch | chaph | ך כַף |
| i | hiric | . חִירֶק | l | lamed | ל לָמֶד |
| o | holem | חוֹלֶם | m | mem mem | מֵם מֵם |
| u | ſurec | ∴ שׁוּרֶק | n | nun nun | נוּן נוּן |
| u | ſurec | ו שֻׁרֶק | ſ | ſamech | ס סָמֶךְ |
| pathah hateph | | ֲ פַּתָּח חָטֵף | h | hain | ע עַיִן |
| cames hateph | | ֳ קָמֵץ חָטֵף | p | pe | פ פֵּא |
| ſegol chateph | | ֱ סֶגוֹל חָטֵף | ph | phe | ף פֵא |

Ex duæ atq; vigintilitterarum figuræ omnes præter primã deſignant nobis litteras conſonãtes. Nã aleph nõ tam vocalis [illegible] vocalium [illegible] neq; inter litteras numerari debet, quãdo neq; vocẽ per ſe vllã demonſtrat. Harum igitur vnius & viginti cõſonantium quattuordecim ſunt mutæ, quia in tali parte oris fingũtur, quæ niſi iuuetur a vocali: nullum ſonum [illegible] (inquã) quæ formantur inter labra, pe. beth. phe. Tres inter dentes admota lingua, teth. daleth. tau. Tres [illegible] caph. gimal. chaph. Et [illegible] he. beth. hain. Hæ quattuor triplicitates ita ſe habent, quod ſi litteræ mediæ prioribus cõparentur, ſint aſpiratæ, ſi poſterioribus, exiles. vt ſi beth cõparetur ad pe. ſit aſpiratior, ſi ad phe ſit exilis. Eodem modo ſi daleth cõparetur ad teth, eſt aſpirata, ſi ad tau exilis. Item ſi gimal cõparetur ad chaph eſt aſpirata, ſi ad caph ſubtilis. Eodem modo ſi heth cõparetur ad he, eſt aſpirata, ſi ad hain, exilis. Eſt adhuc alia ſcrupuloſior differentia in qualibet iſtarum litterarum triplicitate, atq; etiam in ſemiuocalibus, de quibus mox dicturi ſumus, q, quæ habent dagues ſunt adhuc ſeipſis exiliores, & quæ habent raphe, aſpiratiores, vt pe quã diximus exilem. ſi accipiat dagues eſt adhuc exilior, & ſi raphe, aſpiratior. Et quod beth adhuc cum ſit media inter. pe. & phe. poteſt accipere dagues & raphe, vt ſit ſeipſa exilior & aſpiratior, & ita multiplicantur innumeræ intenſiones vocum in litteris. ſed hoc iam nõ attinet ad nos ſcire, qui vix vmbram quandã huius linguæ attigimus, illud tantum admonuiſſe fuerit ſatis, quod punctũ in vẽtre litteræ, qđ appellant dagues, facit illã exiliorẽ. & virgula iacens in parte ſuperiori facit illã aſpiratiorem. Sunt præterea duæ mutæ græcis incognitæ, hebræis & latinis familiares iod & vau, & q̃ proculdubio cõſonantes cum ſint, mutis annumerari debent, cũ ita enuncientur, vt ſine vocali nulla ratione proferri poſſint. Reliquæ conſonantes, hoc eſt. men. lamed. num. res. ſin. çadic. çamach. zain. quæ ex. ſd. cõpoſita eſt. ſemiuocales ſunt appellatæ. Quæ ideo ſemiuocales appellantur, quod aliquomodo vocem per ſeipſas reddant, quãq; de [illegible] littera ſit dubium mutis ne, an ſemiuocalibus cõnumerari debeat, propterea quod quicquid illud eſt, quod ſonat. non per os, ſed per nares erumpit, quam ob cauſam & Plinius inter mutas illam cõputat. Eſt & illud animaduerſione dignũ, quod ego primus omniũ admiratus [illegible] hebræis oſtẽdi. cur hæc littera apud illos duplicem habeat figuram, adapertilem alteram qua vtuntur in principio atq; in medio dictionum, alterã clauſam quã in fine. Nam facile in hac littera experimur id, quod omnes grãmatici teſtantur, habere ſcilicet in principio & in medio ſonum plenum, in fine vero ſurdum neſcio quid & proxime ad mugitum bouis accedentem. Sed de quattuor reliquis, quæ apud hebræos geminantur, cur duplices ſint figuræ, nõ aliã puto fuiſſe cauſam, q̃ cõmoditas apicis in principio & in medio ſupponendi, atq; ideo extenſiones illæ quibus vtuntur in fine dictionum, in principio & in medio in ſiniſtram obliquantur. Eſt & illud ſin litteræ proprium, quod cũ in cornu ſiniſtro pũctum habet, proxime accedit ad ſonũ ſamach, cũ vero in dextro cornu, ſui generis ſonum repræſentat.

¶ De he littera.

Ex his vnius & viginti cõſonantibus tres ſunt, quas appellant pectorales, quibus nullũ apud græcos & latinos reſpondet elementũ. Quare interpretes illas aut cũ ſuis apicibus expunxerunt, aut ilis expũctis apices tantũ retinuere, aut in finitimas tranſtulerunt, vt he q̃ apud hæbreos in numero litterarũ cõputatur, quoniam & vocales ſequẽtes frangit, & ſonũ ſicut & cõſonãtes aliæ reddit, quod aſpirationi græcæ & latinæ nõ cõtingit. Igitur he littera aliquando diſpũgitur in prĩcipio dictionũ, vt in Abel filio Adã ex Eua vxore, & Adurã filio Iectã, de quo Gen. ca. x. & Agar ancilla Abraã, ex qua genuit Iſmael, & aleluia, quod interpretatur laudate deum, id quod in titulis multorum pſalmorum legimus, & Ammadatha patre Amã, de quo multa in lib. Eſter. & in eodem libro, quod Eſter cognominata eſt edeſa per he in principio. Et Eman filius Lothã, de quo Gen. ca. xxxvi. Eman per. n. in fine filius Zaræ & filij Iudæ, de quo. i. Paral. ca. ij. In medio præterea dictionis aliquando diſpungitur retentento apice, vt in Aaron fratre Moyſis, & in Ioſue, qui hebraice appellatur Iehoſua diſpũcto ſebs ex prima ſyllaba, & he littera ex ſecunda, & duabus ſyllabis poſterioribus in vnam cõpactis. Græci vero ex iehoſua nomen Ieſu conflarunt, i. cõſonante in vocalem verſa, & he cum apice holem expuncta, & ex duabus litteris poſterioribus per ſynereſim contractis in vnam Ieſu accentu circumflexo fecerunt. Nam, ſ. nominis eſt extenſio, vt græce declinari poſſit ad proportionem huius nõis pãthus panthu & ſimilium. In fine dictionũ plerũq; he reperitur score octioſa, aut parum intendens vocem. Nam ſi habet punctum in medio ventre, vox multum intenditur, quod tamen nunquã euenit niſi pronomini fœminino tertiæ perſonæ, atq; tunc appellatur non dagues, ſed mapic, quod interpretatur excitans, quia he littera, quæ conſueuit eſſe ocioſa in fine, viuificat. vt ſi dicas dabarath, hoc eſt verbũ eius, & bethſah domus eius, ita vt eius ſit generis fœminini.

¶ De heth littera.

Heth litteram quã Hierony. duplicem aſpirationem vocat, vna eſt ex quinq;, quibus nullũ apud græcos & Latinos elemẽtum reſpondet. Quare interpretes illã plerumq; diſpunxerunt cũ ſuo apice, aliqñ ipſam ſolã retento apice. aliquando verterunt in ſimplicem aſpirationem. aliquãdo in, chi, græcum, hoc eſt. chi aſpiratum. Diſpunxerunt (inquã) in hoc nomine Arã, quæ eſt ciuitas Meſopotamiæ. vt Gen. ca. xi. legimus, qđ Thare pater Abraã venit vſq; Aram. & habitauit ibi, & quod ſequitur. facti ſunt dies Tharæ ducẽtorũ quinq; annorũ, & mortuus eſt in Arã, vbi Arã per beth litterarã in principio ſcribitur, græci tamen in peculiarem illam ſuam chi litterã verterunt ſcribentes charam. quã litteraturã latini ex græco interpretantes obſeruarunt, vt in apoſtolica hiſto. cap. vij. Prius (inquit) quã moraretur in Charam, & in Tobia, qui liber ad nos ex chaldaico ſermone per græcũ venit cap. xi. cũq; reuerteretur (inquit) peruenerũt ad Charã. Ioſephus præterea, qui & ipſe græco ſermone ſcripſit in primo antiquitatum volumine. Thares (inquit) dum odio habuiſſet charam ciuitatem Meſopotamiæ, migrauit. Euſebius quoq; in orthographia locorum ſacræ ſcripturæ interprete Hieronymo. Charam (inquit) ciuitas eſt Meſopotamiæ trans Edeſſam, quæ vſq; hodie Charra dicitur, vbi Romanus caſus eſt exercitus, de qua Lucanus aſſyrias latio maculauit ſanguine Charras. Hæc quoq; Nachor vrbs etiam appellatur. Gen. ca. xxiiij. profectus (inquit) perrexit in Meſopotamiã in vrbem Nachor, quem locum Nicolaus a Lyra perperam interpretatur dicẽs, quod quia ciuitas illa ſita eſt

inter duo flumina,ideo appellata eſt Aram fluuiorum:quæ ab hebræis d'r Aram naraim,a græcis Meſopotamia.eſt namq; Aram fluuiorum,Aſſyria inter duo flumina:hoc eſt Tygrim & Euphratē:ſcribitur namq; in principio per Aleph exile & in fine p.m.litteram.Aram itaq; interpretatur Syria in communi,Charam vero foramina.Hierony.autore in illo Ezeci.cap. xxvij.vbi legitur Aram & Chēne negociatores tui.Diſtinguitur quoq; in principio dictionum.vt in [illegible] appellata Anna matre Samuelis.in Eua omniū matre.in Eulia regiōe orietaliū.Enoch filio Seth.in Emor Euo patre Sichem.in Eſrō filio Rubē.& alijs compluri9 .& in medio quoq; dictionum exteritur beth littera:vt in Gion flumio,q eſt Nilus:& in Iſaac filio Abraā:& in Bethlem ciuitate Dauid,vbi nat9 eſt Chriſtus:& in Raab meretrice.de qua in Euāgelio.p qua apd' græcos legim9 Rachab.nam græci(vt dixim9)plerunq; hāc litteram verterūt in aſpirationem.vnde Hiero.in illd' Geñ.capi.ix. erāt filij Noæ,q egreſſi ſunt de arca Sem,Cham Iaphet.freqnter(inquit)ſeptuaginta interpretes nō valētes beth litteram(q̄ duplicem aſpirationem habet)vertere.ch.litteram græcā addiderūt,vt docerēt nos eiuſmodi vocabula aſpirari debere. vnde & in præſenti loco Chā tranſtulerūt,p eo qđ eſt han.a quo vſq; hodie ægyptia lingua han d'r.Aliqñ vertitur in aſpirationem ſimplicem vel poti9 noſtram.vt in Hāniel filio Ephot de tribu Manaſſe:de quo in lib.Nume.ca.xxxiiij.& in Hares mōte in tribu Dan:de quo Iudicum ca.j.& in Hamarā filio Diſan:de quo.j.Paralipo.ca.j.p quo in Geñ.cap.xxxvj.legitur Amdā ſiue Abdā:ſed corrupte v.robiq; ex cauſis diuerſis.Et in Hebrō filio Caath filij Leui:a quo eſt familia Hebronitarū in lib.Numerorū.Et in Hebrō ciuitate Iuda,qua nihil eſt illuſtrius in ſacris li[illegible]is:q̄ varijs modis ſcribi ſolet. Nam expuncta aſpiratiōe ſcribitur Ebrō,& Hebrō cum aſpiratiōe ſimplici,& chebron præſertim apđ græcos quorū peculiaris eſt chi littera.In fine quoq; dictionum beth littera ſubiecto patha vertitur in.e.accētu reiecto in penultimam ſyllabam.vt Noah in Noe ſub quo diluuium fuit vniuerſale.Tharah pater Abraā,qđ verſum eſt in thare.Iarah fili9 Iectā in iare.Coreh nomen celebre multorum in core.Salah filius Arphacſad in ſale.Balah filius Beniamin in bale.Iephtha filius vnus ex numero Iudicum in Iſrael in Iephthe Siloah locus in Euā.Ioā.p ſiloe.Peſah hebræorum atq; pinde feſtum Chriſtianis celebre,qđ Hiero. interpretatus eſt phaſe in teſtamento veteri, & in nouo vertitur in paſcha:& alia complura in hunc modum ab interpretib9 ex hebræo in græcum & latinum ſermonem interpretata.

¶ De Hain littera.

QVod de beth littera(quam dixim9 eſſe vnam ex illis qnq; quib9 apđ græcos & latinos nullum elementum rñdet) idem nūc de hain dicim9. Quare interpretes tam græci q̄ latini aliqñ penit9 illam extriuerūt:& qdem freqnter: vt in abarim mōte vbi mortu9 eſt Moſes.Deutero.ca.xxxij. Amalec quoq; per hain ſtrictam in principio legitur:qui filius fuit Eliphaz.vnde ſunt cognominati Amalecitæ.Geñ.ca.xix.& Ammon filius Loth ex minore filia:a quo ſunt dicti ammonitæ.Geñ.ca.xix.& Abdō ciuitas ſeparata leuitis,de qua in Ioſuæ ca.xxj.& Acarō ciuitas Paleſtinæ q̄ cecidit in ſortem tribus Iuda,de qua Ioſue ca.xv.atq; in eodem loco eiuſdemq; ſortis Eder.Vertitur quoq; in aſpirationem ſimplicem:vt in nomine Hebal,qui fuit fili9 Iectā.Geñ.ca.x.& j.Parali.& in eiuſdem nominis mōte:de quo Ioſuæ,ca.viij.per hain quoq; ſcribitur in principio Henam villā:de qua in lib.Nume.c.xxxiiij.et Henadda loc9 in tribu Iſachar:de quo Ioſuæ.ca.xix.& Helam filius Sem filij Noe & regio ab eodem cognominata,de quibus Geñ.ca.x. & inde dicti Helamitæ:& Heber filius Salæ,de quo in eodem.ca.x.& Her filius Iudæ ex filia Chananæi Sue vxore ſua,Geñ.xxxviij.& Heri filius Gad.Geñ.ca.xlvj. & Heram filius Sutala filij Ephraim.Nume.ca.xxvj.& Hadriel qui duxit vxorem Merob filiam Saul.j.Re.ca.xxviij.hain præterea vertitur in.g.litteram finitimam:vt in verbo Gomorra,quæ fuit vna ex quinq; vrbibus Pentalopeos iudicio domini ſubmerſa.Geñ.ca.xix.& Gaza ciuitas Eucorum quæ cecidit in ſortem Iuda.Ioſuæ ca.xv.& Gader ciuitas,cuius regem occidit Ioſuæ in eodem volumine,ca.xij.& Gothoniel,qui poſt Ioſuæ fuit iudex in Iſrael Iudi.cap.iij.& Gai ciuitas amorreorum ppe Bethel cui9 regem occidit quoq; Ioſuæ:de quo in eodem Ioſue lib.ca.vij.& .viij.& qđ de beth littera in.cap.ſupiori diximus , id nūc de hain dicim9 in fine dictionum ſubiecto patha plerumq; verti in.e.accētu in penultimam ſyllabam reiecto:vt in Iehoſuath,ſiue quod interpretes ex Hebræo tranſtulerunt tum in Ioſuæ,tum in Ieſus,& Beerſabath quod interpretatur puteus ſeptē,ſiue iuramenti quando ſcribitur per ſin litteram & in Beerſabah quod interpretatur puteus ſaturitatis qñ ſcribitur p ſama litteram,de quib9 legitur in Geñ.cap.xxij.& .cap.xxvj.& Bethſabah quod interpretatur filia ſeptem ſiue iuramenti:quo nomine fuit vxor Vriæ primum & poſtea Dauid regis:qđ interpretes verterunt in Bethſabee:& Suah vxoris Iuda Cananitidis,ex qua genuit tres filios.Geñ.ca.xxxviij.& Balah fili9 Beniamin:de quo Geñ.ca.xxvj. quod interpres vertit in Bale,& Arbah quod interpretatur quattuor,& Cariatharbah ciuitas eadem quæ Ebron ſiue Mamre, ſic dicta quod quattuor in eo loco fuerunt ſepulti:interpres vertit in Cariatharbe & Oſeah propheta vnus ex duodecim minoribus,pro quo interpres vertit Oſee,& Gelboah mons & locus vbi Saul ſuperantibus Philiſteis cecidit.primo Regum.cap. xxviij.in Gelboe verterunt.

¶ De ſama.ſadic.& ſin Hebraicis litteris.

S.Littera ex ſemiuocalibus vltima teſte Martiano.a quibuſdam autoribus inter litteras nō eſt cōnumerata.Et pfecto.M. Meſſala qui pprium volumē huic litteræ dedicauit,ſibilum quēdam poti9 q̄ vocem humanam reddere illam ſcripſit.Sed cum apđ latinos hæc littera ſigma græco rñdeat:in eādem vnam tres hebraicæ,hoc eſt ſama. ſadic.ſin cōfundūtur. Quem vero ſonum apđ græcos & latinos habere debeat:nō eſt dictu facile.Ego certe(quātum aſſequi poſſum cōiectura & rationib9) in illius platiōe vtroſq; aberrare puto,græcos dico & latinos noſtri ſeculi:nam cum his mihi tātum cōcertatio eſt. Etenim quis audeat priſcos illos dicere vel in minimis fuiſſe lapſos:quos penes arbitrium ius eſt & norma loquendi? Sed cum hoc negocium voce cōſtet:quæ ex negligētia vel potius ignoratiōe iuniorum nō ſemp ſuis litteris redditur:afferā rōnes quæ me in eam opinionem adduxerūt.Diuus Hiero.quo autore(in ijs quæ ad rem litterariam pertinēt)null9 eſt grauior ſed neq; certior:in ope illo in quo dictiōes hebraicas latine interpretat9 eſt:cum de verbis ab.s.littera incipientib9 ageret:in cala

ce ſuſcribit. Apd' hebræos tres ſunt litteræ: vna quæ d'r ſama & ſimpliciter legitur: quaſi p.s. noſtram ſcribatur litteram. Altera ſin: in qua ſtridor quidam non noſtri ſermonis inſtrepit. Tertia ſadic: quam noſtræ aures penitus reformidant. Cum itaq; tres illæ litteræ ab interpretibus primum græcis in ſigma: deinde a latinis in.s. noſtrum cōfuſim verſæ ſint: cumq; ſadic & ſin litterarum ſon9, vt Hiero. tradit, vtriq; ſermōi (hoc eſt græco & latino) ſit incognit9: efficitur vt ſigma græcum & s. noſtrum ſama hebraico reſpondeat: illumq; apd græcos & latinos ſonum reddat: qui nō eſt diſſimilis ei: quem noſtri ſcit inſequentia dat. c. litteræ. e. vel. i. ſequētib9: quemadmodum dictum eſt: cum de. c. littera ageb[illegible]tur. Idem autor præterea in libris hebraicarum quæſtionum exponēs illd' ex Geñ. ca. xxvi. vocata eſt ciuitas Beerſabe: hoc eſt pute9 ſaturitatis: licet (inquit) ſupra ex verbo iuramenti ſiue ex ſeptemnario numero (qd Sabe d'r) aſſeuerem9 Beerſabe appellatam: tamen nunc ex eo quod aqua eſt inuēta ad nomē ciuitatis (quæ ita vocabatur) alludens, declinauit paululum litteram: & p ſtridulo hebræorum ſin a quo ſabe incipitur: græcum ſigma. i. hebraicum ſama poſuit. Hucuſq; Hiero. Ex cui9 verbis vtrobiq; ſatis cōſtat ſigma græcum & s. latinum talem ſonum exhibere, qualem ſama hebraicum apd illos reddit: nō eum quem tempeſtatis noſtræ homines græci & latini (hoc eſt ſin hebraici) pferūt. Quod ſi ad hæc Hiero. verba dixerit quiſpiam, latinos recte ſuū. s. & græcos ſuum ſigma: hebræos pperam ſuum ſama pferre, poſſem ego rñdere hāc litem iā nō eſſe meam: ſed inter græcos & latinos ex altera parte: & hebræos ex altera debere diſceptari. nec minoris eſſe gloriæ alterutros erroris cōuincere. Sed haberent hebræi rationes alias: quib9 cauſam ſuam facerēt pbabiliorem: atq; illam in primis, q omnes qui de orthographia græce & latine vnq̃ ſcripſere. z. litteram duplicem eſſe tradūt: atq; ex. ſd. litteris cōſtare. nūc vero ex ſono quē. z. littera reddit apud hebræos, græcos, pœnos. atq; in dictionib9 quoq; peregrinis apd latinos, nemo eſt qui nō intelligat, quem ſonum debeat ſigma græco & s. latino accommodare, quippe qui nō alia re diſtet a. z. littera: niſi qd. s. ſimplex eſt & z. in. ſd. delabatur. Eſt & alia ratio q̃q a librariorū errore pfecta. s. litteram ex parte. z. ſonum habere, qd apd hebræos ſcriba legis ille nominatiſſim9 ezras p zain ſcribatur: litteræ eiuſdem loco. ſd. ſubſtituerūt ſcribētes eſdras: pinde ac ſi. ſd. tātundem polleāt: quātum. z. Atq; ediuerſo p eo qd apd hebræos legitur aſdod, quæ eſt nobiliſſima ciuitas Paleſtinæ, in græco atq; in latino ſermone transfertur in azotum. Quod ſi ezras & azotus p. z. & eſdras & aſdod p. ſd. eādem vocem reddūt: manifeſtum eſt ſi alteram partē compoſitiōis, hoc eſt. d. abſtuleris: quem ſonum. ſ. litteræ relinques. Sed an licuerit librariis ſiue interpretibus id facere: cum de. z. littera diſputabitur, oſtēdemus. Illud quoq; non mediocrem extorquēdæ veritati coniecturam facit: qd omnes grammatici fatētur, interiectionem. ſt. aut (ſi quemadmodum apud Terē. legitur) ſi qua ſilētium impatur: a ſono vocis eſſe fictā. Sex. quoq; feſtus Pompeius, ſileo (inquit) tacere ſignificat ficto verbo ab. ſ. littera, quæ nota ſiletii eſt. Cūq; interiectionum voces propemodum naturales ſint: quippe quæ neq; locorum diſtātia, neq; temporum diuturnitate mutātur, cōſequēs eſt, vt interiectio. ſt. & verbum ſileo apud antiquos illos, quorum imitatores nos eſſe profitemur: eodem modo profertur, quo nunc Hiſpane ſilētium imperamus, profertur: hoc eſt: quaſi per. ci. litteras. ſed vt ſupra demōſtratum eſt: male ſcriberetur. Eſt etiam ratio quædam non inepta: ex eo ſumpta: qd ex hebræis viri doctiſſimi quiddam factitarunt: qui ex græco & latino ſermone in ſuum vertentes opa quædam in nominibus propriis hominum ſiue locorum, quæ non licet mutare: ſemp. ſ. litteram verterunt in ſama: non in ſin aut in ſadic. vt Antiochos, Alexandros, Pompeios, Cæſar, quæ nos per. s. illi per ſama ſcribunt ac proferunt. nos vero perperam, ſi per ſin hebraicum proferamus, cum inter has litteras tanta ſit diſtantia, quanta poteſt eſſe inter quaſlibet duas alias. Nam ſin priori lingua ad palatum applicata effingitur: ſama vero ad ſupernorum dentium radices lingua illiſa ſonum reddit, quod de. s. littera Terentianus & Martianus capella in Philologiæ nuptiis ſcribit. Fuit tēpus quo et ego putabam hanc litteram tali ſono debere proferri, quali nunc imperitum vulgus enunciat: & quas in illius prolatiōe delicias fieri prohibet Quintili. coniectabam illorum eſſe, quos vulgo Hiſpani cecoſos vocant: nunc vero his rationibus quas ſupra attulimus conuicti, aſſeueramus illos recte, nos perperam hodie hanc litteram pronunciare: vt qui ſolebant a nobis derideri poſſint nos viciſſim iure ſuo eludere. Sed nos illos hac vna in re ſuperamus, quod vtramq; vocem poſſumus efferre, illi vero inemendabilis oris prauitate non poſſunt, illis ſimiles, qui erant ex tribu Ephraim, & occupantibus Galaaditis vada Iordanis, cum ſe vellent ad ſuos recipere, interrogati dic ſiboleth. hoc eſt per ſama, reſpondebant ſiboleth per ſin. De aliarum litterarum conuerſione in alias, vt quod ponantur aſpiratæ pro exilibus & econtrario, & quod aliæ pro aliis diuerſorum generum ſimilitudine figurarum decepti interpretes poſuerunt; alibi copioſius diſſeretur, nunc ad hebraicarum vocalium diſputationem accedamus.

¶ De vocalibus hebraicis, quæ per apices deſignantur. Cap. i.

PRincipio fallūt hebræi cū (vel Hiero. autore) putant ſe duas tantum & vigintilitteras habere. propterea quod a totidem figuris atq; elemētis Iere. quattuor lamētationum ſuarum ſingulos verſiculos inchoauit. Quidam præterea pſal. cum prouerbi. Salo. clauſula eodem litterarum numero contexti ſunt. Nam ſi ad litterarum figuras reſpicis, præter nouem apices & duas aſpirationis & exilitatis notas, ſeptem & viginti ſunt, quoniam ex illis quinq; duplicantur. Chaph, Caph, Mem, Mem. Num, Num, Pe, Phe, Sadich, Sadic. Si ad voces te conuertas conſpicuum eſt: tot eſſe vocum differētias, quot ſunt figurarum diuerſitates. Alioqui ſi duæ figuræ eandem vocem deſignarēt, altera eſſet ocioſa, aut vtraq; pro eandem computaretur, per axioma tertium. Quod vero apices atq; aſpirationis & exilitatis notæ & ſcripto & pronunciato litteris annumerari debeant, ex litteræ diffinitione ſatis conſtat. Nam ſi apex patha mihi vocem illam deſignat, quæ a græcis per ſuum alpha, & a latinis per. a. litteram denotari conſueuit, ex eodem tertio axiomate non minus patha erit littera: q̃ alpha græcum & a latinum, cum preſertim definitio litteræ patha apici cōueniat, qd videlicet eſt minima pars vocis, hoc eſt indiuidua, & q̃ ſcribi pōt, atq; idē de reliqs apicib9 dicēdū, qui cū ſint nouē, nō ſolū figuris, verumetiam vocibus inter ſe diſtantes ſit, vt ſint apud illos vocales nouē. Nam aleph p ſe non ē vocalis, niſi animetur ab vno ex nouē apicibus, neq; vau neq; iod, niſi admoueas apices p quos. u, & i. vocales deſignantur. Quod vero apices inuicē diſtinguātur, hunc in modum ab illorum doctiſſimis deducitur.

¶ Patha, quæ deſignatur per virgulã iacentem hoc modo — ſiue aleph litteræ ſiue alicui ex conſonantibus ſubijciatur demõſtrat mihi .a. vocalem, quæ recte & ſimpliciter profertur. vnde protenta virgula figuratur, interpretatur adapertio. propterea quod adapertiũ rectoq; ore pronunciatur.

¶ Cames deſignatur per eandem virgulam protentã ſubiecto puncto in hunc modũ ꞇ profertur q; contractioribus labris declinando paululum ab .a. in .o. vt fiat ex vtraq; vocali ſonus quidã medius, ita tamen vt in eas reſolui non poſſit, tunc enim non littera, ſed dipthongus, hoc eſt duarum vocalium coagmentatio eſſet. Interpretatur autem cames pugnus ſiue clauſura, ex eo quod ore (vt diximus) contractiori effingitur.

¶ Sere, deſignatur per duo puncta iacentia hoc modo .. profertur q; recte & ſimpliciter .e. vocalis. Interpretatur autem coadunatio: ex eo quod vox illa in rectum protenditur.

¶ Segol, deſignatur per tria puncta in orbem circũducta in hunc modum ∴ & profertur ſono quodam medio inter .e. & .a. vel potius declinando paululum ab .e. in .a. interpretatur q; circulus, quod tam vox quam figura circumagitur.

¶ Seba, deſignatur per duo puncta ſibi inuicem incidentia in hunc modum : Eſtq; illius duplex vſus alter cum inter duas vocales interponuntur duæ conſonantes, ſub quarũ priori ponitur ſeba: ad deſignandũ, q; illa cõſonãs enunciatur cũ vocali præcedẽte: alter cum ſimpliciter ſubijcitur litteræ hoc modo: & profertur ſono .e. vocalis tenui, interpretatur q; volutio.

¶ Hiric, deſignatur per vnum duntaxat punctum hoc modo ꞇ profertur q; ſono ſimplicis .i. vocalis, neq; obliquatur quẽadmodum diximus de .a. & .e. interpretatur q; conſumptor.

¶ Holem, deſignatur per vnum punctum alteri litteræ ſuper impoſitum, cum ſuperiores ſex apices alijs litteris ſubijciãtur: & profertur recte & ſimpliciter .o. vocalis. Interpretatur q; robuſtum & forte: quoniam ſic enunciatur.

¶ Surec, deſignatur per punctum in ventre vau litteræ appoſitum hoc modo ו pfertur q; ſimplici voce .u. vocalis. interpretatur q; vacuum, ex eo quod vau littera ibi ocioſa eſt.

¶ Cibum, deſignatur per tria puncta ſcalariter ſibi inuicem deſcendendo ſuccedentia, hoc modo ⋱ profertur q; medio quodam ſono inter .u. vocalem & .i. vel potius ab .u. vocali in .i. litteram declinante. Interpretatur q; cõiunctio, quod videlicet duarum litterarũ voces cõiungat. Ex quibus infertur vocales apud hebræos eſſe nouem, quæ deſignantur per nouem ſupra memoratos apices: quandoquidem litteræ atq; vocalis definitiones cuiq; illarum conueniunt. Neq; aſſentior Ioanni phorcenſi neq; alijs (ſi qui ſunt, qui eius ſententiæ ſubſcribunt) putãtes vau. he. iod. hain. beth. vocalibus debere annumerari. aleph præterea (quemadmodũ diximus) non tam vocalis, quam mortua quædam figura eſt, apicibus tamẽ deſeruiens: ſicut iod & vau: quando conſonantium officio non funguntur.

¶ Quod he. beth. hain. vocales non ſunt.

SEd quia ſuſpicor non defuturos, qui huic aſſertioni meæ nolint aſſentiri, cõtendãt q; mecum ſex litteras ſuperiores omnino eſſe vocales: libet mihi hoc in loco paululum a propoſitio digredi: vt oſtendamus rationes, quæ nos in eam ſentẽtiam adduxerunt. Principio conſiderãdum nobis eſt, quæ ſit differentia inter vocales & conſonantes: quæ manifeſtiſſime colligitur ex vtrarumq; definitione iam inde ab initio nobis propoſita: perſpiciẽdumq; profundiori quodam ſenſu vtra ex illis diffinitionibus ſex litteris (de quibus agitur) magis cõueniat. Quod ſi vocalis eſt, quæ per ſe & pura ſine alterius litteræ permixtione poteſt enunciari: videamus an tres illæ e pulmonibus per gargareõ ſpiritu ad fauces alliſo per ſe ſine alterius litteræ adminiculo proferantur: vt ſint vocales. Non he quam Hiero. ſimplicem aſpirationem vocat: & quæ noſtræ quã ſimillima eſt: certe ex ſermone hebraico in eam ſemper vertitur, aut diſpungitur omnino. Illa modo differentia inter eas eſſe videtur, quod apud hebræos vocẽ deſignat, apud latinos ſpũs tãtũ eſt nota. vtrumq; tamẽ ſi proferas, niſi aliquã ex vocalibus feriat: nullo id modo poſſis efficere: vt per ſe & pura enuncietur. Non beth, quã idẽ Hiero. duplicẽ aſpirationẽ appellat, & a græcis & latinis tum in chi, hoc eſt. ch. aſpiratũ, tum in ſimplicẽ aſpirationẽ vertitur, quæ (vt paulo ante dixim⁹) tametſi non eſt littera, magis tamen ad vim cõſonantis quã vocalis accedit. Non hain, quæ compreſſis faucibus expreſſa per ſe nihil ſonat, ſed cum vocali per apicẽ deſignata tãtum erumpit: ſemperq; apud interpretes, aut propter illius vaſtitatem exteritur, aut in g. conſonantem, aut in .h. quaſi cõſonãtem permutatur. Quod ſi interpretes has tres in conſonantes verterunt, igitur & ipſæ cõſonantes ſunt. cũ litteræ alicuius linguæ non debeant verti, niſi in litteras ſui generis, aut in ſibi cognatas affines, aut penitus diſpungi. Quid quod illud peculiare cõſonantibus eſt, vt ſibi apices ſubijciantur, qui vocales deſignant, aut vocales ſequãtur, quæ per apices cõſonantibus ſubiectos, aut per aleph. iod. vau. litteras ocioſas & tãtũ aſpicibus deſeruiẽtes notantur. Quod vtrumq; tribus illis (de quibus agitur) litteris accidit, quoniã aut apices ſubiectos habẽt, aut apices cum ſibi deſeruiẽtibus figuris ſubſequuntur. Eſt & alia palmaris ratio, cui nemo refragari poſſit: ſumpta ex cõſonantiũ ordine apud hebræos obſeruato: de quo paulopoſt multis diſputabimus. Is aũt eſt, q ſi duæ cõſonãtes in medio dictionis ponũtur inter duas quaſcũq; vocales, q̃ per apices deſignãtur, prior ex illis pertinet ad priorẽ vocalẽ, poſterior vero ad poſteriorẽ. Vnde ab hebræis cõſonãti priori ſubijcitur apex ſeba, per quẽ ſignificatur illã debere ſuſpẽdi, atq; cũ vocali præcedẽti ſonare. Atqui videmus frequenter cõſonãtem aliquã ſubiecto apice ſeba præcedentẽ: ſubſequi has tres de quibus agimus, ſunt igitur cõſonantes, aut des mihi, neceſſe eſt, verbum, in quo vocalis conſonantem ſequatur, in qua apex ſeba ſit ſubiectus. Cum e diuerſo regula ſit inter orthographos recepta, ſi in dictione ſimplici reperitur conſonans duabus interiecta vocalibus. debere illam non priori, ſed poſteriori iungi. Quod vero de he. beth. & hain. litteris paulo ante diximus plærumq; ſubſequi conſonantes, quæ apicẽ ſeba ſubiectum habeant, reliquũ eſt, vt exẽplis comprobemus. De he in .j. Paral. volumine. cap. xxvij. Quintus (inquit) mẽſe quinto prĩceps ſanbuth. Sic enim apud hebræos ſcribitur, hoc eſt per ſin patha ſequẽti men cũ ſeba, deinde per he vau cũ ſurec, & in fine tau cũ raphe. apud nos, vt in alijs cõplurib⁹ verbis, ſeba mutatus eſt in .a. & .u. & in .a. legim⁹ ſamach. De beth iſhac filius Abraam. ſcribitur namq; apud hebræos per iod ſequẽti ſadic cum ſeba, deinde per beth ſubiecto patha & in fine coph. ſed nos ſeba (vt in multis) verſo in .a. & diſpuncta beth littera (quẽadmodũ alibi diximus) ex iſhac fecim⁹

ferimus Iſaac. De bain ſimbō celebre nomen in ſacris litteris ſcribitur enim per ſin ſubiecto biric ſequenti mēcum ſeba, deinde ꝑ ain ſiue bain ſequenti vau cum holem & in fine num. Græci tamen & latini apicem ſeba mutarunt in. e. & ain extrita dixerunt Simeon. vt in vno ex duodecim filijs Iacob: & iuſtus ille vir de quo in Euange. Lu. cap. ij. qui reſponſum acceperat a domino non viſurum ſe mortem: vocatꝰ eſt quoq; Simeon. Sed plerunq; non vertitur ſeba in. e. ſed ſupprimitur: ſed frequētius in teſtamēto nouo: vt Simō cognomēto Petrꝰ, Simō frater dn̄i, Simon pater Iudæ Iſcharioth, Simon Cyrenæus crucis chriſti baiulus, Simō Coriarius: & Simō niger, de quibus Lucas in Apoſtolica hiſtoria: & ne amplius in re ꝑ quam manifeſta immoremur: pergamus ad reliqua.

¶ De nouem hebraicis vocalibus.

Vocalium non eſſe certum ac definitum numerum in axiomate q̄nto dictum eſt. In lingua vero hebraica ex diuerſitate apicum colligi numerum illarum: vt ſint omnino nouem dictum eſt, cum de apicibꝰ agebā: vbi etiam diximꝰ aleph nō eſſe vocalem: quæ certam habeat vocem, ſed apicibꝰ diſtingui in vnam aliquam ex illis nouem: quam quidem cōfuſaneam mixturam neceſſarium fuit per certam quædam ſigna determinari. Apices vero ipſos initio apud hebræos nō fuiſſe, ex monumētis hebraicarum litterarum, quas vidimꝰ in marmoribꝰ atq; numiſmatis incuſſas, deprehēdi poteſt: id qđ etiam in ſuo pentatheucho (qđ in abditis cuſtodiūt) pertinaciſſime ad hāc vſq; ætatem hebræi retinēt: putātes opinor velex eo ſuæ religionis antiquitatem oſtēdere. Adieciſſe deinde apices primus omnium dr̄ Ezras ille ſcriba legis nominatiſſimꝰ. Hiero. i: ꝓlogo Galeato non apices appoſuiſſe: ſed quaſdam litterarum figuras excogitaſſe tradit. Sed quicūq; tādem is fuerit huiꝰ inuenti autor: rem commodiſſimam ac omnino hebræis atq; ꝓinde hebraicæ linguæ ſtudioſis neceſſariam attulit: cum alioqui quaſi per notas & compēdia legēdum ſcribēdumq; eſſet: res quidem lubrica & multis erroribꝰ obnoxia: ſi ſtāte eadem ſcriptura ſenſus diuerſi ac cōtrarij plærumq; poſſent intelligi. Aleph igitur (quemadmodum iterum atq; iterum diximꝰ) ꝑ ſeipſam nunq̄ exhibet ſonum, quem ipſo nomine ꝓfitetur: ſed cum poteſtate vim omnium habeat vocalium ꝑ appoſitos apices, cōgeries illa diſcernitur. Tale aliqđ & in lingua punica vidimus, quæ Hebraicæ, & ꝓinde Arameæ, atq; ægyptiæ finitima eſt, non modo in litterarum vocibꝰ: verumetiam in ordine litteras diſponēdi. Omnes enim hæ quattuor linguæ punicam dico, Hebraicam, Arameam, ſiue Chaldaicam, & ægyptiam a dextra ſiniſtram verſus ꝓcedētes (hoc eſt ꝑuerſe, vt Herodotꝰ & Mela tradunt) litteris vtūtur. Cumq; Hiero. Auguſt. Remi. autoribꝰ inſtrumētum vetꝰ ex Hebraico, Arameo, ægyptio, Arabicoq; ſermone cōſtet: hæ quattuor linguæ in vnam ꝓpe cōfundūtur. Habet (inq̄) lingua punica, ſiue illa ſit ægyptia, primam ſui alphabeti litteram Aliphā (ſic enim appellāt) eodem ꝓpe ſono quo hebræi ſuum Aleph: neq; hn̄t aliam vocalem, præter illum, quam tamen adiectis apicibꝰ, nuclas, ſiue haracas: vt diximꝰ. i. motrices illi vocāt: omnes quinq; latinas deſignāt: quemadmodum & de Aleph hebraico diximꝰ. Quod ſi quiſpiam dixerit, duas præterea reliquas eſſe apđ hebræos, Iod & Vau: is ꝑfecto non intelligit, quas apđ illos habeāt vires. Sunt enim ꝑ ſe cōſonātes, atq; cōſonātium officio fungūtur, cum & vocales frangāt præpoſitæ: & appoſitæ vocalibꝰ incubāt: & in illa oris parte formētur: vbi ſine vocalibꝰ enūciari nō poſſint. Quod ſi vſpiam reperiūtur cōſonātium vim nō habere: nec vocales quidem ſunt: ſed figuræ apicibꝰ tātum deſeruiētes: quare nūc ab hebræis naha. i. ocioſæ ac ſupuacuæ dn̄r: neq; alios hn̄t vſus, q̄ quos in logiſtice, ſiue arte cōputatoria, quæ vocatur ſifra: quæ per ſe ſola nihil valet: præſtat tamē vt aliæ numerorum notæ mutēt ordinem: atq; ꝓinde alium atq; alium numerum deſignēt.

¶ De ſeba hebraico apice.

Est apud hebræos apex ſeba, qui ſubdi conſonantibus conſueuit in varios vſus: inter quos vnus eſt, vt ſubiectus litteræ finiat ſyllabam præcedētem. Nam cum ſit illđ hebraicæ linguæ ꝓprium: vt nunq̄ duæ conſonātes frangant vocalem ſequentem, aut finiant ſyllabam precedētem. quoties veniūt in medio dictionis: prior pertinet ad ſyllabam precedentem: poſterior vero ad ſeqn̄tem. Quod, vt deſignarēt librarij, conſueuerūt priori conſonanti ſubijcere hunc apicem: qui ſuſpēderet ſyllabam: atq; præcedenti vocali adiungeret. Quemadmodum in hac particula abrā. b. litteræ ſubijcitur ſeba. deſignatq; illam debere iungi. a. vocali præcedēti. Apud græcos tamen & latinos ex ratione ordinis conſonātium. b. illud ꝑtineret ad ſyllabam ſequentem: niſi eſſet compoſitum ex ab: qđ interpretatur pater: & ram excelſus. Nam ſi compoſitum nō eſt, vtraq; littera ad vocalem ſequētem ꝑtineret: vt in abra: qđ interpretatur ancilla, quæ ꝓculdubio vox græca eſt: qua frequēter vtitur interpres in libro Iudith. Septuaginta vero primum, atq; deinceps qui ſequuti ſunt interpretes græci & latini in nominibus hebraicis quæ non potuerūt: ſed neq; debuerūt vertere: qualia ſunt virorum & fœminarum, atq; locorum ꝓpria nomina, plerūq; trāſtulerunt ſilentium illud ſiue interciſionem, quæ fiebat per ſeba in vocalem: quæ adnexa conſonāti faceret ſyllabam: aliq̄n ſequuti hebræos, apicem illum diſſimulauere: vt in hoc nomine Abeſalon in. ij. Regum. volumine frequēter legimus Abſalon: triſyllabum. In. iij. vero Regum lib. cap. xv. Abeſalon quadriſyllabum: ſiue ſit idem qui ſuperior, ſiue alius quiſpiam: non facit ad rem: cum vtrobiq; in hebræo eadem ſit ſcriptio. Igitur interpretes aliq̄n verterunt ſeba in. a. vocalem: vt ꝓ eo quod in. iiij Regū. capi. v. legitur Acron ſubiecto ſeba ſcđæ litteræ, interpretati ſunt Acaron: quæ fuit ciuitas Paleſtinæ inter Azotum & Iamnā reſpiciēs ad orientem. Pro eo qđ Iudicum cap. j. legitur Achzib, quæ fuit ciuitas in tribu Aſer, verterūt Achazib, vtrobiq; ſeba mutato in. a. In lib. tamē Ioſuæ cap. xix. Achziba nihil ex hebræo mutātes reliquerūt. Pro eo qđ Gen̄. cap. xij. in hebræo legimꝰ Aſſontomar, hoc eſt ciuitas palmarum, in qua habitabāt Amorrei iuxta eremum, Aſaſontamar interpretati ſunt. Pro eo qđ Gen̄. cap. x. atq; iterum. xiiij. in hebræo legitur Adma, quæ fuit vna de quinq; vrbibus Sodomorum euerſis: verterunt Adama. Pro eo qđ Gen̄. cap. x. atq; iterum. j. Paralipo. j. Hebræi hn̄t Arci, qui fuit filius Chan, & cōdidit Arcas oppidum ad radices Libani mōtis: noſtri verterunt in Araceum: vnde fuit Chuſi amicus Dauid regis: & poſtea transfuga Abſalon rerum potito: vnde aracites dictus: de quo in. ij. Reg. cap. xvij. Pro eo qđ Gen̄. cap. xxxvj. atq; iterū. j. Paralipo. j. habetur apđ hebræos Bilhā: apud nos legitur Balaā: qui fuit filius Eſer horrei. Pro eo qđ in lib. Nume. cap. xxij. atq; iterum Ioſuæ. cap. xiij. illi hn̄t Bilā, qui fuit filius Beor, nos habemus Balaam per. m. in fine. Pro eo qđ Gen̄. cap. x. atq; iterum Amos cap. vj. illi

hn̄t Chalne,quæ fuit ciuitas regni Nēród,vbi turris ædificata eſt:nos habemus chalane:quibꝰ in locis omnibꝰ atq; in alijs cō pluribus ſeba verſus eſt in.a.vocalem. Aliqñ ſeba(& quidem frequētius)verſit in.e.vt p eo qđ in Exo.& in li.Nume.& in Paralipo.apud hebræos legitur Elazar:Eleazar conuerterunt.Et p eo quod eſt in lib.Reg.Abſalon quemadmodum ſupra diximus,tum Abſalon tum Abeſalon interpretati ſunt. Et pro eo quod in libro Iudic.cap.xij.apud hebræos legitur Abſan Bethleemites:qui fuit iudex in Iſrael:nos habemꝰ Abeſan.Et p eo qđ Gen̄.xxvj.illi habent Baſmath:quæ fuit vxor Saul:& iij.Reg.cap.iiij.iterum baſmath,vtrobiq; nos habemꝰ Baſemath.Et p eo qđ in plæriſq; ſacræ ſcripturæ locis illis hn̄t Iezeiau:quæ fuit rex in Iuda:nos vbiq; habemꝰ Ezecias.Et pro eo quod nos habemus,aut habere debuimꝰ Ezeciel,illi hn̄t Iezeel.Et pro eo quod vulgo legimꝰ Hieremias propheta,atq; alter Hieremias pater Iechoniæ de quo Iere.cap.xxxv.atq; alijs in locis apud hebræos ſemper legitur Iermiau.Et pro eo quod illi dicūt Ribca pro vxore Iſaac,nos dicimus Rebeca. Et pro eo quod hebræi dicunt Simon pro filio Iacob ex Lia,nos dicimus Simeon in teſtamēto nouo:tum Simō,tum Simeon legimus:nam & Simon Petrus,& Simon leproſus,& Simon Cyrenæus,& Simon frater domini,& Simon Iudas Iſcariotes dicimus,& Simeon ille:qui apud Lu.puerum Ieſum in vlnas accepit,& de eo eſt vaticinatus.Et ne in ſingulis demoremur bina tantum exempla proferemus de tribus vocalibus.i.&.u.&.o.quæ ſuperſunt,in quas ſeba verti conſueuit:vt pro eo quod Exo.cap.vj.legitur in hebræo Elſaphā,nos habemꝰ Eliſaphā.Et p eo qđ Gen̄.cap.x.atq; alijs in locis illi hn̄t Ninue p.u.cōſonātem:nos habemꝰ Niniue.Et p eo qđ Gen̄.cap.xxxvj.hebræi hn̄t Achbor,apđ nos legitur Achobor.Et p eo qđ Ioſuæ cap.xv.& Iudi.j.hebræi habent Othniel:nos habemus Othoniel.

¶ D.pro.r.&.r.pro.d.

EST præterea apud hebræos inter Daleth & Res tanta litterarum ſimilitudo,vt non diſtinguantur,niſi in ipſo cubiti flexu tenui ad modum diſcrimine. Vnde nemini mirum videri debet:quod interpretes decepti alteram pro altera acceperunt.Vt pro eo quod in.ij.Reg.volumine cap.viij.legitur frequenter Adadezer:qui fuit filius Roob rex Soba:in codicibꝰ hebræis habetur Adarezer.Neutrum damno cum illud teſtimonium auxilij,hoc pulchritudinis auxilium interpretetur:fieri q; poſſit:vt error ſit in codicibus hebræis & in noſtris recta ſcriptio.Lego tn̄ apud Euſebium illius interpretem Hiero.quod Masbath fuit ciuitas hoſtilis regis Adarezer:Adarezer(inquā)per.r.litteram quartam:ex quo manifeſtum eſt in libris latinis potius errorem eſſe q̄ in hebræis aut græcis.Hic præterea ortus eſt error,vt eadem putetur eſſe Deblatha:quæ Reblatha ſiue Rebla,Hiero.in illud Iezecielis cap.vj.& faciam(inquit)terram eorum deſolatam & deſtitutam a deſerto Deblata in omnibus habitationibus eorum,a deſerto(inquit)Deblatha,quæ eſt in terra Emath:quæ hodie vocatur Epiphania Syriæ.In.iij.tamen Nume.volumine cap.xxxiiij.de ſephama(inquit)deſcendent termini in Reblatha contra fontem Daphnē. In.iiij.præterea Reg.iiij.lib.cap.xxiij.vnxit(inquit)Iochā Pharao,Nechao in Reblatha:q̄ eſt in terra Emath,atq; iterum ca.xxv.eiuſdē.iiij.li.quos(inq)tollens Nabuzardā princeps militum,duxit ad regem Babylonis in Reblatha.Iere.quoq; cap.xxxix.comprehenderunt(inquit)ſedeciam,& captum adduxerunt ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Reblatha,quæ eſt in terra Emath. Eſt autem Sephama eadem quæ Apamia,Emath quæ Epiphania,Reblatha ſiue Deblatha,quæ Antiochia ad Daphnē tres vrbes Syriæ illuſtres atq; finitimæ.& ſubdit idem Hiero.multi putant eundem eſſe locum Reblatha de quo in Iere.ſcriptum eſt & Deblatha:de qua in Iezeciele:& propter nimiam(inquit)ſimilitudinem Daleth:& Res hebraicarum litterarum,quæ paruo apice diſtingūtur vel Deblatha,vel Reblatha appellari.Pro eo quoq; quod in.ij.Reg.lib.cap.xxiij.legitur Semma de Arodi,& Elicha de Arodi vtrobiq; in hebræo legitur Arori per.r.litteram in quarta.Pro eo præterea qđ in lib.Ioſuæ cap.xix.legimus Iedaba,quæ fuit ciuitas in ſorte Zabulon,in hebræo habetur Ieraba per.r.in tertio loco.Pro eo etiam quod in Iezeciele cap.xxvij.legimus Syrus negociator tuus:in hebræo pro Syrus poſitum eſt Aram:quo in loco Hiero.ſeptuaginta(inquit)interpretati ſunt homines pro Aram per.r.litteram legentes Adam per.d.quod interpretatur homo ſiue homines.Pro eo quod in eodem propheta cap.xlvij.in hebræo habetur Tamodu,quod interpretatur metiemini,ab eo qđ eſt Metior.iris,ipſi Tamoru per.r.legentes Pheniconos.i.Palmeti verterunt.Hiero.præterea in illud eiuſdem prophetæ cap.xxvij.filij Dedā negociatores tui,pro Dedā(inquit)neſcio quid volentes ſeptuaginta filios Rhodiorum interpretati ſunt:niſi forte primæ litteræ ſimilitudine decepti pro Dedā legerunt Redā per.r.litteram q, in Rhodios tranſtulerunt.Pro eo etiam qđ in.ij.Reg.volumine legitur:Tulit itaq; rex duos filios Reſpha filiæ Abia quos peperit Saul,Armoin & Miphiboſeth:in hebræo Admoni per.d.litteram in ſecundo loco legitur.Pro eo quod in hebræo Gen̄.xiiij.a.legitur Thadal,ſiue Thidal:in græco habetur Thargal.Pro eo etiam quod in li.Ioſuæ cap.xxij.&.xxiij.In libris latinis legitur Aſeroth,in hebræis habetur Aſedoth per.d.litteram:quod interpretatur effuſiones ſiue decliuia.Illud ad hæc in ambiguo relinquitur,quod in Pſal.cix.legitur apud hebræos Hadre,ſiue Harere.nam ex altero Hiero.tranſtulit ex hebraica veritate in montibus ſanctis:ex altero Lucianus & alij in ſplendoribus ſanctorum:hebræi tamen contendunt aſtipulante etiam ſcriptura Chaldaica,Hadre potius eſſe legendum:hoc eſt per.d.litteram.Sunt & alia complura eiuſdem generis,quæ ſe paſſim legentibus offerent.

¶ B.pro.u.conſonante.

B.Litteram mediam eſſe inter.p.&.ph.in ſuperioribus dictum eſt:atq; demonſtratum nulla alia re ab illis diſtare,quam quod eſt exilior quam.ph.& aſpiratior quā.p.omnes tamen circa huius litteræ vocem nonnihil peccant.Ac primum hebræi:qui Beth appoſito Raphe,tali ſono proferunt:quale nos.u.conſonanti accommodamus.Nam ſi Beth cum Dagues,hoc eſt puncto illo medio ſcribatur:tunc ipſi fatentur compreſſis labris debere formari.Si vero cum Raphe,hoc eſt aſpirationis nota:tunc quaſi æolicum Digama eſſe proferendum:quaſi velim dicere.b.laxum ad.u.conſonantem,preſſum vero ad exilis vocem proxime accedere.Hic ortus eſt error ille frequens in codicibus latinis,vt.b.littera p.u.conſonante.atq; ediuerſo pro.b.u.conſonans reperiatur ſcripta:& quemadmodum ſcripta eſt proferatur.Vt Gen̄.cap.xiiij.Codor,Laomor,& alij reges,percuſſerunt enim in Sabe Cariathaim.i.in planicie.& paulopoſt,in valle(inqt)Sabe eſt vallis regis,vtrobiq; ſabe p.b.

ſcribitur, cum per.u.conſonantē ſcribi atq; proinde proferri deberet: quandoquidem apud hebræos per vau cōſonantem ſcribitur. In lib, quoq; Eſter ſibā per.b.legitur pro ſiuā per.u.cōſonantem, eſtq; menſis tertius in anno hebræorū. In.ij.quoq; regū volumine ca.xx.ſiba per.b.pro ſiua per.u.ſcribitur. Preterea geñ.ca.xxxv.zabā filius aſer pro zauam legitur. In.j.etiam Paral.lib.ca.iij.bethſabe legitur pro bethſue.hoc eſt.b.pro.u.vocali. Subeſtq; mihi hoc in loco admiratio quædā. vnde ſit tāta huius nominis in ſcriptura diuerſitas, vt quod vulgo legitur berſabeæ p̄ Dauid regis vxore illa, quæ quōdā fuerat Vriæ: & in vetuſtiſſimis codicibus atq; proinde in græcis bethſabe: apud hebræos ſemper ſcribitur per.b. litteram in tertia ſyllaba, in vno tantum ſupra memorato loco.b.mutata in.u.vocalem legamus bethſue. vt iā apud latinos nō miremur, quod.b. cōſonans aliquādo mutetur in.u.vocalē. vt auſero, auſugio, q̄ ex ab præpoſitione cōponi manifeſtū eſt, ſed hæc alias. In errore pari videntur eſſe græci, qui eodē mō beta p̄ferunt, quo hebræi ſuū beth cū raphe. Quos vtroſq; ab errare, ex iiſq̄ ſupradictæ ſunt, facile apparet: atq; in hunc modum adhuc poteſt deduci. Tres litteræ eiuſdem generis effinguntur inter labra nō alia re inter ſe diſtantes, quā exilitate & aſpiratione.p.b.ph.duæ quoq; ſuperiori dentium ſerie labro inferiori appreſſa. nō alio quippe differētes, quā q̄ autore Quint.f.littera inter dentiū diſcrimina efflatur.u.vero cōſonās ſpiritu ad oris inanitatē reducto profertur. Ex quo efficitur, vt alia ſit vox.b.litteræ, quā.u.cōſonantis, atq; ex tertio axiomate ſub diuerſis generibus poſitæ, multoq; magis a ſe inuicem diſtantes quā.b.a.p.& ph.litteris & .f.ab.u.cōſonanti. Igitur nullo modo poſſunt altera pro altera poni, non magis quā.b.pro.c.aut.c.pro.d. Atq; ex eodem tertio axiomate ſi.b.littera.u.cōſonantis ſono proferri poſſet, eſſet eadem littera numero cū illa, atq; paſſim altera pro altera ſcribi ac proferri poſſet, quod nemo vnq̄ dixit: neq; dicturus eſt, niſi confeſſa atq; omniū conſenſu recepta negare velit, ex quo infertur, q̄ latini multo melius.b. litteram proferūt, quā græci ſuū beta, aut hebræi ſuū beth cum raphe, quandoquidē nō alio diſtent a.p.littera, niſi breui admodū labrorum laxitate. Eſt & illa aduerſus hebræos ratio peculiaris, q̄ conuincit eos aberrare, qđ raphe, q̄ nota eſt aſpirationis, nunq̄ mutat genus litteræ cui imponitur, neq; aliud quicquā efficit, quā quod paululum laxat id, quod erat preſſum. Atqui vt ipſi nunc proferunt: nō modo mutant ſpeciem, ſed etiam genus, quandoquidem beth & vau ſub diuerſis generibus reponūtur.

¶ Dictiones hebraicæ in teſtamento nouo.

REpriūtur in ſacris litteris (in euāgelio maxime) particulæ quædā, quas interpretes incertis de cauſis non auſi ſunt ex hebræo in græcum, aut latinū ſermonem interpretari. Origenes propter vernaculum cuiuſq; linguæ idioma nō potuiſſe verti putat, neq; ita apud alios ſonare, vt apud ſuos dicta ſunt: & multo melius fuiſſe non interpretata ponere, quam vim eorum interpretatione tenuare. Cui aſtipulatur Auguſt.in.ij.de doctrina chriſtiana lib. Hiero. in epiſt.quadā ad Marcellam, quoniam (inquit) prima eccleſia ex iudæis fuerat congregata, poſtea quam euangelij dilatatus eſt ſermo, non potuerunt quædā ſemel ſuſcepta mutari: cuiuſmodi ſunt Aleluia. Amen. Oſanna. & ſimilia.

חֲקֵלדְּמָא Acaldema, quod interpretatur ager ſanguinis ex euang. Mat.cap.xxvij. vocatus eſt (inquit) ager ille acaldema, hoc eſt ager ſanguinis vſq; in hodiernū diem. Scribiturq; acal.per heth, quā extrinimus ſubiecto patha. deinde per coph ſubiecto patha, quē vertim9 in.a.& in fine lamet. Dema vero ſcribitur per deleth ſeba, deinde per men cames, & in fine aleph, vtrobiq; accētu in fine, & eſt vtraq; particula ex chaldæo ſermone deducta. nā hebraice fere adā diceretur.

הַלְלוּיָה Alleluia, quod interpretatur laudate deū ſiue dñm. nā pro eo, qđ in pſalmo nos habemus laudate dñm quoniā bonus eſt pſalmus, apđ hebræos legitur alleluia. Scribitur itaq; allelu. hoc eſt laudate. per he diſpunctā ſubiecto patha, deinde p̄ lamed ſubiecto ſeba. quē vertimus in.e. quoniā ſequitur alterū lamed: deinde p̄ lamed, & in fine vau cū ſurec, & ibidē accētu acuto: deīde ia, quod interpretatur deus, & eſt vnū ex decē Dei noībus. Scribitur p̄ iod ſubiecto cames, & in fine he cum mapic, vt intendat vocem, quod diximus, nunquam fere niſi cum pro nomine fœminino euenire, & ia dictio eſt monoſyllaba, quia iod conſonans eſt.

אָמֵן Amen, quod ſeptuaginta interpretes verterunt in geneto, hoc eſt fiat: & ita in fine librorum quinq;, in quos pſalteriū diuiditur, tranſtulerunt amen, amen, in fiat fiat. Aquila amen vertit in pepiſtomenos, hoc eſt fideliter verbum ductum ex fide. Scribitur per aleph cames: deinde per mem ſere, & in fine nun, accentu acuto in eadem.

כֵּיפָא Cephas. quo nomine Petrus apoſtolus cognominatus eſt Ioan.cap.primo. tu es Simon filius Ioannis. tu vocaberis cephas, quod interpretatur petrus. Hiero. in epiſtola ad Galatas, non (inquit) aliud ſignificat Petrus, aliud cephas. ſed quod quam nos latine & græce petrā, hanc hebræi & ſyri propter linguæ vicinitatem cephā appellant. Sed hebræi magis ſyriſcū, q̄ hebraicū eſſet dicūt. Scribitur p̄ caph ſere: deīde p.pe.ſubiecto cames, & in fine alepsh: & in eadē accētu acuto.

אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי Eli eli lama azabatani, quod interpretatur de9 meus deus meus, quare dereliquiſti me, & ſunt verba ſaluatoris noſtri in cruce poſiti ſumpta ex pſal. xxi. eli ſcribitur per aleph ſere, deinde per lamed hiric, & in fine iod accētu ibidem, & eodē modo ſcribitur alterū eli. Lama ſcribitur p̄ lameth ſubiecto cames, deinde per men ſubiecto cames & in fine he, azabatani ſcribitur per hain extritā cū ſuo patha ſiue retento patha & hain diſpuncto, deinde per zain ſubiecto patha ſequenti beth cum ſeba, qui plerumq; vertitur in.a. quia ſequitur tau, deinde per tau exile ſubiecto cames. deinde per num ſubiecto hiric & in fine iod, accentu in penultima.

יִפָּתַח Epheta, quod euangeliſta interpretatur aperire, ait enim Marcus ca.vij. quod Ieſus ſuſpiciens in cælum ingemuit. & ait ſurdo & muto epheta, quod eſt aperire. Scribitur per iod ſubiecto hiric ſequenti phe aſpirato cum ſeba. quē hoc in loco (vt in pleriſq;) vertimus in.e. deinde per tau exile ſubiecto patha & in fine he, eſt autem iphta futurum indicatiui modi non imperatiui; vt alij putant. nam ſi imperatiui modi eſſet hipata potius dixiſſet: accentu in fine.

גֵּיאהִנֹּם Gehennon, vnde Saluator noſter declinat gehennam, interpretatur vallis hēnon ſiue filiorum hēnon, cecidit autē in ſortē de tribu Beniamin: de quo in lib. Ioſuæ & lib. Reg. & Paralip. Scribitur per gimal ſubiecto ſere ſequēti iod: & in fine aleph, deinde per he ſubiectio hiric: deinde per num cum dagues, quod vertimus in duplex.n. impoſito holē,

in fine mem. Hiero. in illud Matt. cap. x. qui poteſt animã & corpus perdere in gehẽnã, nomẽ (inquit) gehẽnæ in veteribus libris nõ inuenitur: ſed primũ a ſaluatore noſtro ponitur. Quæramus ergo, quæ ſit ſermonis huius occaſio. Idolum baal fuiſſe iuxta Hieruſalem ad radicem montis ſion in quibus ſiloa fuit, non ſemel legimus. In tantum autem dementiam populus Iſrael venerat: vt deſerta templi vicinia, ibi hoſtias immolaret: & rigorem religionis delitiæ vinceret: filioſq; ſuos dæmonijs ibidem incenderent & initiarent. Comminatur deus ſe locum illum impleturum cadaueribus mortuorum: vt nequaq̃ vocetur tophet baal, ſed vocetur polyandrion, .i. tumulus mortuorum. Hinc ſaluator noſter gehennã appellat locum, in quem ſcelerati pœnas ſunt daturi.

גיאשמני Geſemani loc⁹ vbi ſaluator noſter ante paſſionẽ orauit, de quo Hiero. in illud Matth. ca. xxvi. venit Ieſus in villã q̃ dicitur geſemani. Geſemani (inq̃t) interpretat vallis pinguiſſima. Scribitur p gimal ſere ſequẽti iod, et i fine aleph: deinde per ſin ſubiecto ſeba: deinde per mem ſubiecto patha: deinde per num ſubiecto hiric & in fine iod. accentu acuto in eadẽ.

גלגלתא Golgotha (inquit) Euſebius locus eſt Caluariæ, vt nonnulli putant Adam. in quo ſaluator noſter crucifixus eſt ad ſeptentrionalem partem montis Sion, de quo Matth. xxvij. interpretaturq; caluaria. Scribitur per gimal ſequenti vau cum ſurec, quã vertimus in. o. ſequenti lamed cum ſeba: deinde per gimal ſequenti vau cum holem & lamed cũ ſeba: deinde per tau exile ſubiecto cames, & in fine aleph. accentu in eadem.

מראנתא Maranatha, qua voce apoſtol⁹ Paulus vtitur prima ad Corinthios epiſtola capite vltimo, interpretaturq; domin⁹ noſter venit. Scribitur per mem ſubiecto patha: deinde per res ſubiecto cames, ſequentibus aleph cum num & ſeba: deinde per tau exile, & fine ne aleph: vtroq; accentu in eadem.

הושענא Oſaana, ſiue oſiana qua voce vtuntur euangeliſtæ, & eccleſia vniuerſalis in re diuina, interpretatur ſalua obſecro. Na enim ſiue ana vt in epiſtola ad Damaſcum papam Hiero. ſcribit: interiectio eſt obſecrantis: ſicut vah inſultantis, & heu dolentis. Scribitur per he quam extriuimus ſequenti vau cum holem, deinde per ſin ſubiecto patha & in fine hain. na ſcribitur per num ſubiecto cames: & in fine aleph.

ריקה Raca, qua voce vtitur Saluator Matth. ca. v. qui dixerit (inquit) fratri ſuo Raca. vbi Hiero. ait hoc verbum hebræũ eſt quod interpretatur cenos, id eſt inanis aut vacuus, quem nos poſſumus vulgata iniuria abſq; cerebro nuncupare. Scribitur per res ſubiecto ſere ſequenti iod, quod nos vertimus in. a. deinde per coph ſubiecto cames, & in fine he, accentu in eadem.

רבי Rabbi, quam vocem ſæpe in Euangelio legimus. vt Matth. cap. xxiij. vocari ab hominibus rabbi, vbi Hieronymus. rabbi (inquit) quod latino ſermone magiſter dicitur ſiue mi maior. Scribitur per res ſubiecto ſeba, quam vertimus in. a. deinde per beth cum dagues, quam vertimus in. b. duplicem ſubiecto hiric: & in fine iod. accentu in eadem.

רבוני Rabboni, q̃ vox ex lingua chaldæa interpretatur maior, domine mi, & qua vtitur Marc. cap. x. cæcus dixit Ieſu rabboni vt videam. Scribitur per res ſubiectio hiric quem vertimus in. a. deinde per beth preſſum quod vertimus in duplex. b. impoſito holem cum vau, deinde per num ſubiecto hiric: & in fine iod. accentu ibidem.

טליתא קומי Talita cumi, quibus vocibus vſus eſt Saluator cum ſuſcitaret filiam Archiſynagogi, & euangeliſta interpretatur puella ſurge. Scribitur talita per thet exile ſubiecto cames: deine per lamed ſubiecto hiric: ſequenti iod. deinde per tau exile ſubiecto cames, & in fine aleph, & eſt verbum aramæum: cumi ſcribitur per coph ſequenti vau cum ſurec. deinde per mem ſubiecto hiric, & in fine iod. accentu in priori ſyllaba.

טביתא קומי Tabita nomen mulieris, quam ſuſcitauit Petrus apoſtolus. Scribitur eiſdem litteris, quibus talita præterquã quod. b. ponitur pro. l.

QVO TEMPORE INTRODVCTIONES GRAMMATICAS IN SERMONEM latinum ſcribebamus, nihil magis præ oculis habuimus, quã vt eſſent quã ſimpliciſſimæ, ne tenerã ætatẽ illorũ quos inſtituere ꝓpoſitũ erat, difficultate multiplici obrueremus. id qđ fecerũt alij qui ante nos ſcripſerunt miſcentes græca & barbara latinis: & quæ nõdũ explorata erãt, pro cognitis præponẽtes. Quare nos & græca, quorum eſt vſus apud latinos: & hebræa quorũ cauſa religionis habẽda fuit ratio, in aliũ locum reiecimus. Cum itaq; in calce illius operis vbi de accentu agebamus, diximus accẽtus latini regulas deficere idiomate. i. linguæ cuiuſq; ꝓprietate intulimus, qđ ab omnibus artis grãmaticæ ſcriptoribus aut fuerat neglectũ, aut de ambigua re præceptũ confuſe traditum. Vt quod Alexander a Villa dei ſcriptum reliquit.

Omnis barbara vox non declinata latine,
Accentum ſuper extremam ſeruabit acutum.
Nos vero diſtincte magis.
Hebrææ voces plærumq; in fine acuuntur.
Non tamen & ſemper, quia ſæpe in fine grauantur.
Id quod Alexander (deceptus forte) putauit.

¶ Sed reſtabat adhuc explicare, q̃ erant illæ dictiones, quæ haberẽt accẽtũ in vltima, q̃ in penultima, & q̃ in tertia a fine. De quo in relectione quadam mea: quã de peregrinarũ dictionũ accentus Salmãticæ quondam recitauimus, multa ſunt a nobis diſputata, quæ tametſi ex impreſſione in multa exempla propagata in vulgus prodit, quia tamen iã fere nuſq̃ inuenitur, libuit illa eadem hoc in loco repetere. Dictiones igitur hebreæ quarũ in ſacris litteris eſt vſus, aut nomina ꝓpria ſunt locorũ, aut perſonarũ. Nã quæ ſunt aliarũ rerũ, quia in græcũ, aut latinũ ſermonẽ iã ſunt conuerſæ, nõ pertinẽt ad hanc cõſideratione: niſi quatenus pauca quædã, q̃ ꝓpter incertas cauſas nõ ſunt ab interpretibus trãſlata. vt alla. amẽ. oſana. Noĩa igitur locorũ ſiue pſonarũ, hoc eſt hoĩm ſiue deorũ: aut nõ declinãtur: & perſtãt in græco & latino ſermone cũ ſuo accẽtu, hoc eſt accẽtu acuto in vltima ſyllaba, præter illa q̃ noĩatim excepim⁹, hñtia accẽtũ in penultima ſiue tertia a fine. Quod ſi declinãtur declinatiõe græca, accẽtu græco: ſi latina accẽtu latino ſunt ꝓferenda: vt Abia ſi nõ declinatur, accentũ habet in vltima: ſi declinatur græce, accentũ habet in penultima, quia vltima eſt lõga: ſi latine, accẽtũ habent in tertia a fine: quia penultima eſt breuis: ſed de his alias plura diximus.

# PEREGRINARVM DICTIONVM

¶ De incipientibus ab. A littera.

Aſbai pater Eliphelech de quo. ij. Reg. xxiij. accẽ. in pe.
Abdemelech in hebræo abedmelec Iere. xxxviij. accentu in penultima.
Abednago qui litteris inuerſis dicitur abdenago. Danie. primo accentu in ante penultima.
Abel filius Adam ex Eua vxore. accentu in prima.
Abel quod interpretatur luctus in vltima habet accentum. vt
Abelcerammin ideſt luctus vinearum de quo Iudicum. xi.
Abel beth Maacha ideſt luctus domus maacha: in libris Reg.
Abel maim ideſt luctus aquarum de quo. ij. Paralipome. xvi.
Abel meula ideſt luctus meula ſiue meola. Iudicũ. xi. & alias.
Abelſathim locus in deſerto de quo Numero. xxxiij.
Abela locus de quo in. ij. Regum libro. cap. xx. accen. in penul.
Abenbeen. i. lapis boen de quo in lib. Ioſue ca. xviij. accẽ. in pe.
Abenezer. i. lapis adiutorij de quo. i. Reg. iiij. accen. in penulti.
Aber cineus Iabel vir de quo Iudicum cap. iiij. accen. in prima.
Abeſſalom qui Abſalom filius Dauid vtrobiq; accen. in antepẽ.
Abiail nomen celebre virorum & fœminarum. accentu in pe.
Abialbõ arbathites vir fortis ſub Dauid. ij. re. xxiij. ac. in ãtpe.
Abiaſaph filius Coræ. & alter filius Elcana. accẽ. in antepenul.
Abiazer nomen celebre multorum virorum. accen. in penulti.
Abigail vxor Nabal & poſtea Dauid regis. accen. in penulti.
Abimael filius Iectam de quo Geñ. x. accentu in penultima.
Abimelech rex Gerara & alter filius Gedeonis iudex. ac. in pe.
Abinadab nomen celebre multorũ virorũ. accen. in antepenulti.
Abinoem pater Barach iudicis de quo Iudicũ. iiij. accen. in pẽ.
Abiſui filius Saruiæ frater Iacob de quo lib. ij. Reg. accẽ. in pe.
Abiſue filius Phinees de quo. i. Paralipo. vi. accentu in penulti.
Acheldemach qđ interpretatur ager ſanguinis. accẽ. in antepe.
Achimaas filiꝰ Sodoc ſacerdotis in lib. reg. et Para. accẽ. in pe.
Achimelech filius Abiathar ſacerdotis. ij. Reg. viij. accẽ. in pẽ.
Achinoem vxor Dauid ex qua genuit Amnon. accen. in pẽ.
Achitophel gilonites de quo in Libris Reg. & Para. ac. in pe.
Achirami q ſunt ex genere Achirã filij Beniamin. accẽ. in ãtpe.
Achiſamech pater Ooliab. de quo in Exo. xxxi. accẽ. in antepe.
Acupha nathineus de quo in Ezra & Neemia. accen in penul.
Adadezer ſiue adarezer rex Soba de quo. ij. reg. viij. accẽ. in pe.
Adina vir de quo in libro Ezra & Neemia. accentu in penul.
Aditaim ciuitas q̃ cecidit in ſortẽ Iuda. Ioſue. xv. accen. in pẽ.
Admatha vir priceps ſub Aſuero rege de quo Eſter. i. accẽ. in. pe.
Adonai vnum de decem nominibus dei. accentu in penultima.
Adonibezec rex fuit Bezec ci. itatis de quo. i. Iudi. accen. in pe.
Adonicã de cuius filijs legimꝰ in Ezra & Neemia. ac. in ãtpe.
Adonirã filius Abda q̃ſtor Salomonis. iij. reg. iiij. accẽ. in ãtpe.
Adoniſedec rex Sedec de quo in libro Ioſue cap. x. accẽ. in pẽ.
Adramelech idolũ Aſſyriorũ. in lib. Reg. et in Eſa. accen. in pe.
Aendor ſiue endor. i. fons dor in tribu Manaſſe. accen. in priã.
Abiezer filius Ammiſadai de tribu Dan Nume. i. accen. in pe.
Abiſamech idẽ qui Achiſamech de quo ſupra. accẽ. in antepẽ.
Ain littera hebræorum propria. accentu ſuper littera. á.
Ain ciuitas in tribu Iuda. & altera in tribu Simeõ. accẽ. in pri.
Alamath filius Bechor & ciuitas in tribu Bẽiamin. accẽ. in pe.
Aleph prima littera alphabeti apud hebræos. accẽtu. in prima.
Amadatha vir pater amã ſub aſuero rege in lib. Eſter. ac. in pe.
Amain ciuitas in tribu iuda de quo Ioſue. xv. accentu in penul.
Amaſai nomen celebre virorũ apud hebræos. accentu in penul.
Amathæus filius Canaan Geñ. x. Paralipo. i. accentu in penulti.
Amelec idem quod Amalech atq; accentu in vltima.
Ammadathi pater amã principis ſub Aſuero in Eſter. ac. in pe.
Amminadab virorũ apud hebræos nomẽ celebre. accẽ. in ãtpe.
Ammiſaddai pater Abiezer de tribu Dan. Nume. i. accẽ. in pe.
Ammizadab vir de quo in. i. Para. ca. xxvij. accẽ. in antepenul.
Amſai pro quo nos habemus abiſai. i. Parali. xij. accẽ. in penul.
Anamelech idolũ Aſſyriorũ de quo libro Reg. iiij. accẽ. in pe.
Anani nomen celebre virorum apud hebræos. accentu in penul.
Aphaim filius Nadab de quo. i. Paralipo. ij. accentu in penulti.
Apharaim ciuitas ſortis Iſſachar Ioſue. xix. accen. in penul.
Apheca ciuitas in tribu ſortis Ruben. accentu in penultima.
Aphia vir a quo ducit originem Saul rex. i. Reg. ix. accẽ. in pe.
Arach ciuitas pricipium regni Nemrod. Geñ. x. accẽ. in prima.
Aramathaim ſophim de qua in principio Reg. accen. in pe.
Area ſiue are de cuius filijs in Ezra & in Neemia. accẽ. in pe.
Ared filius Beniamin de quo in Geñ. ca. xlvi. accen. in prima.
Areth villa Dauid de qua in. i. Reg. cap. xxij. accentu in priã.
Areuna Iebuſæus de quo. ij. Regum. xxiiij. accen. in ſecunda.
Aridatha vnus de duodecim filijs Amã in lib. Eſter. accen. in pe.
Aroſeth ciuitas ſiſaræ pricipis iabis de qua Iudicũ. iiij. ac. in pe.
Aſaſontamar ciuitas de q̃ Geñ. xiiij. et alijs in locis. accẽ. ĩ ãtpe.
Aſerſual ciuitas in tribu Iuda de qua Ioſue. xv. accẽ. in antepe.
Aſebaim ſiue ſebaim de quo Ezra. ij. accẽ. in penulti. vtrobiq;.
Aſion gaber vna mãſio hebræorũ Nume. xxxiij. accen. in pẽ.
Aſſontamar eadem eſt quæ Aſaſontamar. accentu. in antepẽ.
Aſtarte dea Sidoniorum de qua. iij. Regum. xi. accen. in penul.
Atai filius Roboã ex Maacha de quo. ij. Para. xi. accentu in pe.
Aterſatha vir de quo in Ezra & in Neemia. accentu in penul.
Athalai vir de quo in libro Ezra cap. x. accentu in penultima.
Athanai filius Zara de quo. i. Paralipo. vi. accen. in penultima.
Auothiair quæ Baſan de qua in Deutero. accen. in antepenul.
Azabtani ſiue Azabatani quod eſt dereliquiſti me. accẽ. in pe.
Azai ſiue azi vir de quo in Ezra & Neemia. accen. in penul.
Azer filius Ieſue de quo in Neemia ca. iij. accentu in prima.
Azera ciuitas in ſorte tribus Iuda de qua Ioſue. xv. accẽ. in pe.
Azmaueth vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid. accen. in pe.

¶ De incipientibus a. B. littera.

Baal quod interpretatur idolum ſemper habet in prima accen.
Baali quod interpretatur vir meus Oſeæ cap. ij. accen. in vlti.
Bale filius Beor ſiue ſit filius Beniamin. accentu in prima.
Barabbas latro inſignis ex Euangelio. accentu in penulti.
Baſemath vxor Eſau ſiue altera Salomonis filia. accen. in ãtpe.
Beera ciuitas de qua Iudi. ix. ſiue vir de tribu Rubem. accẽ. ĩ pe.
Beerſabe locus celebris quia terminus Paleſtinæ. accẽ. in penul.
Benaminadab præfectꝰ Salomõis in nephador. accẽ. in antepe.
Benail vir princeps ſub Ioſaphath rege. ij. Para. xvij. accẽ. ĩ pe.
Bendecer præfectus annonæ ſub Salomone rege. accen. in pẽ.
Beneiacã manſio filiorũ Iſrael Numeri. xxxiij. accẽ. in antepe.
Bengaber præfectus ſub Salomone rege. iij. Reg. iiij. accẽ. in pe.
Beſai vir de quo in Ezra & Neemia fit mentio. accen. in pẽ.
Bethacarem qđ interpretatur domus vineæ Ieremiæ. vi. accen. in antepenultima.
Bethauen locus celebris ad orientalẽ plagã bethel. accen. in pe.
Bethbarai ſiue Bethbara locus Iudicum. vij. accen. in penul.
Bethgader locus eſt de quo. i. Paralipo. accentu. in penultima.
Bethleem ciuitas Dauid in tribu Iuda. accentu in penultima.
Bethſemes ciuitas in tribu Beniamin & in Neptali. accẽ. in pe.
Bethſabe vxor Vriæ. et poſtea Dauid regis nõ Berſabe. ac. ĩ pe.
Bethtaphua ciuitas in tribu Iuda de qua Ioſue. xv. accẽ. in pẽ.
Bezec ciuitas in qua regnauit Adonibezec Iudicũ. i. accẽ. in pe.

Booz iudex idem q̄ ſit Abſam — quo in lib. Ruth. accē. in pri.
Boen de quo Ioſuæ. xv. ad lapidem boen, accentu in prima.
Boſor ciuitas de qua Deuterono. iiij. & Ioſuæ. xx. accē. in pri.

¶ De incipientibus a. C. littera.

Cale ciuitas quã ædificauit Aſſur de qua Gen̄. x. accen. in pri.
Canaam filius Cham & regio eiuſdē noīs Gen̄. x accē. in pri.
Carnaim vnde Aſtaroth carnaim cognominata. accen. in pri.
Caſed Nachor ex Melcha filius de quo Gen̄. xxij. accen. in pri.
Caſleu menſis hebræorū nonus de quo in Neemia. accē. in pri.
Cedmas vnus de filijs Iſmaelis de quo Gen̄. xxv. accen. in pri.
Cedes nomen ciuitatis celebre in ſacris litteris. accen. in prima.
Celatha vna ex mãſiōibus filiorū Iſrael Num. xxxiij. accē. in pe.
Cellai vnus de filijs Leuitarū de quo ī Ezra et Neem. accē. ī pe.
Celubu vir de quo in libro Ezra cap. x. accentu in penultima.
Cencreth mare q̄d eſt ſtagnū tiberiadis Ioſue. xix. accē. in pe.
Ceren q̄d interpretatur cornu, crebro legitur. accētu in prima
Chale ab Euſebio per. ch. ſcribitur quæ ſupra cale. accen. in pri.
Corazaim ciuitas Galilææ de qua in Euãgelio. accētu in penul.
Cibſaim ciuitas de qua Ioſuæ. xxj. Iebſam mēdoſe. accen. in pen̄.
Cicaton quod in Iona ꝓpheta Hierony. interpretatur hederã. accentu in prima.
Codorlaomor rex Elamitarū de quo Gen̄. xiiij. accen. in penul.
Coeleth liber Salomonis q̄ dicitur Eccleſiaſtes. accentu in pen̄.
Core nomen celebre multorū apud hebræos. accentu in prima.
Cores rex ab hebræis dicitur qui ſit nobis cyrus. accen. in pri.
Cuta ciuitas. vnde cutheni. iiij. Regum. xvij. accētu in prima.

¶ De incipientibus a. D littera.

Dabaſeth ciuitas in tribu Zabulō de qua Ioſue. xix. accē. in pe.
Daberath ciuitas quoq; in tribu Zabulō Ioſue. xix. accē. in pe.
Dabira ciuitas in tribu Dan de qua Ioſue. xij. accen. in penul.
Dabreiamin. ideſt. Paralipomenon liber. accen. in penul.
Danaba ſiue denaba vbi regnauit Balac filiꝰ Beor. accē. in pe.
Dariaues ab hebræis dicitur qui ſit Darius rex. accen. in penul.
Debelaim cognominatꝰ eſt pater gomer. Oſeæ. j. accē. in penul.
Deblathaim de qua Numeri. xxiiij. accentu in penultima.
Dodaim ciuitas de qua Eſaias in viſione arabiæ. accen. in an̄pe.
Dothaina ab hebræis dicitur, apud nos Dotain. accen. in ſc̄da.
Dudaiaboites vir de quo. j. Paralipome. xxvij. accen. in penul.

¶ De incipientibus ab. E. littera.

Ebrona caſtra filiorū Iſrael ī deſerto Nume. xxxiij. accē. in pe.
Ecber ciuitas quæ cecidit in ſortē tribu Simeonis. accē. in pen̄.
Eden nomen celebre virorū & pro voluptate. accen. in prima.
Eder ciuitas ſortis & Iuda & pro rege vtrobiq;. accen. in pri.
Edrai vbi interfectꝰ eſt Og. & ciuitas ſortis Neptali accē. ī pe.
Elai vnus ex maioribus in genealogia Iudith. accen. in penul.
Eleb vnus de triginta fortiſſimis viris ſub Dauid. accē. in pri.
Elec filius Galaad de quo in Numeris cap. xxvj. accentu in pri.
Eleph ciuitas in ſorte Neptali de qua Ioſue. xix. accen. in pri.
Eles phalonites de quo in. j. Paralipome. xxvij. accentu in pri.
Eliezer nomen celebre multorum hebræorū. accen. in antepen̄.
Elimelech vir de quo in principio libri Ruth. accentu in penul.
Elioenai nomen celebre multorū apud hebræos. accentu in pe.
Elioreph ſcriba filius Siſa de quo. iij. Regum. iiij. accentu in pe.
Elipheleth filius Dauid & aliorum plurīū nomen. accen. in pe.
Eliſa filius Iauan: & regio ab illo dicta Gen̄. x. accen in penul.
Eliſama nomen celebre multorū hebræorum, accen. in antepe.
Eliſaphan filius Oziel et alter filius Pharnach. accē. in antepe.
Eliſaphat filius Zechri centurio ſub Ioiada. accen. in antepen̄.
Eliſua filius Dauid regis de quo libro. ij. Reg. v. accen. in pen̄.
Emmanuel q̄d eſt nobiſcū deus de quo Eſaie. vij. accē. in an̄pe.
Endor de quo Ioſue. xv. & Pſal. lxxxij. locus eſt. accen. in pri.
Engaddi ciuitas Paleſtinæ ab occaſu Iordanis. accen. in antepe.
Engalim locus de quo in Iezeciele. cap. xlvij. accen. in antepe.
Enganim ciuitas in tribu Iſachar & Iuda. accen. in antepen̄.
Enſemes q̄d interpretatur fons ſolis Ioſue. xviij. accen. in pen̄.
Epher nomen celebre multorum hebræorum. accentu in prima.
Ephetа quod interpretatur aperire Marci. vij. accentu in fine.
Ephraim filius Ioſeph: & mons: & ciuitas. accētu in littera. a.
Ephrata regio Bethleem vbi Chriſtus natus eſt. accē. in penulti.
Eſem ciuitas in tribu Iuda de qua Ioſuæ. xv. accen. in prima.
Eſer filiꝰ Seir horrei de quo Gen̄. xxxvj. et. j. Para. j. accē. in pri.
Eſpatha filiꝰ Aman de quo multa in libro Eſter. accen. in penul.
Eſrai vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid rege. accen. in pe.
Ethai ſiue etai nomen celebre apud hebræos. accentu. in penul.
Ethbaal pater Iezabel vxoris Achab de quo. iij. Re. accē. in pe.
Ethanim menſis ſeptimus apud hebræos. iij. Reg. accē. in an̄pe.
Ether ciuitas in ſorte tribus Iuda de qua Ioſue. accen. in prima.
Eua prima hominū parens euam hebraice. in accētu in prima.
Ezel lapis de quo loco. j. Reg. xx. & alias ſæpe. accen. in pria.
Ezer q̄d interpretatur adiutoriū et filius Phanuel. accē. in pri.

¶ De incipientibus a. G. littera.

Gaal filius Obed de quo in libro Iudicū cap. ix. accē. in prima.
Gaas mons in tribu Ephraim vbi ſepultꝰ eſt Ioſue. accē. in pri.
Gabaa ſiue gabee in tribu ſortis Beniamin. accentu in prima.
Gabbai vir de quo legimus in Neemia cap. xj. accē. in penulti.
Gabee eadem eſt quæ gabaa ſed gabee Eſa. x. accentu. in antepe.
Gaber filius Suri de quo libro. iij. Regū & iiij. accētu in pria.
Gadderothaim ciuitas in ſorte tribus Iuda. Ioſue. xv. accē. in pe.
Gai eadem eſt quæ Hai ciuitas iuxta Bethel. accen. in prima.
Galalai vir eſt de quo in Neemia cap. xij. accentu in penulti.
Gareb vir fortis ſub Dauid & locus ꝓpe Ieruſalē. accen. in pri.
Gaſiogaber caſtra filiorū Iſrael quæ aſiongaber. accē. in pen̄.
Gazer ſiue gezer ciuitas in ſorte Ephraim. accentu in prima.
Geba vir a quo dicta regio in Neemia ca. xij. accen. in prima.
Gelboe montes & vicus vbi cecidit Saul rex. accentu in penulti.
Gerara ciuitas & regio trans Iordanem. accentu in penultima.
Gerſon filius Manaſſe & aliorū cōplurīū. accentu in prima.
Gethaim q̄ ab hebræis dicitur Gethaima ciuitas eſt. accen. in pe.
Gether filius Aram de quo in Gen̄. & Paralip. accē. in prima.
Gimal littera tertia in alphabeto hebræorum. accētu in prima.
Goata locus eſt de quo in Ieremia ꝓpheta. xxxj. accē. in penul.
Gomer filius iaſbeth & filia Debalaim in Oſee. accen. in pri.
Gomor mēſura quædã in ſacris litteris frequens. accē. in pria.
Gómora q̄ a noſtris d̄r Gomorra ꝑ duplex. r. accen. in antepe.
Goſen regio Aegypti quã habitauit Iacob cū filijs. accē. in pria.
Gurbaal locus eſt de quo. ij. Paralipo. cap. xxvj. accen. in penul.

¶ De incipientibus ab aſpiratione.

Hai ciuitas iuxta Bethel, quã diximꝰ vocari Gai. accen. in pri.
Hain littera hebræorū quæ Ain quoq; dicitur. accen. in prima.
Hares mons in tribu Dan de quo in libro Iudicū. j. accē. in pri.
Heber filius Sale & aliorū cōplurīū hebræorū. accen. in pria.
Helem vir de quo in Zacharia propheta ca. vi. accen. in prima.
Helema locus de quo in. ij. Regū ca. x. accentu in penultima.
Heles nomen propriū virorū apud hebræos. accentu in prima.
Heleph ſiue eleph, vt ſupra diximꝰ ī tribu Nepthali. accē. ī pri.
Hemmanuel ſiue emmanuel, vt ſupra diximus. accē. in antepe.
Hereth vnꝰ ex regibꝰ Paleſtinæ de quibꝰ Ioſue. xij. accē. in pri.
Hered filius Bale a quo eſt familia hereditarū. accē. in prima.

¶ De incipientibus ab. I. littera.

Iaar filius Reaia in libro .j. Paralipome. ca. iiij. accen. in penul.
Iaath filius Lobni de quo in .j. Paralipo. vj. accentu in prima.
Ianai vir de quo in .j. Par. lipomenon cap. v. accen. in penulti.
Iaphia filius Dauid & ciuitas in tribu Zabulon. accen. in peñ.
Iaphie rex lachis de quo in libro Ioſue cap. x. accen. in penulti.
Iaſa ciuitas in tribu Ruben ſeparata Leuitis. accen. in prima.
Iechuriel filius Ezra de quo in .j. Paralip. iiij. accen. in antepe.
Iemai filius Thola filij Iſcar de quo .j. Parali. vij. accen. in peñ.
Ierimai ſiue iermai vir de quo in libro Ez . x. accen. in peñ.
Ierobaal qui Gedeon iudex de quo Iudicũ. vj. accen. in penul.
Ieſce q̃ poſtea cognominata Sara vxor Abraã. accen. in prima.
Iethbata caſtra filiorũ Iſrael in ſolitudie Nume. xxxiij. acc. ĩ pe.
Iethrai filius Zara de quo in .j. Paralipome. vj. accen. in penul.
Iezabel vxor Achab regis de quo in .iiij. libro Reg. accẽ. in pe.
Ioacim nomen celebre virorũ apud hebræos. accen. in antepe.
Ioiada pater Banaiæ & aliorum nomen. accentu in prima.
Ioiarib vir de quo legitur in libro Neemie cap. xj. accẽ. in prĩa.
Ionadab filius Rechab & alter filius Sema vterq;. accẽ. in prĩa.
Ionathan nomen celebre complurium hebræorũ. accẽtu in pri.
Iorai vir de quo in .j. Paralipome. v. accentu in penultima.
Ioſaba filia Ioram regis de qua libro Regum. iiij. capite. xij. accentu in penultima.
Ioſabeth filia Iorã regis eadem quæ ſuperior. accẽtu in prima.
Ioſaphath rex filius Aſa & aliorum plurium. accẽtu ĩn prima.
Ioſedec pater Ieſu ſacerdotis de quo in Aggæo ꝓpheta. accentu in penultima.
Ioſue filius Num q̃ a græcis appellatur Ieſus naue. accẽ. in pe.
Iozabad nomen celebre compluriũ hebræorũ. accen. in prima.
Iozachar filius Semathi de quo lib. iiij. Reg. xij. accẽ. in prima.
Iſſai ſiue iſai q̃ a græcis dicitur Ieſſe pater Dauid. accen. in pe.
Iſboſeth filius Saul regis de quo libro .ij. Regũ. ij. accen. in pe.
Iſuaia vir de quo in .j. Paralipome. iiij. accentu in ſecunda.
Iecaſim ciuitas in tribu Zabulon de qua Ioſuæ. xix. accentu in antepenultima.
Ithai vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid rege. accẽ. in pe.
Ithamar filius Aaron ex Eliſabæ vxore. accentu in prima.

¶ De incipientibus ab. L. littera.

Laad filius Iaad de quo .j. Paralipome. cap. j. accen. in prima.
Lais pater Phaithi de quo in . Regum. xxv. accẽtu in prima.
Laiſa ciuitas quæ poſtea cognominata eſt Dan. accẽ. in prima.
Lama qđ interpretaĩ cur. vt in lama azabtani. accen. in pri.
Lamech filius Mathuſala de quo in Geñ. iiij. accen. in prima.
Lamed littera in alphabeto apud hebræos. accentu in prima.
Laſa ſiue leſa vna de quinq; ciuitatibus Sodomorũ. accẽ. in pri.
Lechi qđ interpre. maxilla locus de quo Iudicũ. xv. accẽ. in pri.
Leſem ciuitas quã cœperũt filij Dan de qua Ioſue. xix. accẽ. ĩ .j.
Lodabar vnde fuit machir de quo in .ij. Reg. accentu. in prima.
Luza ciuitas quã poſtea Iacob vocauit Bethel. accen. in prima.

¶ De incipientibus ab. M. littera

Maadai pro quo Ezras cap. x. legitur Maadi. accen. in penul.
Maadi pro quo nos legimus in Ezra Maadai. accen. in vlti.
Maceda locus vbi Ioſue cõcluſit quinq; principes. accen. in pe.
Machabai quã nos vertimus in erémum. accentu in penulti.
Macharai vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid. accen. in pe.
Madaba ſiue medeba ciuitas Arabiæ de qua Numeri. xxj. accentu in prima.
Madai vnus de ſeptem filiis Iapheth de quo Geñ. accentu in pe.
Maharai vnus de trigĩta fortiſſimis ſub Dauid rege. accẽ. ĩ pe.
Malalai vir de quo legitur in Neemia cap. xij. accen. in penul.
Malech ſiue melech quod eſt rex cum compoſitis. accen. ĩn pri.
Manaim quod interpretatur caſtra Geñ. xxxij. accen. in peñ.
Maneeth filius Sobal horrei de quo Geñ. xxxvj. accẽ. in penul.
Manue pater Samſon iudicis Iſrael. Iudi. xiij. accentu in peñ.
Maonathi filius Othoniel de quo primo Paralipo. iiij. accentu ĩn antepenultima.
Maozin quod interpretatur fortiũ Daniel. xj. accen. in antepe.
Marai idem quod ſupra diximus Maharai. accen. in penulti.
Mardochai q̃ Mardochæus & nomẽ viri Ezra. ij. accen. in peñ.
Marez dux Aſueri regis de quo in lib. Eſter .j. accen. in prima.
Maſerai vir de quo in .j. Paralipome. lib. cap. ij. accentu. in pe.
Matanai vir de quo in Neemia cap. xij. accentu in penultima.
Mathuſala filius Enoch de quo Geñ. v. & Lucæ. iij. accen. in pe.
Mechnedabai vir de quo in libro Ezre. x. accentu in penulti.
Medaba vrbs Arabiæ, quam ſupra diximus Madaba. accentu in antepenultima.
Meezabel vxor Balanan regis in Edon Geñ. xxxvj. accẽ. ĩ pe.
Melciſedec rex Salem de quo Geñ. xiiij. & ſæpe alias. accẽ. ĩ pe.
Melciſua filius Saul de quo .j. Regum. xiiij. accentu. in penulti.
Melech filia Iſmaelis vxor Eſau de qua Geñ. xxvij. accẽ. ĩ pri.
Mephaath ciuitas Beniamin & Ruben & alias. accẽ. in peñ.
Mered de quo .j. Para. iiij. filiꝰ fuit Ezra nõ ſcribæ. accẽ. in pri.
Meſezabel pater Barachiæ de quo Neemiæ cap. iij. accen. in pe.
Meſraim filius Cham a quo Egyptus cognominata. accẽ. ĩ pe.
Mezaab pater Meetabel vxoris Balanã Geñ. xxxvi. accẽ. in pe.
Miphiboſeph filius Ionatha & alter Saulis regis. accen. in pe.
Miſael nomen celebre multorũ apud hebræos. accentu in pri.
Molecheth qđ interpretatur regina .j. Paral. vij. accentu in peñ.
Molech idolũ moabitarũ de quo in Leui. et. iij. Reg. accẽ. in pri.
Moraſthi ciuitas: vnde Micheas propheta Moraſthites. accentu in antepenultima.
Moria mõs viſiõis de quo Geñ. xxij. & .ij. Parali. iij. accẽ. in pri.
Moſera eadem q̃ moſeroth mãſio filiorũ Iſrael. accen. in prima.
Moſoch filꝰ Iapheth de quo ĩ Geñ. x. et Iezeciel. xxv. accẽ. ĩ pri.

¶ De incipientibus ab. N. littera.

Naad vir de quo .j. Paralipome. cap. xxxj. accentu in prima.
Naarai berothites de triginta fortiſſimis ſub Dauid. ac. in pri.
Naas nomen vrbis primo Paralipomenon & multorum virorum. accentu in prima.
Naach filius Sapham & alter filius Rahuel. accentu in prima.
Naim oppidũ de quo in Euãgelio Lucæ. ca. xij. accẽtu in penul.
Napheth ciuitas in tribu Manaſſe de qua Exodi. vj. accẽ. in pri.
Nabai vir de quo in Neemia cap. x. accentu in penultima.
Neceb quæ Adamnim in tribu Neptali ciuitas. accen. in pri.
Nepheg filius Dauid de quo .ij. Regum. v. & primo Paralipomenon. iij. accentu in prima.
Neheſcol qđ interpreta. torrẽs botri Nume. xiij. accẽ. in antepe.
Neptoa locus de quo in libro Ioſue ca. xv. et. xviij. accẽ. in pri.
Nethan melech eunuchus de quo. iiij. Reg. ca. xxiij. accẽ. in pe.
Nethophati de quo .j. Para. ij. et Ieremiæ ca. xl. accẽ. in antepeñ.
Niniue ciuitas Aſſyriorũ et altera ciuitas Arabiæ. ac. in antepe.
Nobe ciuitas ſacerdotũ de qua Nume. xxxij. & .j. reg. ac. ĩ pri.
Noe filius Lamech ſub quo diluuiũ vniuerſale fuit. accẽ. in pri.
Noge filius Dauid regis de quo .j. Paralipo. ca. iij. accen. in pri.

¶ De incipientibus a. O. littera.

Oad filius Simeon filij Iacob de quo Geñ. xlvj. accen. in prima.
Obededõ vir de quo multa. ij. Reg. vj. & in Para. accẽ. ĩ ãtepe.
Oldai vir de quo in Zacharia ꝓpheta. et. ij. Para. accen. in pe.

Ophel locus de quo in Neemia,& ij.Para.xxxiij.accẽ. in pri.
Opher ciuitas quã cepit Ioſuæ rege illius occiſo.accẽ.ĩ prima.
Oronain ciuitas Moabitarum,de qua Eſaias & Ieremias. accentu in penultima.
Oſanna qđ interpretatur ſaluifica Mathæi.xxi.accẽ.in priã.
Oſeæ propheta & nomen aliorũ cõpluriũ.accentu in penulti.
Ozai vir de quo in.ij.Paralipome.cap.xxxiij.accen.in penul.

¶De incipientibus a.P.littera.

Phacee rex fili⁹ Romeliæ de quo.iiij.Reg.et ĩ Eſaia.ac.ĩ ãnpe.
Phaleg filius Heber de quo in Gẽn.& Parali.accẽ.in prima.
Phaleth philius Ionathan filij Iada de quo.j.Para.ij.acc.ĩ pri.
Pharai vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid rege.accẽ.ĩ pe.
Phares Iudæ filius & alter fili⁹ Machir.Machab.j.accẽ.in pri.
Phaſe,qđ interpretatur trãſitus de quo in Exodo. accẽ.in pri.
Phaſea de cui⁹ filijs in Ezra,& in Neemia legitur.accẽ.in pe.
Pharſandatha vn⁹ de duodecim filijs Aman.Eſter.ix.accẽ.ĩ pe.
Pheltai p quo in hebræo legitur phelthi.Neemiæ.xij.accẽ.ĩ pe.
Phermeſta vn⁹ de duodecim filijs Amã. Eſter.ix.accẽ.in penl.
Phefe ſiue phaſta vir de quo in.j.Parali.iiij. accẽtu in prima.
Phecmoab cuius filij redierunt cũ Zorobabel.accen.in prima.
Phiairoth mãſio filiorũ Iſrael de qua ĩ Exodo. accẽ.in antepe.
Phinees filius Eleazar & alter fili⁹ Heli ſacerdotis.accẽ.ĩ pri.
Phoratha vn⁹ de duodecim filijs Amã. Eſter.ix.accen.in penl.
Phutiel ſocer Eleazar filij Aarõ de quo Exodi. vi.accẽ.in pri.
Phutiphar ſiue putiphar eunuchus Pharaonis,& ſocer Moſi. accentu in prima.

¶De incipientibus ab.R.littera.

Raab meretrix de qua multa in lib.Ioſuæ ca.ij.accen.in priã.
Raam filius Sama de quo in.j.Paralipome.ij.accẽtu in prima.
Raddi filius Iſai frater Dauid regis.j.Parali.ij.accẽ.in penul.
Ramathaim eadem quæ ſupra Aramathaim. accen.in penul.
Rebe vnus de quinq; pricipibus de qb⁹.Nu.xxxi,accẽ.in pri.
Rebec dux de quo in libro Ioſuæ cap.xiij.accentu in prima.
Recem nomẽ pp̃riũ virorũ & ciuitatis Beniamin.accẽ.in priã.
Reſeph ciuitas Syriæ de qua libro.iiij.Reg.ca.xix.accẽ.in pri.
Ribai pater Etai de fortiſſimis ſub Dauid rege.accen.in penl.
Rogomelech de quo in Zacharia pp̃heta ca.vij.accen.in pen.

¶De incipientibus ab.S.littera.

Saanaim ciuitas ĩ tribu Nephtali ꝺ qua Ioſuæ.xix.accẽ.in pe.
Saaraim ciuitas in tribu Iuda & altera in tribu Simeon.accẽtu in penultima
Sabathai de quo in libro Neemiæ ca.xi. accentu in penultima.
Sabe ſiue ſeptẽ,ſiue iuramentũ ſiue ſaturitas. accẽtu in prima.
Sabec ciuitas in tribu Simeonis de qua Ioſuæ.xix.accẽ.in pri.
Saber filius Simeon & alter filius Caleb.accentu in prima.
Saddai vnum de decem nominibus dei. accentu in penultima.
Sadi ſiue ſade vna ex litteris alphabeti hebræorũ.accẽ. in pri.
Salai ſiue ſalachi pater Azuba de quo.ij.Reg.xxij.accen.in pe.
Sale filius Arphachſad.Gẽn.x.& Lucæ.j.accentu in prima.
Saled filius Nadab de quo primo Paralipo.ij.accẽtu in prima.
Saleph filius Iectã de quo Gẽn.x.& in Paralip.accẽtu in priã
Saliſa.ſecundum hebræos eadem eſt,quæ Segor.accẽ. in penul.
Samaraim ciuitas in tribu Beniamin de qua Ioſuæ.xviij.accẽtu in penultima.
Sames ſiue Semes quod interpretatur ſol.accentu in prima.
Sãmai filius Onã de quo primo Para.ij,& aliorũ.accen.in pe.
Sammua filius Dauid & alter de quo Neemiæ.xi.accen.in pe.
Samſai vir de quo in Ezra cap.iiij.accentu in penultima.
Sara q̃ pri⁹ dicebatur ſarai vxor Abrãe & aliæ,accẽtu in pri.
Sara locus de quo in Neemia cap.xi.accentu in vltima.
Sarai vxor Abraam quæ poſtea dicta eſt Sara accen.in penulti.
Saraſar idolũ de quo in libro Zachariæ pp̃hete.vij.accẽ.in pe.
Sarathaſacar ideſt anguſtiæ matutinæ Ioſuæ.xiij.accẽ.in penl.
Sared filius Zabulon de quo Geneſis.xlvi.accentu in prima.
Sardatha locus in regione Iordanis.ij.Para.iiij.accẽtu in pe.
Sarepta ciuitas Sidoniorũ de qua.iij. Reg.xvij.accẽtu in pen.
Sareth filius Aphia idemq; pater Bechor.accentu in prima.
Sarona locus eſt de quo in primo Paralip.xxvij.accẽ. in pen.
Saruia mater Ioab eadẽq; ſoror Dauid.p.u.vocalẽ.accẽ.in fine
Seba filius Iectan de quo Gẽn.cap.x.accentu in prima.
Sabaim ſiue Aſebaim de quo in libro Ezra.ij.accentu in pen.
Sebe vir de quo in primo Paralip.cap.v.accentu in prima.
Sebthai vir de quo in libro Neemiæ ca.iiij.accentu in penul.
Sebboleth ſiue ſiboleth qđ eſt ſpica.Iudicũ. xij. accẽ. in penul.
Secel.qđ interpretatur ſiclus genus põderis.accẽtu in prima.
Secrona locus eſt de quo libro Ioſuæ cap.xv.accentu in penul.
Sedada locus de quo Numerorum.xxxiiij.& Iezeciel. xxxvij. accentu in penultima.
Sedec quo noĩe dicta eſt Ieruſalẽ iuxta hebræos,accẽ.in prima.
Segor eadẽ q̃ Bale vna de ciuitatibus Sodomorũ.accẽ.in priã.
Seira ſiue ſeirath ciuitas Iudicũ.iij.& .iiij.Reg.viij.accẽ.in pe.
Seler vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid rege. accẽ.in pri.
Sellai vir de quo in libro Neemiæ ca.ij.accentu in penultima.
Selmai vir de quo in Neemia. ca.vij.an ſemlai.accen. in penul.
Seloph pater Anon de quo in libro Neemiæ. ca.iij.accẽ.in pri.
Semeber rex Seboim de quo Gẽn.cap.xiiij.accẽtu in penulti.
Semer ſiue ſomer pater Iozabad ꝺ quo.iiij.Reg.xij.accẽ.ĩ pri.
Semes qđ interpretatur ſol.idem qđ ſames.accentu in prima.
Semiai idẽ qđ ſeimai litteris inuerſis vtrobiq;.accẽtu in penulti.
Semua filius Zachur de tribu Ruben.Nume.xiij.accen.in pe.
Senaſer filius Ieconiæ de quo.j.Paralip. cap.iij.accen.in pen.
Sephama terminus Iudeæ q̃ poſtea dicta Apama.accẽ. in pe.
Sephatha vallis eſt de quo.ij.Paralip.xiiij. accentu in penulti.
Sepharuaim p.u.cõſonãtẽ loc⁹ ĩ Eſaia.vij.et.iiij.Reg.acc.ĩ pe.
Sepher pater Ziza de quo in.j. Parali.ca.iiij. accen.in prima.
Seror proauus Saul regis de quo.j.Regum.ix.accẽ.in prima.
Sereſer vir princeps ſub Nabuchodonoſor Ieremiæ.xxxix.accentu in penultima.
Seſai filius Enac de quo Ioſuæ.xv.accentu in penultima.
Sethrai ſaronites de quo.j.Paralipo.ca.xxvij.accẽtu in penul.
Siaa de cuius filijs in libro Ezra cap.ij. accentu in penultima.
Sibboleth ſiue vt diximus ſebboleth hoc eſt ſpica.accen.in pẽn.
Sichima ſichimorũ p eo qđ eſt ſichem ciuitas nota.accẽ.in pe.
Siloe locus de quo in Euãgelio et Eſaia & Neemia.accẽ.in pe.
Sinai in ſolitudine manſio filiorum Iſrael. accentu in penul.
Siraſirim qđ interpretatur cantica cãticorũ. accẽtu in penul.
Siſai vnus de filijs Enac & alij eiuſdẽ nominis. accẽtu in pe.
Siſara dux Iabin Iudicũ.iiij.et ali⁹ de quo Ezra.ij.accẽ.ĩ ãtepe.
Soar filius Simeon de quo Gẽn.xlvi.accentu in prima.
Sobai de cuius filijs ſcribitur in libro Ezra.ij. accen.in penul.
Sobna ſcriba ſub Ezechia rege ĩ.iiij.Regũ et Eſaia. accẽ.ĩ pri.
Sobochai de vſathi vir de quo.ij.Reg.cap.xxi.accentu in pe.
Soleth qđ eſt ſimila de qua ſepe in ſcriptura, accẽtu in prima.
Somron ciuitas q̃ ab interpretibus dr̃ Samaria. accen.in pri.
Sophai filius Eleana de quo in.j.Parali.cap.vi.accen.in penul.
Sopheret vir de cuius filijs in Ezra cap.ij. accentu in penulti.
Sophtim quod interpretatur Iudicum liber.accẽtu in prima.
Sothai vir de cuius filijs in libro Ezra cap.ij. accẽtu in penul.

Sueabraã ex Cethura filius de quo Gen̄.cap.xxv.accẽtu in pe.
Suriel filius Abiail, princeps Mollitarū Nume.iij.accen.in pri.
Surisaddai pater Salumiel de tribu Simeon Numer. primo. accentu in penultima.
Sutala filius Ephraim de quo in Numeris ca.xxvj. accẽ.in pe.

¶ De incipientibus a.T.littera.

Taas filius Nacor ex Roma de quo Gen̄.xxij.accẽtu in prima.
Taath filius Asir de quo primo Paralip.vj. accentu in prima.
Tananeth pater Saraia de quo.iiij.Regū cap.xxv.accẽ.in pe.
Tatanai vir princeps de quo in libro.j.Ezra ca.v.accẽ.in pe.
Tammata ciuitas q̃ alio nōie Thamna Iudicū.iiij.accẽ. in pe.
Tolmai rex Gessure vn9 ex filijs amiud.ij.Reg.xiij.accẽ.i pe.
Togorma vn9.de filijs Gomer de quo Gen̄.ca.x.accẽ.in antepe.

¶ De incipientibus ab.V.littera.

Vrias nomẽ celebre multorū apud hebræos.accẽtu in antepe.
Vaizatha vnus de duodecim filijs Aman in lib Ester.accẽ.i pe.
Vcoca ciuitas in tribu Neptali de qua Iosue.xix. accẽ.in pen̄.
Vthai de filijs Beguia cuius in libro Ezra ca.viij.accẽtu in pe.

¶ De incipientibus a.Z.littera.

Zabbai vir de quo in libro Ezra cap.x.accentu in penultima.
Zacai pater Baruch de quo in libro Neemiæ ca.iij. accẽ.in pe.
Zain littera nomē in alphabeto hebræorum.accentu in prima.
Zanoa ciuitas in tribu Iuda de qua Iosuæ.xv.accen.in penul.
Zara nomen celebre multorum hebræorum.accentu.in prima.
Zarai vir de quo in p̄rio Paralī.cap.xxvij.accentu in penulti.
Zared torrens de quo Deutero.ij.Nume.xxi.accẽtu in prima.
Zares vxor Aman de qua multa in libro Ester.accentu in pri.
Zebeth de quo in Psalmo.lxxxvij.in hebræos zeba.accẽ.i pri.
Zephrona termin9 Iudææ ad septẽtrionẽ Nu.xxxiiij.acc.i pe.
Zoeleth nomen lapidis de quo.iij.Regum.j.accentu in penulti.

FINIS.

## ¶DICTIONES GRAECAE & latinæ, quæ per artem sparguntur in ordinẽ alphabetarium redactæ.

ABacus.i.el aparador o tabla para contar.
Abas.antos. nomen proprium apud poetas.
Abax.acos.idem est quod abacus.i.
Abel filius Adam Ex Eua.
Abdera.æ.por vna ciudad de Thracia.
Abderitanus.a.um.cosa de aquella ciudad.
Abies.etis.por el aluagze arbol peregrino.
Abies.etos.interpretatur non missus vel iniectus.
Abidos.di.vna ciudad de Asia cerca del Hellesponto.
Abrotonum.ni.por yerua lombriguera.
Academia.æ.vn lugar cerca de Athenas.
Academus.i.vir fuit vnus ex heroibus.
Acamas.antos.interpretatur irrequietus.
Acanthus.ti.interpretatur carduus.
Acanthis.idos.por el sirguerito aue.
Acarnan.anis.por hombre de Epiro.
Acastos Peliæ regis Argiuorum filius.
Acidalia.æ.por la diosa Venus.
Accino.is.por cantar a otra cosa.
Accipiter.tris.por el gauilan o açor o halcon.
Aceo.ces.vel acesco.cis.por azedarse.
Acer acris.por fuerte o ingenioso o agro.
Acer.eris.por el azre arbol.
Acetum aceti.por el vinagre.
Acharis.interpretatur sine gratia.
Achates.tæ.nomen proprium viri, y piedra.
Achemenes.is.por vn rey delos Parthos.
Acheron.ontos.vn rio del infierno.
Acinus acini.por el grano del razimo.
Acis.is.nomen proprium viri: y rio de Sicilia.
Aconitum.ti.por el rejalgar.
Acras.ados.por el peruetano.
Acragas.antos.vna ciudad de Sicilia.
Acris.idos.por langosta o renueuo.
Acropolis.eos.por la fortaleza dela ciudad.
Actæon.onos.vn varon fue de Thebas.
Acuo.is.acui.por aguzar.
Acumen.inis.por la agudeza.
Acus.ci.por el aguja paladar pece.
Acus.us.por el aguja de hierro.
Acus.eris.por granças de trigo.
Adam.por nuestro primero padre.
Adamas.antis.por el diamente.
Adamantinus.a.um.por cosa de diamente.
Adeps.ipis.por la grossura no seuo.
Adhibeo.bes.por añadir a otra cosa.
Aden adenis.por la landrezilla.
Adigo adigis adegi.por empuxar.
Adyta.orum.por el sagrario del templo.
Adimo.is.ademi.por quitar.
Adipiscor adipisceris.por alcançar.
Admes.admetos.interpretatur indomitus.
Adonis adonidos.amasius Veneris.
Ador adoris.por farro o escandia.
Adorea.eæ.por la gloria o paz.
Aduena.næ.por estrangero o estrangera.
Aeas.antos vir fuit & fluuius.
Aeacus aeaci iouis ex Aegina filius.
Aedes.por la casa o morada.
Aedilis.is.por el fiel o alarife.
Aegeon.onis.vnus ex gigantibus.
Aegeon.onos.nomen proprium pastoris.
Aegina.næ.insula & fœmina.
Aegrotus ægrota ægrotū.por cosa enferma.
Aemon.onis.vir a quo dicta est æmonia.
Aenaretes ænaretæ.vir simulator.
Aenigma.atos.interpretatur scirpus.
Aeneis.idos.opus Vergilij.
Aequor.oris.por la llanura dela mar o del campo.
Aeresis.interpretatur electio.
Aerugo.ginis.por el moho de cobre.
Aes.eris.por cobre metal o moneda.
Aeson.onis.por el padre de Iason.
Aesopus.pi.por vn philosopho antiguo.
Aestas.atis.por estio parte del año.
Aestuo.aui.por auer calor.
Aether.eris.por el cielo o ayre.
Aethiops.opis.por el varon de Guinea.
Aethiopissa æthiopissæ.por muger de Guinea.
Aetolia.æ.vna region cerca de Albania.
Afer afra afrum.por cosa de Africa.
Agalma.atis.interpretatur statua.

Agea ageæ.por la tilla dela naue.
Agaſo agaſonis.por el harriero o recuero.
Agathos.interpretatur bonus.
Agathocles rex fuit Siciliæ.
Age.agedum.agite.aduerbia para exhortar.
Ageſipolis nomen proprium viri apud græcos.
Agis.Lacedæmoniorum rex.
Agya.æ.interpretatur via.
Agito agitas agitaui.por aguijar o oxear.
Aglaophon.pictor nobilis eſt.
Aglauros.vna ex filiabus Cecropis.
Aglis aglithos.interpretatur ſpica ſpicæ.
Agnoſco agnoſcis agnoui.por reconoſcer.
Agonalia agonaliorum.fieſtas eran delos Romanos.
Agrippa agrippæ.por el que nace de pies.
Ah.interiectio eſt dolentis.
Aiax.acis.nombre proprio delos griegos.
Alacer alacri alacre.por coſa alegre.
Alaricus alarici.por vn principe delos Godos.
Alcman alcmanos.poeta fuit græcus.
Alcmeon.onos.Amphiarari filius.
Alcymedon.vir apud Vergilium.
Albunea albuneæ.vn boſque cerca de Roma.
Alea aleæ.por qualquiera iuego de fortuna.
Ales alitis.por aue o coſa que buela.
Algeo alges.vel algeſco.por enfriarſe.
Algus algi.vel algor algoris.por el frio.
Alecto.us.por vna delas tres furias.
Alia aliæ.por vn rio dela Italia.
Alibas alibantos.vir apud Homerum.
Aliſæ.arum.por vna ciudad de Italia.
Alipes alipedis.por lo que tine alas enlos pies.
Aliphar aliphatos.interpretatur vnguentum.
Allicio alicis alexi.por atraer por halagos.
Allido allidis.por herir vna coſa con otra.
Allobrox.gis.Pueblos ſon de Francia.
Alopex alopecos.interpretaur vulpes.
Althea altheæ.por maluauiſco yerua & Meleagri mater.
Alueus aluei.por el vientre mas baxo.
Amaracus amaraci.por amoradux yerua.
Amaracinus.a.um.por coſa deſta yerua.
Amaſis amaſis.por vn rey de Egypto.
Amatus.untis.vna iſla del arzapielago.
Amazon amazonos.interpretatur ſine mamma.
Ambiorix ambiorigis.por vn principe de Francia.
Ambroſius.ſij.por vn ſancto deſte nombre.
Ambroſia ambroſiæ.por el artemiſia yerua.
Amens amentis.por loco ſin ſeſo.
Amentum.ti.por amiento de dardo.
Amethyſtus amethyſti.por amethyſto piedra precioſa.
Amethyſtinus.a.um.por coſa deſta piedra.
Ametor.oros.interpretatur carens matre.
Amia amias.genus eſt piſciculi.
Amicus amici.por vn varon deſte nombre.
Amidon.onis.vna ciudad de Macedonia.
Amygdalus.i.por el almendro arbol.
Amygdalinus.a.um.por coſa de almendras.
Amicio.cis.amicui.por cobrir o veſtir.
Aminadab nomen viri apud hebræos.
Amineum.i.vinum ex Campania.
Amita.tæ.por hermana del padre.
Ammon.onos.cognomen eſt iouis.
Amithaon.onos.cretei filius Melampi pater.
Anis.is.vn rio que ſiempre corre.
Amomum.i.por vnguento oloroſo.
Amonita amonitæ.populus Paleſtinæ.
Amonitis.idis fœmina ex illo.
Ampelos.u.interpretatur vitis.
Amphiſa.æ.por vna ciudad de Phocis.
Amphitryon.onos.Alcei filius Alcmenæ vir.
Amphimedon.onos.penelopes procus.
Amphion.onos.filius iouis ex Antiope.
Amphriſus.i.por vn rio de Theſſalia.
Ampluſtre.is por los ornamentos dela naue.
Amulius.ij.vn rey delos Albanos.
Anabis.is.fluuius eſt Siciliæ.
Anaglyphum.i.por lo ſinzelado.
Analectica.orum.interpretatur relicta.
Analectum.i.por el relieue del manjar.
Analogia.æ.interpretatur proportio.
Anapis.is.por vn rio de Sicilia.
Anas.æ.por Guadiana rio.
Anas.atis.por el anade aue.
Anacharſis.ſapiens vnus ex ſeptem.
Anadema.atos.idem quod diadema.
Anatole.es.interpretatur oriens.
Anax anactos.interpretatur rex.
Anaxagoras.æ.por vn philoſopho notable.
Anceps.tis.por coſa dudoſa.
Anchiſes.æ.por vn Troyano padre de Eneas.
Andrias.antos.interpretatur ſtatua viri.
Androgeos.geu.minois ex paſiphae filius.
Andromeda.dæ.muger fue de Perſeo.
Ango.gis.anxi.por congoxar o anguſtiar.
Anhelo.las.laui por acezar.
Anio.enis.por vn rio de Italia.
Anomalon.interpretatur irregulare.
Antes.ium.por los liños delas vides.
Anthedon.onos.oppidum eſt Boeotiæ.
Antennæ.arum.por las antenas delas naue.
Anteris.idos.interpretatur obluctatio.
Anthracia.as.interpretatur pruna.
Antropos.interpretatur homo.
Anthrores.ris.por vn varon enel Vergilio.
Antidotum.ti.por remedio contra ponçoña.
Antichir.iros.interpretatur pollex.
Antiæ.arum.por el copete delos cabellos.
Antigenes.is.nombre proprio de vn varon.
Antigonos.u.nomen celebre multorum.
Antilochus.i.filius Neſtoris.
Antiochus.i.Rey fue de Siria.
Antipho.onis.nomen proprium viri.
Antiphona antiphonæ.vox reciproca.
Antipophora.ras.interpretatur reſponſio.
Antiquarius.ij.por amador de antiguedad.
Antiſtes.itis.por el perlado o perlada.
Antiſtita.æ.por la muger perlada.
Antiſthenes.is.vn philoſopho notable.

Antyx.gos.interpretatur curuatura rote.
Anubis.idis.por vn dios delos Egyptios.
Anus,us.por la vieja.
Anxur.uris.por vna ciudad de Italia.
Aor.oros.interpretatur enſis.
Apage apageſis.interiectio ſilendi.
Apes apis.por abeja.
Apes.dis.por arrexaque o vencejo aue.
Apator.oros.interpretatur carens patre.
Apeſas.antos.mons eſt Nemeæ.
Aphona.næ.interpretatur ſine voce.
Apidanus.ni.por vn rio de Teſſalia.
Apirinum.ni.por la granada çafari.
Apis.is.por el dios de Egypto.
Apiſaon.onos.vir apud Homerum.
Apluſtre.is.por los ornamentos dela naue.
Apœninus.i. vn monte de Italia.
Apocope.interpretatur abciſio.
Apollo.inis.por el dios Apollo.
Apophthegma.atos.interpretatur dicterium.
Aponus.i.por vn lugar cerca de Padua.
Apoſtolos.u.interpretatur miſſus.
Apoſtrophe.interpretatur conuerſio
Appello.as.aui.por llamar.
Appello.is.appuli.por arrimar.
Apricus.a.um.por coſa abrigada.
Apto.tas.por atauiar y apareijar.
Aptos.otos.interpretatur non cadens.
Apulia.æ.vna region de Italia.
Apulus.a.um.por coſa de Apulia.
Apoſphax.interpretatur iugulator.
Aqualiculus.i.por el bajo del vientre.
Aqualis.is.por jarro de agua.
Aquilex.egis.por pozero que buſca pozos.
Aquor.aris.por yr por agua.
Arabs arabis.por varon de Arabia.
Arabiſſa.æ.por muger de Arabia.
Arados.di.inſula adiacens Phœniciæ.
Arar araris.por vn rio de Francia.
Arbutus.ti.por madroño arbol.
Aratus.ti.por vn poeta griego.
Arcas.adis.por varon de Arcadia
Arceo.es.por apartar y arredrar de ſi.
Acceſſo.is.por llamar.
Arctos.u.interpretatur Vrſa animal.
Archigenes.is.nombre proprio de vn medico.
Archilocus.i.vn poeta Lyrico griego.
Architas.tæ.por vn philoſopho Pytagorico.
Areo ares.vel areſco.por ſecarſe.
Aretalogus.gi.por fingidor de nouellas.
Arethuſa.æ.por vna nympha y fuente de Sicilia.
Arges.getos.interpretatur candidus.
Argiæ.æ.vna hija del rey Adraſtro.
Argi.orum.vna ciudad de Græcia.
Argos.gi.por aquella meſma ciudad.
Argireos.u.interpretatur argenteus.
Argiodus.di.habens dentes argenteos.
Argo.gus.por la primera naue de Iaſon.
Argiuus.a.um.por coſa de aquella naue.

Argutus.a.um.por coſa aguda y ſotil.
Argutulus.a.um.diminutiuum ab argutus.
Argutiæ.arũ.por las agudezas y aſtucias.
Aricia.æ.vna ciudad de Italia.
Aariſta ariſtæ.por la raſpa dela eſpiga.
Ariſtobolus.li.nomen celebre multorum.
Ariſtophanes.nis.vn poeta griego.
Armenia armeniæ.vna region de Aſia mayor.
Armiger.ri.por el paje delas armas.
Arpinas.atis.por coſa de Arpino ciudad.
Arrabon.onos.interpretatur pignus.
Arſen ſiue arren.interpretatur maſculus.
Arthron.u.interpretatur articulus.
Artifex.icis.por hazedor de arte.
Artus artuum.por los miembros del cuerpo.
Aruſpex.cis.adeuino por ſacrificios.
Aruiragus.auiragi.vn rey de Inglaterra.
Aruiſium.ſij.vn cabo dela iſla Chio.
Arx.arcis.por fortaleza o alcaçar.
As aſſis.por la libra o heredad entera.
Aſciſco.cis.por llamar y traer de lexos.
Aſclepius.pij.vn medico celebre.
Aſepus aſepi.vn rio de Troya
Aſia aſiæ.por la aſia mayor o menor.
Aſius.a.um.por coſa deſtas dos aſias.
Aſis.idis.por hembra de aſſi.
Aſylum.li.por lugar priuilegiado como ygleſia.
Aſilus.li.por moſcarda o tauano.
Aſilas.æ.nombre es de varon enel Vergilio.
Aſine aſines.vna ciudad de Achaya.
Aſma.atos.interpretatur canticum.
Aſopus aſopi. por vn rio de Boeotia.
Aſpalax.acos.interpretatur talpa.
Aſpar.varõ fue hijo de Anibal.
Aſparagus.gi.aſparago eſpina conoſcida.
Aſpis.idis.vna ſerpiente propria de Africa.
Aſpledon.onos.Phocidis regionis ciuitas.
Aſſecla.æ.por el q̃ acompaña a otro.
Aſſero.ris.eui.por plantar cerca de otra coſa.
Aſſero.is.erui.por affirmar o delibrar.
Aſſideo.des.por aſſentarſe cerca de otro.
Aſſilio.is.ui.por ſaltar hazia otra coſa.
Aſſiſto.is.por eſtar cerca de alguna coſa.
Aſſulto.as.por reſurtir hazia otra coſa.
Aſter aſteros.interpretatur ſtella
Aſthma atos.interpretatur anhelitus.
Aſtyanax.actos.Hectoris filius.
Aſtyſmos.u.interpretatur vrbanitas.
Aſtur.uris.por hombre de Aſturias.
Aſturica.cæ.por muger aſturiana o de Aſtorga.
Atabulus.li.vn viento de Apulia.
Ater.tra.trum.por coſa negra.
Athamas.antos.Phryxi & Helles pater.
Atheroma.atis.vna eſpecie de vlcera.
Athyrma.atos.interpretatur ludus.
Atina.æ.vna ciudad de Italia.
Atys.yos.vn moço que amo Cibeles.
Atlas.antos.vnus ex gigantibus.
Attagen.enis.por el francolin aue.

Attagēna.næ.por la miſma aue.
Attella.æ.vna ciudad de Campania.
Attingo. gis. attigi.por alcançar.
Atomus eſt ſine inciſſione.
Atrax.acos.ciuitas Theſſalie.
Atrox.ocis.por coſa cruel.
Auceps.upis. por caçador de aues.
Auchen.enos. interpretatur ceruix
Audax.acis. por coſa oſada ſin prudencia.
Audeo audes, por oſar.
Auernus.ni.vn lago de Italia o infierno.
Auius.a. um.por coſa ſin camino.
Aufilena.næ.nomen ꝓprium fœminæ.
Augur.guris.el adeuino por aguero.
Augeo.ges.por acrecentar.
Aulax.acos.interpretatur ſulcus.
Aule.les.interpretatur aula.atrium.caula.
Auletris.idos.tibicina.
Auriga.gæ. por el regidor del carro.
Aurigo.ginis. por la itericia dolencia.
Auritus.ta.tum. por coſa de grandes orejas.
Auſonius.a.um. por coſa de Italia.
Auſonius.nij. nombre ꝓprio de vn poeta latino.
Auſterus.ra.rum. por coſa aſpera.
Autographum.i. la ſcriptura de ꝓpria mano.
Automedon.Diorei filius armiger Achillis.
Autumo. as.por dezir.rarum.
Axis. is.por el exe del carro dela carreta.
B Aal.nomen dæmonis eſt.
Bachar.aris.por el aſſarabacar
Bacchanalia.orum.fieſtas erā de Bacco.
Bætis.tis.por el rio Guadalquiuir.
Benacus.ci.por vn lago de Lombardia.
Balanus,interpretatur glans.
Balena.næ.por la vallena.
Baltheus.ci.por vanda o cinta.
Bamura.ræ.nomen ꝓprium viri.
Barathrū.i.por vaſo ſin hondō o infierno.
Barbitos.ti.por cierto inſtrumēto muſico
Baris.idis.por cierta eſpecie de naue.
Barium.rij.por Barleta ciudad de Italia.
Baſium.ſij.por beſo de enamorado.
Batauium.uij.vna isla del Rio Reno.
Batauus.a.um.por coſa de alli.
Bagogus nombre ꝓprio de vn varon.
Barytonon,interpretatur grauis accent⁹.
Bebrix.icos.nomen celebre apud poetas.
Bema.atos.interpretatur gradus.
Bendis.idos.dea quæ ex Thracia venit.
Benignus.a.um.por coſa liberal.
Belides Danai filiæ fuerunt a bello auo.
Bellona.næ.por la dioſa dela guerra.
Berillus.i.por el beril piedra conoſcida.
Beritus.ti.vna ciudad de Phœnicia.
Beſſis.por ocho partes de doze.
Beta. la ſegunda letra delos griegos.
Bex bechos.interpretatur tuſſis.
Biceps.itis.por coſa de dos cabeças.
Bicolor.oris.por coſa de dos colores.
Bicorpor.por coſa de dos cuerpos.
Bifrons.ontis.por coſa de dos frentes.
Bigæ.arum.por el carro de dos cauallos.
Bijugus.ga.gum.por yūta de cauallos.
Bilis.is.por la colera.
Bini.næ,na.por cada vno dos.
Bipes.edis.por coſa de dos pies.
Byrrbias.riæ.nomen ꝓprium ſerui.
Biſon.ontis.vn animal es no conoſcido.
Byſſinus.a.um.por coſa de byſſo ſpecie de lino.
Bituri.orum.por los Burgoñones pueblos.
Bithinia.æ.vna region de Aſia.
Bizeres,pueblos ſon ſeptentrionales.
Blādúſia.æ.regio eſt Sabinorum.
Bogud.udis.vn Rey de Africa.
Bola.læ.vna ciudad antigua de Italia.
Boletus.ti.por hongo que naſce enel arbol.
Bombyx.ycis.por el guſano dela ſeda.
Bombycinus.a.um.por coſa de ſeda.
Boſtar.aris.vn varon de Africa.
Botrus.i.botrio.onis.por el razimo.
Brachæ.arum.por las bragas marineras.
Brachys.eos.interpretatur breuis.
Bradys.eos.interpretatur tardus.
Brabion.u.quod certātibus ꝓponit.
Bragada.dæ.vn Rio de Africa.
Bryax.acis.por vn entallador o platero.
Britānia.æ.por Inglatera isla.
Briton.onis.por breton de Bretaña.
Bromius.ij.vno delos nombres de Bacco.
Bubon.onis.interpretat inguen.
Bubo onis.por el bubo.aue.
Bubalus.li.por bufalo animal.
Bubaſtus.ſti.vna ciudad de Egypto.
Bucolica.orum.por obra de Vergilio.
Buris.is.por la cama del arado.
Burdo,onis.por el Burdegano.
Bus boos.bos.maſculus aut fœmina.
Buſiris.idos.tyrānus ægyptiorum.
Butyrum.ri.caſeus ex lacte bouis.
C Abax.acos.interpretat vafer aſtutus.
Cacabo.bas.por cātar la perdiz.
Cacaturio.is.por auer gana de aquello.
Cacula.læ.por el rapaz del eſcudero.
Cacus.ci.vn hijo de Vulcano que mato Hercules.
Cadauer.eris. por el cuerpo muerto.
Caduceus.ci.por la vara del embaxador.
Caducus.ca.cum.por coſa caediza.
Cædo.dis.cecidi.por herir o matar.
Cælebs.ibis.por el ſoltero o ſoltera no caſados.
Caicus.ci.vn Rio de Miſia o Frigia.
Caiſtros Aſiæ ꝓprie dictæ fluuius
Calabria.æ.vna Region de Italia.
Calendæ.arum.por el primero dia del mes.
Calydon.onos.ciuitas eſt Etoliæ.
Caligo.ginis. por la eſcuridad.
Caligo.gas.por eſcurecerſe.
Calypſo.us.nympha.Atlātis filia
Calix.icis.vn vaſo para beuer.

Calyx.ycis.por el eryzo dela caſtaña obellata.
Caliſtenes.is.vn diſcipulo de Ariſtoteles.
Callis.is.por camino hondo y eſtrecho.
Callithrix.icos.interpretatur pulcher capillus.
Callychthys.yos.pulcher piſcis.
Callipetes.tæ.nomen proprium viri.
Calo.onis.por leñador del real.
Calos.lu.interpretatur bonus.
Caluo.is.ui.por engañar.
Calx.acis.por el calcañar del pie.
Calx.cis.por la cal para edificar.
Cambyſes.is.vn Rey y rio delos Perſas.
Caminos.u.interpretatur fornax.
Camiros.ri.ciuitas eſt in inſula Rhodo.
Camurus.a.um.por coſa retuerta.
Cannabis.is.por el cañamo.
Cancelli.orum.por las rexas del apartamiento.
Candeo.des.por emblanqueſcerſe.
Cani.orum.por las canas dela cabeça.
Canis.is.por perro, o eſtrella, o azar enlos naipes.
Canicula.læ.por perra pequeña, o eſtrella.
Canon.onis.interpretatur regula.
Canopꝰ.pi.Damiata ciudad de Egypto.
Canuſium.ſij.vna ciudad de Apulia.
C peſſo. is. por tomar para gouernar.
C pitolium.lij.por capitolio monte de Roma.
Capiſtrum.i.por el cabeſtro.
Cappadox.docis.por hombre de Capadocia.
Caprile.is.por el apriſco de cabras o chibitil.
Car.caros.vir ex caria regione.
Carbaſus.i.vna eſpecie de lino muy blanco.
Carbaſinus.a.um.por coſa deſte lino.
Carceres, por cuerda que iguala los cauallos.
Carcheſium.ij.por la copa o gauia dela naue.
Carchedon.onos.Carthago ciuitas.
Cardo.dinis.por el quicio dela puerta.
Carex.icis.por el carrizo yerua conocida.
Caria.riæ.vna region de Aſia.
Cariar.atos.interpretatur caput.
Carica.cæ.por el higo paſſado.
Caries.ei.por carcoma.
Carpo.pis.carpſi.por coger rompiendo.
Carpophorus.ri.nõbre de vn varon.
Carpos.interpretatur fructus.
Caſſes.iũ.por la red para prender algo.
Caſſis.idis.por el armadura dela cabeça
Caſſinum.ni. por vna ciudad de Italia.
Caſſinas. atis.por coſa de aquella ciudad
Caſſus.a.um.participium a careo.res.
Caſtrum.i.por la villa cercada.
Caſtra.orum.por el real dela hueſte.
C telips.ipos.interpretatur ſcala.
Catadromus.i.por la corredera.
Catillus.i.por el poblador de Tibur.
Catina.næ.por Catãña ciudad de Sicilia
Catamitus.ti.idem eſt qui Ganymedes.
Catholicus.ca.cum.interpretatur vniuerſalis.
Caueo.es. por huir o proueer.
Cauillor.aris.por vſar de malicias.
Cauliodus, habens dentes exertos.
Caulis.lis.por la verça o tallo de yerua.
Caupo.onis.por el tauernero o ventero.
Caupona.næ.por la tauernera o vẽtera.
Cecrax.agos.interpretatur vocator.
Cecrops.opis.el primero rey de Athenas.
Cedo.dis.ceſſi.por dar la ventaja o mejoria.
Cedo pro dic ſecunda perſona imperatiui.
Celor.oris.interpretatur vox.
Celeber.bris.bre.por coſa famoſa.
Celer.ris.re.por coſa ligera.
Celox.ocis.vna eſpecie de naue.
Celtiber.eri. el q̃ mora cerca del Ebro.
Cenſeo.es.por juzgar, o penſar, o cõtar.
Centaurus.ri.nombre proprio de naue.
Centuſſis.por cien aſſes o moneda.
Centurio.onis. por el capitan de ciento.
Cepa cepæ.por la cebolla de comer.
Centurupe.pes.vna ciudad de Cicilia.
Cephiſus.ſi.vn rio cerca de Parnaſo.
Cer ceros.interpretatur peſtis.
Cer ceris.interpretatur cor.
Ceraſus.ſi.por el cerezo arbol.
Ceraſus.untis.vna ciudad de Capadocia.
Cerberus.ri.por el can portero del Inferno.
Cercîra.ræ. por vn genero de naue.
Cercyra.ræ. nombre fue de Corintho.
Cercopithecus.i.por gato paus.
Cerdo.onis.por oficial mecanico.
Ceres cereris.por la dioſa delas mieſſes.
Cerimoniæ.arum.por las cerimonias.
Cerinthe.es.herba ex qua apes decerpunt mel.
Cerrinus.na.num.por coſa de meſto arbol.
Ceryx.icos.interpretatur preco.
Cerno.nis.creui.por mirar con los ojos.
Ceruical.alis.por la cabecera o cabeçal.
Ceruſa.ſæ.por aluayalde o blanquibol.
Ceſena. næ.vna ciudad de Lombardia.
Ceſenas.atis.por coſa deſta ciudad.
Ceſpes.itis.por el ceſped tierra cõ raizes
Cete indeclinabile, por peſcado grande.
Cethegus.gi.vn varon Romano.
Cethiſus.ſi.vn rio cerca del monte Parnaſo.
Cetus.ti.por qualquiera pece grande.
Ceu aduerbium.por aſſi como.
Chaleos.interpretatur æreus.
Chalcoodon.ontos.hñs dentes æreos.
Chalybs.ibis. pueblos ſon de Ponto.
Chalybiſſa.æ.por coſa hembra de alli.
Chaos.i.por la confuſion delas coſas.
Character.eris.por la eſculpidura.
Charies.entos. interpretatur gratioſus.
Charybdis.is.vn cierto peligro del mar.
Charites.um.por las tres gracias.
Charon. ontos.portitor inferorum.
Chela.læ.por el braço de eſcorpion.
Chelidon.onos.interpretatur hirundo.
Chelis.idos.interpretatur cithara.
Chen.enos.interpretatur anſer.

Creſa.æ.nombre de hembras fue.
Cres.etis.Rey o varon de Creta isla.
Criminor.aris.por acuſar o ſer acuſado.
Cryſtallinus.a.um.por coſa de cryſtal.
Crocalus.i.por vn Rey de Sardinia.
Crocis genus herbe.
Crocinus.a.um.por coſa de Açafrã.
Crocodillus.i.por la cocodriz del nilo.
Croto.onis.ciuitas Italie in ſinu tarẽtino.
Crotopus.i.n.p.de varon.
Cruſtumium.ij.vn Rio de Italia.
Ctis.ctinos.interpretatur pecten.
Cteſiphon.ontos.n.p.viri & fluminis.
Cubile.is.por cubil de fiera.
Cuias.atis.por de que tierra.
Cuculus.i.por cuclillo aue.
Cuculo.as.por cãtar el cuclillo.
Cucullus.i.la capilla o cogulla de frayle.
Cucuma.æ.cierto vaſo de barro o arma.
Cucumis.eris.el pepino,melon o cogõbro.
Cucurbita.æ.por la calabaça o ventoſa.
Cucurrio.is.por cãtar el gallo
Cudo.is.por herir como en iunque.
Crudo.onis.por caxquete de cuero.
Cunæ.arum.por la cuna delos niños
Cunabula.orũ.por la criãça dellos.
Cuneus.i.cuña o batalla o aſſiento.
Cuniculꝰ.i.el conejo o madriguera.
Cures.etis.pueblos ſon de Creta.
Cures.ium.ciudad delos Sabinos.
Curulis.e.coſa de carro o corrida.
Currus.us.por el carro.
Curius.ij.nombre de varon Romano
Curio.onis.nõbre de varõ Romano.
Cupido.inis.la codicia o dios de amor
Cupio.is.por codiciar.
Cuſtos.dis.guardador o guardadora
Cuſtodia.æ.la guarda o guardadora.
Cuſpis.idis.por la punta.
Cuticula.æ.por la pelleiuela cuero.

DActylos.u.interpretatur digitus.
Dactylotheca.æ.por caxa de anillos.
Daces.æ.pueblos ſon Septentrionales.
Dacus.i.por aquellos meſmos.
Dæmon.onos.d'r fortuna,ſapiens.deus.
Daes.tos.interpretatur fax.
Damar.aros.interpretatur vxor.
Dametas.n.p.de vn paſtor.
Dama.æ.la gama,eſpecie de cieruos.
Damnn.enos.vnus fuit ex heroibus.
Damno.as.por condenar o obligar.
Danae fuit Acriſij filia.
Danubius.ij.vn Rio de Vngria.
Daphne.es.nemus Antiochie.
Daphné.es.Accento in vltima.n.puellæ.
Daphnon.onis.por el lauredal.
Daphnis.idis.nombre de vn paſtor.
Daps dapis.el mãjar coſtoſo.

Dardanus.i.hijo de Iupiter y Electra.
Dares.etis.n.de vn varon en Vergilio.
Daſipus.odis.por la liebre.
Dauid.idis.por el profeta y Rey.
Debilis.e.por coſa debil y flaca
Decas.adis.numerus eſt denarius.
Decapus.odis.la medida de diez pies.
Decorus.a.um.por coſa gracioſa.
Decus.oris.por la honra.
Dedecor.oris.por la deſonra.
Decerpo.is.por coger rompiendo.
Dedoceo.es.deſenſeñar lo enſeñado.
Decuns.cis.por diez partes de doze
Defetiſcor.eris.por cãſar o desfallecer.
Decuſſis.is.por diez aſſes.
Defraudo.as.engañar o amenguar.
Defrutum.i.vino cozido ala meytad.
Degener.eris.lo q̃ no reſpõde a ſu genero
Deglubo.is.por quitar el holleio.
Dego.is.degi.por biuir.
Dehiſco.is.por henderſe.
Deiero.as.aui.por iurar mucho.
Deinceps aduerbium,por deſpues.
Delear.atos.illecebra,eſca ad decipiendũ.
Delecto.as.aui.por deleitar.
Deleo.es.eui.por quitar o raer.
Delibutus.a.um.coſa vngida de olores.
Delicium.ij.deliciæ.arum.por el deleyte.
Deliteo.es.tui.por eſconderſe.
Delphin vel delphis.inis.el delphin
Delirus.a.um.por coſa deſuariada.
Delubrum.i.por el templo.
Demeter.ros.interpretatur ceres.
Dementia.æ.por la locura
Demipho.onis n.p.de varon
Demo.is.dempſi.por quitar.
Democoon.õtos.Priami filiꝰ nothꝰ.
Demophoon.ontos.Theſei filius.
Demoſthenes.is.orador fue griego.
Democritus.i.philoſopho griego.
Demum aduerbiũ.por finalmente.
Denarius.ij.moneda que vale diez aſſes.
Deni.e.a.de diez en diez o cada vno diez.
Denſeo.es.por eſpeſſar.
Denſo.as.por aquello meſmo
Depeciſcor.eris.hazer turpe pacto.
Deperco.is.por perdonar.
Depleo.es.por vaziar o menguar.
Deſero.is.rui.por deſamparar.
Deſes.idis.el perezoſo,a ſedendo nimium.
Deſideo.es.deſedi,por emperezar.
Deſilio.is.lui.por ſaltar abaxo.
Deſpondeo.es.por ꝓmeter.
Deſpotis.idos.interpretatur domina
Deſtino.as.por deliberar o cõprar.
Detero.is.detriui,por gaſtar por vſo.
Deterior.oris.por coſa menos buena.
Deuns.cis.por onze onças.
Dextãs.tis.por diez partes de doze.

Dexter.a.um.por coſa dieſtra.
Diadema.atis.por la diadema corona.
Diapaſon conſonãtia dupla.
Diateſſaron, conſonantia ſexquinaria.
Dias.adis.por la dualidad.
Dicax.acis.por dezidor y parlero.
Diceos.interpretatur iuſtus.
Dico.as.por dedicar o conſagrar.
Dicio.onis.por el ſeñorio
Dictamum.i.por el dictamo yerua.
Dicticos.interpretatur demonſtratiuus.
Dicto. as. por dezir lo que otro eſcriue.
Dictito.as.por dezir amenudo.
Didymus.i.interpretatur geminus.
Didyme.es.por vna isla cerca de Sicilia.
Didus.us.la que poblo a Carthago.
Diffiteor.eris.no confeſſar o negar.
Difercio.is.recalcar por diuerſas partes.
Digredior.eris.por ſe partir de otro.
Diluo.is.por desleir o deslauar.
Dindymus.i.vn monte de Frigia.
Dimico.as.por pelear
Dimidium.por la mitad delo entero.
Diptoton.i.coſa de dos caſos.
Dipus.odos.interptat bipes.
Diogenes.vn philoſopho griego.
Diœceſis.por la dioceſis o juridicion.
Dione.es.Venus ſiue illius mater.
Dioniſia.orum.fieſtas erã de Baccho.
Dionyſius.ij.n.p.de vn varon.
Diores.is.vn varon enel Vergilio.
Diorix.chis.el foſſado o caua.
Diræ.arum.por las furias del cielo.
Dirimo.is.por apartar.
Diruo.is.ui.por derribar edificio.
Diſcludo.is.por echar a defuera
Diſcors.dis.por coſa diſcorde.
Diſcumbo is.por aſſentarſe ala meſa.
Diſcutio.is.ſacudir por diuerſas partes.
Diſertus.a.um.por coſa eloquente.
Diſpar.aris.por coſa deſigual.
Diſpergo.is.por eſparzir en partes.
Diſpartior.iris.por partir en partes.
Diſpeſco.is.por apartar del paſto.
Diſpliceo.es.por deſagradar.
Diſplodo.is.por desfauoreſcer.
Diſpungo.is.por caſſar la cuenta o raer.
Diſquiro.is.buſcar por partes diuerſas.
Diſſero.is.ui.por declarar con palabras.
Diſſipo as.por diſſipar y deſtruir.
Diſſulto.as.reſurtir por partes diuerſas.
Dius.a.ũ.coſa diuina o digna de Iupiter.
Diutinus.a.um.por coſa de mucho tiẽpo.
Dinos.interpretatur ſeruus.
Dinois.idos.interpretatur ſerua.
Documentum.i.por la enſeñança.
Dodrãs.antis. nueue partes de doze.
Dodix.icos.interpretatur cocleare.
Dogma.atis.por decreto o ley.
Dolium.ij.por tinaja o cuba.
Dolium.n.p.viri apud Strabonem.
Dolobella.æ.n.p.de varones Romanos.
Dolon.onis.por arma offenſiua ſecreta.
Dolon.onis.varõ fue Troyano.
Dolopion.onis.Hypſenoris pater.
Doma.atis.domus ſiue tectũ interpretat.
Doris.idis.helladis ſiue achaiæ regio.
Doris.idis.por vna dioſa dela mar.
Doricus.a.um.por coſa de grecia.
Doryphor9.i interpretatur ferens haſtã.
Doron.interpretatur donum.
Dos.otis.por la dote dela muger.
Doſis.interpretatur datio.
Dotos.interpretatur datus.a.um.
Draco.onis.por el dragon o ſierpe.
Dracena.æ.por la dragona o ſierpe.
Drama.atis.rei repreſentatio.
Dryas.adis.la dioſa delos arboles.
Dryude.pueblos y filoſofos en Frãcia.
Dryx.yos.interpretatur quercus.
Drepanum.i.Trapana ciudad de Sicilia.
Dropax.acis.por el atãquia pa pelar.
Duco.as.aui.por guiar o capitanear.
Dulos.u.interpretatur ſeruus.
Dumus.i.por maleza de matas.
Durius.ij.por Duero Rio de Eſpaña.
Dux.cis.por la guia o capitan.
EArinus.interpretatur vernus.a.ũ.
Ebenus.i.por abenuz arbol.
Ebenum.i.por la madera del.
Ebur.oris.por el marfil del Elephãte.
Ebuſus.i.iuiça isla contra Valencia.
Ecce aduerbium.por demõſtrar.
Echion.onos.vir thebanus.
Echis.ios.por la biuora.
Eccum aduerbium.pa demõſtrar.
Echo.us.el ſon que reſurte dela boz.
Edo.is.edidi.publicar y ſacar a luz.
Edonis.idis.fœmina fuit ex Thracia.
Educo.as.aui.criar con criãça.
Educo.is.por ſacar fuera o arriba
Edulis e.por coſa de comer.
Eleemoſyna.æ.eſt miſericordia.
Electrũ.i.Ambar.o oro de.xviij.quilates.
Elegia eſt carmen flebile.
Elephas animal eſt,& mons æthiopiæ.
Eleon.u.interpretatur oleum.
Eleuſis vel eleuſin ciudad cerca de athenas
Eleuter.interpretatur liberator.
Elis.dis.regio eſt Peloponneſi.
Eliſa.æ.la meſma es que Reyna Dido.
Eliſium.ij.lugar delos bienauenturados.
Eliſius.ij.vn Rio de Atica region.
Elor.oros.interpretatur laceratio.
Elorus.i.vn rio de Sicilia.
Elos.eos.interpretatur palus.
Emaneo.es.por quedar ſe en lugar.
Ematia.æ.region de Theſſalia.

Emblema.atis.por el eſmalte.
Emineo.es.ui.por eſtar encima.
Eminus aduerbium, por lexos
Emo.is.por comprar,
Emolumentum.i.por la ganancia
Empturio...por auer gana de cōprar.
En aduerbium demonſtrādi,he,
Endymion.onos,Amaſius lunæ,
Enyo.us.hermana fue de Mars
Enipeus.i.por vn Rio de Theſſalia.
Enthymema.atis.argumento oratorio.
Epelis.idos.interpretatur aduena,
Ephebus.i.por el que comiença a barbar
Epiales.is. febris lentæ genus,
Epicenos.u.interpretatur pmiſcuus.
Epirus.i.por Albania Region de græcia.
Epicteſis,interpretatur acquiſitio.
Epiſcepſis.ios.interpretatur fictio,
Epodos.u.interpretatur incātatio
Epos eſt carmen heroicum.
Epops.opis.auis eſt quæ vpupa latinæ.
Epulum.i.por ſala o combite publico.
Epulæ.arum.por los manjares.
Eques.itis.por el Cauallero.
Equiculus.i.pueblos fueron de Italia,
Eraſmos,fluuius Peloponneſi,
Erato,vna ex nonem muſis.
Erebus.i.por el infierno,
Eremus.i.por yermo o deſierto
Erenum.i.vna ciudad ātigua de Italia,
Eretum.i.oppidum eſt Italiæ.
Ereuthalon.onos. vir apud Homerum,
Erga præpoſitio,por cerca en voluntad.
Ergo,aſſi que concluyendo por cauſa.
Eridanus.i.fluuius Italiæ qui d'r padus.
Erier.ros.interpretatur accommodatus,
Erigo.is.exi.por enheſtar.
Erigone.es.icari filia in cælo poſita.
Erimāthos.Arcadiæ mons & fluuium,
Erinnys.furia inferorum,
Eriphile.es.muger fue de Amphiarao.
Eris. idos interpretatur diſcordia,
Erix.icis.vn varon y monte de Sicilia.
Eruca.æ.oruga yerua conocida.
Erodius.ij.aue es incierta.
Eros.tis.n.p.de vn varon y amor
Eſſedum.i.por el carro para cargar.
Eſca.æ.por el manjar o comida.
Eſurio.is.por auer gana de comer
Ethica.orum.libros de filoſofia moral.
Ethre.es.n.p.fœminæ celebre,
Etor.oris.interpretatur cor,
Euādrus.i.Rex Arcadiæ.
Euētus.us.por la ſalida delo que acōtece.
Euge aduerbiū vel interiectio,para loar.
Eugeos,interpretatur fertilis.
Eunuchus.i.por caſtrado,
Eupean ab eu & pean compoſitum.
Euphroſine.es.vna delas tres gracias.

Eupolis.idis.poeta comicus grecus,
Eurimedon, fluuius pamphiliæ.
[illegible]
Euripides.is.poeta fue griego.
Euripus.i.vn mar cerca de negro ponte.
Eurytion.n.p.in Vergilio
Euriops.opis.Rey fue dela Morea.
Euros,ventus ab ortu ſpirans.
Exanguis.is.coſa ſin ſangre.
Excretus.a. um.coſa crecida.
Excello.is.por ſobrepujar.
Excubiæ.arum.por las eſcuchas,
Excludo.is.por echar a fuera.
Exculco.as.por hollar o cocear.
Exculpo.is.por eſculpir.
Excutio.is.excuſſi,por ſacudir.
[illegible]ecror.aris.por abominar o maldezir.
Exequiæ.arum.por las exequias.
Exerceo.es.por exercitar o trabajar
Exigo. is.por demādar por fuerça,
Eximo.is.emi.por ſacar a fuera.
Exilis.e,por coſa feble o delgada.
Exodus.i.interpretatur exitus.
Exoletus.a.ū.coſa ꝗ dexa de crecer.
Experior.iris.por experimentar.
Expergiſcor.eris.por deſpertar,
Expes,por coſa ſin eſperança.
Explodo.is.por patear en disfauor,
Exta.orum.las aſſaduras del animal.
Exul,ulis.hombre o muger deſterrados
Exuuiæ.arum.por los deſpojos.

FAbilis.e.a faris vel ſare quod eſt loquor.eris.
Facundus.a.um.coſa elegante.
Facetiæ.arum,por los donayres.
Faceſſo.is.por hazer moleſtia o enojo.
Facetus.a.um.por coſa donoſa.
Faex.fecis.por la hez o borra.
Fagus.i.por la haya arbol.
Faginus.a.um.por coſa de haya.
Falernum.i.vino de Campania.
Far farris,por el farro ſimiente
Farcio.is.farſi.por recalcar.
Farcimen.inis.morcilla o longaniza.
Fas indeclinabile,por lo licito en religion
Faſcis.is.por el haz o emboltorio.
Faſtigium.ij.por la cumbre o altura.
Faſti,orum.vel faſtuū,por el Kalendario.
Fateor. eris. por con[illegible]ſſar por voluntad.
Fatiſco.is,por henderſe.
Fatigo.as.por acoſſar.
Faueo.es.faui.por fauorecer,
Fax.cis.por la hacha para quemar.
Femen.inis,por el muslo por de dentro.
Femur.oris.por el muslo.
Feralis.e por coſa de fiera.
Fere,ferme,aduerbia, por quaſi.
Feriæ.arum.por las fieſtas de guardar.
Feronia.æ.por vna fuente de Italia.
Fibula.æ.por la heuilla.

Fidelia.æ.por la olla.
Fidenæ.arum.por vna ciudad de Italia.
Fidus.a.um.por coſa fiel.
Figo.is.fixi.por hincar.
Figulus.i.por el ollero.
Filix.icis.por el helecho.
Fimus.i.por el eſtiercol.
Fingo.is.finxi.por fingir.
Fiſcina.æ.por la encella.
Flabrum.i.por el moſcadero o viento.
Flabellum.i.por el moſcadero.
Flabilis.e.por coſa que ſopla.
Flagitium.ij.por el peccado digno de caſtigo.
Flamen.inis.por el ſacerdote.
Flamina.æ.por la ſacerdotiſſa.
Flauus.a.um.por coſa ruuia.
Flecto.is.xi.por doblegar o inclinar.
Fleo.es.por llorar.
Fligo.as.a quo eſt profligo.as.
Fligo.is.a quo eſt profligo.is.
Fluo.is.xi.por correr lo liquido.
Fluxus.a.um.por coſa floxa y cayda.
Focale.is.por la beca.
Fodio.is.fodi.por cauar.
Fœdus.eris.por la confederacion.
Follis.is.por la bolſa o fuelle.
Fomes.itis.por las aſtillas dela madera.
Fori.orum.por la tilla dela naue.
Formido.as.por auer miedo.
Formido.inis.por el miedo.
Fornix.icis.por el arco o boueda.
Forpex.icis.por las tenazas.
Forſan.forſitã forte.fortaſſis.por por auẽtura
Fors forte.por la fortuna.
Fortunæ.arum.por las riquezas.
Fragor.aris.a quo ſuffragor, & reffragor.
Fremo.is.por bramar.
Fretum.i.por el eſtrecho del mar.
Frigeo.es.frixi.por ſe reſ friar.
Frigo.is.xi.por freyr como en ſarten.
Friguilla.æ.aue a mi no conocida.
Friguillo.as.por cantar ciertas aues.
Fritinio.is.por chillar la cigarra.
Frico.as fricui.por fregar.
Frit, por el grano menudo del trigo.
Frons.dis.por la hoja del arbol.
Frons.tis.por la frente.
Fraudo.as.por defraudar o menguar.
Frumentor.aris.por yr por trigo o cenada.
Fruor frueris.por gozar de alguna coſa.
Fruſino.onis.por vn lugar de Italia.
Frutex.icis.por mata menor que arbol.
Frux.gis.por la fruta dela tierra.
Fulcio.is.por ſuſtentar.
Fulix.icis.por el aue cerceta.
Fulgeo.es.por reſplandecer.
Fulgur.uris.por el relampago.
Fullo.onis.por el que laua los trapos.
Fullona.æ.por la que laua los trapos.

Funis.is.por la cuerda para atar.
Funus.eris.por el mortuorio.
Furio.is.inſaniui.por enloquecer.
Fuſtis.is.por vara para hoſtigar.
Furfures.um.por la caſpa dela cabeça.
Fuſcina.æ.por el arrexaque de tres puntas.

Gades.ium.por la iſla de Caliz.
Gaddir.is.por vna ciudad deſta iſla.
Galbanũ.por el gabano y edicina conocida
Galeſus.i.vn rio de tarento en Italia.
Galerus.i.por el ſombrero.
Ganeo.onis.por el que come por tabernas.
Gargarus.i.por vn monte de Apulia.
Gargarus.i.por vn monte de Frigia.
Garrio.is.por gorgear las aues.
Garrulo.as.por gorgear amenudo.
Gauſape.is.por veſtidura velloſa.
Gauſapinus.a.um.por coſa aſſi camo vello.
Gauiſus.a.um.participium a gaudeo es.
Gela.æ.por vn rio y ciudad de Sicilia.
Gelos.otos.interpretatur r[illegible]
Gelu indeclinabile por el y[illegible]
Genæ.arum.por las maxillas o parpados.
Gener.i.por el yerno mari[illegible] dela hija.
Genys.yos.interpretatur barba.
Geometres.æ.interpretatu[illegible] mẽſor.
Geryones.is.por vn [illegible] antig[illegible]
Gerys.ios.interpr[illegible] r vo[illegible]
Getes.æ.pueblos ſe[illegible]
Getulia.æ.por vna reg[illegible]
Gibber.eri.por el corcoba[illegible] corcobada.
Gigas.antis.interpretatur terræ filius.
Giges.is.por vn rio y paſtor de Lidia.
Gingiuæ.arum.por las enzias.
Gynis.idos.interpretatur fœmina vir.
Git indeclinabile.por el axenuz.
Glans.dis.por la bellota o fruta ſilueſtre.
Glarea.æ.por el caſcajo y arena.
Glaucoma.atis.por la enfermedad delos ojos.
Gleba.æ.por el terron de tierra.
Glen.enos.interpretatur pupilla.
Glico[illegible]is.nomen viri celebre.
Glis.iris.por el liron animal conocido.
Gliſco.is.por crecer o engordar.
Globus.i.por la redondez o ouillo o pelota.
Glomero.as.por redondear o deuanar.
Gloſſa.æ.interpretatur lingua.
Gluten.inis.por el engrudo.
Gnauus.a.um.por coſa induſtrioſa.
Gnidos.vna iſla del arçapielago.
Gobius.ij.vel gobio.onis.por el gobe pece.
Gonia.interpretatur angulus.
Gortyn.os.interpretatur Cortyna.
Gracito.as.por graznar el anſar.
Gradiuus.i.por el dios delas guerras.
Gradior.eris.por andar o paſſear.
Gramma.interpretatur littera.
Graus.interpretatur vetula.
Græciſſo.as.por remedar a griegos.

Grates.ium.por las gracias.
Grex.gis.por la piara o manada de ganados.
Grypus.i.por el grypho.
Gripus.i.por la nariz corua o aguileña.
Gummi.por la goma.
HAbilis.e.por coſa habil o ligera.
Hemaatos,interpretatur ſanguis.
Halex,ecis.por el alache pece.
Halec.ecis.por la ſalſa que del ſe haze.
Haleſus.i.por vn rio de Sicilia.
Hallo.as.aui.por euaporar o vaziar.
Hallos.o.interpretatur area.
Hals halos,interpretatur ſal ſiue mare.
Halmiris.idos,interpretatur ſalſulgo.
Halter.eris.por alcadera para ſaltar.
Hamilcar.aris.capitan delos Carthagineſes.
Hannibal.alis.hijo fue de Hamilcar.
Hamus.i.por el anzuelo para peſcar.
Hara.æ.por la pocilga delos puercos.
Harpago.onis.interpretatur rapax.
Harpyia.æ.por aquella aue de rapina.
Haurio.is,por ſacar o recebir o berir.
Heautontimorumenos,ideſt ſe crucians.
Hebdoas.ados.interpretatur ſeptimana.
Hebe.es.por la dioſa dela mocedad.
Hebes.etis.por coſa bota y no aguda.
Hebeſus.i.ciuitas eſt Lybiæ.
Hedra.æ.interpretatur ſedes ſedis.
Helenus.i.ppheta fue hijo de Priamo
Helena.æ.por la muger de Menelao.
Helicops.opos.i.nigros habens oculos.
Helios.u.interpretatur ſol.
Helyx.icis.por vna ſpecie de yedra.
Helyx.cos.interpretatur coetaneus.
Hellen.enos.interpretatur græcus.
Hellen.nis.filius fuit Deucalionis.
Helleſpontus.i.fretum celebre.
Helmins.inthos.vermis lumbricus.
Helorus.i.fluuius Siciliæ.
Hemera.as.interpretatur dies.
Hemiciclus.i.por el ſemicirculo.
Hemina.æ.por media medida.
Hemus.i.por vn monte de Thracia.
Hepar.tos.interpretatur iecur.
Hermagoras.æ.por vn orador y philoſopho.
Hermophroditus,hijo fue de Venus y Mercurio.
Hermopan,compoſitum ex herme & pan
Hermogenes.vn celebre philoſopho.
Heros.ois.por el medio dia.
Heroina.æ,hija fue de algun heroe.
Herodes.is.por vn rey delos judios.
Herus.i.por el ſeñor delos ſieruos.
Hyacinthꝰ.i.por vna flor y piedra.
Hyacinthinus.a.um.por coſa deſta color.
Hyacinthinus.a.um.por coſa de color de violeta
Hyaſpis.idis.vna piedra precioſa.
Hybris.idos. ex duobus animalibus genitus.
Hydaſpes.is.por vn rio de Media.
Hydrops.opis.por la hidropeſia.
Hydromeli.por el aloxa.
Hydrus.untis.otranto ciudad de Italia.
Hierax.cos.interpretatur accipiter
Hierichus.untis.la ciudad de Iericho
Hiera.æ.vna yſla cerca de Sicilia.
Hylax.nomen ꝓprium canis.
Hyle.es.interpretatur materia.
Hymen.enis,el dios delas bodas.
Hymen.enis.la red en que nace el niño
Hilaris.e.por coſa alegre.
Himera.æ.por vn rio de Sicilia.
Hypanis.is.vn rio de Tartaria.
Hypar,interpretatur re vera.
Hyperion.onis.vnus ex Titanibus.
Hippomanes,ſudor dela ingle de yegua.
Hipponax.ctis.por vn poeta griego.
Hyppotion.onos.vir apud Homerum.
Hir indeclinabile, por la palma dela mano.
Hyrie.es.por vna ciudad de Beocia.
Hircoſus.a.um. por lo que hiede a cabron.
Hirudo.inis. por la ſanguiſuela.
His.enos.interpretatur vnus vna vnum.
Hys hyos,interpretatur ſus ſuis.
Hyſſopus.i.por el hiſopo yerua.
Hiſtrix.cis.por el puerco eſpin.
Hiſtrio.onis.por el repreſentador de fabulas.
Holus.eris.por lo ortaliza.
Homerus.i.por vn poeta griego.
Homoſtyx homoſtygos,interpretatur cõiux.
Hornotius.a.um.coſa del meſmo año.
Hoſpes.itis.por el hueſped o hueſpeda.
Hulcus.eris.por la llaga con materia.
Humus humi,por la tierra.
IAcio.is.ieci,por alançar.
Iacob,hijo de Rebeca y Iſaac.
Iacobus.i.nombre ꝓprio de varon.
Iacchos,idem qui bacchus.
Iader.eris.por vn rio de Eſclauonia.
Ianthinus.a.um.por coſa violada en color.
Iapetus.i.por vno delos gigantes.
Iapis.igis.viento ꝓprio de Apulia.
Iazyx.igis.pueblos ſon ſeptentrionales.
Iber.i.por hombre de eſpaña.
Iberus.i.Ebro rio de Eſpaña.
Ibis ibis, aue propria en Egypto.
Icarus.i.nombre de varones fue.
Icetaon.onis. Laomedonti. filius.
Ichor.oros,interpretatur ſanies & cruor.
Ichthys.yos.interpretatur piſcis.
Ico.is.ici.por herir.
Icon.onis,figura o imagen.
Ider.atos.eſca vel cibus.
Idolum.i.idolo,imagen o eſtatua.
Idolothitum.i.ſacrificio delos idolos.
Idume.es.region en Iudea y Arabia.
Idus iduum,cierta cuenta delos meſes.
Iecur.oris.por el higado.
Iynx.torcecuello aue conocida.
Ignoſco.is.por perdonar o no conocer

Ilaira.æ.hija fue de Leucipo.
Ilerda.æ.Lerida ciudad de Eſpaña.
~~Ilia ilium,por las tripas delgadas.~~
Ilico aduerbium,por luego ala hora.
Ilios,aut ilium,por la ciudad de Troia.
Iliſus.i.por vn rio cerca de Athenas.
Ilos.otos.interpretatur ſeruus.
Illecebræ.arum.los halagos.
Illex.icis.porel añagaza.
Illiberritanus.a.um.por coſa de Granada ciudad.
Illicio.is.por atraer con halagos.
Illido.is.por herir vna coſa con otra.
Imas imantos,interpretatur ſcutica.
Imbrex imbricis.por la teja.
Iumbuo.is.embeuer en otra coſa.
Ingruo.is.por hazer impetu.
Immaneo.es.por quedar en algun lugar.
Immineo.es.por eſtar encima de otra coſa.
Impedio.is.por embaraçar.
Impertior.iris.por dar parte.
Impetix.igis.por el empeine.
Impete,ablatiuus ab impetu.
Impingo.is.por empuxar.
Impos.otis.por coſa no poderoſa.
Impubes.is.el que aun no tiene barbas.
Inater.interpretatur ianitrix.
Inculco,as.por recalcar vna coſa con otra.
Incubo.as.acoſtarſe ſobre algo.
Incunabula,orum.la criança de niñez.
Incus.udis.por la yunque.
Incuſo.as.por quexarſe de alguno.
Indecor.oris.coſa fea o ſin honor.
Indiges.etis.el ſancto canonizado.
Indoles.is.ſeñal de virtud enlos niños.
Induciæ.arum.las treguas.
Ineptior.iris.hazer bouerias.
Inferi.orum.los dioſes del infierno.
Inferiæ.arum.las offrendas delos muertos.
Infero.ers.intuli.por traer adentro.
Inficias eo.negar lo hecho.
Infigo.is.imprimir apretando.
Infringo.is.por quebrar.
Inguen.inis.por la ingle.
Inoleo.es.vel inoleſco.por crecer.
Inops.opis.pobre o menguado.
Innuba.æ.muger no caſada.
Inquies.etis.coſa ſin holgança.
Inquino.as.por enſuziar.
Inſculpo.is.por eſculpir.
Inſideo.es.aſſentarſe en algo.
Inſidiæ.arum.por aſſechanças.
Inſtar.aris.por ſemejança.
Inſtigo.as.aui.por inſtigar.
Inſulto.as.ſaltar para mal hazer.
Inter præpoſitio,por entre.
Intercus.utis.coſa entre cuero y carne.
Intercipio.is.por entreſacar.
Internodium.ij.por cañuto.
Interpres interpretis,el faraute o truſamã.

Intra præpoſitio,por entre.
Intybus.i.la chicoria o endibia.
~~Innula.æ.la enula campana.~~
Innus.i.porel dios Pan.
Iocus.i.burla de palabra.
Ionium.mar entre Grecia & Italia.
Ioſephus.i.vn caudillo delos Iudios.
Iopas.æ.cantor en el Vergilio.
Iphytus.i.vn varon enel Vergilio.
Ir.iros.interpretatur procella.
Irrumo.as.eſt mentulam ori inſerere.
Iſagoga.æ.interpretatur introductio.
Iſara.æ.vn rio de Francia.
Iſaurus.i.vn rio de Italia.
Iſaurus.i.vna ciudad de Cicilia.
Iſidorus.i.nombre es de varon.
Iſmarus.i.vn monte Thracia.
Iſte iſta iſtud.por eſſe ſecunda perſona.
Ithereus.i.interpretatur directiuus.
Iubar.oris.interpretatur claritas.
Iubilus.i.por grita de alegria.
Iugum.i.el yugo o junta de bueyes.
Iugum.i.enxullo o vanco de galea.
Iuga.orum.la cumbre del monte.
Iugerum.i.por vna huebra de tierra.
Iupiter.Iouis.aquel dios delos gentiles.
Iuratus.a.um.coſa juramentada.
Iuſticium.ij.las vacaciones del juyzio.
Iuſta.orum.las exequias delos muertos.
Iuuo iuuas.por ayudar.
Iuxta præpoſitio,por cerca.
Ixion.onis.Ixion qui torquetur apud inferos.

Labes.is.por la corrupcion.
Labicum.i.vn lugar cerca de Roma.
Labo.as.aui.caer derrocando.
Labor.eris.caer deſlizandoſe.
Laburnum.i.por vna ſpecie de robre.
Lacedæmon.onis.vir ex Lacedæmone.
Lacer.a.um.coſa deſpedaçada.
Laceſſo.is.deſafiar o prouocar.
Laches.etis.vn varon en Terencio.
Lacon.onis.varon de Lacedemonia.
Lacena.æ.muger de Lacedemonia.
Lactes.ium.por entreſijo.
Lacto.as.aui.por amamantar.
Ladon.onis.vn rio de Theſſalia.
Lædo.is.læſi.por liſiar o dañar.
Lælaps.apis.interpretatur procella.
Lælaps.apis.vn can enel Ouidio.
Leſtrigones.pueblos fueron en Italia.
Læuis.e.coſa liſa ſin pelos.
Laganum.i.por la laſaña o houſela.
Lagus.i.el padre de Ptolemæo.
Lagoopus.odis.animal que tiene pies de liebre.
Lalage.es.nombre celebre de muger.
Lalax.agos.interpretatur loquax.
Lamentor.aris.por llorar gritando.
Lamina.æ.la lama de metal.
Lampas.ados.interpretatur fax facis.

Lampado.us.nomen celebre fœminarum.
Lampon.onis.nomen viri celebre.
Laniſta.e.por eſgremidor.
Laocoon.ontis.varon fue Troiano.
Larius.ij.vn lago fue de Italia.
Leriſſa.e.vna ciudad de Theſſalia.
Larix.icis.ſpecie de pino arbol.
Larynx.gis.pro gutture.
Laſſer laſſeris.por el aſſar.
Latebre.arum.por eſcondedijos.
Latex.icis.el vino o agua.
Laterna.e.por la lanterna.
Latona.e.la madre de Apollo y Diana.
Latrina.e.por priuada.
Latrix.idos.interpretatur ancilla.
Lauinium.ij.vna ciudad antigua de Italia.
Lauinia.e.vna hija del rey Latino.
Learchos.i.Athamantis filius.
Lebes lebetis.el calderon de cobre.
Lecythus.i.por el azeytera.
Lectica.e.las andas de biuos.
Lectito.as.por leer a menudo.
Lego.as.aui.por mandar o embiar.
Lego.is.legi.por leer coger o hurtar.
Lelex.gis.pueblos fueron de Theſſalia.
Lemures.um.las fantaſmas dela noche.
Lens lendis.por la liendre.
Lens lentis.por la lenteja.
Leontophonos.leonem necans.
Lepos.oris.la gracia enel hablar.
Lepus.oris.la liebre.
Leſbos leſbi vna iſla de nueſtro mar.
Leſtes.e.interpretatur latro.
Lethes.e.vn rio del infierno.
Leucaſpis.nomen celebre apud Vergilium.
Leuus.a.um.por coſa ſinieſtra.
Leucipos.virorum nomen.
Leuir leuiri.por el cuñado.
Leuis.por coſa liuiana.
Leuites.e.vel leuita.e.vir ex tribu Leui.
Leuitis.idis.fœmina ex eadem tribu.
Libanus.i.vn monte de Iudea.
Libertus.i.por el libre de eſclauo hecho.
Liberta.e.la libre de eſclauo hecha.
Liberi.orum.el hijo o hijos o nietos.
Libethrum.i.oppidum.
Libye.es.que latine dicitur Aphrica.
Libys.is.por varon de Africa.
Libs libos.interpretatur ventus Aphricus.
Libyſſa.e.vna muger de Africa.
Libido.inis.la luxuria o antojo.
Libo.as.aui.por guſtar ſacrificando.
Libum.i.la offrenda que ſacrificamos.
Libripens.dis.el que peſa la moneda.
Licabas.nomen pprium viri apud Ouidiū.
Lycaon rex Arcadie.
Licas.e.el que lleuo a Hercules la camiſa.
Lichen.enis.el vſagre o empeine.
Liceor.eris.poner en precio o en almoneda.
Licinus.i.vn varon Romano.
Licitor.aris.poner precio en almoneda.
Liceo.es.por ſer vendida en almoneda.
Licium.ij.por el lizo dela tela.
Lyen.enis.por el baço.
Lyenteria.el fluxo del vientre.
Liger.eris.nōbre de varō enel Vergilio
Ligo.onis.el açada o açadon.
Ligo.as.aui.por atar.
Lignor.aris.yr por leña.
Ligur liguris.varō o muger de Genoua
Ligurio.is.comer delicadamente.
Lilea.e.vna ciudad de Bœocia.
Lilybæum.i.vn cabo de Sicilia.
Limax limacis.el caracol o limaza.
Limen limenos.interpretatur portus.
Limes limitis.por la linde o ſenda.
Limus.i.por el limo dela tierra.
Lindos.ciudad de Rhodas yſla.
Linguo.is.por lamer con lengua.
Linquo.is.por dexar.
Lino linis.por vntar.
Linum.i.por el lino yerua y materia.
Linus.i.poeta antiguo hijo de Apollo.
Linther.thris.la barca pequeña.
Lynx.gos.interpretatur ſingultus.
Lynx.cis.vn animal no conocido.
Liqueo.es.liqueſco.cis.por derretirſe.
Liquo.as.aui.por colar.
Liquor.oris.lo que ſe derrite.
Liquidus.a.um.por coſa clara y liquida.
Lira.e.por la tierra entre dos ſulcos.
Lyra.e.por vn inſtrumento muſico.
Lyricen.inis.el que lo tañe.
Lyricina.e.por la que lo tañe.
Lirneſus.i.vna ciudad de Frigia.
Lis litis.por la contienda.
Lyricen.inis.por el trompetero varon.
Lyricina.e.la muger trompeta.
Littere.arum.la carta menſagera.
Litura.e.por el borron o raedura.
Lixa.e.por el aguador del real.
Loculi.orum.la bolſa o bolſico.
Locuples.etis.por el rico o rica.
Lodix.icis.por la manta.
Lœtum.i.por la muerte.
Logos logu.interpretatur ſermo.
Lorica.e.por la malla o cota.
Lophos.u.criſta ſiue collis.
Lorum.i.la cuerda o coyunda.
Lothos.i.arbol proprio de Africa.
Lubricus.a.ū.por coſa que ſe deſliza
Lucellum.i.por la ganancia pequeña.
Luceo.es.por reſplandecer.
Lucumo.onis.pueblos fueron de Thuſcia.
Luceres.um.vna de tres partes de los Romanos.
Ludo.is.por jugar o burlar.
Lugeo luges.por traer luto.
Lumbricus lumbrici por la lombriz.

Luo.is.por laſtar o pagar pena. Lues.is. por mortandad.
Lupercalia.orum.fieſtas eran del dios Pan.
Luſitania.æ.por Portugal.
Luſtrum.i.ſpatio de quatro años.
Luſtra.orum.por la puteria o breña.
Luter.eris.vaſo para nos lauar.
Lutum luti.por el lodo o cieno.
Luxuria luxuriæ,la luxuria o demaſia.

MAcar macaros,interpretatur beatus.
Macars macartos,interpretatur item beatus.
Macedo macedonis,vn varon de Macedonia.
Macer,a,um.por coſa magra.
Macero maceras,por curtir o remojar.
Macetes.tum.por los Macedones.
Macte in vocatiuo,por ô acrecentado.
Macti in vocatiuo,por ô acrecentados.
Machina.æ.el ingeño o edificio.
Mæa.as.quæ a latinis maia.
Meandros fluuius eſt Lydiæ.
Mæon.onis.vir a quo dicta Mæonia.
Magalia magalium.las majadas delos paſtores.
Magiros,interpretatur coquus coqui.
Magnes magnetis.por piedra iman.
Magnes.etis.por vn varon de Magneſia.
Magnetis.is.hembra de alli.
Magneſia magneſiæ,por aquello meſmo.
Magneſia.æ.vna region de Theſſalia.
Mænalus.i.vn monte de Arcadia.
Maiores maiorum,por nueſtros antiguos.
Mala malæ,la maxilla dela cara.
Malus mali,por el mançano.
Malum.i.por la mançana.
Mamercus.i.prenombre es de Romanos.
Mamertinus mamertini populi ſunt Siciliæ.
Mamma.æ.por la teta dela muger.
Mamilla mamillæ.por teta pequeña.
Mamura.æ.nombre de vn Romano.
Mamurius.ij.por vn herrero.
Mandibula mandibulæ,por la quixada.
Mando.as.aui.por embiar o encomendar.
Mando.is.mandi.por comer o maxcar.
Mandragora.æ.la mandragora yerua.
Maneo.es.manſi,por quedar o eſperar.
Manes.ium.las animas del infierno.
Mango.onis.el que vende eſclauos.
Mantile.is.pañezuelo de manos.
Mantis.ios.vates diuinus.
Manto.us.Tyreſiæ filia.
Manubiæ.arum.dinero del botin.
Mapalia.ium.por majadas de paſtores.
Marcipor.oris.el eſclauo de marco.
Margarita.æ.el aljofar o perla.
Margo.inis.la margen o ribera.
Marica.æ.nemus eſt Italiæ & nomen nymphæ.
Marpeſus.i.vn monte de Paros iſla.
Martyr.yris.inter preteſtis. Mars.tis.el dios dela guerra.
Mas maris,el macho de cada ſpecie.
Maſes.etos.vir de quo Homerus.
Maſſillia maſſilliæ.vna ciudad de Proencia.
Maſſylus maſſyli.pueblos ſon de Africa.

Maſtice.es.por el almaziga. Maſtix.ichis.aquella meſma.
Maſtyx.gis.interpretatur flagellum.
Maſtigia.æ.interpretatur verbero.
Matheſis.eos.interpretatur doctrina.
Mauors.tis.por el dios Mars.
Mauritania.e.la Africa occidental.
Mecon.onis.interpretatur papauer.
Medea.æ.aquella gran hechizera.
Medeon.onis.oppidum eſt Bœotiæ.
Medeor.ris.por medezinar.
Mediolanum.i.por Milan ciudad de Lombardia.
Medis.enos.interpretatur.nullus.
Medon.onis.vnus ex procis Penelopes.
Meges megetos.vir apud Homerum.
Megeris,interpretatur congregatio.
Meio.is.minxi.por mear.
Melan.anos.interpretatur nigrum.
Melas.anos.interpretatur niger. Melas.e.vn rio de Lydia
Melampus.odis.varon fue adeuino.
Melanthium melanthij.por axenuz.
Melilotus meliloti,corona de rey yerua.
Melite melites,inſula prope Siciliam.
Melos.eos.interpretatur cantus ſeu membrum.
Memor memoris.coſa que ſe acuerda.
Memphis.is.ciuitas Aegypti.
Men menos,interpretatur menſis.
Menalipus.i.nomen viri celebre.
Menander.i.vn poeta comico griego.
Menapi.orum.pueblos ſon de Francia.
Menas.adis.la ſacerdotiſſa de Baccho.
Menelaus.i.rex Laconum Helenæ coniux.
Menis.idos.interp.ira. Mendicus.a.um.coſa pediguña.
Menix menigis.la pia madre del meollo.
Menogenes.nombre de varon. Menon.onis. auroræ filius.
Mens mentis,por el anima.
Mentor.oris.celator nobilis.
Meracus meraca meracum, coſa pura.
Merces mercedis.la ſoldada o jornal.
Meretricula meretriculæ.puta pequeña.
Merges.itis.por manojo. Mergo.gis.por anegar enel agua
Mermis.inos.interpretatur funiculus.
Meridies meridiei.por el medio dia.
Meriones.is.por vn griego.
Merops.opis.el auejarugo aue. Merops.opis.no.pro.viri.
Meſſana.æ.Mecina ciudad de Sicilia.
Meſapus.i.vn varon enel Vergilio.
Meſochorus.i.el principe del choro.
Meſtor meſtoros filius Priami.
Metallum metalli.por el minero.
Metamorphoſis metamorphoſeos,tranſmutatio.
Metaphyſica.orum,vn libro de Ariſtoteles.
Metaphora metaphoræ,interpretatur trãſlatio.
Metaurus,ſiue metaurum.por vn rio de Italia.
Meter.eres.interpretatur mater.
Metior.iris.por medir.
Methodus.i.interpretaur doctrina.
Meto metis.por ſegar o cortar.
Metopon,interpretatur frons frontis.
Metreta.æ.por medida para medir.
Mica micæ,por miga o migaja.

Mico.as.cui.por reſplandecer.
Mycos.i.interpretatur fungus.
Michol muger fue de Dauid.
Micone.es.por vna yſla del arzapielago.
Micturio.is.por auer gana de mear.
Mydas.æ.rex Phrygiæ.
Mygdon.onos.vir celebris apud Homerum.
Miles.itis.por varon o muger armada.
Mileſius.a.um.por coſa de Mileto.ciudad.
Milo.onis.nombre pprio de varon.
Milium.ij.por mijo legumbre.
Mimas.antis.por vn monte de Aſia menor.
Mina minæ.por vna cierta moneda.
Minæ.arum.por las amenazas.
Minerua.æ.por la dioſa Palas.
Mines.etos.filius Eueni apud Homerum.
Myniæ.arum.pueblos ſon de Theſſalia.
Minio.onis.por vn rio de Italia.
Miniſcor.eris.aquo reminiſcor.
Minius.ij.por vn rio de Galizia.
Minium.ij.por el bermellon.
Minos.ois.por vn rey de Creta.
Minores.orum.por los nietos deſcendientes.
Myops.opos.interpretatur tabanus.
Myrica.æ.por xara o inieſta.
Mirmex.ecos.interpretatur formica.
Myron.interpretatur vnguentum.
Myron.onis.por vn platero o entallador.
Myrrhinus.a.um.por coſa de myrrha.
Mys myos.interpretatur mus.
Myſterium.ij.por el myſterio ſecreto.
Mytilus.i.por vn genero de concha.
Myton mytonos.nomen proprium viri.
Mitra.æ.por la coſia o coifa.
Mna mnæ.idem eſt quod mina.æ.
Mnemoſyne.es.mater eſt Muſarum.
Moabites vel moabita.aliquis ex terra Moab.
Moabitis.idis.por vna muger de aquella tierra.
Moles.is.por muela o edificio.
Molimen.inis.por el aparato del edificio.
Moly molyos.herba centum capita.
Molion.onos.vir apud Homerum.
Molior.iris.por aparejar.
Molops.opos.interpretatur vibex.
Mœnia.ium.por los muros dela ciudad.
Monoptota.por coſa de vn caſo.
Monas monadis.por vnidad.
Monychus.i.por vno delos Centauros.
Monile.is.por el collar de oro.
Monoceros.otis.por el vnicornio.
Monops.opos.interpretatur vnoculus.
Monumentũ.i.por memoria de algo o ſepultura.
Moretum.i.por el almodrote.
Morges.etos vir & rex Italiæ.
Morio.onis.por el bouo.
Morini pueblos ſon de Brujas.
Morus.i.por moral arbol.
Morum.i.por la fruta del.
Moſa.æ.fluuius eſt Galliæ Aquitanicæ.
Mos.moris.por la coſtumbre.
Moſes.is.propheta y capitan delos Judios.
Mulceo.es.mulſi por halagar.
Mulciber.bris.por el dios Vulcano.
Mulgeo.es.mulſi.por ordeñar.
Mulcto.as.aui.por peñar en dinero.
Mulio.onis.por azemilero o mulatero.
Multicium.ij.por veſtidura delicada.
Municeps.pis.por morador dela villa.
Municipium.ij.por villa con juridicion.
Munimen.inis.por guarnecimiento.
Munus.eris.por el don.
Muria.æ.por ſalmuera o ſalmorejo.
Mus muris.por el raton.
Muſa.æ.por la muſa o inquiſidora.
Muſcus.i.por el almizque.
Muſcus.i.por moho de arbol.
Muſtacium.ij.por pan amaſſado con moſto.
Mutina.æ.por vna ciudad de Italia.
Mutilus.a.um.por coſa mocha.
NAbis.is.por la girafa aīal peregrino.
Nabilis.e.por coſa que ſe puede nadar.
Nanciſcor.eris.por alcançar o ganar.
Napus.i.por nabo luengo.
Nar.ris.por vn rio de Vmbria en Italia.
Narciſſus.i.puer & flos.
Nares.ium.por las narizes.
Naricia.æ.vna iſla enel mar Ionio.
Naſica.æ.nombre proprio de vn Romano.
Naſo.onis.por hombre narigudo.
Naſus.i.por la nariz.
Narthex.ecos.interpretatur ferula.
Natalis.is.por el dia del naſcimiento.
Natales.ium.por el eſtado en que naſcemos.
Natu.por el naſcimiento.
Natrix.cis.por cierta ſerpiente.
Naufragus.a.ũ.por el ꝗ ſe le quebro la naue
Nauſica filia Alcinoi.
Nebris.idis.por pelleja de gama.
Nebrophonos.interpretatu hinnulos necans.
Necys.yos.interpretatur mortuus.
Neco.as.aui.por matar.
Nectar.aris.por lo que beuen los dioſes.
Necto.is.xui.por enlazar.
Neelys.ydos.nuper aduemiens.
Nefas indeclinabile.por lo illicito.
Nefandus.a.um.por coſa no licita.
Nefarius.a.um.por lo meſmo.
Nefrens.dis.por cochino de menos de año
Negligo.is.exi.por menoſpreciar.
Nemee.regio eſt Elidis.
Nemeſis.Dea indignationis.
Neniæ.arum.por las endechas.
Neo.nes.por hilar.
Nepa.æ.por ſcorpion o alacran.
Nepos.otis.por el nieto.
Neptis.is.por la nieta.
Neoterici.por los autores modernos.
Neptunalia.orum.las fieſtas de Neptuno.

Nequam indeclinabile,por coſa luxurioſa.
Nequaquam.en ninguna manera.
Nequeo.is.por no poder.
Nequitia.æ.por luxuria o malicia.
Nequis,por ninguno.
Ne aduerbium eſt negandi.
Nereus,ei.por el dios dela mar.
Nerio.enis.por la muger del dios Marte.
Neris.idos.nomen ꝓprium apud Papinium.
Neritus.i.por vn monte dela iſla Itaca.
Neſtor.oris.por vn varon Griego.
Neſtorides,por vn hijo o nieto de Neſtor.
Nex necis,por la muerte.
Nexo,as.aui.enlaxar o trauar.
Nexo.is.ui.por aquello meſmo.
Nice.es.interpretatur victoria.
Niceterium.ij.por inſignias del vencimiento.
Nyctalops.opos.interpretatur luſcioſus.
Nicticorax.acis.por la lechuza aue.
Nyctimene,moça fue de Leſbo iſla.
Nimirum aduerbium,por ciertamente.
Niniue.es.por la ciudad de Niniue.
Niobe.es.por vna hija de Tantalo.
Ninus.i.por vn rey delos Aſſirios.
Nireus.i.por vn niño muy hermoſo.
Niſæus. i. por vna iſla enla ribera de Caria.
Niſus.i.por el alcotan o eſmerjon.
Niteo.es.por reſplandecer.
Nitor.eris.por eſtribar o esforçarſe.
Nix,niuis.por la nieue.
Noctiuagus.a.um.por coſa que anda de noche.
Noctu aduerbium,por de noche.
Nola nolæ.por vna ciudad de Italia.
Nolo,non vis.por no querer.
Nomas.adis.pueblo es de Africa.
Nomion.onos.vir apud Homerum.
Nonæ.arum.por ciertos dias del mes.
Nonagies aduerbium,nouenta vezes.
Nongenties aduerbium,nouenta vezes.
Nongies,por aquello meſmo.
Noricon.i.por vna region cerca de Dalmacia.
Noſtras.atis.por coſa de nueſtro vando.
Nota.æ.por la ſeñal o letra eſcripta.
Noto.as.aui.por ſeñalar.
Notus.i.por el viento de medio dia.
Notus.a.um.por coſa conoſcida.
Nothus.i.por el baſtardo no legitimo.
Nouacula.æ.por la nauaja.
Noueni.æ.a.por de nueue en nueue.
Nouicius.a.um.por coſa nueua en arte.
Nouies aduerbium,por nueue vezes.
Nubes nubis,por la nube.
Nubo.is.por caſar ſe la muger.
Nugæ.arum.por los deſuarios.
Numa,æ.por el ſegundo rey delos Romanos.
Numanus.i.por vn varon enel Vergilio.
Numantia.æ.por vna ciudad de Eſpaña.
Numen.inis.por dios o poder diuino.
Numiſma.atis.por el momo o moneda.
Numicius.ij.por vn rio de Italia.
Nundinæ.arum.por ferias de nueue dias.
Nunquid aduerbium,por auentura.
Nuo.is.por guiñar o hazer del ojo.
Nuper aduerbium,por poco ha.
Nuptiæ.arum.por las bodas.
Nus noos,interpretatur mens.
Nutrio.is.por criar.

OB prepoſitio,por en derredor.
Obelus.i.interpretatur veru.
Obeliſcus,interpretatur veruculum.
Obæſus.a.um.por coſa grueſſa.
Obex.icis.por el obſtaculo o eſtorua.
Obijces,eſt obſtaculum.
Obijcio.is.eci.por contraponer.
Oblecto.as.por alegrar a otro.
Obliuiſcor.eris.por oluidar
Obolus.i.por cierta moneda.
Obruo.is.rui.por poner ſo tierra y agua.
Obſes.idis,por el rehen.
Obſtipus.a.um.por coſa cabezcayda.
Obticeo.es.obticui.por callar,abſolutum.
Obtrecto.as.por reprehender lo que otro haze.
Ochema.atos.interpretatur currus.
Occido.is.penultima breui,por caer.
Occido.is.penultima longa,por matar.
Occino.is.por cantar en contrario.
Occiput.itis.por el colodrillo.
Ocys,interpretatur velox.citus.
Octies aduerbium,por ocho vezes.
Octoni,æ.a.por de ocho en ocho.
Occulo.is.ului.por aſconder.
Odus.ontos,interpretatur dens.
Oeax oeacos,interpretatur temo.onis.
Oeconomica.orum.por la economica.
Oeconomus,interpretatur villicus.
Oecophilax.acos.i.domi cuſtos.
Oedipus.odis.por vn rey de Thebas.
Oenomeli.por la clarea de vino y miel.
Oenops.opos.vir Homero in Odiſſea.
Oeſopum.i.por la groſſura de lana ſuzia.
Oeſtrus.u.interpretatur tabanus.
Offa.æ.por carne ſin hueſſo.
Ofella.æ.por aquello meſmo.
Offendo.is.por tropeçar.
Officio.is.eci.por empecer.
Ogdoas.ados,interpretatur octaua.
Ohe,interiectio ridentis.
Olearos.i.por vna iſla del arzapielago.
Oleaſter.tri.por el Azebuche.
Oleaginus,a.um.por coſa de oliua.
Olenos,por vna ciudad de Etolia o Boeocia.
Oleo.es.por oler echando de ſi olor.
Oleter.ros.interpretatur perditor.
Olfacio.is.por oler recibiendo olor.
Olim aduerbium,por en algun tiempo.
Olympionices.æ.por vencedor en olympia.
Olympus.i.mons eſt multis in locis.
Oloaſon.onos.nomen ꝓprium viri.

Olx olc.. interpretatur ſulcus.
Omaſum.i.por groſſura enla barriga.
Omelix.interpretatur coetaneus.
Omitto.is.por dexar.
Omoſtix.interpretatur coniux.
Onar.ros.interpretatur ſomnium.
Oniar.interpretatur eque ſomnium.
Onyx onychis.por la cornerina piedra.
Onos.u.interpretatur aſinus.
Opa.æ.n.pro.fœminæ.
Opacus.a.um.por coſa ſombria.
Opaon.onis.no.pro.viri.
Operio.is.operui.por cobrir.
Opes.um.por las riquezas.
Ophis.ios.interpretatur ſerpens.
Ophrys.yos.interpretatur ſupercilium.
Opilio.onis.por el paſtor de ouejas.
Opimus.a.um.por coſa fertil y grueſſa.
Opis.is.por vna nympha.
Opis in genitiuo.por ayuda.
Opis.interpretatur retro.
Opeis.idem eſt quod opus opuntos.
Oporinos.interpretatur autumnalis.
Operior.iris.por eſperar a otro.
Opifex.icis.por official de algun arte.
Ops.opos.per.o.mega.eſt oculus.
Ops.opos.per.o.micron eſt vox.
Optimates.um.por los buenos ciudadanos.
Opus.untos.por vna ciudad de Grecia.
Ora oræ.por la coſta dela mar.
Orbis.is.por la redondez.
Ordior.iris.por ordir y començar.
Orichalcbum.i.por alaton moriſco.
Orgentorix.igis.vn principe Frances.
Oricum.i.oppidum.eſt Thraciæ.
Origanum.i.por el oregano yerua.
Origenes.is.no.pro.viri.
Origeneſtes.æ.ex Origenis ſecta.
Orion.onis.por vna cierta conſtellacion.
Orior.iris.par naſcer.
Orithia.æ.n.pro.fœminarum.
Oryx.ygis.vn animal.es no conoſcido.
Ornix.ithos.interpretatur gallina.
Orobus.i.interpretatur eruum.i.yeruo.
Orodes.is.por vn varon enel Vergilio.
Orthographia.æ.por la orthographia.
Ortyx.gos.interpretatur coturnix.
Os.otos.interpretatur auris.
Oſcen.inis.por el que canta con la boca.
Oſcina.æ.por la que canta con la boca.
Oſyris.idis.por vn dios delos Griegos.
Ouis.is.por la oueja.
Oxymeli.potio ex aceto & melle.
Oxys.interpretatur velox & acutus.
Oxytonos interpretatur accentus acutus.

Pabulum.i.por el paſto que no es grano.
Pabulor.aris.por yr a buſcar paſto.
Pachinus.i.por vn cabo de Sicilia.
Pachys.ios.interpretatur craſſus.
Paſcicor.eris.por hazer pacto.
Pacorus.i.por vn Rey de partia.
Pacuuius.ij.por vn poeta antiguo.
Pactolus.i.vn rio de Lydia.
Padus.i.por vn rio de Italia.
Pæan.anis.Apollo.aut laus illius.
Pes pedos.interpretatur puer.
Pædagogus.por el ayo del niño.
Pædico.as.por hazerlo a moço.
Pedrotribes.interpretatur exercitor puerorum.
Pægma.atis.interpretatur ludus.
Pagaſis.idos.fœminina.a pagaſa vrbe.
Pagina.æ.por la hoja del libro.
Pago.is.pepigi.por hazer pacto.
Pagus.i.por el barrio o aldea.
Pala.æ.por la pala o arbol no conocida.
Palatum.i.por el paladar.
Palinodia.as.interpetatur recantatio.
Pallas.antis.por el hijo del rey Euandro.
Pallas.adis.por la dioſa Minerua.
Palleſco.is.por amarillecerſe.
Pallicus.i.filius Iouis ex Thalia.
Palmes.itis.por el ſarmiento enla vid.
Palor.aris.por huyr el deſbaratado.
Palus.udis.por la laguna.
Palus.i.por el palo o picota.
Pamphagos.interpretaur omnia comedens.
Pamphylia.æ.por vna region de Aſia la menor.
Pampinus.i.por el pampano dela vid.
Pan panos.deus paſtorum.
Panaretos.eſt omnimoda laudatio.
Pandamator.oros.omnia domans.
Pando.is.por abrir o manifeſtar.
Panegyris panegyrios.interpretatur feſtũ & laus
Pangeus.i.&. Pangea.orum mons eſt Thraciæ.
Pango.gis.por plantar o componer.
Panſa .æ.por patudo de pies llanos.
Pánther.eris.penultima acuta.no.pro.viri.
Panthér.eris.vltima acuta animal celebre.
Panthoos.us.vir fuit Troianus.
Panthoides.æ.filius Panthus.
Papauer.eris.por la dormidera.
Pape interiectio admirantis.
Papo.as.por comer papas.
Papas.æ.interpretatur auus auũ.
Papilio.onis.por la mariposa.
Par paros.interpretatur par paris.
Paradiſus.i.eſt hortus.
Paragoge.es.interpretatur deductio.
Paraſceue.es.interpretatur præparatio.
Paraſitus.i.por truhan por comer.
Parco.is.por perdonar o guardar.
Paris.idis.por vn hijo de Priamo.
Parnaſus.i.mons.Phocidis.
Parthenius.ij.por vn monte de Arcadia.
Parthenius.ij.por vn rio de paphlagonia.
Parthenope.es.ciuitas eſt Neapolis.
Parthenopeus.i.por vn rey de Arcadia.
Partior.iris.por partir

Parturio.is.por auer gana de parir.
Paſco.is.paui.por apaſcentar el ganado.
Paſcua.æ.por el paſto o debeſa.
Paſſer.eris.por el gorrion.
Paſſus.us.por el paſſo o paſſada tendida.
Paſſum.i.por por el vino baſtardo.
Paſtinaca.æ.por çanahoria o cierto pece.
Pateo.es.patui.por ſer manifieſto.
Patagia.æ.por vn rio de Sicilia.
Patauium.ij.por padua ciudad.
Patina patinæ.por el plato.
Patriſſo.as.por remedar al padre.
Patro.as.aui.por hazer.
Patrocinium.ij.por el abogamiento.
Paueo vel paueſco.por auer pauor.
Paulatim aduerbium.por poco a poco.
Pecten.inis.por el peyne o pendejo.
Pecto.is.por peynar.
Peculium.ij.por el pegujal.
Pecus.oris.por el ganado.
Pecus.pecudis.por la res como oueja.
Pedes.itis.por hombre o muger de pie.
Pediculus.i.por el piojo o ladilla.
Pediſſequa.æ.por el que acompaña a otro.
Pedo pedis.pepedi.por peer.
Pedo.onis.por vn que tiene grandes pies.
Pegaſus.i.por el cauallo con alas.
Peiero.as.aui.por perjurarſe.
Pelagon.onos vir apud Homerum.
Pelamys.idis.por atun nueuo.
Pelyx.interpretatur galea.
Pelecan.anos.auis eſt pelecanus.
Pelecas.antos.eadem auis eſt.
Peleus.ei.Eaci filius fuit.
Pelias.æ.hijo fue de Neptuno y rey de Theſſalia.
Pelias.adis.por coſa de hembra de pelion monte.
Peligni.orum.por pueblos de Italia.
Pelion.ij.por vn monte de Theſſalia.
Pellicio.is.pellexi.por atraer con halagos.
Pello.is.pepuli.por empuxar.
Pelops.opos.Tantali filius.
Pelos.oros.interpretatur magnum.
Peloros.idem quod pelorus.
Pelorus.i.por vn monte cabo de Sicilia.
Peluis.is.por el bacin de pies.
Peluſium.ij.por vna ciudad de Egypto.
Penates.um.por los dioſes de caſa.
Pendeo.es.por eſtar colgado.
Pendo.is.por dar o pagar penſion.
Penelope.es.filia Icarij mulier Vlixis.
Penes præpoſitio.por cerca en ſeñorio.
Penes.etos.interpretatur pauper.
Penetro.as.por meter adentro.
Penitus aduerbium.por del todo punto.
Pentagonus.i.por de cinco rincones.
Pentaptoton.quod per quinq; caſus declinatur.
Pentecoſte.interpretatur quinquageſima.
Pentheus.i.por vn rey de Thebas.
Penus.oris.por la prouiſion de comer.
Penus.us.aquello meſmo. Peperi.interpretatur piper.
Permaneo.es.permanecer haſta el cabo.
Pera.æ.por el çurron o eſclauina.
Perdix.icis.perdix auis.
Perendie aduerbium.por traſmañana.
Percello.is.perculi.por herir.
Pergamum.i.vna noble ciudad de Aſia.
Pergama.orum.la ciudad de Troya.
Pericles.is.Capitan delos Athenienſes.
Periclimenes.æ.hijo de Neleo rey de pylo.
Periction.onos.nomen pp.viri.
Periculum.i.por peligro o eſperiencia.
Perihodus.i.eſt circuitus finis aut terminus
Perimo.is.por matar
Peripetaſma.atis.el cielo dela cama.
Periphas.antos.no.p.apud Vergilium.
Peripſema.interpretatur purgatio.
Periſtromaton.genus quoddam veſtis.
Permeſſus.i.vn rio de Beocia.
Pero.onis.abarca de cuero crudo.
Pernicies.ei.muerte o deſtruycion.
Perpes.etis.coſa perpetua y continua.
Perpetior.eris.por ſufrir haſta el cabo
Perpetro.as.por hazer en mala parte.
Perrhebus.a.um.coſa de Theſſalia.
Perſephone.es.proſerpina dioſa del infierno.
Peruſium.ij.Peruſa ciudad de Italia.
Peſſundo.as.por acocear.
Petaſo.onis.por tocino.
Petilia.æ.ciudad dela Brucia.
Peto.is.herir o demandar.
Phæax.acos.aliquis vir ex Phæacia.
Phaeton.ontis.hijo del Sol & Climene.
Phaetuſa.hija del Sol y Neera.
Phabs phabos.interpretatur palumbes.
Pharinx.gos.interpretatur guttur.
Pharmacopola.æ.boticario.
Phaſellus.i.por la barca.
Phaſis.idis.vn rio delos Colchos.
Phalanx.batalla a pie.
Phemonoe.vna de diez Sybilas.
Phenax.acos.interpretatur deceptor.
Pheretrum.i.las andas de muertos.
Pher.eros.interpretatur fera.
Phicus.untos.ciuitas Aphrica
Phygopolis.interpretatur fugiens ciuitatem
Phylax.acos.interpretatur cuſtos.
Phyleros.otis.n.p.de vn varon.
Phylix.idis.vna reyna de Thracia.
Phylocorus.i.fue vn hyſtoriador.
Philopatris.amans patriam.
Philopomenes.vir celebris apud Græcos.
Philos.interpretatur amicus.
Philotherſites.æ.amans Therſitem.
Philyra.æ.la teja arbol.
Phyſeter.eris.vna ſpecie de vallena.
Phyſica.orum.vna obra de Ariſtoteles.
Phlegeton.ontos.fluuius inferorum.
Phlyus.untis.vna ciudad de Achaia.

Phleps.bos.interpretatur vena.
Phoca.æ.por el lobo marino.
Phocis.idis.por vna region de Grecia.
Phocus.i.por vn hijo de Ciro,
Phonaſcus.i.maeſtro que adoba la boz.
Phoneis.entos.interpretatur vocalis.
Phoenicopterus.i.aue de alas bermejas.
Phoenix.icos.vir a quo dicta Phoenice.
Phoeniſſa.æ.por muger de Phenicia.
Phor phoros.interpretatur fur,
Phorbas.antos.filius Priami,
Phorcin deus marinus,qui Phorcus.
Phos.otos.interpretatur lumen,
Phos photos,interpretatur vir,
Phrater,interpretatur tribulus,
Phrear.atos.interpretatur puteus,
Phren.enos.intepretatur mens,
Phrenitis non phreneſis,la freneſia.
Phryx,ygis,por vn varon de Frigia
Phrygia.æ.por muger de Frigia.
Phthir.iros,interpretatur pediculus,
Phtiſis.is,por tiſica dolencia.
Pica.æ.por la picaça,
Picenum piceni,la marca de ancona
Picentinus.a.um,coſa de alli,
Picus.i.varon fue buelto en aquella aue.
Pydes.etos.n.p.viri,
Pyga.æ.interpretatur clunis.
Pygargos.i.ſpecie de Aguila y Cieruo,
Pygres.etos.nomen viri pprium,
Pyla.æ.por la pelota para iugar,
Pileus.ei.el bonete o caperuça.
Pyla.æ.por el pilar para ſoſtener,
Pylene.es.por vna ciudad de Etolia.
Piles.etos.no.pro.viri.
Pylos.i.ciudad cerca de Theſſalia,
Pilus.i.por el pelo dela cabeça.
Pipo pipas,por piar el halcon.
Pipillo.as.por cantar el gorrion,
Piper.eris.por la pimienta.
Pitiſo pitiſis,por batir el farro,
Pyr pyros,interpretatur ignis.
Pireus.ei.por vn puerto de Athenas,
Pirus.i.por el peral.
Pirum.i.por la fruta deſte arbol,
Pyragmon.onis.vno delos Ciclopes.
Pyramis idis.coſa que ſube en agudo,
Pyrene.es.por los montes pireneos,
Pyretrum.i.por el pelitre rayz conoſcida.
Pyrgoteles.is.ſcalptor gemmarum.
Pyrois.entis.vno delos cauallos del ſol.
Pyropus.i.por el carbunco piedra,
Piſtacium.ij.el alhozigo arbol y fruta.
Piſtris.is.no.p.de vna naue.
Pitheus,vn rey de Troezen.
Pituita.æ.la flema humor.
Pyteleon ontis.por vn varon griego.
Pitys.yos.interpretatur pinus,
Pythmen.enos,interpretatur fundus.

Pythagoras.æ.n.pro.de vn philoſopho.
Pythius.a.um.coſa de Apollo.
Pitiſma.atis.interpretatur irroratio uinio.
Pitiſſima.atis.por aquello meſmo.
Python.onis.la ſerpiente que mato Apolo.
Placus.untos.interpretatur Placenta.
Plaudo.is.fauorecer con boz & manos.
Planes.etos.interpretatur deceptor,
Plaga.æ.por region o playa.
Plaga.æ.la red para tomar fieras.
Plaga.æ.por la llaga o herida.
Platanon.onis.lugar de platanos.
Plebs.æbis.por el pueblo.
Pleuron.onos.ciuitas eſt Aetoliæ.
Plico.as.por plegar.
Plecto.is.por herir o punir.
Plutax,nomen pprium viri,
Pneuma.atis.por el ſpiritu.
Podagra.æ.por la gota delos pies.
Podalirius.ij.medico hijo de Eſculapio.
Poderis.is.veſtidura haſta en pies.
Poeſis.is.la poeſia arte.
Poema,la obra del poeta.
Poemen.enos.interpretatur paſtor.
Polis,interpretatur ciuitas.
Politis.idos.ciuis foemina.
Polydamas.antos.vir Troianus.
Polychir.iros,interpretatur multimanus.
Polydorus.i.vn.hijo del rey priamo.
Polymneſtor.oris.rey fue de Thracia.
Polynices.no.p.viri celebre.
Polyphemos,vnus ex Cyclopibus,
Polycletus.i.vn entallador o eſtatuario.
Polypus.i.pulpo peſcado.
Pollex,icis.el dedo pulgar.
Pollis.inis.lo ſotil dela harina.
Pollux.cis.hijo de Iupiter
Poltin.inos.rex fuit Thraciæ.
Pompholix.por la lauadura de eſcorias.
Pompholix.igos,interpretatur bulla.
Pondo in plurali.por libra.
Pondus.eris.por la carga.
Pone præpoſitio & aduerbium,por tras.
Ponos,interpretatur labor vel dolor.
Pontus.i.por el mar.
Popa.æ.la groſſura del vientre.
Popeanum,cierto afeyte de mugeres.
Popiſma.atis.herida de vna mano cō otra
Poples.itis,la rodilla por detras.
Populus.i.por el pueblo.
Porſena.æ.rey fue delos Ethruſcos.
Portio.onis.la parte o racion.
Portulaca.æ.la verdolaga.
Poſidon.onos,interpretatur Neptunus
Poſteri.orum.los que vernan deſpues.
Poſtis.is.por la puerta de madera.
Poſticus.a.um.coſa traſera.
Poſticus.i.el poſtigo puerta de tras.
Poſtridie aduerbium.vn dia deſpues.

Potior.iris.alcançar lo deſſeado.
Potis.e.por coſa que puede.
Poto.as.por beuer o dar a beuer.
Præ præpoſitio.por ante.
Præceps.itis.coſa perturbada o acelerada.
Præcino.is.cantar delante.
Præcipito.as.por derribar o caer.
Præcipio.is.mandar enſeñando.
Præcox.ocis.por coſa temprana.
Præcoquus.a.um.por aquello meſmo.
Præcordia.orũ.por las telas del coraçõ.
Præcurro.is.correr delante.
Præedo.onis.por el robador.
Prædico.as.por predicar.
Prædico.is.por dezir antes.
Præneſte.is.vna ciudad de Italia.
Præpedio.is.por impedir.
Præpes.etis.por coſa ligera que buela.
Præputium.ij.por el capillo del. &c.
Præs.edis.el abonado en heredades.
Præripio.is.por arrebatar antes.
Præſtigiæ.arum.juegos de paſta paſſa.
Præſto indeclinabile,coſa preſente.
Præſul.ulis.perlado o perlada.
Præter præpoſitio.por ſacando a fuera.
Presbyter.eri.interpretatur ſenior.
Preſter.eris.cierta eſpecie de ſierpe.
Preſter.eris.llama del cielo.
Prex.cis.por el ruego.
Priamus.rey de Troya hijo de Laomedõ
Priamides.æ.hijo o nieto de Priamo.
Priamis.idos.hija o nieta de Priamo.
Priapus.i.por el dios delos huertos.
Pridie.por vn dia antes.
Primates.tũ.los principales dela ciudad
Primores.orum.aquellos meſmos.
Priſtinus.a.um.coſa de poco dias paſſados.
Proauus.i.por el biſabuelo.
Probum.i.por el denueſto.
Probus.a.um. coſa buena y prouechoſa.
Procella.æ.por tempeſtad.
Proceres.um.los principales varones.
Procerus.a.um.coſa grande en ſu ſpecie
Proculco.as.hollar o trópellar.
Procumbo.is.caer lexos.
Prodigo.is.egi.por deſtruyr.
Prodigus.a.um.coſa gaſtadora.
Prodo.is. manifeſtar o dar por traycion.
Profanus.a.um.coſa no ſagrada.
Profeſtus.a.um.coſa no de fieſta.
Proficio.is.por aprouechar.
Proficiſcor.eris.partirſe a algun lugar.
Profiteor.eris.hazer ꝓfeſſion.
Profor.aris.por hablar.
Profugio.is.huyr a lexos.
Profundo.is.por derramar mucho
Profundus.a. um.coſa honda.
Profuſus.a.ũ.el q̃ derrama mucho
Progenies.ei.por la generacion.

Prohibeo.es.vedar y apartar.
Proles.is.por la generacion.
Proluo.is.lauar mucho.
Promãtis.idos.interpretatur vaticinãs.
Prometheus.ei. hijo de Iapeto.
Promethides.æ.hijo de aqueſte.
Promineo.es.eſtar encima.
Promo.is.ſacar lo guardado.
Pronepos.otis.por el biſnieto.
Proneptis.por la biſnieta.
Pronuba.æ.la madrina de boda.
Pronus.a.um.coſa cueſta ayuſo.
Propago.inis.la ꝓuena dela vid.
Prope p̄poſitio por cerca en lugar
Propertius.ij. nõbre de vn poeta.
Propino.as.dar a beuer delo que beuiſte.
Propontis.el mar cerca de Conſtantinopla.
Prophetes.æ.el ꝓfeta varon.
Prophetiſſa.æ.la ꝓpheta muger.
Prophetis.is.por lo meſmo
Propter præpoſitio.para dar cauſa.
Protinus aduerbium.por luego.
Proſa.æ.la dioſa q̃ endereça el parto
Proſa.æ.la oracion ꝓſa.
Proſerpina.æ.la muger de Pluton.
Proſeucha.æ. el hoſpital de pobres.
Proſymna.æ.vna ciudad de Teſſalia
Proſper.a.um.coſa de ꝓſperidad.
Proteus.i.vn dios dela mar.
Protogenes.is.por primogenito.
Prototypon.el original.
Prudes.entos.n.p.viri.
Prurigo.inis.la comezon
Prunus.i.el ciruelo arbol.
Pſallo.is.por cantar.
Pſaltes.æ.por el cantor.
Pſaltria.æ.por la cantora.
Pſar.aros.interpretatur ſturnus.
Pſeudo in compoſitione.por falſo
Pterix interpretatur ala auis.
Ptiſana.æ.el ordiate o freſadas.
Ptolemæus.nombre delos Reyes de Egypto.
Ptolemæus.mathematico notable.
Ptos.cos.interpretatur.lepus.oris.
Pubes.is.por el pendejo.
Publipor.oris. el moço de Publio.
Pudes.entos.n.p.viri.
Pudicus.a.um.coſa caſta.
Pugil.gilis.luchador o luchadora
Pugillares.las tablillas p̄a eſcriuir
Pulex.cis.la pulga.
Puls.tis.por las puchas.
Puluinar.aris.eſtrado de almohadas.
Puluis.eris.el poluo.
Pungo.is.por punçar.
Pupa.æ.la muñeca.
Pupus.i.el muñeco.
Pupula.æ.la niñilla del ojo.
Pupillus.i.por el pupillo.

Pus.uris.por la podre.
QVadrigæ.arum.carro de quatro cauallos.
Quadrigies aduerbium.quarenta vezes.
Quadrās.antis.la quarta parte de doze.
Quadrimus.a.um.coſa de quatro años.
Quadringenties. quatrocientas vezes.
Quæſtus.us.por la ganācia.
Quæro.is.por ganar o buſcar
Quallus.i.por el canaſtillo.
Quater aduerbium.por quatro vezes.
Quaterni.æ.a.por cada vno quatro
Quatio.is.quaſſi.por ſacudir.
Queror.eris.por querellarſe.
Quercus.us.por el enzina arbol
Quæſo.is.quæſumus.por rogar
Queſtus.us.por la querella o quexa.
Quies.etis.por la holgāça
Quinquatria.orū.fieſtas erā de minerua
Quincuns.cis.las cinco partes de doze.
Quinquagies aduerbiū. cincuēta vezes.
Quingēties aduerbiū. quiniētas vezes.
Quinquies aduerbiū.por cinco vezes
Quinqueni.æ.a.por cada cinco.
Quinquageni.æ.a.por cada cincuenta.
Quingenteni.æ.a.por cada quinientos.
Quirinus.i.Romulo.rey delos Romāos.
Quiris.itis.por el Romano.
Quiſquiliæ.arū.por fraſcas caſi nadas.
Quiſquilia.æ.por la coſcoja arbol.
Quintilis.is.por el mes de Iulio.
RAbula.æ.por el abogado indocto
Racipolis.is.rex fuit Barbarus
Rapio.is.por arrebatar.
Rapum.i.el nabo.Raphan⁹.i.el rauano
Raſtrum.i.el raſtro o raſtrillo
Raucio.is.por enronquecer.
Rebellio.onis.por la rebeldia
Recido.is.por recaer.
Recido.is. penultima longa por cortar.
Reclino.as.por inclinar o recoſtar.
Recumbo.is.por acoſtarſe.
Recuſo.as.aui.por rebuſar.
Recutitus.a.um.circuncidado
Recludo.is.ſi.por abrir lo cerrado.
Redigo.is.egi.por reduzir.
Redimo.is.emi.arrendar o redemir.
Redimiculum.i.por el ornamento.
Reddo.is.por tornar a dar.
Redoleo.es.por oler bien.
Refercio.is.ſi.por recalcar.
Reficio.is.eci.por rehazer o reſtaurar.
Refringo.is.por quebrar.
Refuto.tas.aui.por redarguir
Releo.es.eui.por raer o quitar.
Reliquiæ.arum.por las reliquias
Remaneo.es.ſi.por quedar.
Remex.igis.por remador o galeota.
Ren renis.por las renes o riñones.
Reor.eris.por penſar.
Reperio.is.por hallar.
Repo.is.pſi.por entrar no ſintiendoſe.
Requiēs.ei.por la holgança.
Requiro.is.ſiui.por buſcar o requerir.
Reſideo.es.por eſtar mucho aſſentado.
Reſes.dis.el que eſta mucho aſſentado.
Reſilio.is.por ſaltar atras
Reſpuo.is.por menoſpreciar.
Reſtis.is.por ſoga o riſtra.
Reſulto.as.aui.por reſurtir.
Reticeo.es.por callar mucho.
Retinaculum.i.por el retenedor.
Rhadamantis.idos.filius Iouis.
Rhamnes.etis.vn varon en el Vergilio
Rhax.agos.interpretatur acidus i.
Rhebus.i.vn nombre de cauallo
Rheda.æ.por el carro o carreta.
Rhegium.ij.vna ciudad de Italia
Rhetor.oris.por el orador Rhetorico.
Rhin.inos.interpretatur naris.
Rhinoceros.otis.vn animal no conocido
Rhiphei.orū.montes ſon Septētrionales.
Rhodan⁹.i.el ros o Rona.rio de Trācia
Rhodos.i.por la isla y ciudad de rhodas
Rhododaphne.es.por el adelpha.
Rhodope.es.por vn mōte de Thracia.
Ringo.is.por riñir o riſar.
Ringor.eris.por lo meſmo.
Rito.as.a quo fuit prorito.as.irritare.
Ritus.us.la coſtumbre antigua
Rogus.i.por el fuego
Ruber.a.um.por coſa vermeja.
Rubigo.inis.por herrumbre o añublo.
Rubrica.æ.por el almagra.
Rubus.i.por la çarça mata conocida
Robur.oris.por Robre o fuerça.
Rudens.tis.por la cuerda dela naue.
Rudis.e. coſa nueua o no labrada.
Rudis.is.la vara del alcalde.
Rudo.is.rudi.por rebuznar.
Rudus vel ruder.la ſuziedad o vaſſura.
Rufæ.arum.Campaniæ oppidum.
Rumex.icis.la Romaza yerua
Ruo.is.por caer o derribar.
Ruſpina.æ.oppidum Aphricæ
Ruſticus.a.um.por coſa del campo.
Ruteni.orū.pueblos ſon de Alemaña.
Rutuli.orum.pueblos ſon de Italia.
Rutulus.a.um.por coſa Roxa o Ruuia.
Rutuba.æ.por vn Rio de Italia.
Rutupe.es.vna ciudad de Sicilia.
SAburra.æ.vn capitan de Africa.
Sabinus.i.vn Rey delos Sabinos.
Sag⁹.i.ſaga.æ.el adeuino o adeuina
Salamin.inis.vna ciudad y isla de grecia
Sales.ium.por los donayres.
Salix.icis.por el ſalze arbol.
Salmacis.nympha & fons.
Salio.is.por ſaltar.

VERSI… GRANA…

Salomon.Rey delos Iudios
Salome.es.muger Iudia.
Salpe.es.nõbre de vna muger partera.
Salpica.æ.cierta ſerpiẽte enAfrica.
Salpinx,gos,interpretatur tuba.
Salſugo.inis.por el ſudor dela ſal.
Salto.as.por baylar o dançar.
Saluber,ſalubris.bre.por coſa ſaludable
Salum ſali.por la mar.
Sambuciſtes.æ.el q̃ tañe ſambuca.
Sambuciſtria.æ.por la que la tañe.
Samos.i.inſula maris Ionia.
Sãnis.itis.hõbre de Sãnio en Italia
Sancio.is.xi.por eſtablecer.
Sãdix.cis.yerua p̃a teñir colorado
Sandicinus.a.um.coſa deſte color.
Saperda.æ.por vn cierto peſcado.
Sapis.is.por vn Rio de Lõbardia.
Sapo.onis,por el xabon.
Saphirus.i.çafir piedra præcioſa.
Sappho.us.poetis mitylenæa.
Sarcina.æ.por carga o farcia.
Sarcio.cis.por coſer y ſurzir
Sarcophagus.i.genus lapidis.
Sardis.ium.ciuitas eſt Aſiæ.
Sardonix.icis.cierta piedra p̃cioſa
Sarmates.æ.vn varõ de Tartaria.
Sarmatis.idis.muger de aq̃lla tierra.
Sarpedon.onos,filius eſt Iouis.
Sarracum.i.por el carro.
Sarcina.æ.por vna ciudad de Italia
Sarx ſarcos.interpretatur caro.
Saſon.onis.isla entre Brunduſio y Epiro
Saties,vel Satias por el haſtio.
Satelles, el armado que acõpaña a otro.
Saturnalia,orũ.fieſtas erã de Saturno.
Scabo.is.ſcabi.por raſcar.
Scalæ.arum.por las eſcaleras.
Scalpo.is.ſcalpſi.raſcar o eſculpir.
Scando.is.por ſubir.
Scamnum.i.por el eſcaño.
Scelus.eris.por gran pecado.
Scepſis.ios.interpretatur excuſatio.
Schema.atis.figura interpretatur.
Scyphus.i.vaſo era para ſacrificar.
Scythes.æ.hombre de Tartaria.
Scythis.idis.por muger de alli.
Scitus.a.um.por coſa hermoſa o ſabia.
Sciſcitor.aris.preguntar para ſaber.
Scolex.cos.interpretatur vermis.
Scolopendra.herba eſt & animal.
Scolops.opis.interpretatur palus.udis.
Scomma.atos.interpretatur facetiæ.
Scopæ.arum,ſcoba para barrer
Scopo.is.por barrer con eſcoba.
Scor.atos.interpretatur merda
Scrobs ſcrobis,por el hoyo.
Scrupulus.i.por cierta peſa.
Scrupus.i.por la piedra.

Scrupulus.i.por la pedrezita o china.
Scurra.æ.por el truhan.
Sebetus.i.vna fuente de Napoles.
Seco.as.por cortar.
Securis.por la ſegur o hacha de armas.
Securus.a.um.coſa ſin cuidado
Secus præpoſitio.por cerca.
Secus aduerbium, por en otra manera.
Secundum præpoſitio.por ſegun.
Sedes.is.por el aſſiento.
Sedile.is.por ſilla de aſſentar.
Seditio.onis.bollicio o alboroto.
Sedulus.a.um.por coſa diligente.
Seges.etis.por la mieſſe dela tierra.
Seleis.entos.ciuitas eſt Homero.
Seligo.is.por apartar lo eſcogido.
Semel aduerbium,por vna vez.
Semis.iſſis.por la mitad dela libra.
Semis aduerbiũ,por medio del entero.
Senecio ſenecionis,por viejezuelo.
Senium.ij. por la vejez.
Senones, pueblos ſon de Francia.
Seorſum,aduerbium apartadamente.
Sentes.ium.por las eſpinas.
Senſim aduerbiũ,por poco a poco.
Seps.is.por ſeto o cierta ſierpe.
Sepes.is.por aquello meſmo.
Separ,por coſa deſigual.
Sepelio.is.por enterrar.
Sepia.æ.por la xibia peſcado.
Sepio.is.pſi.por cercar de ſeto.
Septeni.æ.a.por cada vno ſiete.
Sequana.æ.vn Rio de Francia.
Sequani.orũ.pueblos cerca deſte rio
Ser.eros.vir ex Serica Regione.
Serapis.dis.dios de Egypto.
Seres.iũ ciertos pueblos orientales.
Sero.as.aui.por cerrar cõ cerradura
Sero.is.eui.por ſembrar.
Seria.æ.por tinaja o vaſija de barro
Seria.orũ.por las veras no burlas.
Sericus.a.um.por coſa de ſirgo.
Serotinus.a.um.por coſa tardia.
Seriphos.vna isla del arçapielago.
Serta.orum.por las aguirnaldas.
Serum.i.por el ſuero dela leche.
Seſtos,ciudad de Europa.
Sextilis, por el mes de Agoſto.
Sextans,las dos partes de doze.
Sextarius,cierta medida.
Seſoſtris.is.por vn Rey de Egypto
Seuerus.a.um.coſa graue.
Sibaris,ciuitas Apuliæ.
Sibilus.i.por el ſiluo.
Sibina.æ.genus teli eſt.
Sica.æ.daga o copagorfa.
Sicarius.ij.por el homiziano.
Sicania.æ.por la isla de Sicilia.
Sicanius.a.um,por coſa deſta isla.

Sydus.a.um.por lo miſmo.
Sycomorus.i.la higuera moral.
Sicheus.i.el marido de Dido.
Sidereus.interpretatur ferreus.a.um.
Sido ſidis ſidi.por hazer aſſiento.
Sydus.eris.la conſtellacion.
Syla.æ.vn boſque de Lucania.
Siler.eris.la vimbrera.
Siler ſileris,vn rio de Italia.
Silex ſilicis,la piedra pedernal.
Siligo.inis.el eſcandia o trigo candial.
Siliqua.æ.la vayna dela legumbre.
Silurus.i.vn peſcado del Nilo.
Sybolum.i.la conueniencia.
Simius.ij.el mono. Simia.æ.la mona.
Simois.entos.vn rio de Troia.
Simon ſimonis,philoſopho de Athenas.
Symplegas.adis.ſaxum iuxta boſphorum.
Simphonia ſimphoniæ.por la conſonancia.
Simulus.a.um.coſa roma vn poco.
Synagoga.æ.interpretatur conuentus.
Sinapis.is.la moſtaza o xenabe.
Sinapi.quod latine ſinapis.
Sincerus.a.um.por coſa limpia.
Sinciput.itis.por vn pedaço de cabeça.
Sydon.onis.por vna ciudad de Fenicia.
Sindon ſidonis lintheum ex ſerico.
Singuli.æ.a.por cada vno.
Singilis.is.por Guadaxenil rio.
Synhedra.æ.interpretatur conſeſſus.
Synodus,interpretatur conſilium.
Sinon.onis.por vn varon griego.
Sino.is.ſiui.por dexar.
Sinopis.is.por vna ciudad de Ponto.
Synteresis,interpretatur conſeruatio.
Sinueſſa.æ.por vna ciudad de Italia.
Sinum.i.la barreña para leche.
Sinus.us.el ſeno o golfo.
Siphax.acis.por vn rey de Affrica.
Sinpharium.ij.por el velo para ſombra.
Sipho.onis.el aguatocho.
Sipus.untis.por vna ciudad de Apulia.
Syracuſæ.arum.Çaragoça de Sicilia.
Syren ſyrenis,animal aquatile.
Syrinx.gis.por la ſinringa o vna Nimpha.
Sirus.a.um.coſa de Syria.
Sys.yos.interpretatur ſus ſuis,
Siſer.eris.por cierta rayz hortenſe.
Siſymbrium.ij.el axedrea.
Siſto.is.eſtar quedo o durar.
Siſto.is.ſtiti.eſtancar o hazer eſtar.
Sithon.onis.por vn monte de Thracia.
Siticen.inis.el tañedor delos mortuorios.
Siticina.æ.por la tañedora aſſi.
…aragdinus.a.um.coſa de eſmaralda.
Smilax.cis.cierta ſpecie de yedra.
Soboles.is.la generacion.
Socer ſoceri,el ſuegro.
Sodoma ſodomæ,ciudad de Paleſtina.

Soleo.es.acoſtumbrar.
Socors.dis.por coſa deſcorazonada.
Sodalis.is.compañero enlos plazeres.
Solen.enis.aquæductus ſiue piſcis.
Solium.ij.la ſilla real o calitero de baños.
Soluo.is.por pagar o deſatar.
Solox.ocis.lana groſſera de cabras.
Sophia græce.eſt ſapientia latine.
Sophocles.poeta tragicus.
Sophiſtes.æ.philoſopho fingido.
Sophos.u.interpretatur ſapiens.
Sophroſyne.es.interpretatur modeſtia.
Sophos aduerbium,interpretatur ſapienter.
Sopio.is.iui.por adormecer a otro.
Sora ſoræ,vna ciudad de Italia.
Soracte.tis.vn monte cerca de Roma.
Sorex.icis.por el ſorze o raton
Sorbillo.as.ſorber a menudo.
Sordes.ium.la ſuziedad o auaricia.
Soror.oris.por la hermana.
Sortes.ium.la reſpueſta delos dioſes.
Soſpes.itis.ſano y ſaluo ombre o muger.
Soſpita.æ.por coſa hembra deſta manera.
Soter.eris.interpretatur ſaluator.
Spado.onis.por el caſtrado.
Spadix.icis.por el razimo de datiles.
Spanis.ios.interpretator raritas.
Spargo.is.ſi.por derramar.
Specus.us.por la cueua.
Spelæum.i.por aquello meſmo.
Spelinx.cis.por eſpelunca.
Spelunca.æ.por la cueua.
Sperno.is.por menoſpreciar.
Spinx vel ſphinx.gis.animal no conocido.
Spinter.eris.la trença dela veſtidura.
Spiculum.i.por la lança ſaeta o caxquillo.
Spio.us.vna ex nymphis.
Spondeo ſpondes,por prometer
Spolia ſpoliorum,por los deſpojos.
Spoletum ſpoleti,lugar de Italia.
Sponſalia.orum,los deſpoſorios.
Sponte aduerbium,voluntarioſamente.
Splen.enis.el baço dela aſſadura.
Spurius.ij.el baſtardo o no legitimo
Stabilis.e.por coſa que eſta y permanece.
Statiua.orū.eſtancia del real para poco tiēpo
Strabo.onis.el turnio hombre.
Straba.æ.la muger turnia.
Strages.is.el ſtrago de muertos.
Stragulum.i.repoſtero o ſilla o albarda.
Stater.eris.el peſo o balança.
Sterno.is.por ygualar lo aſpero.
Ster.atos.interpretatur ſcutum.
Sterto.is.por roncar dormiendo.
Steatoma.tis,ſpecie de vlcera.
Sterpſiceros.otis.por vna ſpecie de cieruo.
Sthenelus.i.hijo de Capaneo y Euadne.
Stigo.as.a quo fuit inſtigo.as.caſtigo.as.
Stenos.interpratatur robur.

Stimmi.ios.por alcohol.
Stipo.as.por tupir y conſtribar.
Stilus.i.graphium.por el punçon.
Stipes.itis.por el tronco.
Stirps.pis.por el arbol y generacion.
Stix ſtichos,interpretatur tricenturia.
Styx.gis.aqua inferorum.
Stirax.cis.por el ſtoraque.
Stlopus.i.por el ſonido delos buchetes.
Storax.acis.por aquello meſmo.
Stoni.populi ſunt Euganeorum.
Strategis.interpretatur dux fœmina.
Strepo.is.por hazer eſtruẽdo cõlos pies.
Strideo.es.por rechinar con los dientes.
Striga.æ.por el manojo.
Strigilis.is.por la ſarten o eſtregadera
Stringo.is.xi.por apretar.
Strimon.onos.fluuius eſt Thraciæ.
Strix.gis.por bruxa o cierta aue nocturna.
Struo.is.por edificar o ordenar.
Strues.is.eſt lignorum congeries.
Stupeo.pes.por paſmarſe de eſpanto.
Stupidus.a.um,qd motu & ſenſu caret.
Suadeo.es.por induzir con razones.
Sub præpoſitio,por debaxo.
Suber.eris.por el alcornoque.
Subtus,por debaxo ſin medio
Subter.por aquello meſmo.
Subſcꝰ.udis.por el tarugo o ſouina.
Subcollo.as.por traer enel cuello.
Subula.æ.por el aleſna.
Succumbo.is.por caer o ſer vencido.
Sucerda.ſuis ſtercus
Sudes.is.por vara para tirar.
Sueuus.i. populi Germaniæ.
Suffimen.inis.por el ſahumerio.
Supellex.tilis.por el alhaja de caſa.
Superſtes.itis.por el que biue ſobre otro.
Super prepoſitio,por ſobre.
Suppetiæ.arum.por ayuda de gente.
Suppleo.es.por ſuplir.
Supparus.i.por la vela o tienda.
Supplex.icis.por coſa humilde
Sus ſuis,por el puerco o puerca.
Suſurrus.i.por el zumbido.
TAbes.is.por la ſangre corrompida
Tabi tabo.por aquello meſmo.
Tabraca.æ,por vna ciudad de Africa.
Tachys.eos.interpretatur velox.citus.
Taygeta.æ.vna ex Pleiadibus
Tænarꝰ i,por vn mõte de Lacedemonia
Taygetꝰ.i.taygeta.orũ.mõs lacedemõiæ
Talas.interpretatur miſer.
Talpa.æ.por el topo animal.
Talus.i.por el carnicol.
Talio.onis.por la pena del tanto por tanto.
Tanaquil.por vna muger Romana.
Tango.is.tetigi por tocar
Tantundẽ.tantidẽ, por otro tãto.

Tapes.etis,tapete o alcatifa.
Tarbaryx,nomen proprium viri.
Tartarus.i.por el infierno.
Taumas.antis.vnus ex titanibus.
Tecmor.oros.interpretatur finis.
Tegea.æ.oppidum Arcadiæ.
Teges.etis.por cabaña o choça.
Tegeticula.æ.por pequeña cabaña.
Tego.is.por cobrir.
Telchin.nos.populus Cretæ.
Telegonus.i.filius Vlyxis.
Telephus.i.hijo fue de Hercules y Auge.
Telemachus.i.filiꝰ Vlyxis & Penelope.
Telemus.i.por vn profeta delos Ciclopas.
Telos,interpretatur finis.
Telon.onos.interpretatur publicanus.
Tellus.uris.por la dioſa dela tierra.
Temetum.i.por el vino.
Temiſtocles,dux Athenienſium.
Temno.is.tempſi.por menoſpreciar.
Temo.onis.por timon de aradro.
Tempe,por vn valle de Theſſalia.
Tendo.is.tetẽdi.por eſtẽder o endereçar.
Tenedos,por vna iſla en frẽte de Troya
Tenuis,e.por coſa ſotil y delgada.
Tenus præpoſitio,por haſta.
Tepeſco.is.por entibiarſe.
Terapne.es.por aldea de Lacedemonia.
Teredo.inis.por guſano dela madera.
Teren.enos.interpretatur tener.
Teres.etis.por coſa rolliza.
Tereus.ei.por vn rey de Thracia.
Tergeo.es,tergo tergis, por alimpiar.
Termes.etis.por el renueuo del arbol.
Terreo.es.por eſpantar.
Terni.æ.a.por cada tres.
Tero.is,triui.por hollar o gaſtar.
Teſtudo.inis.por el galapago.
Teſqua ſunt loca deſerta & inculta.
Tethys.yos,por la dioſa dela mar.
Tetra interpretatur quattuor.
Tetragrãmaton.i.quottuor literarum.
Tetrarcha.æ.por vno delos quatro principes.
Tetricus.a.um.por coſa ſeuera y graue.
Tetrix.gos.interpretatur cicada.
Texo.is.texui.por texer.
Thales,vnus ex ſeptem ſapientibus.
Thamyris,por vn cantor de Thracia.
Tharips.bos.nomen proproprium viri.
Thaumas.antis.vnus ex Gigantibus.
Thebais.idos.opus de Thebis.
Thebæ.arũ.por vna ciudad de Boeotia.
Thebe.es.por vna ciudad de Aegypto.
Theca.æ.interpretatur capſa.
Themis.idos.Dea vaticiniorum
Thenar.aros.interpretatur vola manus.
Theodorus, i. nombre proprio de varon
Theodericus.i.por vn rey delos Godos.
Theodoſius.ij.vn emperador de Roma.

Theognis.idos.por vn poeta celebre.
Theon.onos.nomen celebre multorum.
Ther theros.interpretatur fera.
Thera.æ.inſula,Callimachi patria.
Therinus.a.ū.por coſa de eſtio.
Thermæ.arum por los baños.
Therſites.æ.por vn griego muy couarde
Thes thetos.interpretatur ſeruus
Theſeus.i.por vn Rey de Athenas.
Theſis.interpretatur poſitio.
Theſtylis nomen ꝓprium fœminæ.
Thetis.idis.por la madre de Achiles
Thygater.eros.interpretatur filia.
Thymus.i.por el tomillo mata.
Thoas.antos.rex Lemni inſulæ.
Thomix.icos.por la tomiza.
Thops.pos.interpretur adulator.
Thorax.acis.por las coraças o jubō fuerte.
Thos.thoos.interpretaī lupus canari9.
Thrace.es.por vna region de Europa.
Thrachin.inis.vna ciudad de Boeocia
Thranys.yos.interpretatur ſedes.
Thraſcias.vētus ex thraſcia ſpirans.
Thraſon.onos.nomen ꝓprium virorū.
Thrax.acis.por varon de alli.
Thraiſſa.æ.por muger de alli.
Thraſibulus.i.Lacon fuit.
Thrix.cos.interpretatur capillus.
Thule.es.por vna isla Septentrional.
Thus thuris.por el encienſo.
Tiaras.æ.mitra Regum.
Tibia.æ.por la flauta
Tibicen.inis.por el que la tañe.
Tibur tiburis.por vna ciudad de Italia.
Tiburs tiburtis.por coſa de aq̃lla ciudad
Ticinus.i.por vn Rio de Lombardia
Tydeus.ei.fuit pater Diomedis.
Tydides.por hijo o nieto de tydeo
Tilia.æ.por la teja arbol.
Time.es.interpretatur honor.
Timis.entos.interpretatur honeratus.
Timon.onos.vir Athenienſis.
Trineus.i.por vn philoſopho Pythagoreo.
Tympaniſtes.æ.por el que tañe adufe o atabal.
Tympaniſtria.æ.por la que los tañe.
Tingo.is.xi.por mojar
Tipha.æ.el centeno.
Typhis.is.por vn gouernador dela naue de Argo.
Tiphoeus.ei.por vno delos gigantes.
Tiphon.vnus ex gigantibus.
Typhon.onis.por vna ſpecie de cometa.
Tyrianthinus.a.um.por coſa de color violado.
Tyrins.intos.oppidum eſt Peloponneſi.
Tyrus.por vna ciudad de Phœnicia.
Titan.anis.ſol aut vnus ex titanibus.
Titillo.as.por hazer cozquillas.
Titillatus.us.por las meſmas cozquillas
Tityrus.i.nombre ꝓprio de vn paſtor.
Tmolus.i.mons Lidiæ.

Tlepolemus.i.por vn hijo de Hercules y Aſtyochia.
Tofus.i.por la toua o piedra areniſca.
Toga.æ.por la veſtidura delos romanos
Tolmas.antos.viri nomen celebre.
Tollo.is.ſuſtuli.por alçar.
Tomos.interpretatur inciſio.
Tondeo.es.por treſquillar.
Tono.as.tonui por tronar.
Tonitruum.trui.por el trueno
Tonitru indeclinabile.por lo meſmo.
Topica.orum.libros ſon de Logica.
Torcular.aris.por el torno de huſillo.
Toreuma.atis.por el vaſo hecho a torno
Torqueo.es.por atormentar o torcer.
Torquis.is.por el collar de oro.
Torris.is.por el tizon.
Tot indeclinabile pluraliter.por tantos.
Toxotes.æ.interpretatur Sagittarius.
Toxotis.idos.Sagittaria.
Trado.dis.tradidi.por traſpaſſar.
Traduco.is.por traſpaſſar o acuſar.
Tragœdia.as.carmen eſt tragicum.
Tragula.æ.por el paſſador.
Traho.is.xi.por arraſtrar.
Trames.itis.por la ſenda o camino.
Trans præpoſitio.por allende.
Trapezus.untos.ciuitas eſt thraciæ.
Tranſenna.æ.por ventana o finieſtra.
Trebia.æ.vn Rio de Lombardia
Trebula.æ.vallis in Italia.
Tremo.is.por temblar temiendo.
Treſſis.por tres aſſes moneda.
Treuiri.pueblos ſon de Francia
Trias.ados.interpretatur trinitas
Tribulum.i.por el trillo para trillar
Tribulus.i.por el abrojo.
Tribus.us.por el tribu o linaje.
Tribrachys.eos.interpretatur tribreuis.
Trica.æ.por cazcarria o enhetradura.
Trichæ.arum.por los cabellos.
Triceni.æ.a.por cada vno treynta
Tricies aduerbium.por treynta vezes.
Triceps.itis.por coſa de tres cabeças.
Tricorpor.oris.por coſa de tres cuerpos
Tricuſpis.idis.por coſa de tres puntas.
Trieteris.idis.por ſpacio de tres años.
Triens.entis.por la tercera pte de doze.
Trigæ.arum.por carro de tres cauallos
Trigeſſis.por treynta aſſes moneda.
Trygō.onos.por figura de tres rincões.
Trygonus.a.um.por lo meſmo
Trygon.onis.por pelota dura.
Trygon.onis.por vn cierto peſcado
Triochala.æ.por ciudad de Sicilia.
Tripes.edis.por coſa de tres pies
Tryphon.onos.nomen viri celebre.
Tripudium.ij.por corro o dança.
Tripes edis.por ataifor meſa de tres pies
Triptoton.por coſa de tres caſos.

Triton.onis,por vn dios del mar.
Triquetra.æ.por Sicilia isla.
Triquetrus.a.ũ.[illegible] por de tres rincões.
Triuicus.por vn lugar cerca de Roma.
Troas.adis.por vna Region de Troia.
Troezen.enis.oppidum attica.
Tros troos.vir troianus & rex.
Trucido.as.por matar deſpedaçando.
Trudo.is.por empuxar
Trutina.æ.por el peſo o balãça grãde.
Trux trucis.por coſa terrible.
Tuba.æ.por la trompeta.
Tubicen.inis.por el que la tañe.
Tubicina.æ.por la que la tañe.
Tuber.eris.por la turma dela tierra.
Tuder.ris.oppidũ mediterraneũ vmbriæ.
Tuders.tis.por coſa de aq̃lla ciudad.
Tueor.eris.por mirar o defender.
Tugurium.ij.por cabaña o choça.
Tumulus.i.por el cerro o ſepultura.
Tumultus.us.por el alboroto.
Tundo.is.por tundir o herir.
Tunica.æ.por veſtidura interior
Tuor.eris.por mirar.
Turbo.inis.por torbellino.
Turgeo.es.por hincharſe.
Turritus.a.um.por coſa torreada.
Turtur,por la tortola aue.

V Acia.por el çancajoſo.
Vacienus.i.por aquello meſmo.
Vacillo.as.por bambanear.
Vado.is.por yr camino
Vacinium.ij.por violeta negra.
Vadum.i.por el vado del Rio.
Vafer.a.um.por coſa aſtuta.
Vagio.is.por llorar el niño.
Valde aduerbium,por muy mucho.
Vales.entos,nomen.p.viri.
Valuæ.arum.por las puertas
Vanus.i.por çaranda o harnero
Vappidus.a.um.por coſa deſuanecida.
Varus,a.um.por coſa tuerta.
Varix.icis.por el ñudo delas venas.
Vas vadis,por el fiador dela pſona.
Vas vaſis,por el vaſo.
Vates,is.por el adeuino por inſtinto.
Vaticanus.i.por vn monte de Roma.
Vber por coſa fertil o la fertilidad o teta
Vcalegon.onos.vir fuit Troianus.
Vdis,interpretatur nullus.
Vectis.is.por barra de hierro.
Vectigal.lis.por la renta de in portatis
Vectis,inſula eſt oceani britanici.
Vehementer aduerbiũ,por muy mucho.
Veho.is.por lleuar acueſtas o encima.
Vello vellis vulſi,por arrãcar o pelligar
Vellus.eris.por el vellocino.
Velut,veluti,cõiunctiões,por aſſi como
Venafrum.i.por vn lugar de Cãpania.
Veneficus.a.ũ.por hechizero cõ yeruas.
Veneo.is.iui.por ſer vendido.
Venet⁹.a.ũ.por coſa parda o de Venecia.
Venilia.æ.por la nympha madre de turno
Venus.eris.por la dioſa delos amores.
Venuſiũ.ij.vna ciudad ẽtre apulia y lucãia
Ver veris,por el verano
Veratrum.i.por el vedegambre.
Verbena.æ.por la grama ꝑpria.
Vercingẽtorix.gis.por vn prĩcipe frãces.
Verber.eris.por açote o vara.
Vereor.eris.por temer con verguença
Verna.æ.por el ſieruo q̃ nace en caſa.
Verus.a.um.por coſa verdadera.
Verona.æ.por vna ciudad de Italia.
Vepres.ium.por las eſpinas
Verres.is.por el puerco berraco.
Verro.is.por barrer o raer.
Verſificor.aris.por hazer verſos.
Verſus præpoſitio,por hazia.
Veruex.ecis.por carnero.
Veru indeclinabile.por el aſador.
Vertagus.i.por el podenco can.
Vertigo.inis.el remolino o deſuanecimiẽto
Verto.is.por boluer alguna coſa.
Veſcuus.i.por vn mõte de Cãpania.
Veſuuius.ij.por aquel meſmo monte.
Veſulus.i.por vn mõte de Italia.
Veſper.eris.por la tarde o eſtrella.
Veſtras.atis.por lo de vr̃a tierra o vãdo.
Veternus.por la idropeſia.
Veto.as.ui.por vedar.
Vetus.eris.por coſa vieja.
Vfens.entis.por vn Rio de Italia
Vibex.icis.por ſeñal de golpe.
Viburnum.i.por vna ſpecie de vimbre.
Vicies aduerbium,veynte vezes.
Viceni,æ.a.por cada veynte.
Vicem,a vice.por la vez o la fortuna.
Vicus.i.por el aldea.
Vidua.æ.por la biuda.
Victus.a.um.por coſa marchita.
Vigeſis.is.por veynte aſſes moneda.
Vigil.is.por velador o veladora
Vinaciũ.ij.por granillo dela vua.
Vinalia.orũ.por las fieſtas del vino.
Vincio.is.por atar.
Virus.i.por hedor o ponçoña.
Viriatus.i.por vn varon de Eſpaña.
Vis,vim,o vis,a vi,por la fuerça.
Viſcum.i.por liga pa tomar paxaros.
Viſcus.eris.por la carne o entrañas.
Viſo.is.por yr a ver.
Viticula.æ.por la vid pequeña.
Vlciſcor.eris,por vengar ſe.
Vlcus.eris,por la llaga con podre.
Vligo.inis.por la humidad dela tierra.
Vlyxes.is.por vn capitan griego.
Vltor,oris.por vengador.
Vltrix.icis.por vengadora.
Vltra præpoſitio,por allende.
Vnedo.onis.por el madroño.
Vnguen.inis.por la groſſura.
Vnio.onis.por la perla.
Volucris.is.por el aue.
Volucer,cris.cre,por coſa ligera
Voluo.is.por boluer enderredor.
Volubilis.e.por lo que aſſi ſe buelue.
Voluſius.ij.nomen ꝑprium viri.
Voluox.ocis.por el guſano rebolton.
Voluox.cis.por vn varon de Africa
Vomis,is.vel.eris.por la reja.
Vomo.is.vomui.por vomitar.
Voueo.es.por hazer voto.
Vpupa.æ.por la abubilla aue.
Vrbs vrbis,por la ciudad de edificios.
Vro vris.por quemar.
Vrtica.æ.por la hortiga yerua.
Vrgeo vrges.por conſtreñir.
Vſq; præpoſitio,por haſta.
Vtica.æ.por vn lugar de Apulia.
Vthar.atos. interpretatur vber.
Vter.a.um.por qual de dos.
Vter vtris,por el odre del vino.
Vtica.æ.por vna ciudad de Africa.
Vxor.oris.por la muger.
Vulcanalia.orũ.fieſtas erã de Vulcano.
Vulnus.eris.por herida con ſangre.
Vulpes.is.por la rapoſa.
Vultur vulturis.por el bueytre.

X Enios,interpretatur hoſpes
Xeniũ.ij.por el preſente del hueſped
Xeros interpretatur ſiccus
Xerampelinus.a.um.por coſa verde.
Xerolophos,por foſſario de muertos.
Xylon.i.interpretatur lignum.

Z Acynthos,inſula in mari Ionio.
Zen zenos,interpretatur Iupiter.
Zephyrus.i.por el viẽto occidẽtal.
Zelotipus.i.por el celoſo.
Zeugma.atis,figura de grammatica.
Zeus dios,interpretatur Iupiter.
Zeta,por la vltima letra del alphabeto.
Zona.æ.cinta para ceñir.g.Zone.es.

FINIS.

¶ APVD INCLYTAN
Granatam.Anno.M.D.XL.
Menſe Nouembri.

UNIVERSITARIA DE GRANADA